PRECLARA ET ADMODUM OMNIBUS ALIIS IN HAC SCIENTIA RESOLUTIOR...

Agostino Nifo



Prima pars
Prima secundæ

PRECLARA ET ADMODVM OMNIBVS ALIIS IN HAC SCIENTIA RESOLVTIOR AVGVSTINI NIPHI SVESSANI IN QVATTVOR LIBROS DE CELO ET MVNDO ET ARISTOTE. ET AVERO. EXPOSITIO





Hieronymi Carbonis Patritii Neapo· in opus Augustini Niphi de cœlo & mundo·

Hoc cœlum mundumq; tibi: nam dignus utroq; es:
  Perpetuo Niphus dedicat obsequio·
Tu qua concilias homines tibi mente deosq;·
  Accipe: & a magnis dum uacat: ista lege:
Inuenies ælementa: quibus se complicat æther·
  Qua repetant cursus sidera queq; suos.
Num genitus fuerit Munduscœlumue creatum:
  An ne ullo æternum sit sine principio·
Sic tua sublimis dum mens percurret olympum:
  Constituet: qua nam sede locandus eris·
Vnde triumphali sero tamen ore nitebis:
  Atq; nouum terris conspiciere iubar·
Interea cum sis ad publica commoda natus:
  Ne desis homini uiuere: uiue diu·
Sic cœlo terraq; potens tua plurima uirtus
  Vna hominum mentes uincat & una deum

AD ILLVSTRISSIMVM AC REVEREMDISSIMVM LOISIVM DE ARAGONIA TITVLI SANCTAE MARIAE IN COSMODIN DIACONVM CARDINALEM AVGVSTINI NIPHI PHILOSOPHI SVESSANI IN LIBRORVM ARISTOTELIS DE CELO INTERPRETATIONES PRAEFATIO.

c

Vm omnes disertissimi uiri Loisi Illustrissime ac Reuerendissime Aragonięq; domus ac Cardinei Chori Specimen insigne te ut numen obseruent uenerentur & colant: tuasq; ad splendidissimas ædes & uere regias tanq̃ ad saluberrimum tutissimumq; portum confugiant: diutius exoptaui inter tuos clientes aliquem mihi dari locum ut meam in te obseruantiam affectumq; incredibilem ostendere possem. At cum hac in re non parum solicitus essem uacuis manibus (uti nec ad Persarum Reges licebat) te adire nolui. Cumq; interpretatiões librorũ: quos de Cœlo & Mundo scripsit Aristoteles: meditatus essez: iis prius tuo amplissimo nomini dicatis te uisere constitui. Verum dubitanti mihi quo animo eas excepturus esses: Frater Iacobus de Petruciis ordinis minorũ Larinas Eps̃ dei & nature interp̃s tuarũ ingentiũ uirtutũ indefessus p̃co ex urbe rediens omnem dubitationem ademit: significauitq; mihi quanto amore atq; affectu innocentiam meam tutatus sis quantoue fauore & me & res meas amplexus: quæ uerissima illico credidi: cum maiora de tua Celsitudine concepissem. Nam cum ex inclyta tantorum Regum serie proficiscaris: ab ratione esset nõ regiã redolere benignitatem. Ad hæc accedebãt tot litteratorum cœtus tua umbra protecti: tuisq; muneribus ditati: adeoq; alter non dicam. Mecœnas: sed Augustus omnibus uideris insurgere. Adde q; dum omnes te Christiane Religionis obseruantissimum admirãtur: Christigenumq; fautorem acerrimum uoce clarissima prædicant: mihi persuadeo has meas elucubrationes licet philosophicas: a fide tamen Catholica non abhorrentes: hilari animo serenoq; uultu te excepturum. Nec uelim te Princeps optime latere: hunc meum libellum more Democriti a me seruatum esse: nam quemadmodum Democritus inter plura uolumina quæ ediderat: magnum Diacosmum pro necessitatibus ex fortunæ ingruentibus edendum discipulis reliquerat: ita ego hunc librũ pro meæ senectæ repagulo edendum decreueram. Sed cum unus occurras: cui uitam ipsam & quicquid in ea est non immerito debeo: quem in extremis uitæ prodendum statueram: nunc mutato consilio ob tuarũ uirtutum incrementum: atq; meæ in te obseruantiæ debitum edere curaui: quem eo rogo accipias aĩo: quo tibi a tuo deuotissimo Augustino dicat̃ ceterum ad ea q̃ huic libro necessaria præmitti uidentur: accedamus: Itaq; ut autor est Aueroes octo in librorũ principiis præponi consueuerunt.

Quorum nos quatuor intentabimus: caetera omittentes, uti non necessaria. De intentione igitur agamus primo: Ubi primo debes scire quaestionem de intentione apud Graecos esse quaestionem de subiecto, & materia libri apud Latinos. Sunt. n. intentio, materia, & subiectũ idem: licet ratione differant: ut in logicis nostris diximus. Alexander Aphrodisius, ut narrat Simplicius subiectum siue materiam, siue intentionẽ huius libri ait esse uniuersum ipsum: quod Graeci Interdum Pan. Interdum Holon uocant: persuadet positionem hanc ex eo quia subiectum est, cuius accidentia per se quaeruntur. Modo totius mundi hoc est congregati ex coelis & elementis accidentia per se quaerunt, ueluti finitum eternum & unum: igitur ipsum uniuersum est subiectum. Haec Alexander. Iamblicus uero atq; Sirianus Philoxenus distingũt aliud esse hic per se consideratum, aliud per accidens. Coelum quidem est per se & primo cõsideratum: propterea subiectũ erit totius libri. Elementa uero & caetera id genus per accidẽs. Persuadent uero positionem a libri inscriptione: quae est περὶ ὀυρανοῦ: hoc est de coelo. Simplicius uero utrisq; obicit: Alexandro quidẽ; quia si intentio Aristotelis hic esset de uniuerso: tũc eẽt de omnibus ut Plato fecit in timaeo: quod nõ uidetur. Iamblico uero atq; Siriano: Propterea quia Aristoteles de elemẽtis proponit nõ modo per accidens: sed per se: propter haec uult corpus simplex cõmune esse subiectum materiam & intentionem huius. Verũ Aristoteles distinguit plura considerata hic: quoniam alia considerantur per se primo, ut coelum: quod est subiectum. quedam per se sed non primo: ut elementa: alia per accidens ut accidentia uniuersi, ut aeternitas: finitudo: unitas: & id genus. Sed huic uidetur esse obiectio: quoniam nec subiectum ipsum aequatur scientiae huic: nec ratio formalis subiecti. corpus enim simplex ad multo plura se extendit. Aueroes uero in tertio huius cõmento primo sentire uidetur corpus mobile, siue ens mobile ad ubi esse subiectum: cum quo plures latinorum concordant: ex eo quia sic est aequatum omnibus hic consideratis. Mihi uero uidetur hos non discordes esse: ubi debes scire subiectum nõ una ratione sumi. uno enim modo accipitur pro subiecto congregationis quo mõ syllogismus est subiectum in Logica: quia congregat propositionem terminum & orationem. Animal etiam subiectum libri de animalibus: quia congregat omnia membra: de quibus est ille liber. Alio modo pro genere eorum quae in libro tractantur: quo modo ens rationis esset subiectum logicae: licet transcenderet omnia considerata in logica. Tertio pro principali specie subiecti: quo mõ demõstratio esset subiectum in logica. demũ pro subiecto praedicationis: quod uidelicet de omnibus praedicatur: & de nullis aliis. Alexander igitur de subiecto locutus est congregationis: uniuersum enim omnia congregat: quae hic aguntur. Iamblicus & Sirianus etiam recte: quia de principali specie: locuti sunt: quae est coelũ. Simplicius quoq; recte: quia de genere loquitur: corpus enim simplex est ad cuncta genus. Aueroes demum recte: quia de subiecto praedicationis intellexit: est enim ens mobile, siue corpus mobile praedicans aequate de omnibus hic consideratis. Intentio igitur est de mundo ut de omnia concernente uelut Alexander. de coelo ut de specie principali uelut Iamblicus. de corpore simplici ut de genere uelut Simplicius. de ente siue corpore mobili uelut Aueroes tanq̃ de subiecto praedicationis. haec de intentione. Et de ordine agamus: Alexander: Iamblicus: Sirianus: Simplicius: Aueroes atq; omnes expositores constituunt hunc inter libros naturalis philosophiae secũdũ. Mouentur ex eo, quia subiectum huius est ante subiecta omnium aliorum: & contentum sub subiecto libri physicae auscultationis. Sed fortiori ratione hoc esse uidetur: quia uidetur incipere ubi liber physicae auscultationis definit: peruenit enim ille ad aliquod primum mobile quod mouetur a seipso: cuius una pars est poenitus inmobilis: quam sumit Methaphysicus. Altera poenitus mobilis: quam hic liber nũc exponere incipit. Haec de ordine. Et de inscriptione transigamus: Alexander qui semper uult librum inscribi ab intentione: uult hunc librum esse inscribendum de mundo: quoniam mundus est intentio & subiectum. Sirianus & Iamblicus de coelo: cui etiam Simplicius concordat. Aueroes de coelo & mundo. & per coelum corpus intelligit aethereum. per mundum uero elementariũ. Si quidem mundus triplex sit authore Platone: intellectiuus: ut Angelicus. coelestis ut coelum. sensilis ac elementarius. Alexander igitur & Iamblicus a subiecto inscribunt. Simplicius uero & Aueroes a partibus subiecti. Est enim coelum a quo inscribit Simplicius corporis simplicis principalissima pars subiecti. coelum uero & mundus sensilis ut inscribit Aueroes principalissimae partes. Haec de inscriptione. De diuisione uero trãsigamus: & primo generatim de uniuerso libro: secũdo speciatim de libro hoc primo. Videtur igitur totus liber consistere circa tria. Primo circa coelum & quedam accidentia cõia coelo & mundo. & hic perficitur liber primus. Secundo de partibus coeli & mundi & de accidentibus per se illarum: cui rei secundus insistit.

De intentione.

Positio Alexandri.

Positio Iamblici Siriani.

Positio Simplicii.

Confutatio.

Positio Auerrois.

Concordia.

De ordine.

De inscriptione.

De Diuisione.

Tertio de elemētis: de quibus si tractat iusta positiones aliorum: erit liber tertius: si iusta positionem propriā: erit liber quartus. Sed circa hunc ordinem ambiges: primo quia a notioribus nobis est agendum. Modo elementa sunt coelo ipso notiora. Secundo quia Aristoteles tractādo de coelo agit de illo mediantibus elementis. Dici potest ordine doctrinæ debuisse librum primum facere de elementis ut rationes cogunt: sed necessitate materiæ tractat in libro primo de coelo: ut librū continuū faciat ad librum physicæ auscultationis: nam cum finis illius sit ad primum corpus: principium huius debet esse de primo corpore. Hæc de diuisione generatim: quæ uero sint de diuisione particulatim primi libri. Aueroes inquit ī primo tractatu siue libro continentur decem summe siue capita magna: prima est de substantia istius artis. Sūmit autem Aueroes hic substantiam non pro decimo predicamento: sed pro uniuersa materia libri: quæ subiectum dicitur: & sic prima summa est de subiecto materiali / principiis subiecti & accidentibus illius: & ita bene dicitur de substantia artis: quia nihil restat amplius agendum in naturali phia. Et per istam artē Aueroes uult totā naturalem phiam. Est igitur prima summa de subiecto totius naturalis phiæ. Secunda summa est de corporis naturalis diffinitione: eo q. ipsum solum inter omnia alia corpora est perfectum & completum. Sed hic ambiges primo quid Aueroes uult p corpus naturale esse pfectū. Secūdo quo nam modo hæc rō est ad propositum. Non nunquā dicere solebamus corpus naturale esse perfectum: ex eo quia nō abstrahit a materia sensili. Mathematicū uero imperfectū: qm ab illa deficit. & hec rñsio consonat satis dictis Auerois in tertio huius comēto. vi. Sed hec rñsio nō placet: quia Aueroes pluraliter loquit̄: comparat. n. corpus naturale ad alia corpora: & ita uelle uidet̄ esse plura corpora q̄ duo. Alii dicebant corpus naturale esse pfectum: quia pro sui existentia nulla eget operatione intellectus. corpus uero mathema: scū imperfectum qm pro sui esse eget intellectus actione: ut pote abstractione. Nec ualet hæc solutio: qm ut diximus Aueroes loquitur pluraliter. Pōt igit̄ dici triplex esse corpus Methaphysicū: quod quidem est substantia apta subici trinæ dimensioni: quicquid Aueroes uelit. xii. metha. comēto. xvii. ubi uidet̄ negare corpus methaphysicū: illum. n. uide: mathematicum quod est substantia actu substantia trinæ dimensioni. Physicum quod trinæ subicitur dimensioni atq; qualitatibus sensilibus. Vult igitur physicum corpus esse aliis duobus perfectius quia ceterorū cōtinet pfectiones mathematici uidelicet: & methaphysici: & ultra addit sensibilē materiam. Tunc ad secundum dici pōt rōnē esse hanc: q. Aristoteles definit corpus naturale: & aliorū nullum: quia est pfectum: hoc est quia cōtinet pfectiones aliorum: & cū hoc addit sensilem materiam: quæ contrahit ad genus physicum. Tertia summa ostendit mundum esse perfectum. Quarta q. coelum sit simplex corpus rotūdum unigenitum corporibus: quæ recto motu mouentur. Quinta q. non sit graue nec leue. Sexta q. nec genitum nec corruptibile sit: & q. corpora simplicia numero sint quinq;. Septima q. sit mundus ipse finitus. Octaua q. sit unus nūero. Nona q. extra ipsum nec uacuū sit: nec plenum. Decima q. nec genitus nec corruptibilis & q. impossibile est corruptibile esse aliquod & non corrumpi. Hæc continentur in libro primo: & per consequens de tota prefacione.

Dubitatio. — Solutio. — De diuisione particulari. — Que Auero. — Dubitatio. — Solutio pma. — Confutatio. — Secunda responsio. — Confutatio. — Tertia solutio.

c· Naturalis scientia omni fere ex parte uersari uidetur & circa corpora atq; magnitudines: & circa affectiones atq; horum motus: & circa principia quæ substantie sunt ut talis; quippe cum eorum quæ natura constent: alia corpora sint ac magnitudines: alia corporibus magnitudinibusq; competant: alia principia sint eorum quibus illa competunt.

Expositio. Prosequitur nūc Aristoteles de prima sūma: & syllogizat intentionem siue substantiā uniuersæ scientie naturalis hūc inmodū: oīa entia naturalia sunt corpora siue magnitudines affectiones siue motus: principia horum siue cause. sciētia naturalis uersatur circa oia entia naturalia. igitur est de corporibus siue magnitudinibus / de affectionibus siue horum motibus / de principiis siue causis illorū. De syllogismo uero primo cōclusionem enarrat. Et inquit naturalis scia siue scia de natura omni fere ex pte aut pro maiori sui ex pte uersari uidet̄ & circa corpora siue magnitudines ueluti erga materiā & subiectū. & circa affectiones siue horum motus. uti circa accidētia p se. Et circa principia quæ substātie sunt ut talis hoc est materie sensili cōiuncta ad differētiam principiorum quæ sunt substantie ut substantia: qualia sunt principia prima. hæc est cōclusio. Deinde tāgit maiorem & inquit quippe cum eorum quæ natura cōstent: aut magis ad sensum cū eorū quæ ad naturalē attinent pbum. Alia corpora sint siue magnitudines: & hoc quo ad subiectum siue materiā. Alia corporibus magnitudinibusq; competāt: ut per se accidētia. Alia principia sint

cipia sint eorũ corporũ quibus illa per se accidentia competãt·haec est maior· Quia ut in posterioribus dicit͂ scia est unius subiecti principia & affectiones cõteplãs:& ita de substãtia artis huius nũc satis·Aueroes aũt anteq̃ uerba textus singula enucleet:qõnem antiquorũ expositorum persoluit·Solebãt nãq; querere quã ob rem hoc in libro totius naturalis sciae subiectũ stabiliuit: nõ aũt in auscultatorio/qui longe cõmunior est isto·Soluit Aueroes in principio comenti : hoc ideo factũ esse:quia presens liber est primus in ordine librorũ particulariũ:in quibus particulatim de singulis totius mũdi ptibus loqui incipit· Debes scire Aueroem uoluisse uniuersum mũdum fuisse subiectũ uniuerse sciae naturalis·Et ita uult librum singulum sciae naturalis de singula mundi parte agere · uerbi cã presens liber de ea mundi pte/quae est caelũ·Liber de generatione de ea quae est corpus mobile ad formã:caeteri quoq; de caeteris:quia igitur hic est primus caeterorũ in quibus particulatim loquit͂:ideo decuit ut hic diceret͂ subiectũ totius sciae naturalis·

Quae Aueroes comen· prio·

Sed haec Auerois solutio uidet͂ friuola·Primo quia nemo posuit ipsum uniuersum esse subiectũ totius sciae naturalis:sed ens mobile uel corpus mobile· Secũdo quia si ob primitate huius libri ad coeteros decuit in illo esse dicendũ de subiecto:igit͂ magis decuisset dicere in magis priori ad hũc & ad coeteros·Modo liber physicae auscultationis est coeterorũ primus: & prior hoc:igit͂ in illo magis·

Replicae·

Dici põt ad primũ Aueroem loqutũ esse de subiecto agregationis:uniuersum·n·est subiectũ totius sciae naturalis agregatiuũ·Ad secũdũ dici põt id in utroq; tractari potuisse:fuisse tñ magis hic pertractatũ:ut habeatur huius ad illũ continuatio/& caeterorũ adhuc consequtio· Quo uero mõ habeatur haec continuatio:iam diximus· Aut dici põt hic esse magis tractatum: quia hic est primus particularium:nõ primus simpliciter·Ille uero auscultatorius est simpliciter primus·haec Aueroes·

Defensio·

Quo uero ad uerba attinet:Aueroes declarat quor dixit fere plurima siue maiori fere sui ex pte:ubi debes scire q. res quas naturalis considerat:sunt in quatruplici differetia:quaedã corpora ut elemẽta & coelũ·quaedã magnitudines/ut supficies & linea & id genus· quaedã extra haec/ut uacuũ infinitũ/poli/centrũ/locus accipiendo locũ ꝓ respectu ad polos/& ipsum centrũ·Iis similia ut aiae & motores coelorũ· Propterea fere plurima esse circa corpora & magnitudines/passiones/& principia:quia adhuc est extra haec·Et quia in arabica translatione scribit͂ sic maxima cognitio naturae/& scia demõstrans ipsam:ideo dupliciter exponit·Primo q. per scientiã:intelligebat sciam cõclusionũ:quae uocatur scia demõstrata:ubi actiuũ pro passiuo accepit/& demõstrans pro demõstrata:& per cognitione uoluit noticiã principiorũ:ex quibus fit cõclusio·Secundo exponit q. per cognitione intelligit intelligere imaginationis hoc est simpliciũ apprehensione:& per sciam fidem hoc est cognitione complexorũ:huius rei causam assignat quoniã synonima nõ sunt usitanda in scia demõstratiua:& replicat primã expositione:& quae dicit:patent· Tu uero debes scire hãc Auerois expositione/& tale põderatione esse frustra: cũ in codicibus graecis nihil illius legatur ut in nostris translationibus cõstat·

Verborũ expositio·

Sed dices cur dixit corpora & magnitudines:cũ idẽ sint·Innuit Aueroes solutione:& esse id factũ ut sermo esset amplior atq; extensior:nã cũ corpus sit species magnitudinis:ut eet amplior ad coeteras magnitudinis species:quae sunt ultra corpora:subiecit & magnitudines·& haec expositio cõuenit graecis uerbis·

Solutio primae dubitationis·

Vlterius dubitaret aliquis:qm̃ de magnitudinibus ipsis considerat Astrologus:igit͂ nõ naturalis:hanc soluit Aueroes q. magnitudines pñt dupliciter cõsiderari:uno modo quatenus abstractae sunt e sensili ipsa materia:& hac rõne a mathematico cõsiderantur· Alio modo quatenus illã concernũt:quo in mõ naturalis eas contemplat͂· Concernũt aũt materiã sensilem quatenus sunt ultimi termini/& perfectiones corpoꝝ physicorũ·Sed esset hic disputandum:qd nam sit sensilis materia:quidue intellectilis·quae forma sensilis:quaeue intellectilis : quae cũ in libro auscultatorio secũdo/sint disputata:nunc transeant·

Secunda dubitatio·

Illud tñ mõ dubitatione dignum est: nam si mathematicus considerat magnitudines:quatenus abstractae:tũc considerabit esse abstractum:quia quicunq; considerat aliquam rem per aliquã ratione:etiam rationem illam considerare uidetur·

Dubitatio·

Potest dici q. refert esse rationem considerandi & modum considerandi:esse abstractum est modus considerandi:& non ratio considerandi·iccirco non oportet ut in una & eadem scientia consideretur· Aut dici potest esse abstractum esse rationem considerãdi priuatiuã: & sic non oportet considerari : secus de ratione positiua ·

Solutio·

Sed quid per passiones : quidue per motus·i·Aristoteles intelligat : Aueroes dupliciter exponit : pro intellectu primae debes scire in omni transmutatione substantiali dico esse terminum & uiam · Terminum quidem uocat passionem : eo quia subiectum per illam patitur & perficitur · per uiam intelligit motum:est autem termi nus duplex substantia & accidens:uia uero uno modo·s·motus · Ideo inquit Aueroes omnia entia esse aut substantias,aut accidentia,aut uias ad haec:quae uiae sunt transmuta/

Replica· tiones·Sed tunc dices/igitur inter substantiam & accidens daretur medium·Dici potest substã/ Responsio· tiam & accidens posse accipi praedicamentaliter & transcendenter·Si praedicamentaliter/sic me dium inter illa esse potest:ut potentia·si transcendenter:sic uia erit in praedicamento accidentis· Themistius uero per passiones intelligit transmutationes:quibus perditur nomen & definitio: aut praeparatur ad illam perditionẽ: ut sunt alteratio & generatio quae terminãt in substantiã: & quarũ finis & complementũ est substãtialis forma· Per motus uero intelligit locales/quibus non uariatur substantia rei· Addit Aueroes has expositiones esse propinquas:quia Aueroes p passiones intelligit terminos ipsos·Themistius uias in illos/modo uia & terminus sunt propin qui:quia sunt eiusdem speciei ut dicitur in·v·physicorũ·comen·ix·& ita sunt propinquae expo sitiones·Demum Aueroes maiorem syllogismi sic intelligit/ut p corpora & magnitudines Ari stoteles simplicia intelligat:per habentia corpus & magnitudinem mixta:per principia horum materiam & formam: quae sunt principia tam elementorum q̃ mixtorum saltem analogice·

Contra Aueroem· Sed haec expositio non placet:quia tunc Aristoteles pretermisisset accidẽtia p se:& ita conclusio esset amplior maiore ipsa· Ideo dicerem Aristotelem per corpora & magnitudines subiectum scientiae naturalis:& per habentia corpus & magnitudinem uoluit p se accidẽtia illius subiecti & per principia eorũ causas primas subiecti/& per se accidentiũ illius:quo mõ quãtũ in conclu

Dubitatio· sione sumit:tantũ in maiori intelligitur·Solebamus quaerere utrũ mathematicus cõsideret sub/ Prima respõ/sio· stantiam ipsam·Respondẽt Latini mathematicũ considerare substantiã cõpositã:quia nõ quan titatem:sed quãtum considerat:probant primo quia oĩs artifex cõsiderans posterius:considerat prius:sed substantia prior est quãtitate·Igitur si mathematicus cõsiderat quantitatẽ:cõsiderabit etiã substantiã·Secundo mathematicus considerat definitionẽ quãtitatis· Sed nullum accidens põt sine subiecto definiri·Igitur etiã substantiã considerat·Tertio nõ abstrahit a materia intelli

Confutatio · gibili:sed illa est substantia: igitur concernit substantiã· Sed haec positio stare non põt: primo quia Aristoteles in·xii·metha·inquit nullam mathematicarũ preter astrologiam facere consi/ derationẽ de substantia ut Aueroes ibi comento·xliiii·exponit·Secundo nõ substantia compo sita sed materia est subiectũ quãtitatis: ut in libro de substantia orbis probat Aueroes: igitur mathematicus materiã ipsam primã consideraret· Tertio per idem ipse mathematicus deberet materiam & formam considerare:nam haec sunt principia substantiae compositae & priora illa· Pro solutione igitur ad rationes debes scire q̧ scientiae sunt permixte adeo q̧ artifex considerãs hanc ꝓpositionem elementum est ens/est methaphysicus quo ad praedicatum/physicus quo ad subiectum· Tunc ad primã dico q̧ mathematicus considerat substantiã:nõ quidem per habitũ mathematici:sed per habitũ methaphysici sibi cõmixtum:& ita omnis artifex considerans po/ sterius considerat prius aut eodem aut alio habitu:per idem ad secundam· Ad tertiam dici põt q̧ substantia non est materia intelligibilis:sed forte ipsum continuum:uel forte aliud ut dixi mus in secundo physicorũ·ubi dictum est in quantitatibus possibile esse denominationem in simplicibus compositas & simplices:ut linea est quanta & quantitas:non sic albedo est qualitas & quale:eo quia linea est concretum ad partes & ad subiectum:respectu subiecti haec est uera li nea est quantitas:quia est abstractum e subiecto:respectu partium est concretũ:& est quanta:& sic concedo quantum esse subiectum:& non propter hoc concretũ ad substantiã·haec de q̃one·

Expositio Continuum igitur est quod in semper diuisibilia diuisibile est·

Compleuit primã summã:quae erat de substantia sciae naturalis· Nũc ad secundã sũmã accedẽs praedefinit continuum:cuius rationem quidam afferunt:quia Aristotelis intentio est declarare mundũ esse perfectum:quod declarari nõ potest sine definitione continui ut uidebitur: & in/ quit continuũ igitur est quod hoc est magnitudo siue quantum in semper diuisibilia diuisibile· Vbi magnitudo loco generis coetera loco differentie sunt accepta: quibus differt a quantitate discreta:atq; numero·nam numerus potest crescere in infinitum:sed non diuidi·ut tertio physi

Prima dubi/tatio· corum dictum est·Dubitabis propter quod continuum est diuisibile in semper diuisibilia· Se/ Secunda· cundo quo nam modo haec definitio differt ab illa libri praedicamentorum· Dicitur ad pri/ mam esse illud quia continuum ex continuis componitur·ut sexto physicorum declaratur·Igi

Sol· primae· tur ut totum est diuisibile:ita partes/& partes partium in infinitum:cum omnes sint continue Sol· secunde quorundam· simili ratione·Ad secundam respondent q̧ continuum potest bifariam considerari: quo ad for mam:& sic definitur in praedicamentis & quo ad materiam:& sic definitur hic· Sed haec expo/

Confutatio· sitio deficere uidetur:primo quia utraq; definitio datur per partes ipsas:modo partes sunt mate/ ria totius·secundo physicorum · Secundo quia adhuc·v· methapysice· est alia definitio dicens continuum est cuius motus est unus: & tamen nec per materiam nec per formam datur:ideo debes

debes scire q̧ continuũ ipsum potest definiri aut per extrinseca & a posteriori & definitur sic·v· methaphysice p motũ:aut per intrinseca & priora:& hoc aut resolutorie:& sic definitur hic:aut compositorie:& sic in prædicamentis·

Corpus uero est quod omni ex parte diuisibile est · quippe cum magnitudinis quæ ad unum est diuisibilis linea sit·Quæ uero ad duo superficies;atq; ad tria;corpus est:atq; præter has nulla prorsus est magnitudo·

Nunc quid sit corpus:quod est subiectũ sciæ naturalis declarat : & inquit corpus uero est quod idest continuum quod omni ex parte diuisibile est:ubi continuũ loco generis:reliqua loco differentie ponuntur·hanc definitionẽ uidetur ꝓbare primo ut quidã uult syllogismo:quod certe nõ põt littere cõuenire:ideo probatur p locũ a sufficientia:& inquit quippe cum magnitudinis quæ ad unũ ut pote ad longũ est diuisibilis:linea sit· Quæ uero ad duo ut pote longum & latũ| est superficies·at quæ ad tria:corpus est|& preter has nulla est magnitudo· Igitur corpus omni ex parte diuisibile est · Aut põt hæc probatio esse expositorie sic corpus est diuisibile omni ex parte ut per hanc diuisionẽ magnitudinis patet · Et nihil nõ corpus diuisibile est omni ex pte: propterea addit & ꝑter has nulla est magnitudo·Igitur tm̃ corpus est omni ex parte diuisibile: & hæc probatio magis textui conuenit:ut intelligenti patet· Expositio·

Quod etiam iccirco patet : quia ipsa tria omnia sunt : ipsum uero ter est id quod omni ex parte est·Nam ut etiam pythagorii sentiunt ipsum omne : ipsaq; omnia tribus sunt definita.finis·n·medium atq; principium eum habent numerum;qui est ipsius omnis·hæc autem trinitatis·

Probat secundo illud enthymematice sic tria possunt appellari hoc uerbo omnia : & ter etiam hoc uerbo omni ex parte·Igitur tm̃ tres sunt magnitudines:& per consequens corpus est quod omni ex parte diuisibile est·ãñs patet:quia si tm̃ tres essent homines in mundo : qui etiã currerent : posset dici omnes currunt : & non de duobus : & sic hoc nomen omne potest de tribus dici·Sed debes scire:q̧ licet antecedẽs est uerũ:tñ consequentia nulla est:per idem·n·probarem magnitudines esse tantum quatuor : quoniam hoc uerbum omne potest dici de quatuor ipsis· propterea consequentia est probabilis & apud pythagoreos uera:& ideo Aristoteles ea utitur· Deinde antecedens ꝓbat auctoritate pythagoricorũ quasi p locum a conuersione : & inquit nã ut etiã pythagorii sentiunt ipsum omne:ipsaq; omnia tribus sunt definita:potest·n·dici omnes tres currunt:igitur per conuersionem in parte omne potest addi ad tres·Quæ etiã probatio dyalectica est ut prior·Quod uero omnes possunt dici tres|probat & inquit : finis·n·& medium & principium eum numerum habent:qui est ipsius omnis : quia dici potest hæc tria principium medium & finem esse omnia:propterea subdit hæc autem uidelicet principium mediũ & finis eum habent qui trinitatis · est igitur probatio principium medium & finis dicuntur omnia· Principium medium & finis dicuntur tria:igitur tria dicuntur omnia:& omnia dicuntur tria: & sic habetur antecedens & ita uis totius rationis est tria sunt omnia:uel dicuntur omnia:igitur tantum tres sunt magnitudines:& per cõsequens corpus omni ex parte est diuisibile· Quæ ratio ut dictum est non est demonstratiua:sed probabilis fundata in auctoritate pythagoricorum·Nam illius demonstratio perquirat̃ a mathematicis sufficienter· Abreuiat̃ igitur ratio sic: tria dicunt̃ oĩa:igitur tm̃ tres sunt magnitudines · Añs probat̃ principiũ mediũ & finis dicunt̃ oĩa:principiũ mediũ & finis dicuntur tria · igitur tria dicunt̃ omnia:quæ ẽt auctoritate patet· Expositio· Epylogus·

Quo circa etiam a natura sumentes ueluti ab illius lege in deorum sacrificiis celebrandis hoc utimur numero·

Tertio arguit sic ex lege habitum est ut a natura exemplar apud gentiles ut in deorum sacrificiis & orationibus uterentur numero trinario : est enim hoc a natura quæ est deus habitum: quia ipse est trinus|& unus ut pythagorici aiunt·Igitur numerus trinarius est perfectus : & ita non plures esse debent magnitudines q̃ tres : inquit quo circa etiam a natura sumentes ut a deo ueluti imitatores ab illius lege in deorum sacrificiis celebrandis hoc numero trinitatis utimur:& credimus propter hoc perfecte sacrificasse atq; orationes celebrasse:igitur numerus trinarius est perfectus · Erit igitur breuiter enthymema numerus trinarius est perfectus : igitur tantum tres sunt magnitudines· Antecedens patet quia trinario numero utimur pro percepto in orationibus deorum:& credimus illud perfecte esse factum · Debes scire q̧ nec hæc ratio ualet:quia sic probarem omnia esse tria:ut tria elementa|tres coelos/tres motores : quoniam nu- Expositio· Epylogus·

merus trinarius est pfectus: & ita omnia constarent tribus: hæc igitur ratio ut famosa accipiatur.

Assignamus in super appellationes hoc modo, duo quidem ambo dicentes: duos etiam ambos: & utrosq; non omnes. at de tribus hanc appellationem dicimus primo. Quo quidem sic dicimus quia naturam sic proficiscentem (ut dictum est) imitamur.

Expositio. Vltimo arguit: & debes scire Græcos Grammaticos nominibus tres numeros dedisse singularem ut Enea. dualem ut duo Eneæ. pluralem ut tres Eneæ. numero duali dant hoc adiectiuum ambo: quatenus dicimus ambo duo Eneæ sunt potentes. Plurali uero addunt ipsum omnes ut omnes Eneæ sunt sapientes: ex hac appellatione patet numerum trinarium esse perfectum. Inquit assignamus insuper appellationes grammaticæ hoc modo: duo quidem ambo dicentes: duos etiam ambos | & ita per numerum dualem ut ambo Eneæ scribunt. & utrosq; non omnes appellamus: quia non dicimus de duobus omnes Eneæ scribunt. at de tribus hanc appellationem per uerbum omnes dicimus primo | deinde de quatuor | & de cœteris numeris. quam quidem appellationem de tribus dicimus imitantes naturam hoc trinario numero proficiscentem. uidelicet principio medio & fine ut diximus.

Epylogus. Epylogando igitur uis rationis hæc est. numerus trinarius est perfectus: igitur tantum tres sunt magnitudines | & ita corpus erit diuisibile ad tria. Quod autem numerus trinarius sit perfectus: patet. Tum primo quia nuncupatur nomine concernente perfectionem. uidelicet uerbo omne: quod est idem quod perfectū. Tum secundo quia omnes perfectiones constitutæ sunt trinario numero & natura: principio medio & fine: & orationes celebrandæ diis. Tum uel maxime quia numerus completus ut pluralis: qui tribus est contentus numero perfecto uerbo omnis constituitur: igitur trinarius numerus est perfectus: ex quibus patet uis rationis.

Quæ Auer. comen. scdo. Quæ uero in expositione præsentis textus Aueroes dicat: nunc afferamus: erit enim textus intellectus multo clarior. Primo igitur declarat quor ipsum continuum prædefinit: & uult q. hæc sit secunda summa: quæ ut dicebatur erat de subiecti naturalis phylosophiæ definitione: cum igitur subiectum naturalis phylosophiæ sit corpus: & genus illius sit continuum: est enim cōmune corpori & superficiei | lineæ & cœteris id genus: iure de continuo primo agit. In quibus uerbis patent duo: & corpus esse subiectum naturalis phylosophiæ: & continuum esse genus corporis. Sed quo nam modo corpus sit subiectum in illa: dictum est: quo uero continuum sit genus corporis: dicemus. Secundo Aueroes inter quantitatem continuam & discretam talem innuit differentiam: q. continua semper est in minora diuisibilis. discreta uenit in minima. Contra uero discreta crescit in infinitum. continua non | ut tertio physicorum dictum est.

Prima dubitatio. Secunda. Solebamus obiter dubitare primo continuum poetst diuidi in infinitum. igitur potest esse actu diuisum in infinitum. Secundo continuum potest diuidi in infinitum. animal est continuum. igitur animal potest diuidi in infinitum. Multa diximus in libro de generatione: nunc uero ad primum nego consequentiam: quia cuilibet possibili correspondet sua de inesse eiusdem modi. Et ideo bene ualet continuum potest diuidi in infinitum. igitur aliquando diuiditur in infinitum. non propter hoc sequitur ut sit diuisum in infinitum. cum enim diuiditur in infinitum: non dicitur diuisum esse in infinitum: quia diuidi dicit actum potestati admixtum: diuisum uero dicit actum purum. Ad secundum dico q. ex maiori de possibili & minori de inesse: conclusio esse debet de inesse conditionato: & sic sequitur: igitur animal potest diuidi in infinitum quatenus continuum. hæc nunc sufficiant pro differentia ipsius continui a discreto. Tertio Aueroes remouet cauillum: quia non uidetur uerum q. continuum sit genus corporis: si quidem continuum ipsum sit de genere accidentis. Corpus uero ut subiectum in naturali phylosophia sit de genere substantiæ. Soluit q. continuum est quasi genus: quia continet sub se corpus & superficiem & id genus: & ita est genus quatenus est accidens generale inseparabile a corpore continens alia a corpore sine quo corpus ipsum intelligi non potest. Quarto Aueroes ultra textum addit aliam causam quare corpus est diuisibile secundum tres dimensiones. & dicit quia nulla magnitudo quæ est pōt diuidi per tres diametros orthogonaliter nisi corpus: quod diametro longitudinis diuiditur in longū | diametro latitudinis in latum. diametro altitudinis in altum. Igitur corpus est id quod omni ex parte diuisibile est. Qua ratione bene dictum est corpus esse quod omni ex parte diuisibile est: quia idē est omni ex parte & tribus modis ut dicit Aueroes. Quinto Aueroes declarat qualis sit ratio Aristoteles: qua ipse enititur probare treis esse magnitudines: & uult q. propositio sit triplex. uidelicet per se nota: ut principia doctrinæ: questio ut conclusio quæ est pœnitus

ignota:

ignora:& media ut petitio & id genus:uult igitur q dimensiones esse tres sit ppositio de mediis & tertii ordinis:& ideo pbauit illā diuisionis loco/inductione:& id genus. Sexto Aueroes declarat unde institutiones pficiscuntur:ubi primo debes scire q duplex est natura·uidelicet naturās ut deus·naturata ut agentia naturalia/& cāe secundæ· quæ ideo dicunt naturata: quia e prima pficiscunt natura·Secundo debes scire q opus naturæ est semp per similitudinē ad opus & essentiā primæ naturæ:ita quicquid agit actione similiori actioni primæ sit melius ut dicemus secūdo huius·Ex iis sequit iustum esse preceptum ut deo trinas afferamus orationes:nam essentia primi in trinitate consistit·Secundo sequit bene esse in grāmatica factū ut trinario numero addatur omne:qm̄ ille est primus cui competit uerbum omne:& cœteris propter illum. Ex iis colligunt in numeris esse uirtutes:nam in numero trinario uidetur natura rerum constituta·Picus in sua appologia rem hanc asserit & contendit·Primo quia mathematica sunt formaliora physicis·igitur pollentiora uirtute:si quidē formā sequat uirtus. Secūdo quia quod in suo esse minus dependet:in suo operari ēt minus dependebit:& ita pollentius erit. Constat aūt numeros in suo esse minus depēdere: & ita magis actiui erūt·Tertio numero stabilita sunt multa quæ pollentissima sunt·igitur numeri pollentes erūt· Añs patet:nā elementa numero definita sunt quaternario·planete uero septenario·Signa Zodiaci duodenario·Simili rōne in aliis operibus dei deduci potest· Sed in contrariū sunt omnes peripaterici dicentes quantitates nō esse de principiis actiuis·Rationes uero in cōtrarium flectuntur·prima quidem quia quæ sunt potentialiora sunt minus pollentiora imo nullatenus agunt. Sed quātitates sunt potentiæ materiæ: quæ primitus in illa insunt ut in libro dicitur de substantia orbis:ex quarū diuisione numerus ipse proficiscit· secunda uero:quia quod est simpliciter dependens nullatenus agit· Sed mathematici & numeri pœnitus ab intellectu dependēt:igitur nullo modo agūt. Propterea dicerem posse uirtutem numeris intelligi inesse aut per se/quo modo calori uim aliquam esse dicimus: & sic numeris non concederem uires·Aut p accidēs rōne rerum numeratarū:& hoc modo bene uires numeris preberē·decem·n·hoīes sunt pollentiores tribus·hinc patet esse multa nūero definita:nō ppterea quia in nūeris sit p se uirtus:sed rōne rez nūeratazz:& hæc sūt pipatetice dicta.

De uirtute numeri·

Positio Pici·

Confutatio

Propria positio·

Quare cum omnia·& omne·atq; perfectum inter se non differant forma. Sed si quidem differunt:utiq; materia & his de quibus dicuntur distant:corpus nimirū inter magnitudines dumtaxat perfectum erit·ipsum enim solum tribus definitū erit·hoc autem est omne·

Hactenus de definitione corporis:& q tantū sint tres magnitudines perfecit: nunc ex his infert duo:quorum primum est/q corpus solū inter magnitudines sit perfectum: secundum q solum sit omni ex parte diuisibile·Necessitas uero huius est:quia uult probare mundum esse perfectum/saltem in ratione corporis: quæ perfectio est perfectio generis: & hoc quia hic incipit tertiam sūmam agredi:quæ erat de perfectione mūdi·Syllogizat aūt sic omnia & omne est perfectum·Solum corpus est omnia & omne·igitur solum corpus est perfectum·Quod solū corpus sit omnia & omne:declarat·omnia & omne tribus definita sunt· Solū corpus inter magnitudines tribus definitum est·Igitur solum corpus est omnia/& omne·De ratione primo tangit uim maioris dicens·Quare cum omnia & omne atq perfectum inter se non differant forma. Sed si quidem differunt:utiq; materia & his de quibus dicuntur hoc est subiectis differunt:& per hoc uult habere hanc q omnia & omne sunt perfectum:cui addita hac minori q corpus sit solū omnia & omne:infert conclusionem dicens:corpus nimirum inter magnitudines dumtaxat perfectum erit· Deinde probat minorem q uidelicet solū corpus sit omne & oīa:& inquit:ipsum·n· solum tribus definitum erit·at quod solum tribus definitum erit est solum omne & omnia·igit corpus solum est omne & omnia:quæ erat minor:& ita habetur prima conclusio·

Expositio·

At cum sit tribus ex partibus diuisibile:omni ex parte diuisibile erit·cœterarum autem magnitudinum altera ad unum:altera ad duo est diuisibilis: quippe cum eo diuisibiles atq; continuæ sint:quo numerum subeunt:alia quidem ad unum cōtinua:alia ad duo:alia omni ex parte talis·

Secundo probat q solum corpus sit omni ex parte diuisibile:& hoc quia tribus ex partibus diuisibile est omni ex parte diuisibile:at corpus ut probatum est tribus ex partibus sit diuisibile· igitur est omni ex parte diuisibile·cæterarum uero nulla est omni ex parte diuisibilis:ut deducit·& sic patent hæc duo. Fortasse hæc est secunda ratio; qua probat corpus esse perfectum ex

Expositio·

Quæ Auer· in comen·iii· eo uidelicet:quia omni ex parte diuisibile est·& tunc legat̃ at ꝓ ẽt· Aueroes uero declarat primo quo nã modo oẽ totũ & perfectũ forma nõ differunt:sed subiecto·& uult ea nõ forma differre: quia ipsa subeũt formã multitudinis & cõplementi·subiecto uero differũt:qm̃ oẽ quãtitati attribuit̃ discretæ·Totũ cõtinue perfectũ qualitatibus & formis ut deo & intelligentiis : in quibus

Dubitatio· nulla est materia · Sed dices nos dicimus oẽs intelligentiæ sunt bonæ/omnes sunt actus puri: igitur omne dicit̃ de illis formis·Amplius dicimus deũ esse totũ:imo uerius totũ:qm̃ ipse nul/

Solutio· lius est pars·Dici põt q̃ hæc de deo dicunt̃ & intelligẽtiis ꝑ accidens:quatenus illæ attribuũt̃ magnitudinibus per se ut orbibus·ratione enim orbium dicunt̃ multæ & oẽs · & deus dicitur totum ꝓpter orbem maximum/cui primo attribuit̃· Sed si intelligerentur absolutæ/nec nume/rum nec rõnem totius participarent:& sic patet uerbum Aristotelis· Secundo Aueroes declarat quo nã modo intelligitur uerbũ Aristotelis·ut·n·numerũ adepta sunt sic & diuisionẽ & contin/uitatem : & uult ut dupliciter intelligi possit uno modo ut ois magnitudo eo sit discreta quo cõtinua:& ita linea quia cõtinua est ad longũ:discreta uel diuisibilis est ad longũ in duas me/dietates:superficies ad longum & ad latum · corpus ad longum latũ & altum : & hoc modo est continua & discreta ratione ptium quas habet·cõtinua quidẽ quia actu una:discreta quia pote/state diuisibilis·Alio mõ ut cõtinuitas & diuisio nõ ad idẽ referant̃ sed ad numerũ dimensionũ & tũc linea quia nõ pticipat numerũ dimensionũ est cõtinua & una tm̃ · Supficies quia diuidit̃ in duo longitudinẽ & latitudinẽ numerũ pticipat merito dimensionũ & cõtinuitatem : merito lineæ·Corpus uero particeps est utriusq; unitatis ex pte lineæ:nũeri ex pte supficiei· approbat secũdam expositionẽ ꝓpter uerba Aristotelis quæ de corpore postea dicet:nã postea affirmabit

Propria expositio· corpus recipere duo nomina cõtinui & discreti:& sic uidetur secũda expositio melior· Ego uero approbo primã:nã sic sequeretur supficiem & corpus esse discretas quãtitates & solã lineam esse continuã·quod est cõtra Aristo·ubiq;:enumerat enim hæc sub genere cõtinuorũ· Et ita melius dico omnem magnitudinem quo est cõtinua eo esse discretã:& ecõtra:nõ tñ eodẽ modo · Sed si actu cõtinua:potestate discreta:si discreta actu:potestate continua·& hæc expositio est ubiq; cõ

Questio· uieniens· Vtrũ tres esse magnitudines possit demonstrari· Respondet Ioannes q̃ sic:& ostendit

Respõsio Ioãnis· illud duabus rationibus·Prima est:quot sunt positionis differentiæ tot sunt magnitudines·tres sunt positionis differentiæ sursum & deorsum una:quæ longitudinẽ facit:ante retro:quæ alti/tudinem siue profunditatem·dextrum sinistrum/quæ latitudinem efficit · Secunda ratio quam ait esse Ptolomæi/est quia quot modis lineæ rectæ orthogonaliter hoc est perpendiculariter possunt se intersecare in eodem puncto:tot sunt dimensiones · Sed lineæ rectæ non nisi tribus modis possunt se perpendiculariter intersecare eodem in puncto : quia ubi pluribus fieret mo/dis:plures anguli efficerẽtur recti:quod est falsum· & dicũtur lineæ rectæ quia curuæ possunt esse plures·& dicitur orthogonaliter ad differentiam illarũ quæ non cadunt perpendiculariter: quæ possunt esse plures & non facere angulos rectos : sed uel acutos uel obtusos · hoc exemplo in plano ostendi non potest:sed bene in ligno/quia accipiendo duo ligna quorum unum alte/rum intersecet ad modum crucis : & in puncto intersectionis aliud cadat perpendiculariter: erunt omnes anguli recti:q̃ si plura ligna sint:non erunt recti·Ex iis duabus rationibus Ioãnes

Propria põ· autumat illud esse demonstrabile · Mihi tñ uidetur illud aut non esse demonstrabile : aut non

Aliqualis cõ/iectura cõtra Ioannem· dum esse demonstratũ·Cuius signũ habeo quia si esset demonstrabile: Aristoteles mathemati/corũ nõ minor princeps q̃ physicorũ:id demõstrasset aut demõstratione mathematica:aut phy/sica·uidimus uero ipsum fuisse cõiectura usum:& auctoritate tm̃ pythagoræ · Proptерea dicere id demonstrabile esse : & non demonstratũ hic est Aristotelis accusatio : propter hæc uidetur mihi ambas illas rationes petere:prima quidẽ:quia licet sit uerũ quot sunt differẽtiæ positiõis: tot esse magnitudines:tñ nõ est manifestũ· Similiter & si sit uerũ q̃ quot modis lineæ perpendi/culariter se intersecant in eodem puncto:tot sint magnitudines:nõ est per se notũ · Et ita rõnes has uti probabiles concedimus:demonstrationes uero nos nõdum uidimus·hæc de questione·

Quæ igitur magnitudinum sunt diuisibiles:eæ quoq; continuæ sunt·At si omnes etiam continuæ diuisibiles sint:nondum ex iis quæ nunc diximus patet · At illud profecto patet non esse e corpore in aliud genus defluxum·uelut ex linea in super/ficiem·& ex superficie in corpus·non enim talis profecto magnitudo adhuc per/fecta erit:fiat enim defluxus ratione defectionis necesse est · At perfectum defe/ctionem habere nequit·est enim omni ex parte tale·

Aristoteles

Aristoteles nūc quasi epylogando: colligit quid nā ex dictis nūc patet: & quid nō patet· primū igitur quod patet ex nūc dictis/ est omne magnitudinē diuisibilē esse continuā: hoc iccirco hic patet: quia patuit omne diuisibile esse unū: nō·n·diuisio cadit in discreto: sm quod nō ex dictis patet: est huius cōuertēs oē uidelicet cōtinuū esse diuisibile: quia ut Simplicius addit: hic definitio cōtinui est sūpta: & nō demōstrata: sed in·vi·physi·demōstrat̄· Inqt quæ igit̄ magnitudinū sunt diuisibiles: eæ quoq3 cōtinue sunt· & hoc patet· At si oēs ēt cōtinue diuisibiles sint: nōdū ex his quæ nūc diximus: patet· Melius fortasse exponerē q· cōtinuū esse diuisibile: & diuisibile esse cōtinuū est uerū· At diuisibile esse cōtinuū: & ecōtra: nō patet· & hoc plus cōuenit· Secūdū quod patet est nō dari ultra corpus aliud genus magnitudinis: in quod corpus ipm fluēs efficiat illud uelut linea fluēs facit supficiē: & supficies corpus· Inqt rursus ēt illud pfecto patet nō eē e corpe in aliud genus defluxū: uelut ex linea in supficiē: & ex supficie in corpus· probat hoc enthymematice sic si corpus fluēs aliud genus efficeret magnitudinis: corpus nō erit pfecta magnitudo: pbat cōsequentiā: quia defluxus fit merito defectionis: ut qa lineæ deficit latitudo: ideo defluēs in latū: supficiem efficit: quia uero supficiei deficit pfunditas: ideo fluēs in pfundū: corpus facit· præterea hoc idē patet p rōnem uniuersalē motus: nā oē quod mouet̄: ideo mouet̄ quia sibi quicquā deficit: ut illud p motū nanciscat̄· Inquit nō talis pfecto magnitudo adhuc pfecta erit: deducit: quia oportet ut defluxus fiat pter defectionē: ut patet & generatim & speciatim· Destruit cōsequēs: & inquit at pfectum defectionem habere neqt: quia ut dictū est id quod omni ex pte est tale· Sic igitur ex his patet non esse aliud genus magnitudinis in quod fluxit corpus· **Expositio·**

Eorum igitur corporum: quæ partis subeunt formam: quamuis tale sit unumquodq3 eam ob rationem: uidelicet quia omnes habet dimensiones: nihilominus tamen quia ad id quod est propinquum tactu definitum est: iccirco talium corporum unumquodq3 multa quodammodo est· At ipsum omne cuius hæc sunt partes: omni ex parte (uelut etiam eius nomen significat:) perfectum est; & non ex parte quadam sic: ex parte quadam non·

Vt dicebatur quarta summa erat in probando mundum esse perfectum· Et supposuit ad hoc corpus esse magnitudinum perfectam: & epylogauit quæ patent: quæue posterius dicentur: nunc ut mihi uidetur mundi perfectionem· ex dictis nanciscitur· Vbi debes scire duplicem esse perfectionem/ alteram corporis quo corpus est/ & hæc est habere tres dimensiones: & uocatur pfectio sm rōnem siue definitionē generis· Altera est corporis quo tale corpus· Tunc concludit oē corpus quod intra cœlum continetur esse pfectum per rationē corporis: quia habet tres dimētiones per rationem uero talis corporis ut quia continetur ab eo corpore quod est circa ipsum: aut quia finitur ad aliud sibi proximum: imperfectum est· at uniuersum per rationem generis ut quia corpus: & per rationem speciei: ut quia omnia continet: & e nullo continetur omni ex parte pfectum est· Inquit eorum igitur corporum: quæ partis subeunt formam quamuis tale sit unumquodq3 ob rationem atq3 definitionem corporis: uidelicet quia omnes habet dimētiones: nihilominus tamen quia ad id quod est sibi propinquum tactu definitum est: iccirco talium corporū unumquodq3 multa hoc est imperfectum est· Quo uero ad uerba attinet uerbum illud multa græce est πολλά: quod more Pythagore imperfectum sonat etiam: quia ipse turpe & imperfectum multa siue polla uocat· & hoc loquendi modo utitur nunc Aristoteles· Sic igitur unumquodq3 corpus: quod pars est mundi/ ea parte qua corpus per rationem generis perfectū est· per rationem speciei: quia ad aliud finitur imperfectum· At ipsum omne cuius hæc corpora sunt partes (uelut etiam eius nomen significat) omni ex parte perfectum est hoc est tam ratione generis q̄ ratione speciei: & non ex parte quadam sic ut quia corpus: ex parte quadam non: ut quia finitur ad aliud· est enim corpus: & ad nihil definitum: ideo simpliciter perfectum· Ex his talis emergit Syllogismus quod est corpus & ad nullum corpus exterius definitum: est corpus simpliciter & omni ex parte perfectum: uniuersum est corpus & ad nullum corpus definitum· igitur est corpus simpliciter perfectum· **Expositio·** **Expositio uerborum·** **Syllogismus·**

De ipsius igitur uniuersi natura siue magnitudine infinita sit siue tota mole finita: posterius considerandum erit·

Hactenus q· mundus sit oi ex parte pfectus declarauit: quia oīa cōtinet a nullo cōtinet̄: ppterea dubitauerit quispiam ratione parmenidis quod nullo cōtinet̄ & oīa continet/ est infinitū· Sed uniuersum p Aristotelem nullo cōtinet̄/ & oīa cōtinet: igit̄ est infinitū: huic nūc quasi rñdēdo **Expositio·**

inquit de ipsius igitur uniuersi natura siue magnitudine infinita siue tota mole finita sit: poste/rius considerandū est:& sic responsionē ad tempus transmittens excusat se· Debes scire de mundo fuisse duas positiones: alteram q. mūdi sunt multitudine infiniti· alteram q. multitudine sint finiti:sed mole infinitus est: Aristoteles meminit secūde:quia illa pōt sequi ex dictis: aliam postea disputabit|& nihil illius meminit:quia nō ad dicta sequit̄·Quia Aueroes multa circa textū explicat: agrediamur nunc quæ ipse dicit: nam ex iis multa quæ in textu omissimus|explanabuntur·Quantū tamen ad primū dictum est in textu esse perspicuum omnem magnitudinem diuisibilem esse continuā:sed omnem continuā esse diuisibilem:non est manifestum: Aueroes uult has ambas esse manifestas·uidelicet omne diuisibile esse continuū & omne continuum diuisibile:sed nō conuersiue:qm̄ uniuersalis affirmatiua nō conuertit̄ in terminis ut in prioribus dicitur:ideo si prima sit hic manifesta ut diximus in textu·uidelicet omne diuisibile esse continuum:sequit̄ hæc quodā continuum est diuisibile:& nō uniuersaliter omne continuū est diuisibile:propterea ait Auer· nō esse manifestam eius conuersionem· Ex hoc Aueroes infert nō esse manifestū omne corpus esse diuisibile omni ex parte:nam si non patet omne continuū esse diuisibile|non patet corpus esse diuisibile:propterea ait id tunc patere cum declaratū est non dari indiuidualia corpora quæ Democritus concedit: quare duo non sunt hic manifesta sed ex suppositione sumpta·uidelicet omne continuum esse diuisibile & corpus esse omni ex parte diuisibile:& certe Aueroes hic laudem non paruam meretur·Postea quasi inferens recolligit ipse omne continuū esse diuisibile declaratum esse in·vi·physicorū:& propterea hic & in geometria est ut principiū:nam geometria eam sumit ut principiū·naturalis expertē eam probare·Postmodū Aueroes ex textu talem sumit Syllogismum perfectum est quod non recipit additionem: corpus non recipit additionem·igitur est perfectum·Sed dices solus deus non recipit additionem· Dici potest q. Aueroes sic intelligit perfectum est quod non recipit additionem sui generis·modo & si corpus recipiat additionem:illa est alterius generis a corpore:sed in ratione sui generis non recipit illam·Postea Aueroes ibi· V numquodq; docet differentiā inter corpora quæ sunt partes in suis formis siue suis continentibus:nam continēs forma est cōtenti quarto physicorū· & ipsum uniuersum:ex eo quia corpora quæ sunt partes perfecta sunt in dispositione perfecti· uidelicet per rationem generis & nō rōne speciei:quia ipsa in rōne speciei diminuta sunt:quia cum tangant superficies corporum continentium:possunt recipere additiones·at uniuersum ut dicebatur est perfectum per ratoinem generis ut quia corpus|& in ratione speciei: quia e nullo continetur:nec contineri est aptum:sed omnia continet·Ex hoc exponit illa uerba ꝑpter quod quodammodo multa corporum unumquodq; est:probat tamen primo corpora plura in eadem specie esse quia sunt imperfecta:& arguere uidetur primo illa corpora sunt plura in eadem specie:quæ continentur ab aliquo·at partes contente in mundo continentur ab aliquo·igitur plura in eadem specie· Secundo diminutum est illud ex quo inuenitur plus uno in eadem specie· Corpus particulare est diminutum:igitur inuenitur plus uno in eadem specie·probatur minor: quia si corpus particulare esset perfectum:non inueniretur plus uno in eadem specie sicut de mūdo dicitur·Sic igitur patet corpora particularia esse plura:quia sunt imperfecta diminuta|& contenta·Hinc causam infert multiplicationis indiuiduorum sub eadem specie:quia uidelicet esse eorum est diminutum:cum enim sit diminutum:natura suppleuit in numero:ut species seruaretur in sua totalitate: uerba igitur Aristotelis intelligūtur propter quod hoc est quia imperfecta sunt:quodammodo multa sunt participatione speciei·hæc Aueroes· Deinde ibi totus mundus est perfectus: Aueroes congregat in mundo omnes perfectiones:generis quidem: quia est corpus·speciei uero quia non continetur:& quia est unus numero in sua specie·addit q. siue sit finitus siue infinitus nihil continet ipsum:si quidem infinitus:patet quia nihil ipsum cōtinet:quia extra ipsum nihil est nec uere nec imaginarie:ut patet per descriptionem infiniti· Si uero finitus:minime·quia tunc esset pars alterius ut dixit: quare omni ex parte perfectus est & unus numero in sua specie· Qua ratione patet totum particulare ut elementum non significatione perpetua esse perfectum hoc est omni ex parte·at mundus semper est perfectus & omni ex pte· hæc Aueroes in comēto·Sed circa hæc quærūt·Primo utrū imperfectio sit cā multiplicatiōis sub eadē spē:& uidet̄ q. nō:nā phenix est imperfecta:& tñ nō est multa ī suis indiuiduis· Secūdo una est terra:& tamen est imperfecta·In contrarium est Aueroes in comento·Respondent quidam q. imperfectio accipiendo imperfectionem pro diminutione atq; priuatione alicuius entis in specie uel genere: est causa multiplicationis sola indiuiduorum in eadem specie: & hanc aiunt esse mentem Auerois·Sed hæc positio est falsa:quia ut dicit Aueroes tertio de anima comēto·v· quælibet

Marginal notes: Aiaduersio· | Quæ Auero· comen·iiii· | Qualis illatio Aristo· | Qualis sit illa ꝑpositio oē cōtinuum est diuisibile· | Syllogismus textus· | Replica· | Defensio· | Dīa corpoꝝ· | Prima qō· | Prima rñsio· | Confutatio

quaelibet substantia praeter primam est imperfecta & composita ex potentia & actu: igitur quaelibet substantia est multa in suis indiuiduis. Secundo si imperfectio est causa multiplicationis indiuiduorum in eadem specie: aut effectrix: aut formalis: aut materialis: aut finalis: & patet nullo horum modorum esse causam. Propterea dici potest q. imperfectio non est causa multiplicationis indiuiduorum nisi uelut causa sine qua nõ. Unde causa prima ut materia est ipsa materia ut in multis locis habetur ab Aueroe causa sine qua non est imperfectio: causa effectrix per se est generans aptum plura generare in eadem specie: causa formalis est forma rei: quia ut dicitur secundo de anima. comento quarto. indiuiduum est hoc propter formam. Formalis sine qua nõ est continens. Sunt enim cõtenta in continentibus ut in speciebus. causa ut finis est esse melius: nam cum natura semper agat de possibilibus: quod melius est. Modo plura esse indiuidua sub una specie: quando apta nata sunt esse: est melius. igitur hoc est causa ut finis. Utrum uero materia sit causa multiplicationis sola: an ut quanta: alibi quaere. Tunc ad rationes ad primam patet solutio. est enim phenix multa in indiuiduis secundum successionem/ & hoc satis. & de terra similiter: imo terra continue est alia atq; alia. haec de prima questione. Quaerunt secundo: utrũ aliqua species quãto plura habet indiuidua tanto sit alia perfectior: uidetur q. non: quia ut Aueroes inquit causa multiplicationis est imperfectio. igitur species habens plura indiuidua est nõ habente tot imperfectior. In contrarium est Aueroes qui in comento ait plura indiuidua esse data pro suplemento/ & ita uidetur multiplicatio dicere perfectionẽ in specie. Quicquid uelint quidam. Primo debes scire posse esse aliquid de perfectione alicuius: quod tamen procedit ex imperfectione illius. Exemplũ ut scientia de nouo acquisita est de perfectione hominis: sed de nouo acquisita est propter hominis imperfectionem. Secundo debes scire duplicem esse alicuius perfectionem. uidelicet per accidens: & per se. Tertio debes scire q. quedam est species praedicamentalis ut illa quae actu uel potestate continet plura indiuidua: quaedam aequiuoce dicta ut species cuius indiuiduum est aeternum. iis declaratis: dico primo q. in specie cuius indiuiduũ est aeternum: esset de imperfectione habere plura indiuidua: & propter imperfectionem. Dico secundo in specie cuius indiuidua sunt uel possunt esse multa plura habere indiuidua est de perfectione non essentiali sed accidentali: & propter imperfectionem accidẽtalem: patet ex dictis. Dico tertio q. habere plura indiuidua nec est de perfectione essentiali: nec propter imperfectionem essentialẽ. & haec sunt pro mente Auerois/ & tollitur contradictio. haec de secunda qõne.

Propria positio.

Secunda qõ.

Determiatio questionis.

Prima suppositio.

Secunda.

Tertia.

At nunc de partibus ipsius per speciem dicamus: hinc exordio sumpto: omnia nãq; corpora naturalia atq; magnitudines per se mobiles loco dicimus esse. naturã enim principium ipsis insertum esse fatemur.

Erat (ut dicebat Aueroes) summa quarta in demõstrãdo coelũ esse corpus simplex/ rotundũ cõsimilis naturae cuilibet corporũ simpliciũ: quae recto mouenẽ motu: hactenus igitur de tertia q. uidelicet mundus est perfectus: & de quarta agrediẽ. Presupponit tñ intentionẽ & inquit at nunc de partibus ipsius uniuersi per speciem dicamus. Sed quo ad uerba attinet uerbum illud κατ' εἶδος expositor forte auctoritate Simplicii exponit secundũ spẽm: sunt. n. ptes uniuersi duplices ſm speciem siue secũdũ formã: ut elementa quatuor & coelũ: quae ideo ſm formam sunt: quia sunt de essentiali coeli constitutione: sunt & ſm materiam ut mixta: quae ideo ſm materiã sunt: quia fluunt & refluunt: tũc est sensus q. uult dicere de ptibus secũdũ formã: & nõ ſm mãm: quia de quatuor elemẽtis & coelo: & tũc iusta hoc nõ tm̃ Aristoteles p̃supponit intentionẽ praesentis sũmae quartae: sed totius libri coeli: & uideẽ rõnale: quia quae dixit hactenus: sunt quasi extrinseca a coelo. põt ẽt intelligi ut diximus p spẽm: quia hactenus in libro physicoꝝ dictum est de ptibus coeli p rõnem generalẽ: hic de his uult dicere p spẽm. Sed quomodocũq; sit: sumit pro declaratione sui ꝓpositi quedã ut suppositiones: & haec ut studiosus mathematicae. Et ingt oia nãq; corpora naturalia atq; magnitudines p se mobiles sunt loco. Syllogizat hoc oia que nãm habent sunt p se mobilia ſm locũ: physica corpora & magnitudines nãm habẽt: igitur p se mobilia ſm locũ. Quo uero ad uerba attinet dixit corpora naturalia: quia Platonici posuerunt etiã corpora daemonica/ & alia id genus: dixit corpora & magnitudines ut expositor ait amplectendo ẽt lineam & supficiem: quae mouenẽ ut termini corporum naturalium. Sed hoc non placet: quia dixit corpora & magnitudines per se moueri: modo tales non per se mouentur. Melius igitur per corpora elementa intelligit: & per magnitudines coelos ipsos: qui sunt quasi simplices magnitudines. dixit quecunq; naturam habẽt sunt per se mobilia in loco: quia latio est primus motuum: & nihil potest moueri aliquo motu quin latione moueatur.

Expositio.

Insuper etiam omnis motus qui per locum est:quem lationem appellamus:aut rectus est:aut circularis:aut ex his mixtus·Simplices enim ii duo sunt soli:propterea q & magnitudines hae solum simplices sunt recta & circularis·circularis quidem pfecto is est:qui circa mediũ fit·rectus uero quo sursum atq deorsum itur·Atq eo sursum ire dico:quo e medio pergit· eo aũt deorsum:quo ad mediũ ibit·

Expositio. Secunda suppositio omnis motus qui per locum est:quem lationem uocamus: aut rectus est:aut circularis:aut ex iis mixtus·ut motus obliquus eorũ quae hac illac feruntur·dixit qui per locum est:ad excludendũ caeteros motus uidelicet alteratione & auctionem:quorũ nullus est rectus:aut circularis:aut ex iis mixtus·Adiecit quẽ lationẽ appellamus:pper condensationẽ & rarefactionẽ:qui locales motus sunt:sed non lationes·haec est secũda suppositio·hanc suppositionem pbat quot sunt simplices magnitudines/tot sunt lationes simplices:ut duae sunt simplices magnitudines·uidelicet recta & circularis·Igitur duae lationes simplices recta·uidelicet & circularis·Maior est pspicua quia lationes specificant a locis:ut caeteri motus a suis terminis·Minor uero est suppositio mathematicorũ·Deinde declarat suppositionẽ exponẽdo mẽbra diuisionis:& inquit circularis quidẽ pfecto is est:qui circa mediũ fit:& ut addit expositor p mediũ intelligit mediũ mundi:nã rota molendini circa mediũ fertur:& nõ circulariter mouet:sed motu cõposito ex eleuatione & depressione: rectus uero duplex quo sursum itur ut ille leuium: atq deorsum ut ille grauiũ:exponit aũt quid p ire sursum:quidue p ire deorsum intelligat & inquit

Dubitatio. Solutio. atq eo ire sursum dico:quo e medio pgit:eo aũt deorsum:quo ad mediũ ibitur·Sed dices quor nõ dixit eo ire sursum quo ad cõcauũ itur:eo deorsum quo e concauo·Dici põt quia nõdũ paret esse coelũ uel cõcauum:ideo pnotius descripsit·Haec est declaratio crassa secũdae suppositionis·

Quae Auer· comen·v· Aueroes comen·v·multa pulchra declarat:ex quibus multa occulta in textu exponent:& primo declarat ordinẽ dicendorũ:& inquit Aristotelem uelle determinare de ptibus uniuersi incipiendo primo a nobiliori & primo corpore·uidelicet coelo:de quo determinãdo incipiet primo

Ordo intentionis. declarare ea:e quibus natura ipsius apparet·uidelicet de motu simplici·hic est ordo: & haec est intentio·Sed aliquis obiciet nã nulla scia pbat suũ subiectũ esse nec spẽs sui subiecti/ut primo

Obiectio. Expositio. physicorũ·comen·lxxxiii·& secũdo comen xxii·&·xxvi·dictũ est:& secũdo de aia·co·xxvii·Modo coelũ est subiectũ hic aut saltem praecipua subiecti spẽs·Cui respondẽs inquit:esse·n·eius est sensibile p se:quasi uelit eẽ posse sumi dupliciter:uno mõ absolute·uidelicet ut terminat quaestionẽ an est:& sic coelũ esse est manifestũ sensu:qm sensibus nostris subiacet saltẽ pper eius accidẽtia ppria ut p motũ & lumen·Alio mõ sumit p eo e quo essentia sumit:& sic quærit:& ita eius esse uno mõ est praecognitũ:alio uero quesitũ·Secũdo Auer·declarat qualis sit haec ppositio

Qualis propositio Ari. Aristo· oĩa corpora naturalia sunt p se mobilia fm locũ:& uult hoc esse p se principiũ & quasi suppositio p se manifesta:ut p principiũ quod est in eis·uidelicet naturã:quae est p se manifesta·Entia·n·naturalia nõ dicunt naturalia nisi pper naturã:mõ naturã eẽ principiũ motus localis

Digressio Auerois. est p se manifestũ:& sic haec est suppositio p se manifesta·Digredit uero Aueroes ibi·Sed in hoc est questio nõ pua·Ad cuius euidentiã Aueroes sumit ppositiões:e quibus sequit qõ·Prima ppositio natura est principiũ p quod mouet uel quiescit res p se ut definitiõe illius pz·Secũda natura prius de forma dicit:q̃ de materia·Tertia naturã esse in nãlibus est p se notũ: & motũ esse aliud a motore est ẽt p se notũ·Ex iis infert coelũ hr̃e motorẽ p se aliũ a moto:qa oẽ quod mouet p se & a se habet motorẽ aliũ a moto:coelũ mouet p se·igit habet motorẽ aliũ a moto·caeterae ppositiões pter ultimã ad hũc syllogismũ nõ sunt utiles:sed sunt additae p declaratiõe terminorũ·Tũc seq̃ coelũ eẽ cõpositũ ex mã & forma·s·motore q est forma:& moto qd est mã:& ita gñabile & corruptibile·& haec est qõ·Et si posuerimus·Hic Auer·rñdet fortasse fm aliquos:dicendo

Prima rñsio. coelũ cõponi ex mã & forma:sed forma illius est sepata a mã coeli:& nõ depẽdet a coelo·Cõtra

Confutatio. obicit qa tũc nã coeli quod mouet:nõ drt a nã alterius moti:nã oẽ quod drt nãliter ab alio drt ab illo p suã formã:quae est p se intrinseca & nõ sepata ab illo·Forma·n·sepata nõ est nã:& ita p

Secũda rñsio. Tertia rñsio. illã nihil põt differre nãliter ab aliquo·Nõ est ergo·Secũda rñsio eẽ põt q· in coelo est forma separata/quae mouet ipsum·Tertia q· citra intellectũ in coelo est nãlis qdã forma:a qua coelũ cõponit:& qua dicit motus nãlis:ut ponit Auice·opinat·n·ultra intelligẽtiã in coelo esse formã nãlẽ:q coelũ dr̃ neq graue neq leue:quẽadmodũ ignis p suã formã dr̃ leuis: terra p suã grauis &

Confutatio primae. Confutatio secundae. sic i caeteris·Cõtra obicit Auer·& pmo cõtra pmã/& iqt forã·n·abstracta nõ significat nãm alicui cor̃pis:nã·n·d nulla forã abstracta dici pt:qa nã p se iest enti nãli·Cõtra sã uero:qa tẽ celũ eẽt cõpositũ ex mã & illa forã nãli:& ita eẽt i co potẽtia cõruptõis ut pote mã:qd dstruet postea

Et cum

Et cum ita sit·Respondet & concedit cœlum esse compositũ ex materia & forma seperata : sed Responsio
uult motũ nõ esse naturalem per illam formam separatam:sed a principio passiuo:& ita diuersia Auerois.
buntur naturæ rerum quæ mouentur nõ quidem simpliciter:sed passiue tm̃ · & addit Aueroes
hanc qõnem esse magnã:quia facit opinari cœlũ cõponi ex materia & forma:qua cœlũ non sit
graue nec leue·Sed dices tũc natura dicet̃ de natura celi·Rñdet q̃ dicit̃ hoc nomẽ natura de illa
cœli:& hac rerũ gñabiliũ æquiuoce:& nõ uniuoce:eterno·n·& gñabili nihil est rõne uniuocũ·
Sed ambiges:qa uidet̃ utraq; natura uniuoce dicta quia utraq; est potẽtia & principiũ passiuũ Dubitatio.
motus·Dici põt ut disputabit̃ postea utrãq; dici uniuoce in rõne methaphysica:quæ est rõ po/ Responsio.
tentie & principii:nõ aũt in rõne physica/quæ est rõ potẽtie transmutabilis:sed de his postea·
Aut dicamus·Aliter respõdet Aueroes:ubi primo debes scire apud Aueroem formas esse in du Secũda respõ
plici differentia:aliquas quæ p̃ subiectũ constituunt̃:uelut ille quæ dependẽt in esse & cõserua sio Auer.
tione a subiecto in quo sunt:aliquas quæ subiectũ in quo sunt/cõstituũt p̃bendo illi esse/& acci/
dẽtia p̃pria illi/ut motũ & figurã & cætera id genus:colligit̃ hæc distinctio pluribus locis ma/
xime in libro de sba orbis·Secũdo debes scire q̃ quẽadmodũ rõalis aia põt dupliciter cõsiderari
apud Latinos s̃m gradũ sensitiuũ/& s̃m gradũ intellectiuũ:sic quelibet cœli intelligẽtia põt cõ
siderari s̃m gradũ intellectiuũ & esse intentionale:& s̃m gradũ quo sũt aiæ cœlorũ/& eẽ reale:&
ut aia rõnalis s̃m gradũ sensitiuũ est forma hois & cõprehensa a corpe:s̃m gradũ intellectus est
separata & nõ a corpore comprehensa:sic quelibet intelligentia s̃m esse reale & esse aiæ cœlum
cõstituit in esse/& accidẽtibus p̃priis illi·Secũdũ uero esse intellectiuũ & intentionale nullius
corporis actus est:sed est p̃xime intelligẽtiæ forma:superioris aũt materia· Tũc ad qõnem dici
põt intelligentiã esse cœli formã secũdũ esse reale:quo coelũ cõstituit in esse & p̃priis accidenti
bus·uidelicet figura & motu·& sic maior est falsa:nõ·n·oẽs formæ:quibus corpora differunt in
motu sunt uere formæ illorũ:sed sat est eas esse formas constituentes corpora in esse : & hec in/
quit aut dicamus q̃ formæ abstractæ ut sunt formæ abstractæ hoc est ut non dependent a sub/
iecto innate sunt constituere illud quod ab eis mouetur in esse corporis cœlestis/& rotundum:
& ita quo ad eorum esse reale corpus cœleste constituũt in esse specifico/& accidentibus p̃priis
illi:uelut forma ignis facit ignem & omnia sibi accidentia · Sed dices : tunc intelligentia esset
natura:respondet & concedit naturam dici de hac forma ut de formis generabilium:replicabis
igitur cœlũ cõponit̃ ex materia & forma & natura & natura:si quidẽ illa forma est natura·Re/
spondet & inquit & quocunq; modo sit non oportet intelligere de natura quæ non est grauis
neq; leuis/nisi naturam corporis simplicis : & non naturam corporis compositi ex uera mate/
ria & uera forma:& ita intelligentia est natura æquiuoce & non uniuoce · hæc de secunda re/
spondit : addit q̃ secunda responsio est manifestior : licet sint uicinæ : quod ideo sunt uicinæ:
quia ambæ tenent coelum non componi ex uera materia & uera forma · Sed ex natura & na/
tura æquiuoce dictis · Et non est estimandum hæc est secunda digressiuncula : ubi Aueroes Secunda du/
soluit questionem tacitam:dixit enim Aristoteles motus simplices esse duos : quia magnitudi/ bitatio Auer.
nes sunt duæ·Ideo quærit quid per magnitudines uelit Aristoteles respondet q̃ diuisio motus
potest sumi pænes magnitudines supra quibus fit motus:& penes magnitudines quæ mouen/
tur hoc est ipsa mobilia : respondet itaq; q̃ diuisio motus non est penes magnitudines supra
quibus fit motus:sed penes magnitudines que mouentur·cum enim ipsum mobile quod moue
tur sit aut rectum/aut orbiculare:ideo motus est aut rectus/aut circularis · non enim datur ter/
tia dimensio simplex : ideo nec tertius motus simplex · Sed contra quia non semper res mo/
ta est figurata : nam mathematici asserunt punctum moueri/& lineam facere per sui motum:
propter hoc addit esse in sexto physicorum dictũ omne quod mouetur esse corpus : & ita omne
motum habet aliquam figuram · Dixit quasi hoc·hic potest signari quasi tertia digressiuncula: Tertia dubi/
& est propter quid Aristoteles circularem motum describit per medium terminatum hoc est tatio.
per medium mundi:quod est unum numero & specie:respondet quia motus circularis est natu
ra terminatus hoc est unius speciei:quia est circa medium unum tantum· Sed dices contra quia
motus circularis epicicli & eccentrici sunt naturales:& non sunt circa unum medium:nec circa
medium mundi·Respondet q̃ tales motus non sunt naturales:quia non sunt circa centrum ter
minatum & unius speciei·Propterea negãdi sunt epicicli & eccentrici:quos Ptolomeus in libro
magnæ constructionis ponit·Debes scire q̃ motus unus specie est ratione unitatis medii & mo Dubitatiões
bilis ut s̃o hui⁹ comẽ·xlix·dicet̃ : p̃pterea si darent̃ eccentrici & epicicli motus cælorũ nõ e ẽnt Prima dubi/
uni⁹ spẽi:sed d hac qõe als̃ dicem⁹·Sed circa hæc dubitat̃ · p̃mo si elemẽta sũt recta aut circularia: tatio.
vr̃·n·q̃ sint circularia:igit̃ & mot⁹ eorũ eẽ debet circularis· Dici p̃t ut s̃o hui⁹ colligit̃ ·co·cviii· Solutio.

elementa esse naturaliter figure recte: uerum naturaliter tale pōt esse: aut essentialiter ut risibi le homini: aut naturaliter accidentaliter ut motus deorsum terre · Figura igitur recta est natu/ ralis elementis: sed accidētaliter: propterea ab eis seperabilis · sed de hoc in secundo dicemus·

Secunda du/ bitatio· Secundo dubitari pōt an motus celi sit naturalis· Dici pōt motum celi esse p se aīalem: æquiuo ce naturalē· aīalem quidē p se: quia anime tm̄· naturalem uero æquiuoce: quia & forma & mate ria æquiuoce dicuntur naturæ ·

Solutio· Tertio dubitant an motus coeli sit simplex: & uidet̄ q. nō quia

Tertia dubi/ tatio· motus lunæ cōpositus ex accessu & recessu ex ueloci & tardo · Dici pōt breuiter motum simpli cem esse aut simplicitate generis: & sic duo sunt rectus & circularis: quilibet· n· horū simplex

Solutio· est: quia nullus ex recto & circulari compositus · Aut simplicitate spēi: ut motus sursum & deor/ sum: & etiā horū quilibet simplex est: quia nullus accessu & recessu cōstat · Tunc dico q. licet lu na accedat ad nos: ut qn̄ est in inferiori parte epicicli: & recedat: qn̄ est in superiori: nō tamen mouetur motu composito: quia nō compositus: ex motu deorsum & motu sursum neq; ex re/ cto & circulari· non· n· quilibet accessus ad nos est motus deorsum: sed accessus infra orbem lu narem· nec quilibet recessus a nobis est· motus sursum: sed recessus infra lunarem orbem·

Quare lationem omnē simplicem aliam e medio: aliam ad medium: aliam circa medium esse necesse est · Et uidetur hoc sequi ea cum ratione quæ inicio diceba/ tur · Nam & corpus tribus constat: & ipsius etiam motus·

Expositio· Dictum est omnē lationem simplicem esse aut rectam aut circularē: & rectam ulterius duplicē uidelicet aut e medio ut leuiū · aut ad medium· uidelicet grauium: hinc infert esse treis latiōes simplices: aliam e medio corporum· uidelicet leuium: aliam ad medium corporum grauium: aliam circa medium corporum neq; grauium neq; leuiū: uidelicet coeli · Et licet hoc ex nunc dictis sequatur: tamen probat ipsum eadem ratione: qua numerum dimensionum nanciscē/ batur · & inquit & uidetur hoc sequi ea cum ratione quæ in initio dicebatur: nam & corpus tribus constabat: & ipsius etiam corporis motus constare debet tribus · Vt enim corpus tri/ bus constare debet: quia numerus trinarius est numerus perfectus: ita motus corporis de/ bent esse tres per hanc eandem rationem · Quibus patet hoc quod hic dixit Aristoteles: non

Que Auero· comen· vi· esse nisi secūdam suppositionem: licet alio modo constitutam · Aueroes autem uerbis suis hic soluit questionem non leuem: nam dici posset ut rectus motus est duplex· uidelicet e medio & ad medium: sic & circularis esse debet duplex: & ita erūt quatuor · Respondet his uerbis: hoc autem non uidetur in circulari · circularis· n· non contrariatur circulari: & ita erit unus uni/ us speciei tantum: quare duo recti & unus circularis: & per consequens tres· hæc ex comento·

Dubitatio· Sed adhuc dubitabis nonne motus lunæ differt specie a motu Mercurii: uidet̄ enim q. sic: ut

Solutio· mobile differt a mobili & motor a motore: & ita erūt plures· Dici pōt ut Auero· secūdo huius co mento· xlix· q. omnes motus coelorū sunt eiusdem speciei: quia omnes sunt circa idem mediū numero: sed de hoc postea·

Cum autem corporum alia simplicia: alia exiis composita sint: (dico simplicia ea quæ motus principium habent secundum naturam · Vt ignem & terram & species id genus: atq; ea quæ sunt iis propinqua:) iure motus alios simplices: alios quodammodo mixtos esse necesse est: simplicium quidem simplices: com/ positorum autem mixtos: moueri tamen a simplici prædominante·

Expositio· Potest fortasse esse ratio proxime suppositiōis: & fortasse est tertia suppositio· uidelicet q. motus sint duplices / & simplices / & mixti: & simplices simplicium corporum: mixtos uero com/ positorum· Hec enim est tertia suppositio: nanciscitur autem hanc ex diuisione corporum: & inquit cum autem corporum alia simplicia: alia ex iis composita sint: exponit terminos dicens dico simplicia ea quæ motus principium habent naturale: ut ignem & terram & spe/ cies id genus aerem & aquam: atq; ea quæ sunt iis propinqua · uidelicet mixta imperfecta uidelicet pluuia grando nix & id genus: aut per propinqua intelligit si essent alia simpli/ cia ultra illa quattuor: sumpto toto hoc ut antecedente · Infert consequens: & inquit iure mo/ tus alios simplices / alios quodam modo mixtos esse necesse est: simplicium quidem simpli/ ces: compositorum autem mixtos: dixit mixtos quodammodo: quia in motibus non est uera compositio: sed methaphorica ratione subiecti · Sed dices igitur corpus mixtum non moueť: quia componiť ex principiis contrariis: ad hoc soluens addit moueri tm̄ a simplici predo minante: & ita licet motus sit mixtus uergit tamen eā ad partem ad quā predominās elementū trahit·

trahit· Hinc forsitan hæc tertia suppositio habetur q simplicis corporis motus est simplex : mixti mixtus: licet sm predominans· Aueroes aũt textum hunc introducit Aristotelẽ in proximis nõ probasse diuisionẽ illã motus : sed nunc eam ex diuisione corporũ demõstrare:& potest hæc expositio(ut dixi)conuenire· Vlterius declarat differentiam inter corpus simplex & compositum:posset·n·rationabiliter dubitari : nam Aristoteles difinit simplex sic qd habet principiũ motus naturale:modo etiam mistũ habet principium motus naturale:ideo respondit Aueroes & non est questio:quia descriptio corporis compositi est intellecta ex eo quia habet plura principia uno : & ita simplex corpus est quod motus naturalis unum & simplex habet naturale principium · Mixtum quod habet plura uno:mouetur tamen a predominante · Sed dices elementum habet etiam duo principia motus actiuum uidelicet formam & passiuum ·uidelicet materiam · igitur est mixtus eius motus · Dici potest esse sic intelligendum simplex corpus est : q unum principium naturale habet motus unius rationis · Licet elementum habet plura: illa sunt alterius rationis : quia unum est actiuum : aliud passiuum · Tertio Aueroes soluit ex littera aliam dubitationem : nam ad sensum uidetur multa mixta moueri motu æquali & simplici puta recto:ut lapis : & pluuia & id genus · Igitur ita potest extimari de elementis q sint mixta:& motu moueantur simplici:propter hoc Aristoteles subiecit compositorum autem mixtos : moueri tamen a simplici predominante : & ita uelle uidetur Aueroes motum corporis mixti esse mixtum:denominari tamen a predominante · debes scire q compositio in motu(ut inquit Aueroes in libro de substantia orbis accidit propter differentiam principiorum mouentium : ut in animali euenit · Nam corporis eius grauitas principium est motus deorsum· anima autem motus circularis·omnis·n· anima quatenus anima suapte natura mouet in orbẽ· & quia hæc principia sunt contraria : fit ut motus animalis nec rectus sit : nec circularis : & ita mixtus ex utroq: qui uocatur progressiuus ab Aristotele in libro de causa motuum animalium quare motus simplex erit per carentiam principiorum diuersorum : & ita omne quod mouetur motu simplici:est corpus simplex:& quod mouetur motu mixto : est corpus mixtum·Sed obiciet quis non semper mistum moueri a prædominante elemento:quia datur mixtum quoddã: quod a medicis dicitur æquale ad pondus : eo quia in illo sunt elementa quo ad eorum motiuas qualitates æqualia · Obicit huic Aueroes supplendo Aristoteli & inquit : impossibile ·n· est in corporibus compositis aliqua componi æqualiter ut nos postea declarabimus : & nunc declarat aliquantulum · nam si tale corpus esset:aut moueretur/aut staret·non est dicendum q mouetur : quia cum in cæteris elementis habet resistentiam : moueretur per quamlibet regionem elementorum:& nullibi staret:& si staret non nisi in medio elementorum : hoc autem est contra sensum·et ita breuiter si tale corpus esset : staret in medio elementorum:& moueretur in cæteris regionibus : quod est contra sensum · Sed dices lignum & oleum stant in medio elementorum:igitur illud inconueniens non est contra sensum·dici potest q impossibile & contra sensum est ut aliquod corpus sit mobile in qualibet regione alterius : & quiescat in medio: Modo licet oleum & lignum stent in medio : non mouentur in regione cuiuslibet : lignum enim uel oleum positum in centro non ascenderet : aut forte impossibile Aueroïs est : quia si tale equale esset : non moueretur pœnitus sed semper quiesceret in medio : quia si moueretur uel motu plurium: uel unius non plurium : quia sic sursum & deorsum : non unius : quia non magis motu unius q̃ alterius · Sed de hac materia quære Aueroem decimo methaphisice·comento·xxiii·& secundo de generatione·comento·xlviii·& quarto metheororum·comento decimo·& tertio huius comento ·xlii· & secundo colliget capite ultimo : nec uolo aliter materiam hanc disputare nunc : cum sit ad medicos attinens · Sed circa hæc querunt an sit motus aliquis simplex: & uidetur q nõ quia quilibet est quantus ex duabus medietatibus constitutus·igitur quilibet est compositus · Respondere uidet̃ hic Simplicius motum simplicem esse:eum qui supra spatio fit simplici:uidetur autem Simplicius hanc positionem ex uerbis Aristotelis colligere : inquit·n·simplices ·n·ii duo soli sunt propterea q & magnitudines hæ solum simplices sunt recta & circularis · Modo per magnitudinem ubiq Aristoteles spacium intelligit · Sed hæc positio stare non potest : quia tunc motus corporis grauis qui fieret per lineam transuersalem rectã eẽt simplex: quia supra linea fit simplici·Similiter motus mole circularis esset simplex:qa fit super lineã simplicem· Aueroes autẽ comẽto·vi·uelle uidet̃ motũ simplicẽ esse:cuius mobile simplex est· & sic p magnitudines:nõ spacia intelligit:sed mobilia·quæ qa duo tm̃ sunt:ideo & motus simplices tm̃ duo sũt: & sic uelle vr̃ simplicẽ motũ eẽ eũ:cuius mobile ẽ simplex · hæc aũt positio ex uerbis colligit̃ Ari·Inqt·n·simpliciũ qdẽ simplices·cõpositoꝝ aũt mixtos eẽ nece est·

Quæ Auero· comento·vii·

Replica·

Responsio·

Prima questio·

Prima positio Simplicii·

Confutatio·

Põ Aueroïs·

Confutatio· Sed hæc positio sic nude intellecta uidetur falsa: primo quia motus elementi est simplex: & tamen elementum est compositum ex materia & forma: secundo potest elementum simplex moueri motu mixto ut gleba uiolenter motu grauatiuo· ubi motus esset mixtus: & id quod mouetur simplex· Ioannes aliquantulum addens & defendens positionem Auerois uelle uidetur motum esse simplicem quotiens mobile est simplex non moueri aptum nisi illo motu: & non illi contrario· & sic uelle uidetur motum esse simplicem per hoc quod mobile caret principiis contrariis motuum· Et per hoc potest dici ad primum contra Auerroem quod elementum est simplex per carentiam contrariorum principiorum· Secundo licet elementum possit moueri motu mixto: non tamen est moueri aptum motu mixto· Et propterea ille motus nõ est simplex: quia est quasi a contrariis principiis ut a uirtute pellente & a forma elementi pulsi· Sed hæc positio non ualet nam licet motus simplex esse non possit nisi illius subiectum sit simplex: tamen motus non est formaliter simplex simplicitate subiecti: sed causaliter simplex ob subiectum· Albertus uero ait motum esse simplicem eo quia fit per lineam breuiorem ad medium uel a medio: & hoc in motu recto· In circulari uero motus simplex est: qui per lineam fit circularem circa medium mundi· Sed hæc positio est diminuta: quia ut duplex est motus & rectus & circularis: & rectus aut a medio aut ad medium: ita duplex est simplicitas: & hanc non explicat Albertus· Potest igitur dici quod duplex est simplex secundum genus & secundum speciem: secundum genus motus simplex est: qui nõ est compositus ex circulari & recto· & tunc recte dicit circularem simplicem esse: qui fit per lineam circularem circa medium mũdi· Simplicem uero rectum esse qui fit per lineam rectam & non circa medium mundi· Et quantum ad hoc bene ait Simplicius simplices motus esse propter simplicia spacia: loquitur enim de simplicitate secundum genus· & tunc ad rationes contra ipsum ad primam concederem illum motum grauis corporis super lineam transuersalem esse simplicem simplicitate generis: hoc est non compositum ex recto & circulari· licet sit compositus secundũ speciem: quia ex ascensu & descensu· Et ad secundum dic similiter· est enim motus ille simplex secundum genus: quia non compositus ex recto & circulari: non tamen simplex secũdũ speciem: quia compositus ex ascensu & descẽsu: & additur circa mediũ mũdi: quia motus rotæ nõ est circularis: nõ enim fit circa medium mundi· Simplex uero secundũ speciem est qui non componitur ex motu sursum & motu deorsum: & sic bene ait Albertus quod sit ille qui fit per lineam breuiorem a medio uel ad medium mundi· & sic sequitur quod motus rotæ non est simplex· nec motus factus super lineam trãsuersalem· hæc de motu simplici·

Positio Ioannis·

Defensio Auerro·

Confutatio·

Positio Alberti de Saxonia

Confutatio·

Propria positio·

Defensio Simplicii·

Si igitur est motus simplex· & circularis simplex est· atque corporis simplicis simplex est motus: & motus simplex corporis est simplicis· (compositi namque a prædominante simplici est) simplex esse aliquod corpus profecto necesse est: quod quidem sit aptum circulari motu suapte natura ferri·

Expositio· Hactenus suppositiones tres sumpsit: nunc ex illis concludit esse corpus quintum aliud ab elementis· utitur autem de dictis suppositionibus duabus: addit tamen unam: quam non accepit: licet possit ex dictis intelligi· & has tres sumit ut antecedens: & corpus quintum ut consequens: & inquit· Si igitur est motus simplex: hæc suppositio non fuit inter illas sumpta: sed hæc nunc additur· & circularis motus est simplex· hæc fuit secũda suppositio: uel illius pars· atque corporis simplicis simplex est motus: & econtra: hæc fuit tertia suppositio· addit compositi namque motus a prædominante simplici est: hæc tria sunt sumpta pro uno antecedente: dat consequens & inquit· simplex esse aliquod corpus necesse est: quod quidem sit aptum circulari motu suapte natura ferri· & sic aliud quid ab elementis· Animaduersione dignum questionem an est terminari syllogismo hypotetico a constructione antecedentis ad cõstructionem consequentis: questionẽ uero an non est: terminari syllogismo hypothetico a destructione consequentis ad destructionẽ antecedentis: hac ratione hypothetice constructiue syllogizauit Aristoteles hoc modo: si motus circularis simplex est: oportet aliquod corpus circulare simplex esse: quod tali motu sit suapte natura moueri aptum· hæc patet ex eo quia corporis simplicis est motus simplex: & econtra motus simplex competit corpori simplici· ponatur antecedens: & sequitur positio cõsequentis· hæc Aristoteles·

Questio an est quomodo terminatur·

Fieri enim potest ut ui eo moueatur motu: qui alterius atque alterius est· at ut eo moueatur secundum naturam: fieri nequit· quippe cum uniuscuiusque corporis simplicis unus sit motus secundum naturam·

Expositio· Dictum est esse simplex corpus: quod uno simplici circulari motu mouetur: statim obiicier quis

nam potest

riam potest unum corpus ut terra pluribus simplicibus moueri motibus · ut ad medium :& ab impellente ab ipso medio: Respondet statim: fieri·n·pōt ut ui idem simplex corpus eo moueatẽ motu/qui alterius atq; alterius est ꝑm naturam· Et ita mouebitur pluribus motibus: uno secundum naturam· alio uero ui· at ut eo moueatur secundum naturam: fieri nequit· & ita non potest pluribus motibus simplicibus moueri secundum naturam · quippe cum uniuscuiusq; corporis simplicis unus sit motus secundum naturam· ut sumpsimus in suppositionibus· & sic tollitur cauillus · Aueroes uero non multum attendens ad uerba corpus simplex esse aliud ab elementis sic nanciscitur: accipit enim q. unius corporis simplicis motus sit unus & simplex: & econuerso· Et arguit sic una natura est principium unius motus· igitur una natura habet unũ motum · Sed corpus simplex habet unam naturam: igitur habet unũ motum· Confirmat hoc per locum a cõtrario plures naturæ: & corpus habens plures naturas habet plus uno motu : igitur una natura & corpus habens unam naturam/non habet nisi unum & simplicem motum · Sed dices mixtũ habet unum motum/ut lapis· Respondet id esse a predominio corporis simplicis : & ita habet unum motum & simplicem quatenus lapis non est mixtus: sed quatenus est simplex: quoniam si haberet simplicem ut unum motum quatenus mixtus: tunc mixtum esset simplex: esset enim mixtum quia habet plures naturas: esset simplex quia ut sic haberet unum & simplicem motũ· Sic igitur patet unum & simplicem motum non esse nisi corporis unius & simplicis: & ecõtra· Vlterius accipit secundo plures esse motus simplices: & tunc cõcludit etiam esse plura corpora simplicia· non enim possunt plures uni competere· Vlterius positum est motum circularem circa mundi medium esse & simplicem esse: concludit corpus quod mouetẽ illo motu & esse & simplex esse· postea resumit omnia quæ Aristoteles fecit: & ordinat illa : & eius uerba patent· hæc Aueroes de syllogismo· Quo uero ad uerba attinet debes scire q. Aristoteles iusta barbaras trãslationes quas Aueroes habebat arguebat a primo ad ultimũ sic motus unus est ab una natura: & econtra· Igitur corpus simplex habet motum unum & simplicem : & mixtũ corpus mixtum & compositum motum· Vltra simplex corpus habet simplicem motum : igitur motus simplex competit corpori simplici : & hoc consequens est quod principaliter queritur : quia ex hoc concludimus statim cœlum esse: motus enim circularis cum sit & sit simplex/competit corpori circulari : quod est/& est simplex : & ita illud consequens est quod querimus · Tale autem consequens quæsitum: potest sequi per uiam conuersionis a proximo antecedente : quia ualet corpus simplex habet motum simplicem: igitur motus simplex competit corpori simplici: & potest sequi ab antecedente agregato ex illis duobus primo uidelicet & secundo: nam ualet una natura habet unum motum: & corpus simplex habet unum motum· igitur motus simplex cõpetit corpori simplici· igitur consequens illud quæsitum sequitur tam ad totum hoc agregatum: q̃ ad partem secundam· Inquit Aueroes sed tamen tacuit consequens istius propositionis· uidelicet illud igitur motus simplex competit corpori simplici· quoniam sequitur a consequenti parte ut pote a proximo antecedente· uidelicet corpus simplex habet motum simplicem: & etiam sequitur ab illo toto quod posuit precedens siue antecedens: hoc est ab agregato ex primo & secundo dicto· & expressit hoc consequens uidelicet: igitur corpus simplex habet motum simplicem: ex hoc sequitur q. motus simplex competit corpori simplici quasi per uiam conuersionis : & ideo tacuit ipsum· Et tale consequens quod sequitur ad illud precedens siue totale siue partiale: etiam accipi potest pars antecedentis ut ipse fecit: nam agregando illa tria· uidelicet una natura est unius motus: & unum corpus simplex habet unum motum: & unus motus unum habet corpus simplex: siue uni competit corpori simplici: addito hoc q. motus circularis sit: & sit simplex: dabitur conclusio quesita· uidelicet esse corpus circulare simplex : quod tali motu est aptum ferri suapte natura· hæc Aueroes: quæ paruifacias: nam laborauit ubi non oportet: non enim hæc textus examinatio litteræ nostre conuenit: nec in textu nostro aliquid deficit · Tu uero cõsidera· Sed q̃ret quis quoniam experientia patet mixtum corpus moueri simplici motu ut lapis· igitur illa propositio non est uera· Respondet ex textu q. propositio illa est sic intelligenda q. motus simplex est corporis simplicis aut per se & seorsum sumpti: aut accepti in alio· hæc Aueroes· Adhuc replicabis & dices cœlum esse mixtum corpus moueriq; circulariter a simplici in eo sumpto· R̃ndet Aueroes q. si motus circularis cœlo inest propter simplex aliquod predominans : necesse est ut illud simplex inueniatur per se per illam cõmunem regulam omne quod inuenitur in alio mixtum: necesse est ut inueniatur per se: propter hæc inquit Aueroes & cum ita est / necesse est ut numerus corporum simplicium sit secundum numerum motuum simplicium ut patuit: & conclusio ut diximus· uidelicet illa corpus circulare simplex est : quod moueri circulariter est aptũ

Quæ Auer· comen· viii·

collocatur in syllogismo potentia propinqua hoc est implicite | & non explicite: narranti illud quod sequitur ex hoc: quasi dicat ipsum actu | & si eam reuera non dixerit: tamen in fine textus eam expressit dicendo manifestum esse tale corpus circulare esse. hæc Aueroes. quæ quantum ualeant: ex nostra translatione percipere potes. Sed contra hæc ambiges: quia non oportet ut omne id quod alio inuenitur: inueniatur per se. Primo quia accidens inuenitur in alio ut in subiecto: & non inuenitur per se. Secundo forma inuenitur in materia: & materia in composito. & nihil horum per se. Dici potest pro nunc ad mentem Auerois. duodecimo methaphysice comento. xxxv. & octauo physicorum. comento. xxxvii. quod regula intelligitur in substantiis: & non in accidentibus. Secundo in his quæ actu sunt in alio. per primum cessat cauillus de accidentibus. per secundum cessat cauillus de materia & formis. Sed de his in libro octauo physicæ auscultationis. Deinde Aueroes ibi & laborauit Ioannes: digreditur: nam Aristoteles accepit unum motum simplicem esse unius corporis simplicis: obicit philoponus: primo aer & ignis sunt duo corpora simplicia: & tamen ipsis unus motus simplex competit. ambo enim a medio feruntur. Secundo aqua & terra sunt similiter duo corpora simplicia: & tamen eis competit unus motus simplex: ut pote ferri ad medium. Respondet Aueroes: & negat motus qui competunt igni & aeri esse unum specie: motus enim specificantur a terminis ad quos. Modo terminus ad quem motus ignis est cœli concauum: motus uero aeris est ignis concauum: cuius signum est quia si aer poneretur in cœli concauo ueniret ad concauum ignis naturale. Simili modo & de terra & aqua dici potest. locus enim terræ est concauum aque. locus aque concauum aeris. hæc autem differunt specie: propterea motus necesse est specie differre. Sic igitur negatur assumptum apud Aristotelem. Sed replicabis nam concauum cœli est superficies. concauum ignis etiam est superficies. Sed superficies non differt a superficie specie. igitur nec motus a motu. Dici potest Aueroem per concauum coeli sumpsisse coelum ipsum totum: similiter per concauum ignis totum ignem. hæc autem specie differunt. Vlterius Auero. comento nono illam litteram. Violentia quidem enim contingit. uidetur exponere q. Aristoteles remoueat hunc cauillum. uidelicet q. coelum circulari motu moueatur: sed nō naturaliter: immo uiolenter: & ita teneri potest coelum esse unum quatuor elementorum ut aliqui dicunt esse ignem: & moueri circulariter uiolenter. Vult itaq; Aueroes Aristotelem hunc cauillum sic confutare. omnis motus uiolentus uni est naturalis alicui. circularis motus est coelo per te uiolentus. igitur naturalis alicui: quæro de illo cui est naturalis: uel est unum quatuor elementorum: uel corpus preter illa. non unum quatuor elementorum: quia impossibile est duos motus esse naturales uni corpori: & ita cum cuilibet elemento sit naturalis unus motus rectus. nulli illorum esse potest naturalis motus circularis: igitur oportet ut sit aliud corpus preter quatuor ipsa elementa: cui naturaliter competit: & illud est quesitum nostrum. hæc expositio pulchra est | & acuta: uerum est textui aliquantulum disconueniens: & cum maxima difficultate sibi applicabilis: ꝓpterea exponas ut nos diximus. exponendi enim sunt auctores ut dicunt: etiam si falsa interdum dicant. Sed circa hæc quærunt utrum mixtum moueatur ab elemento prædominante. Et arguunt q. non. Primo unus motus simplex est unius corporis simplicis. igitur plurium corporum plures sunt motus: locus est e contrariis. at mixtum est plura corpora elementaria. igitur non simplici motu mouetur. Secundo unus motus est unius naturæ. igitur plurium naturarum plures sunt motus. at mixtum est plures naturæ. igitur non uno simplici mouetur motu. Aueroes tenet mixtum non equale ad pondus moueri motu simplici ab elemento prædominante: dico motu simplici quia animal mouetur motu mixto ex recto & circulari: sed ab anima mouetur: persuadet Ioannes positionem: quia mixtum ipsum mouetur ut sensu patet: aut igitur ab elemento prædominante: aut elemento exuperato: aut ab utroq; non ab elemento exuperato: quia ab proportione minoris inæqualitatis non prouenit actio: non ab utroq;: quia si non ab elemento exuperato: nec ab utroq;: igitur ab elemento prædominante: & si mouetur motu simplici ab elemento prædominante. Secundo illud debet moueri a natura elementi prædominātis quod principium motus in se habet. Sed mixtum habet principium elementi prædominantis: ut lapis in se habet principium motus terræ. uidelicet grauitatem: per hæc Ioannes de mente Auerois tenet duo: & q. mixtum moueatur naturaliter motu simplici | & q. moueatur ab elemento prædominante. Et cum quæritur quo ordine motus competat elemento prædominanti | & mixto. Respondet apud Aueroem motum illum primo competere elemento dominanti. Secundo mixto. mixtum enim moueri dicit motu elementi prædominantis | non ut subiectum primum. Sed elementum prædominans mouetur ut subiectum primum:

Dubitatio cōtra Aueroē.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

Quæ Auer. comen. ix.

Questio.

Positio Ioannis & Auer.

primum:qua ratione mixtum habere potest inclinationem ad motum contrariũ:quia mouet ut ferrium subiectum motus elementi·Sed quicquid sit de positione in se:hæc defensio est falsa. Primo quia motus primo competit mobili per se:q̃ mobili per accidens·at mobile per se est totum mixtum:elementum est mobile per accidens : quia mouetur ut pars mixti · igitur mixto competit primo·Secundo si primo elemento competit motus:deinde mixto:tunc mixtum uiolenter moueretur·propter hæc melius dici potest in doctrina Auerois:ubi animaduersione dignum q. forma elementi in mixto non agit per se:nam ita agit res ut est in actu · Modo forma elementi non est in actu:quia siue sit uera positio Auerois:siue positio latinorum : nunq̃ forma elementi est in mixto actu:sed modo medio inter potentiam & actum · Quare id quod per se agit est forma ipsius mixti ultima & propria:quæ in materia recepta est mediãtibus formis elementorum·Secundo debes scire q. licet dispositio alicuius forme non agat per se:est uel põt esse conditio:& quasi dispositio agendi:ueluti caliditas ignis respectu formæ ignis · Ex iis sequitur primo q. id quod per se primo agit motũ mixti:est forma mixti:hæc enim mouet corpus mixti in quo est:& mouetur·Mouetur quidem ut in materia·Mouet uero ut forma mixti·Secundo sequitur q. primo primitate dispositionis mixtum mouetur ab elemento prædominante:siue forma illius:nam ut ignis calefacit non inquantum ignis:sed inquantum calidus:sic forma mixti mouet ut disposita forma elementi prædominantis:& ita mixtum moueri ab elemento prædominante est mixtum moueri dispositiue ab illo:& principaliter ab eius forma· Sed dices adhuc dubitatur:nam tunc in ligno prædominarentur duo elementa:quia descendit in igne & aere:& sic prædominatur terra:& ascendit in aqua:igitur prædominatur aer·Amplius aurũ est grauius terra:igitur non mouetur a prædominante terra·Adhuc defendi potest positio Auerois:non·n· est impossibile in ligno prædominari duo elementa respectu duorũ aliorum : p̃dominat̃·n·aer respectu aquæ & terræ prædominat̃ terra respectu aeris & ignis:& respectu diuersorũ nũc unũ: nunc aliud prædominatur·Amplius si aurum grauius est:illud est per accidens ꝑpter maiorem densitudinem partium·Hæc dici possunt ꝑ Auerois positione · Est tamen alia positio & multo melior:quæ tenet mixtum non moueri motu simplici:sed motu mixto ex contrariis naturis: prædominante tamen motu elementi prædominantis:nam ut mixtum est plures naturæ : sic eius motus est plures motus:& ut mixtum est alterum elementũ prædominatiue ut ita loquar: sic motus eius est elementi prædominatiue·Hæc positio uidetur Aristotelis:dixit enim simplicium quidem simplices·Mixtos autem compositorum:& quia quis diceret:igitur non magis sursum q̃ deorsum:subscribit moueri autem secundum prædominans:quasi dicat licet motus mixti sit mixtus:dicitur tamen uel deorsum uel sursum secundum prædominans·Similiter & textu sequenti inquit·& enim si compositi fuerit:secundum prædominans erit:ecce quomodo uult q. motus corporis compositi sit compositus:ut motus lapidis:& non simplex ut sentit Aueroes· Et tenendo hanc positionem demonstratio Aristotelis erit tutior · Sed replicabis primo quia Aristoteles diuisit motum in simplicem & compositum·& simplicem in tres:uidelicet a medio ad medium:& circa medium:sed mixtum mouetur a medio uel ad medium·igitur motu simplici·Secundo ille motus fit super lineam simplicem & breuiorem·igitur est simplex defenditur positio nostra:dico namq; mixtum moueri motu mixto:& composito ex motu ad medium & ex motu a medio:& sic negarem illum motum esse ad medium tantum:uel a medio:licet sensu sic appareat:sed bene a prædominio uidetur alter horum· Secundo dico motum illum non esse super lineam breuiorem : quia adhuc per contra operaturam est super linea composita · Adhuc replicabis·igitur idem corpus mouebitur sursum & deorsum : ut mixtum · negatur consequentia:bene enim sequitur ut moueatur motu mixto ex illis:non tamen aliquo illorum : per hæc ad rationes Ioannis ad primam:dico mixtum non moueri motu elementi prædominantis:nec exuperati:sed motu mixto ex motu utriusq;·non q. ille motus sit duo motus actu:sed unus actu plures potentia media altero tantum prædominante·Ad secundum dico q. mixtum habet principia duorum elementorum:ideo pro ratione amborum mouetur · Rationes uero in principio sunt pro nostra positione·

Confutatio. Respõsionis Ioannis. Alia defensio Auerois. Replicæ. Põ propria. Replicæ. Defensio.

Preterea si is motus qui præter naturam est:ei qui secundum naturam est:contrariatur:atq; unum uni est contrarium:si non secundum naturam illi corpori inest quod fertur:præter naturam illius competat necesse est:modo circularis ipse motus sit simplex·

Secundo arguit Aristoteles ad idem:& primo sumit duas suppositiones unã ad syllogismum: Exposi io.

alteram ad cauillum:& inquit. Praeterea si is motus qui preter naturam est: ei motui qui secundum naturam est contrariatur: ita ut non possint eidem competere. atq; unum uni est cõtrariũ. Sequitur si circularis motus non competet coelo naturaliter: ut preternaturaliter competat: est igitur uis syllogismi omnis motus aut competit alicui naturaliter / aut preternaturaliter. nam per suppositionem naturalis & preternaturalis sunt contrarii. circularis motus est motus. igitur coelo & corpori aliis ab elementis competit naturaliter uel preternaturaliter. Sed per te non cõpetit coelo naturaliter: quia sic haberem propositum. igitur preternaturaliter. addit modo circularis ipse motus sit simplex: quia ubi esset compositus: posset competere preter naturaliter & naturaliter ut motus processiuus animalis competit naturaliter & preternaturaliter: quia corpori preternaturaliter animae naturaliter.

Si igitur ignis uel aliud quippiam id genus sit: quod circulo fertur: ipsius motus circulari motui contrarius erit. at unum uni contrarium est: sunt autem & motus qui sursum & qui deorsum mutuo contrarii.

Expositio. Cauillabit aduersarius ueritatis concedendo coelum non esse aliud ab elementis: sed esse unum quatuor elementorum: moueri quoq; motu circulari preter naturaliter. obicit & inquit si igitur ignis uel aliud quippiam id genus: ut pote aqua / aer / uel terra coelum sit: & non aliud ab elementis: & mouetur supple preternaturaliter motu circulari: tunc motus ipsius ut pote ignis si ponatur esse ignis ut Plato inquit: aut aer ut empedocles: tali motui circulari contrarius erit: quia per primam suppositionem naturalis motus & preternaturalis contrarii sunt. & sic motus a medio qui est naturalis igni: erit contrarius motui circulari: qui competit eidem igni preternaturaliter. Vltra sequitur uni duo esse contraria: ut motui qui a medio erit contrarius circularis per nunc deducta: & alius qui ad medium. at uni unum est contrarium ut supponebatur: & quia posses praeuenire dicendo motui q est sursum non esse contrariũ nisi circularem: subiecit sunt autem & motus qui sursum & qui deorsum motuo contrarii. & sic uni duo erunt contraria. haec Aristoteles.

Sin uero aliud quippiam ab elementis sit illud corpus quod preter naturam in circulum fertur: erit alius quidam motus ipsius secundũ naturam: quod fieri nequit: nam si motus ille erit is quo sursum petitur: illud profecto corpus ignis erit: aut aer. Si uero petitur deorsum: illud erit aqua aut terra.

Expositio. Secundo cauillabit: dicendo corpus quod circumfertur preternaturaliter non esse aliquod quatuor elementorũ: sed aliud quid. contra obicit per illam regulam cuicũq; corpori aliquis motus est preternaturalis: competit aliquis naturaliter. Tunc queritur si illi corpori competit aliquis motus naturaliter: uel est a medio: & sic erit aut ignis aut aer: uel ad medium: & sic erit aut terra aut aqua. Ex iis omnibus accipitur motum circularem non posse competere preternaturaliter coelo: quia per primum cauillum non potest competere naturaliter alicui quatuor elementorũ. & per secundum nec alicui alii corpori ab elementis: igitur coelo naturaliter competit: & sic natura coeli erit alia ab elementis. hoc modo textus hos exponendo facilior est eorum sensus. Mouet Aueroes in comento. x. ut mihi uidetur questionem: ex eo quia ratio Aristotelis potest infirmari. Primo quia non ualet motus circularis non est secundum naturam coeli. igitur contra naturam. Instantia enim est: quia ignis mouetur circulariter in concauo lunae non naturaliter: & tamen non mouetur preternaturaliter: & sic dici potest ad Aristotelem coelum esse igneum: moueriq; circulariter non naturaliter: non tamen naturaliter nec preternaturaliter. Secundo dici potest coelum moueri non naturaliter in orbem: & tunc sequitur uni motui esse contrarios duos contrarietate medii ad extrema: quod non est impossibile: non enim est impossibile circulari esse duos contrarios hoc modo aut recto contrarios esse duos hac ratione. Tertio de facto uidetur motui terrae esse contrarios motum ignis: & motum aeris: similiter motui ignis motum aquae & terrae. Ex uerbis Aueroís colligi potest solutio ad primam dici potest illam consequentiam ualere de materia: & in casu: petit enim Aristoteles duo. Primo q motus qui uni est preter naturalis: alicui alteri est naturalis. Secundo q motus qui non naturaliter competit alicui: competit ei per naturam cõmunem & superiorem ad illud. uerbi causa motus diurnus: qui lunae competit non naturaliter: competit primo mobili naturaliter. Similiter motus circularis ignis competit ei non naturaliter per naturam orbis. Ex iis sequitur in coelo idem esse moueri non naturaliter. & moueri contra naturam: quoniam nullum est corpus coelo ipso superius: per eos qui negant

Quae Auer. comento. x.

qui negant quintum corpus:& sic illa hypothetica est necessaria per accidens:& per idem tollitur alia instantia:sequitur enim motum coeli esse preternaturalem:si non est secundum naturã: & ita contrarius contrarietate extremi ad extremum nam naturale & contra naturale extrema liter contrariantur· Ad tertiam dici potest:q motui terræ duo motus sunt contrarii non contrarietate extremi ad extremum:sed medii ad medium uel ad extremum·est enim motus ignis motui illius contrarius extremaliter·motus uero aeris non extremaliter hæc ex Aueroe:cætera cũ sint barbare dicta:& parum fructus afferant:pretermisi·Dubitant alii adhuc rationem Aristotelis infirmando:dicunt enim posse fingi coelum esse igneum:ipsumq duos habere motus rectũ uidelicet & circularem per duas diuersas qualitates instrumentaliter motiuas: ita ut ignis calefacit:& exiccat:sic coelum his motibus ferri est aptum per duas qualitates instrumentaliter motiuas·fortaisse Aristotelis ratio est ex famosis:erat enim famosum suo tempore omne corpus simplex unum habere instrumentum ac unam qualitatem localiter motiuam:aut fortasse supponit contrariorum corporum contrarios esse motus & numero æquales·Et ita si coelum est ignis/& habet duos motus naturales ob duas qualitates localiter motiuas·necesse est ut terra hẽat alios duos illis contrarios ob duas qualitates localiter motiuas:quos nullus posuit: qua ratione Aristoteles id subticuit:quia nemo posuit·Vlterius dubitant rationabiliter ex possibili secundum imaginationem non sequitur impossibile secundum imaginationem:ponatur igitur ad imaginationem aliqua stella in centro terræ ut pote sol·& quæritur aut ibi quiescet: aut illinc mouebitur:si quiescet:tunc uiolentum perpetuum erit·Si mouebitur illinc:non poterit moueri nisi á medio:& naturaliter:quia nullo impellente:& sic coelũ habet duos motus naturaliter in orbẽ: & e medio·Quod si dicas solem illic quiescere:& non uiolenter:sed non naturaliter·ueluti orbis lunæ nec naturaliter mouetur motu diurno:nec uiolenter:sed non naturaliter:& sic non inconuenit coelum siue solem ibi nec naturaliter quiescere/nec uiolenter quiescere:sed non naturaliter:quod esse potest perperuo·Si sic dicas uolo ad imaginationem ut soli illic constituto obuiet ignea aliqua portio intendens solem illinc pellere:& quæro aut sol illi resistit:uel non·Si resistit:igitur ibi naturaliter quiescit·si uero non resistit: igitur mouebitur cum igne: & arguatur ut prius aut naturaliter aut uiolenter·non uiolenter:quia nihil moueri potest uiolenter suũ in proprium locum·at si naturaliter:tunc ut prius sibi duo competent motus naturales· Secũdo omne quod est tale non naturaliter/est tale ob aliquod illi superius ut dicimus:igitur si sol illic non naturaliter quiesceret:oportet ut quiesceret propter quietem alicuius superioris ad solem: quod per se quiescit:modo nullum tale est·Dici potest q sol in centro positus quiesceret: quiete opposita motui recto non quidem naturaliter: cum suapte natura sit aptum moueri in orbem: non uiolenter:quia nullum uiolentum est perpetuum: & sic concedo ipsum quiescere illic non naturaliter:quia per naturam cõmunem· uidelicet totius uniuersi: quod non est aptum recto moueri motu·Tunc ad rationes:dico q si obuiaret sibi ignis moueretur ad motum ignis nõ naturaliter:nec est impossibile aliquod moueri non naturaliter ad suum locum: quando non est moueri aptum eo motu: quo in locum proficiscitur: ad secundum patet·sol enim ibi quiesceret non naturaliter propter quietem totius uniuersi:quod non est aptum moueri recto motu:& fortasse moueretur circa centrum semper in orbem·& ita teneri potest ipsum moueri in orbem & naturaliter:quiescere uero quiete uniuersi:quod non est recto motu moueri aptum· Aut dici potest solem posse considerari ut magnitudo quædam: & sic casus est possibilis· abstrahit enim imaginatio a materia sensili: & hoc modo nullus sibi competit motus: nisi secundum imaginationem mathematicorum· Aut considerari potest ut corpus naturale: & hoc modo casus est impossibilis:sequuntur enim ad illum impossibilia·Platonici non nulli Aristotelem & platonem de coeli natura idem sentire contendunt:hoc tamen differre solũ q Aristoteles nominibus usus est rebus propriis:Plato methaphoricis·Qua ratione aiunt Platonem uoluisse coelum esse ignem purum:non quidem specie & forma:sed proprietate & uirtute:nam coelum luce & motu calefacit:& ita proprietatem ignis sortitur:estq æther propter motus uelocitatem: & sic uelle uidetur ipsum esse ignem quasi per nominis quandam æquiuocationem:hoc autem non negasset Aristoteles:qui ubiq coelum calefacere & ignere fert· Huius positionis & concordie est doctissimus Simplicius:& Amonius præceptor:hi enim sunt:quia Aristotelem intellectui Platonis non contradixisse uolunt:sed uerbis quæ male a xenocrate intelligebantur· At Alexander aphrodisius & Philoponus ubiq aiunt Aristotelem innexisse uerbis & intellectui:cuius signũ affert philoponus primo posteriorum:quia Aristoteles fuit Platonis auditor:& ita non est consentaneum ipsum non percepisse uerba illius:propterea uidetur mihi Platonem uoluisse coelũ

Defensio platonis prima·

Alia concordia·

esse ignem purum spiritibus plenum: etiam per uniuocationem nominis: non differēs ab igne hoc nisi puritate & candore· Tunc diceremus consequenter motum circularem cœlo competere: nec naturaliter: nec uiolenter: sed non naturaliter: est enim motus animæ tantum: quæ circulo se ipsam mouet ad cuius motū cœlum ipsum in orbem fertur: & cum dicitur omne quod alicui competit non naturaliter: oportet ut alicui superiori competat naturaliter: Plato diceret esse uerum non quidem de corpore: sed de anima: & sic est in proposito: competit enim motus hic in orbem cœlo: non quidem propter naturam alicuius corporis superioris: quod illo motu naturaliter mouetur: sed propter naturam animæ: quæ per essentiam est se ipsam mouens in orbem· & sic cessant obiectiones Aristotelis: utrum uero anima cœli per essentiam moueatur motu reali: uel intentionali: nunc non disputo: nam quocunq; dato: per motum illius siue realem siue intentionalem: dummodo sit in orbem: potest ratio Aristotelis elidi: ut patet sapide consideranti·

Expositio Auerois comento·xi· Animaduersione dignum Auerroem aliter textum Aristotelis exposuisse· uoluit enim Aristotelem sic syllogizare textū illum· si quidem igitur est simplex: omnis motus simplex alius a motibus quatuor elementorum competit naturaliter alicui corpori alteri a quatuor elementis· Motus circularis est simplex aliusq; a motibus cæterorum elementorum· igitur competit corpori alteri ab elementis· Contra hanc rationem potest trifariam obici· Primo contra maiorem negādo illam: quia potest unus motus simplex competere duobus corporibus: contra hunc cauillum obiecit Aristoteles textu illo uiolentia: quidem enim contingit· Potest obici contra minorem· Primo q; competit uiolenter: & non naturaliter coelo: imaginando coelum est aliquod quatuor elementorum· & contra hunc cauillum instetit adhuc si preter naturam: ut uisum est· Secundo imaginando cœlum uiolenter moueri: & non esse unum quatuor elementorum: sed aliud ab illis: & contra hunc obicit littera illa· Si autem alterum: nam licet eo ipso q; ponitur esse aliud corpus ab elementis: habeatur propositum· uidelicet esse quintum corpus: bonitate tamen doctrinæ demonstrat confutando hunc tertium cauillum hæc implicare· uidelicet q; sit aliud ab elementis: & moueatur in orbem præternaturaliter: ut in expositione dictum est· Vult igitur Aueroes q; Aristoteles fecit hactenus unam tantum demonstrationem textu illo· Si quidem igitur est simplex· deinde tres alias non ad conclusionem principalem: sed ad tres cauillos: quarū una aufert dubitationem contingentem in maiori· Aliæ duæ aufferunt cauillos emergentes in minori: & sic non est secunda demonstratio· Sed tres demonstrationes non ad cōclusionem: sed ad obiectiones· Ego uero uolui textu illo adhuc si qui preter naturam· posuisse secundam rationem ad conclusionem principalem ut græca series indicat· deinde duos cauillos contingentes rationi: ut uisum est· hæc uolui notare: non quia ea quæ Aueroes ait: sunt utilia: sed quia difficilia: nam multi eius doctrina nimis afficiuntur: etiam si erronea sit·

Insuper etiam talem lationem primam esse necesse est· nam perfectum est imperfecto prius: hic autem motus qui est in orbem: perfectus est· recta autem linea nulla est perfecta: infinita quidem non: finem enim ac terminum haberet· finitarum aūt nulla: pōt·n·extra semper sumi quippiā: et·n·augeri potest quantum uis·

Expositio· Tertio Aristo· ad principalē cōclusionē arguit: & supponit primo lationē orbicularē eē primā· & hoc ꝓbat: quia pfectū est imperfecto prius· hic aūt motus q in orbem est pfectus· igiť supple tu primus est· Quod aūt motus orbicularis sit pfectus: pꝫ p locū a cōtrario: nā rectus est impfectus· nā linea recta supra quā motus rectus fit: impfecta est: & nulla pfecta infinita qdē nō est pfecta: quia de rōne pfecti est hr̄e finē & terminū: & sic si infinita eēt pfecta: hr̄et finē & terminū· aliter sibi aliqd deficeret· Finitarū aūt nulla pfecta est: qa pōt extra ipsam semp quippiā sumi· quia augeri pōt quātūuis· sic igitur recta linea nulla pfecta est: & ita nec motus: q sup rectā fit: pfectus est: solus igiť circularis primus est & pfectus hæc est prima Aristotelis suppō pro rōne dicenda·

Quare si prior quidem motus corporis natura sit prioris: motus uero qui in orbē est: prior est recto (Est autem motus ipse rectus simplicium corporum: et enim ignis recto motu sursum fertur: & terracea corpora ad medium: necesse est eum motum qui in orbem fit: alicuius corporis simplicis esse· nam mixtorum lationem a prædominante simplici fieri diximus·) Si igitur hæc sint: perspicuum est aliam quandam substantiam esse corpus alicuius preter corporum constitutiones: quæ hic sunt diuiniorem his cunctis: atq; priorem·

Secundo

Secũdo sumit Aristoteles motũ circularẽ cõuenire primo corpori:& syllogizat sic quare si prior Expositio·
quidẽ motus est corporis natura prioris·Motus uero q in orbẽ est :prior est recto · Suspensiue le
gatur usq ibi si igit̃ hæc sint:tamen adde cõclusionẽ·uidelicet igit̃ motus circularis est prioris
corporis· Tertio supponit circularẽ motũ eẽ simplicẽ:& utit̃ tali rõne omnis rectus est simplex:
igitur omnis circularis:tenet cõsequẽtia:quia si rectus est simplex est quia est super linea recta
simplici:mõ linea circularis est ita simplex:ut recta:sunt enim duæ magnitudines simplices re/
cta & circularis·inquit est autem motus ipse rectus competẽs simplici corpori:ut inductiõe pa/
tet:quia ignis corpus simplex recto motu sursum fertur · & terracea corpora ẽt simplicia motu
simplici recto proficiscũtur ad medium:necesse est eũ motum qui in orbem fit:alicuius corporis
simplicis esse:nam mixtorum lationem a prædominãte simplici fieri diximus· Sic igitur habet̃
tertia suppositio q motus in orbem sic simplex·iis stantibus terminãdo suspensionem:inquit si
igitur hæc sint perspicuum est aliã quãdam substantiam esse corporis alicuius preter corporũ cõ
stitutiones:quæ hic sunt/diuiniorem iis cunctis/atq priorẽ· Potest igitur syllogismus ex iis sic
componi oẽ corpus:cui primus & simplex motus competit est substantia & diuinitate elemẽtis
prius & aliud ab illis:cœlum est corpus:cui primus & simplex motus competit·igitur est aliud
& elementis substantia & natura diuinius·minor patet ex suppositionibus:maior est suppleta·
hæc Aristoteles · Sed circa hanc rationẽ primo tãgemus dubitationes:secundo defendemus pla Dubitatiões·
tonem respondendo ad hanc rationem·Prima dubitatio est quia non uidetur lineam rectam eẽ Prima dubi·
imperfectiorẽ circulari:quia recta habet principium mediũ & finem:ut circularis · Quidam re/ Responsio
spondent q habere hæc tria pro bifariam contigit:aut in seipso:aut in alio·modo octauus orbis Thomæ·
habet hæc in seipso:recta autem corpora habent in alio·Sed replicabis si recta linea non habet Replicæ·
hæc tria in seipsa:igitur in alio:& tunc quæro in quo? & non uidetur·Secundo hæc sunt puncta:
modo puncta sunt in linea:quia uel partes uel aliquid lineæ·Propterea dici potest:q linea recta Propria solu·
habet in se illa tria:sed non ratione sua intrinseca:sed ratione eius ad quod finitur:at orbis hab;
ratione sui illa tria:quia suapte natura continet & non continetur:& forte sic expositor sentit·
Secundo dubitatur:quia non uidetur uerum q omni lineæ rectæ finitæ possit additio fieri:quo Secũda dubi·
niam non axi mundi·Respondet expositor q axis potest bifariam considerari:quatenus linea: Respõsio ex/
& quatenus linea talis·Si consideretur primo modo:sibi non repugnat additio· sed secundo mo positoris·
do bene repugnat·Sed replicari potest:quia simili ratione est de motu coeli:quoniam motui ce/ Replicæ·
li ut est motus potest fieri additio:licet non quatenus talis·Secundo tunc aliquid competeret su
periori:quod repugnaret inferiori· Defendi potest ad primum dicerem:q licet ponit fieri addi/ Defensio·
in uelocitate:& tarditate:non tamen in dimensione· Ad secundum dico q nihil competit supe/
riori:quin competat inferiori:bene tamen aliquid potest non repugnare superiori: quod repu/
gnat inferiori:ut uidere non repugnat animali: & bene talpe·Tertio dubitatur:nam motus cir Tertia dubi·
cularis est æternus:igitur non recipit principium neq finem· Respondet quidam q est intelli/ Respõsio ex/
gendum respectu unius reuolutionis:nam illa recipit hæc tria·Sed hæc responsio stare nõ põt: positoris·
quia tunc non:tota reuolutio:siue totus motus esset perfectus:sed reuolutio tantum·Secundo re Confutatio·
uolutio non differt a reuolutione nisi ut ipsius differt a tempore · Sed unum numero est ipsius
totũ·igitur una numero reuolutio·Propterea dici potest circularem motum hr̃e illa tria causali Propria solu·
ter:ueluti deus ipse·deus enim habet principiũ:quia est aliorũ principiũ:finẽ/quia aliorũ finis:
mediũ quia aliorũ mediũ:sic coeli motus ut dicit̃·viii·physice auscultationis·una tñ reuolutio
habet illa tria:ut dicit expositor· Vltimo dubitat̃:quia nõ uidet̃ uerũ impfectum esse posterius Quarta dub·
pfecto:imo prius:quia simplex prius est composito·Respõdet quidã q imperfectũ comparat̃ ad Rñsio cuiuſ
perfectũ rõne potentiæ ad actum:& sic in uno & eodẽ est prius·Sed replicabis:quia ipsum imp/ dam·
fectum nec recipit:nec recipitur in ipso perfecto·igitur non est illius potentia·Secundo tunc oẽ Replicæ·
compositum ex perfecto & imperfecto esset compositum ex potentia & actu:quod ipse negat·
Propterea dici potest imperfectum esse prius origine:quia natura incipit ab imperfecto·hæc de Propria solu·
primo·Sed quantum ualeat ratio Aristotelis contra Platonem transigamus: diceret itaq Plato
maiorem esse ueram sic: quando ille motus competeret corpori per naturam illius propriam·
modo circularis motus coelo competit per naturam animæ·ipsum enim est ignis purus & can/
dor:cui magis motus e medio ipso competeret:sed ratione animæ quasi non naturaliter compe
tit ille motus:propterea non oportet coelũ esse corpus aliud substantia & natura diuinius uni/
uersis elementis:sed solum quibusdam crassis & feculentis·hæc Plato· Simplicius uero & Amo/
nius eius doctor dicerent argumentum concludere coelum non esse ignem elementarium per
propriam formam:sed bene potest esse ignis proprietate & æquiuoce · Animaduersione dignũ Quæ Aue-

Aueroem formasse hypotetice syllogismum: licet ut dicit: possit etiam categorice formari· Formatur igitur hypothetice sic: si motus primus est naturalis primo corpori: et circularis est primus motus· igitur erit naturalis primo corpori: huius syllogismi maior est in syllogismo hypothetico: & potest esse per se in categorico: nam dempta nota conditionis syllogismus redditur categoricus· Sed dices in illo antecedente non solum sunt accepta illa duo· uidelicet q. circularis motus sit primus: & q. primus motus debeat competere primo corpori: sed etiam alia multa: ut q. alii motus simplices competunt corporibus simplicibus: & etiam circularis sit simplex: & probatio q. circularis sit primus motus: & multa alia: igitur superflua· Respondet alia accepta esse in precedente siue antecedente ad probationem illius antecedentis: quod sumitur in syllogismo hypothetico: quae probatio est per locum a minori ad maius sic: motus alii recti competunt corporibus simplicibus naturaliter: igitur multo magis circularis: cum sit simplex & primus: & sic habetur maior q. primus motus competat naturaliter primo corpori· Sed dices locus dialecticus non conuenit demonstratiuis· Respondet & inquit & hoc non contingit posteriori motui· scilicet recto nisi quia inuenitur in eo ex praecedente: & ideo locus iste est necessarius: quia est in posteriori & praecedente naturaliter· & innuit ut mihi uidetur talem distinctionem q. locus a maiori potest dupliciter accipi aut in naturaliter ordinatis: & sic facit necessitatem: & hoc modo processit Aristoteles: nam circularis motus & rectus sunt naturaliter ordinati· Alio modo in terminis accidentaliter ordinatis: & sic facit locum dialecticum: & sic non processit hic· Sed ambiges· primo quia Aueroes intelligit de corpore· uidelicet q. infinitum corpus non est perfectum: quia non habet medium principium & finem· Sed tunc contra quia motus circularis caret his met· Dici potest q. secus est de corpore: secus de motu· corpus enim sui natura exposcit finem: quia dimensionibus clauditur· at motus non· propterea corpus infinitum si eet: esset imperfectum: quia sibi deesset id quod est de illius ratione· Secundo dubitatur quia non uidetur uerum motum sumere perfectionem a subiecto: sed a termino ad quem: e quo sumit spem· Dici potest per accidens etiam motum sumere perfectionem a subiecto: saltem in motibus localibus: in caeteris uero non est ita· Haec ex Aueroe· Secundo ai aduersione dignũ Auero· co· xiii· alium accepisse syllogismũ sic omne corpus ingenitũ & incorruptibile & in toto & in pte est diuinius aliis corruptibilibus uel in toto uel in pte· coelũ est ingenitũ & incorruptibile fm totũ & partem coetera elemẽta saltẽ fm ptem sunt corruptibilia igitur coelũ diuinius cunctis est·

Replica· | Responsio· | Replica· Responsio· | Dubitatões· Prima· Solutio· Secunda· | Solutio· Quae Auer· comen· xiii·

Praeterea si quis etiam aliter sumat accipiat omnem motum aut secundũ naturã: aut praeter naturam esse· & cum: qui alteri praeter naturam: alteri secundum naturam esse: (aeri qui sursum & qui deorsum se se habent· alter enim igni: alter terrae praeter naturam & secundum naturam est) fit ut circularis motus (cum his praeter naturam competat) alicui alteri necessario secundum naturam insit·

Haec quarta ratio ut graecis placet expositoribus ad probandũ id quod probare incepit· Sumit autẽ haec ratio duas suppositiones: & ex his infert ppositũ· Prima suppositio est q. oĩs motus est aut secundum naturam: aut preter naturam· haec suppositio fuit superius bene declarata: quippe cum omnis motus competat alicui aut e principio intrinseco uel extrinseco· qui enim e principio intrinseco est: secundum naturam est habendus siue naturalis· qui uero e principio extrinseco: praeter naturam censetur· Secunda suppositio est q. qui motuũ est cuipiã preter naturã: is alii naturalis est· quod exemplo patet in his motibus: qbus sursum itur: atq; deorsum· nã alter igni: alter terrae pter naturam & secũdum naturam est· qui· n· sursum est: igni est fm naturam: terrae preter naturam· Qui uero deorsum: est terrae naturalis: igni preternaturalis: simili ratione posset in omnibus aliis idem induci: uerum in hoc cum nulla sit uis: Aristoteli suffecit: hae sunt duae suppositiones: quae si accipiantur in antecedente sub hypothetica figura: cõsequẽs erit motũ circularem competere alicui corpori secundũ naturam: probaẽ cõsequentia: quia circularis motus competit iis oĩbus corporibus ut pote igni: terrae: aquae: & aeri pter nãm: siue saltẽ nõ fm nãm· unde hypotheticus syllogismus est: si oĩs motus aut est nãlis: aut nõ nãlis: & oĩs nõ naturalis alicui est naturalis alteri: circularis motus erit alicui corpori nãlis: pbaẽ quia circularis motus cõpetit oĩbus elemẽtis nõ nãliter· Cathegorice aũt põt rõ sic componi: oĩs motus nõ nãlis alicui uel aliquibus corporibus: est nãlis alicui alteri praeter illa· haec est secunda suppositio· motus circularis est non naturalis alicui uel aliquibus corporibus: ut probaẽ in textu: quia nõ nãliter cõpetit quatuor elemẽtis· igiẽ est naturalis alicui corpori pter quatuor elemẽta collocato: quare

si licet

si licet conuertere propositionem ex obliquis: sequetur esse aliquod corpus præter quatuor ele/menta collocatū: cui cōpetit nāliter motus circularis: qđ erat ꝓpositū· huius rōnis tangit Maio/rem ibi & eum: quod erat secunda suppositio· Tāgit conclusionē: & minoris ꝓbationē simul ibi (sit ut)· & hoc pacto ꝑspicua est rō quarta· Quo uero ad uerba attinet: uerbū aut ꝑter naturā| quod græce est παρὰ φυσιν| nō uř consonare iis: quæ superi⁹ dixit· qa nō ois motus est aut sc̄dm naturā| aut præter naturā alicui competēs· qppe cum ignis in ꝓpria regione ferať motu circula/ri: & tñ talis mot⁹ nec natura nec ꝑter naturā igni cōpetit· Nō nulli dixerūt uerbū παρὰ φυσιν hoc est præter naturā eē hic· & superius quodā mō æquiuoce sumptū· sed de his in comento dice mus: dum Auerois expositionē p librabimus· Aueroes itaqꝫ uult rōnem hanc esse aut quintam aut sextā in ordine: qđ fortasse est quinta si demō superior· x· com· est una· est sexta: si demōes· x· com· fuerūt duæ· Melius aūt credo demōnē hanc esse quartā| ut placet græcis expositoribus: & consonat uerbis Aristotelis est aūt cōclusio textus apud Auerōē Motus circularis est nālis ei cor pori: quod moueť illo motu· Et rō accipit duo: primū ois motus competens alicui| est naturalis| aut accidentalis illi hoc est ꝑternaturalis· Secundū ois motus qui alicui competit naturaliter: ali cui cōpetit accidētaliter: & ecōtra ois motus cōpetens alicui accidētaliter: alicui cōpetit naturali ter· Tūc arguiť sic ois motus qui alicui cōpetit accidentaliter: alicui cōpetit naturaliter p secūdā suppositionē| Motus circularis competit cœlo· igiť uel naturaliter| uel accidentaliter· Si naturali ter: habeo intentū: sin aūt accidentaliter: igiť alicui alteri naturaliter: & iteꝝ habeť intentū· & addit est ꝓpositio maior primæ demōnis sup quā subsitentať in hoc loco· quasi dicat tota uis ra/tionis præsentis cōsistit in illa propositiōe uꝫ ois motus cōpetens alicui competit aut naturalr̄: aut accidētaliter: quæ fuit maior primæ demōnis: quā fecit com· x· in sc̄do sylogismo: ut illic pa/tet· Sed Aueroes dubitat q̄lis est hæc demō an simplr̄: an ex cōcessis: & uř q̄ sit ex cōcessis: quia sumit duas ꝓpositiones p antecedēte sub cōditionis nota| ut uisum est in expositione textus· & infert consequēs· igiť est demō ex hypothesi: & non absoluta· Respondet Aueroes q̄ hæc demō est simplr̄ & absoluta: & nō ex hypothosi: quia licet Aristoteles ꝓpositiones acceperit hypothe/tice: tamē propositiones acceptæ sunt tales: quas aduersarius cōfiteri cogiť uelit nolit· igiť demō est ex absolutis· & dixit hæc Aueroes pp Auicennā: qui tenet demōnē præsentē esse ex hypothe si: ut uidebiť· Sc̄do dubitať: quia Aristoteles de suppositiōibus sc̄dam ponit hoc pacto: uidelicet ōis motus naturalis alicui| est præternaturalis alteri· cōstat hanc ꝓpositionē esse & ambiguam| & nō ad propositū· ambiguā quidem: qa Auicēna uř ipsam negare: ut dicemus· nō ad propositū uero: quia nō seruit rōni| ut uisum est· Respōdet Aueroes: & primo dicit propositionē eē ad pro positū| quatenus| aut ipsa| aut eius euersa seruit rōni: Sua euersa est ois motus præternaturalis ali cui| est naturalis alteri: hæc· n· seruit rōni ut tactū est in textu· igiť pro tanto hæc ꝓpositio est ad ꝓpositum| p quanto eius euersa rōni seruit· & hoc inq̄t quāuis magister nō posuerit nisi conuer/sum: tñ intendebat dicere euersum· & q̄ hoc intēdebat: probat primo quia facile patet illud euer sum loco e maiori: qm̄ si ois motus naturalis alicui est alteri ꝑternaturalis: p locū e maiori sequi tur ecōtra| ut ois locus ꝑternaturalis alicui sit naturalis alteri· Sc̄do probat eandem consequētiā p impoſe: quia si esse pōt ut aliquis motus sit ꝑternaturalis alicui: & nulli naturalis: tūc aliq̄ spēs motus eēt p accn̄s tm̄| & uiolēta: qđ est impoſe: cum naturale sit prius uiolēto & ꝑse prius eo qđ est p accn̄s· Sic igiť patet euersum Tū loco e maiore: tū p impoſe· & qa patet illi⁹ euersum: & cō uersum nō ita: iure posuit cōuersum tanq̄ minus notū| omictens euersum| tanq̄ oibus patens: & sic patet quo nam mō sit ad ꝓpositū· Sed an sit uera: Auicēna negat illā| nā si ois motus naturalis alicui est ꝑternaturalis alteri| addam: sed motus cœli est cœlo naturalis sc̄dm rei ueritatē: igitur aliis uiolētus ac ꝑternaturalis: ponať ita: tūc duo motus essent cōtrarii eidē utpote motui ignis sursum cōtrari⁹ eēt motus deorsum: q est terræ· & mot⁹ circularis: q p illata ē ei ꝑternaturalis & uiolētus: & sic uni eēnt duo ꝑse cōtraria· Tūc respōdet Aristoteli: & dicit Aristotelē locutū eē hy pothetice: & nō absolute: qa ꝓpositionē illā noluit oīo uerā eē| sed si est uera: seqtur ꝓpositū ut ui sum est: & ita uult Auicēna demōnē Aristotelis eē ex hypothesi· Tertio dubitať de euerso: uꝫ ois Mot⁹ ꝑter naturalis alicui est naturalis alteri· Nā est dubiū si hæc ꝓpositio est uera uſiter intelli gendo præternaturale pro contra naturali| & pro non naturali: præternaturale enim accipitur bifariam pro contra naturali| & pro non naturali: ideo quærit se est tale euersum uniuersaliter & secundum omnem modum intelligendi uerum· Respondet Aueroes dupliciter uno modo qui propositio illa est uniuersaliter uera sumendo ꝑternaturale ꝓ cōtra naturali| mō teneať ignē & aerem moueri in propriis regionibus contra naturam· Nam si sic teneať: ueꝝ est uniuersaliter| si aliquis motus est ꝑternaturalis alicui| esse naturalē alteri· & ita ois mot⁹ præternaturalis alicui

Verborū de/claratio.

Sol' nō nullo.

Quæ Auero· com· xiiii·

Dub· Auero·

Solo Auerois

ii· dub· Auer·

Sol'·

Pō Auicēnæ

iii· dubita·

Solo prima

est naturalis alteri· Sed quoniam assumptum est falsum uidelicet q ignis & aer in propriis regionibus circulariter moueantur contra naturã: quia tunc talis motus non esset perpetuus: Respondet aliter q Aristoteles accipit præternaturale cõmuniter p opposito essentiali hoc est p nõ naturali: & sic ẽt est uliter uera dicta ppositio· ois·n· motus non nãlis alicui est alteri nãlis· hæc·n· non habet instantiã· & hoc inqt nã Motus contrarius nãli: qui dicitur uiolentus: nõ inuenit nisi in aliquo quatuor corpoꝝ: sed oppositus essentiali: qui dicit non nãlis / inuenit in pluribus: qa in igne & aere· quippe cũ motus eoꝝ sit composit⁹ ex recto & circulari: hoc est quom quodlibet eoꝝ gemino motu moueat recto per se: circulari nõ per se· Sic igit motus uiolentus uni quatuor tm̃ competit: quia semp opposito corpori· motus non naturalis competit pluribus uno: quia aer & ignis Mouent motu circulari non naturaliter· quibus addit Auerroes rõnem Aristotelis ualere si hoc pacto sumat antecedens: si·n· ois motus non nãlis alicui est alteri nãlis: sequitur circularem Motum esse cœlo naturalem / ut deductũ fuit· demũ recolligit ambas ppositiones: quarum una erat Motus accidentalis corpori alicui / necessario erit naturalis alicui corpori · & dicit hanc esse uerã quouis mõ: siue accidentale sumat pro cõtra naturam: siue p non naturali· Altera ppositio erat Motus naturalis alicui est accidentalis alteri / & hanc uult ẽẽ distinguendã / nam sumẽdo accidentale p contra naturã: Motus cœli nulli est contra naturã· Sumẽdo accidentale p non naturali: illa est uliter uera: qa ois motus nãlis alicui est alteri nõ nãlis· Hæc Auerroes· circa quæ primo aiaduertas q translationes Auerois sunt falsæ: scribit·n· In illis q ois motus naturalis alicui est præternaturalis alteri: & sup hanc mouit primã dubitationẽ· Vbi patet in codicibus græcis hanc non esse: & pptcrea dubitatio illa non fuit ad propositum· Scdo aiaduertas q hæc propositio bifariã intelligi põt· ut recte Aueroes inquit / qa præternaturale põt accipi pro uiolento & contra naturã: & accipi p non nãli· Si accipit pro uiolento: illa est falsa: non·n· opꝫ ut omnis motus nãlis alicui / alteri sit uiolentius: ut recte de circulari est instancia· Sin aũt accipit præter naturale p non naturali / patet ppositionem esse uliter uerã: nam ois motus naturalis alicui corpori est non nãlis alteri: & nõ habet instanciã· Hæc de ppositione in se· Tertio aiaduertas q Sylogism⁹ lr̃æ est iste: ois motus p̃ternaturalis aliquibus est naturalis alicui corpori distincto ab illis· Sed circularis est præternaturalis aliqbus corporibus ut igni & aeri· igitur naturalis alicui seperato ab oĩbus elementis: igitur p conuersionẽ propositionis factæ ex obliquis est aliqd corpus seperatũ ab elemẽtis / cui nãlis est motus circularis: & est ppositũ· Tunc circa hũc sylogism⁹ dubitat qdam quo ad minorẽ: quia superius Aristoteles pbauit Motum circularem nulli corpori esse præternaturalẽ: & tm̃ in minore sumit oppositum: uꝫ q motus circularis est p̃ternaturalis alicui corpori· Respondet primo (ut mihi ur̃) iuxta Auerois solutionẽ / q præternaturale põt accipi comuniter p opposito essentiali hoc est p non naturali: & põt accipi pprie pro uiolento· uoluit igitur Maiorẽ esse uerã quouis mõ sumptam: qm̃ omnis motus præternaturalis aliquib⁹ est naturalis alicui: siue sit præternaturale intellectum pro uiolento / siue pro non naturali· Minorẽ uero uoluit intelligi sumẽdo præternaturale p non naturali cõmuniter: quod distinguit contra essentiale: & sic est uera: nam Motus circularis competit igni & aeri non naturaliter · Sed quidã refellit solutionẽ / primo qa superius & hic utit eodem uerbo uꝫ παρὰ φυσιν hoc est præternaturam: & nõ est consonũ in tam paucis uerbis æquiuocasse· secundo qa utit iisdem exemplis hic: quibus urebat illic: igitur nõ ur̃ sibi dissimilis: & ita præternaturã hic & illic ur̃ accipere pro uiolento· tenet igitur expositor Aristotelem hic probare cœlum non Moueri circulari motu uiolenter: & hoc cõtra non nullos / qui dixerũt oppositum / uel saltem cõtra aduersarium / qui posset sic dicere· unde dupl'r contra hoc arguit primo ostendendo hũc motum non esse contra naturã: Fo q dato q sit alicui cõtra naturã: sequitur intentum uꝫ esse alicui nãlem· & ita uult Aristotelẽ esse sibi ubiq similem / Hæc expositor· Sed mihi uidetur hunc reddere rationem Aristotelis leuem: Nam tunc eius ratio esset ex cõcessis: & ita ad hominẽ: Modo Aristoteles (ut Aueroes inqt) simpl'r intelligit· ppea siqs deductione Auerois afficeret: dicere posset παρὰ φυσιν esse acceptũ hic aliter quã prius: nec est incõueniẽs in tã paucis uerbis Aristotelẽ uarie loq: mõ id quod dicit: nõ simpl'r aduerset ei: qd dixit· & lꝫ sit usus eisdẽ exẽplis: non tñ utit illis eodẽ sensu: ut patet intelligenti· Reliqua quæ expositor addit: sunt ad græcorũ mentem recte dicta·

Secũda Solõ·

error Aueroiſ

dubitacio cuiusdam

Sol' Auerois

obiectiones

Cuiusdã sol'

Defensio auerois·

Insuper & si circularis motus alicui insit secundum naturam: patet perfecto fore corpus quoddam simplicium atq primorum: quod quidem sic suaptenatura est illud circumferri aptum: quemadmodum ignis sursum: & terra deorsum· Si autem corpora quæ circulo feruntur· præter naturam circularem motum subeunt: Mirabile

bile & omnino rationis expers uidebitur·hunc ſolum motum eſſe continuũ : atq; perpetuum:qui quidem præter naturam eſt·quippe cum alia quæ præter naturã ſunt·citiſſime abolere conſpiciantur·itaq; ſi ignis eſt id quod circumfertur: quem admodum non nulli autumant:non minus hic motus præter naturam inerit ipſi: quam Is:qui deorſum eſt·ſiquidem Motum ignis·cum uideamus : quo ipſe e medio recta fertur uia·Quapropter ex his omnibus aliquis raciocinans corpus aliquod aliud eſſe credet præter ea corpora·quæ hic & circa nos ſunt·Seperatũ·tanto ſublimorem habens naturam·quanto plus ab his diſtabit:quæ ſunt hic·

Quinto Ariſtoteles arguit Motus circularis alicui competit:ut ſenſu patet:uidemus·n·ſenſu aliquod circulariter moueri:ut ſolem: qui·xxiiii·horis ab ortu mouet̃ ad occaſum redeundo in ortum·Sic igit̃ patet motum circularẽ alicui competere:Aut igitur præter naturã/aut ſm naturã· Si ſcdm naturã alicui competit corpori:patet ꝑ conuerſionẽ ꝓpoſitiõis ex obliquis eſſe aliquod corpus de numero ſimpliciũ & primoꝝ:quod qdem ſic ſuaptenatura eſt Illud circũferri aptum: quemadmodum ignis ſurſu;:& terra deorſum·eſt igitur cõuerſio motus circularis alicui competit corpori ſecũdũ naturã:igitur eſt aliquod corpus: cui motus circularis competit ſecundũ naturã:& hoc erat intentũ·Addit tñ in cõuertente/quædã:quæ non accepit in cõuerſa:ut q; id corp9 ſit ſimplex/& primũ:quia ſuppoſuit ex prioribus rõnibus motũ circularẽ eſſe ſimplicem & primũ·Sin aũt alicui corpori competit p̃ter naturã:Illud eſſet aliquod quatuor elemẽtoꝝ / uel ipſa quatuor elemẽta·at ſi corpora quæ circulo ferunt̃/p̃ter naturã circularem motũ ſubeunt:Mirabile & oĩo rationis expers uidebit̃ hũc circularem motũ ſolum inter cæteros eſſe continuũ: atq; ꝑpetuũ:qui qdem p̃ter naturã eſt·quippe cũ alia oĩa/quæ præter naturã ſunt:citiſſime abolere cõſpiciant̃·quemadmodũ calefaccio aquæ:& motus terræ ſurſum:& cætera id genus· erigat̃ rõ ſic ſenſus conſtat circularem motum alicui corpori competere:aut igitur ſcdm naturã:aut p̃ter naturam·ſi ſecũdũ naturã:tunc ꝑ conuerſionẽ ſequitur eſſe aliquod corpus:cui circularis motus cõpetit ſecũdũ naturã:& hoc erat ꝓpoſitum·Sin aũt alicui competit corpori præter naturã: maxime eſſet aliquod elemẽtoꝝ:at hoc eſſe non põt:quia tũc eiuſmodi motus nõ eſſet continuus & perpetuus:cui9 cõtrariũ eſt demonſtratũ in lib·phyſicoꝝ·viii·patet igitur eſſe aliquod corpus ſimplex primũ:quod circulari motu ꝑpetuo torquet̃·Ex hac rõne infert errorẽ eoꝝ:qui dixerũt cœlum/& qđ perpetuo circulare motu mouet̃:non eſſe ignẽ:ut non nulli dixerũt: & attribui ſolet platoni:ut in lib·meteoroꝝ habet̃·& inqt itaq; ſi ignis eſt id:quod circũfert̃:ut non nulli autumant:nõ minus hic motus p̃ter naturã inerit ipſi:quã is qui deorſum eſt·ſiquidem motum ignis eum cenſeam9:quo ipſe e medio recta fert̃ uia·Ex his oĩbus epylogat:& quæ dicit:clara ſunt trãſlatione ipſa·Sed in his ſunt difficultates non paucæ:prima quia uꝛ̃ Ariſtotelis diuiſio inſufficiens:nam Motus põt competere alicui natura/præter naturam/& nõ ſcdm naturã·ut ſuperius diximus·ſecũda eſt:quia põt motus competens alicui nõ ſecundũ naturã eſſe continuus/& perpetuus·Nam ignis in eius regione ꝑpetua agitaciõe torquet̃:at conſtat ipſum moueri circulari motu non ſecundũ naturã·Tercia eſt quia non uꝛ̃ bene cõfutata poſitio platonis : quæ dicit cœlum eſſe ignẽ uel igneũ:quia Motus circularis minus cõpetit igni præter naturã quã motus deorſum Imo apud Ariſtotelem circulares motus cõpetit igni:& nõ præter naturã:ſed magis non ſecũdũ naturã·Quarta difficultas eſt in uerbo comẽti:qui authoritate albumaſaris dicit hãc propoſitionem u; cœlũ non eſt corruptibile/nõ ducere ad primæ certitudinis ordinẽ : ueꝝ illi nec aliquis ſenſus/nec rõ contradicit·mõ hoc uꝛ̃ implicãs in obiecto:nã propoſitio cui nec ſenſus/nec rõ cõtradicit/eſt prima:imo eſt dignitas ſcdm Aueroem·Quinta eſt in epylogo: nã corpora cœleſtia oĩa ſunt eiuſdem ſpeciei/ut dicet̃ in·ii·huius com·xlix·igitur alteꝝ altero ſublimiorem non ſubibit naturã tanto magis ac magis:quãto magis ac magis ab his diſtabit corporib9·hæc ſunt difficultates non paucæ:quas græci omiſerũt pro magna parte·pro Solutione ad difficultates:quæ contingunt in textu:animaduerſione dignum/Ariſtotelem ſupponere Motum non poſſe competere alicui non naturaliter: niſi alicui competat naturaliter·uerbi cauſa/competit igni Motus circularis non naturaliter / quia ſibi competit per naturam corporis ſuperioris : cui hic motus cõpetit naturaliter·Ex hac ſuppoſitione ſequitur ſi non eſt aliquod corpus:cui naturaliter competit circularis motus:Motum circularem cuiq; competere aut ſecundum naturam : aut præter naturam patet ; quia cum non ſit aliquod ſuperius corpus ; cui natura competat : neceſſe

Margin notes (right): error quorũdam· — difficultates· — Solõ

eſt cuiqꝫ competit:competere aut ſecundum naturam|aut præter naturam: cum non per naturã
alterius competere poſſit:quod eſt nõ ſecundũ naturam competere· Ex hac ſuppoſitiõe patet q̧
dĩo Ariſtotelis in caſu ſuo eſt ſufficiens·Secundo patet in caſu ſuo nõ poſſe circularẽ motũ com/
petere igni non ſm naturam:quippe cum in caſu ſuo non detur corpus ſuperius:ratiõe cuius cõ/
petat igni·iii·patet eſſe bene confutatã opinionem platonis in caſu ſuo: quia ubi nõ eſt aliquod
ſuperius corpus:cui per naturã motus is competat:neceſſe eſt circularem motũ eſſe præternatu/
ralem igni:ut ſibi eſt p̃ternaturalis motus deorſum & per hæc patet ſolutio ad tres primas diffi/
cultates· Ad quartã fortaſſe Aueroes loquitur ſm opinionem hominis illius·at ſm ſe oĩs propo/
ſitio:cui concordãt oẽs ſenſus & rõ:eſt prima·uel dicendum eſſe drĩam inter propoſitioni alicui
non contradicere ſenſus:& conuenire ſenſus oẽs:ſtat·n·alicui propoſitioni non cõtradicere ſen/
ſus nec rõnem:quia non bene cadit eius ſignificatus in ſenſibus:cui tamẽ non concordabũt ſen/
ſus· Aueroes aũt ubi propoſitionẽ primam uult eſſe:cui non mõ non contradicunt ſenſus:ſed cõ
ueniunt ſenſus oẽs:& rõ:& ſic tolliẽ contradictio· Ad quintam reſpondet Aueroes in com·xvi·
& perite|& dicit q̧ corpora cæleſtia non ſunt æqualia nobilitate:ſed uarianẽ nobilitate p drĩa
locoꝝ:nam quod eoꝝ eſt loco ſublimius eſt nobilitate excellentius·cuius ſignum affert:qa Ari
ſtoteles in lib·de aĩalibus aſſimilauit lunã:quæ eſt infima orbium terræ:quæ eſt infima æleme
torum:quia ut in terra uidenẽ diuerſitates in montibus & uallibus:ita in luna conſpiciunẽ par/
tes maculoſæ & limpidæ· Ad formã difficultatis conceditur corpora cæleſtia eſſe eiuſdẽ ſpeciei:
non tamẽ uniuocæ & ſe æquiuocæ:ut·ii·huius dicemus·& ſic poſſunt dignitate naturæ|& loco
rum differre· Verum uero quemadmodum orbes differunt loco:differãt natura·xii·lib · primæ
pħiæ recte p librauim⁹ com·xliiii·& tu lege ea:quæ illic diximus:& de difficultatib⁹ hacten⁹·

At qui cum eorum quæ dicta ſunt:alia ſuppoſita ſint:alia demonſtrata:patet neq;
leuitatem/neq; grauitatem habere corpus omne·

Expõ Aueroiſ com·xvii· Hactenus demonſtrauit q̧ corpus quod circulariter mouẽ:drĩat iis e corporibus:quæ recto mo
uentur motu:Nũc ut Aueroi placet:uult declarare quæ nam ſit natura talis corporis|aſſerẽs na/
turam talis corporis eſſe neqꝫ grauem neqꝫ leuem·& qm̃ Plato arbitrabaẽ oẽ corpus eſſe aut gra/
ue/aut leue|hac quidem ratione|quia graue & leue ſunt contraria|inter quæ non datur medium
ſubiectum:dicit corpus tale eſſe leue:imo igneum atqꝫ leuiſſimũ|quatenus oĩbus ſuperferẽ · pp
Quæ Aueroeſ com·xvii· opinionẽ itaqꝫ platonis Ariſtoteles ut inquit Aueroes addet q̧ nõ oẽ corpus eſt aut leue aut gra
ue:imo q̧ ſunt tres naturæ:grauis qdem|& leuis|& media:quæ eſt neqꝫ grauis neqꝫ leuis· Et cũ
dixit plato inter contraria nõ eſſe mediũ ſubiectum:& nõ poſſe eſſe Mediũ inter graue|& leue:
obiter reſpondet Aueroes inter cõtraria dari mediũ ſubiectum p negationẽ: nõ aũt mediũ aptũ
denominari ab altero cõtrarioꝝ:uerbi cã:inter cecum & uidens daẽ medium per negationem|
utpote lapis:qui nec eſt cecus|nec uidens·itemqꝫ nec Mutus nec loquens · Tamen non eſt dare
aĩal:quod eſt ſubiectum aptum denominari ab altero eoꝝ:quin ſit çecum aut uidens·Mutũ aut
loquẽs·Sic in propoſito in his quæ apta ſunt eẽ grauia & leuia|nullũ eſt corpus|quod nõ ſit gra/
ue aut leue·ſimpliciter uero p negationẽ cœlum neqꝫ eſt graue|neqꝫ leue:ſic igiẽ ut Aueroes di/
cit Ariſtoteles duo declarabit & quæ nam ſit natura corporis:quod circulariter mouẽ: & quod
inter graue & leue ſit natura media p negationẽ ſaltem·Et q̧ cœlum neqꝫ ſit graue:neqꝫ leue:ſꝫ
Aueroem ſic ſyllogizaẽ oẽ graue mouẽ ad mediũ·oẽ leue mouẽ e medio·at corpus qd̃ circula/
riter ferẽ neqꝫ ad mediũ|neqꝫ e medio mouẽ:ſequiẽ in ſa figura cœlũ nõ eẽ graue neqꝫ leue:ſed
naturæ terciæ:qd̃ erat ꝓpoſitũ· Vult igiẽ Aueroes q̧ in hac rõe quædã ſupponunẽ tanq̃ ſuperi⁹
declarata:ut qm̃ corpus qd̃ circũferẽ|neqꝫ ad mediũ|neqꝫ e medio Mouẽ:quæ erat minor:hanc
n·ſuperiorib⁹ rõnibus demõſtrauit|& nũc ſupponit quædã demõſtrabunẽ:ut quod oẽ graue ad
mediũ:& oẽ leue e medio moueaẽ:quæ erat maior:& tũc iuxta Aueroiſ expoſitionem inqt Ari
ſtoteles atq cum eoꝝ quæ dicta ſunt:hoc eſt cum eoꝝ:quæ dicẽda ſunt in ſygillo: alia ſuppoſita
ſint ex ſuperioribus rõnibus:alia demõſtrata:qa demõſtrabunẽ:patet qa erit pſpicuũ|neqꝫ gra/
uitatẽ|neqꝫ leuitatẽ hr̃e corpus oẽ hoc eſt cœlum:quod dicitur omne|quatenus cõtinet omnia·
Qualiſ expõ Aueroiſ· Hæc ex Aueroe·hæc Aueroiſ expoſitio conuenire uidetur iis | quæ ſubiunget: ac his quæ dicit
non conuenit:qa uidetur uerba nõ exponere:ſed euertere · Melius igitur referanẽ uerba hæc ad
Expõ noſtra dicta iam:nã eoꝝ quæ dicta ſunt:quædã ſunt ſuppoſita:ut q̧ uni unũ eſt cõtrariũ: & q̧ ſint ſolæ
duæ ſimplices magnitudines:& q̄dã alia·q̄dã aũt ſunt demonſtrata ex qbuſdam præmiſſis ut q̧
ſint tres mot⁹ ſimplices:& q̧ mot⁹ circularis ſic naturalis alicui corpori:qd̃ eſt aliud ab elemẽtis
& mixtis·ex his partim declaratis partim ſuppoſitis conſtare põt cœlũ qd̃ uocaẽ totum corpus:

neqꝫ

neq̧ habere grauitatẽ/neq̧ leuitatẽ:uerũ Aristoteles nõ contentus declaratione hac:iterum nouã facit declarationẽ:in qua iterũ quædam supponit:& quædam demonstrat. Et sic Aristoteles uerbũ illud eorũ/quæ dicta sunt: nõ ad dicenda/ut Aueroes autumat: sed ad dicta refert. Quo uero ad uerba græca attinet:uerbũ illud omne græce est ἅπαν latine tum totũ tũ omne·quod quidã referũt nõ ad cœlũ/sed intelligũt sic/patet nõ omne corpus leuitatẽ aut grauitatem hr̃e. græci referunt ad cœlum:nam ubiq̧ cœlum Aristoteles appellat ἅπαν hoc est totum & omne: quatenus nihil est extra ipsum.& de intentionẽ ad dicenda hactenus. ἅπαν omne totũ.

At qui supponere oportet quid nam graue quidue leue appellamus: nunc quidẽ quo ad satis est ad usum præsentem;diligentius uero rursus; cum ipsorum considerabimus substantiam.

Quia dixit ad eã rem demonstrandã esse quedã supponẽda:quedã demõstranda:nũc quæ nam supponenda sunt/explicat:& dicit supponẽda esse quid nam graue/quidue leue sit:& non quidẽ exacta consideratione:sed crassa quadã minerua:ut ad præsentẽ chriã hoc est usum uel necessitatem sufficit. Nam in·iiii·huius libri uolumine diligentius considerabit ipsorum substantiã. Sic igit̃ duo supponẽda ꝓponit/ut pote & qd leue sit:& qd graue. haꝝ suppositionũ & necessitatẽ & cãm tradit expositor/& sapide:nã Aristoteles demõstrare intẽdit cœlũ eẽ neq̧ graue neq̧ leue: sed ut dictũ est oĩs demõstratiõis principiũ est quod qd est quesiti/uel passiõis/ut dicit phyloponus:quare oportet supponere qd graue/qdq̧ leue sit:quod est quesitũ de coelo. iure hæc supponere oportet. Quo uero ad uerba attinet/aiaduersione dignũ cuiusq̧ rei duplicẽ posse assignari definitionẽ/alterã qd nõis:alterã qd rei:& quia in doctrina demõstratiua oportet supponere & præcognoscere de q̃sito qd nõis:ideo iuniores dicũt Aristotelẽ iure supponere qd nõis graue:& qd nõis leue:quo uero ad eoꝝ definitiões eẽntiales:loquet̃ in·iiii·de his. ꝓpterea dicit nũc qdẽ satis quo ad usum p̃ñtẽ:qa quo ad definitiões qd nõis. Diligẽtius uero rursus/cũ ipsoꝝ cõsiderabimus substãtiã:qa in·iiii·libro de his tradet definitionẽ eẽntialẽ. Sed hæc expõ ur̃ non temere facta:uerũ nõ ur̃ ad mẽtẽ expositoꝝ:uolũt·n·expositores definitiões grauis & leuis hic traditas esse eẽntiales/& nõ tm̃ qd nõis:imo & explicare significationẽ noĩum/& eẽntias rerũ:nec aliter unq̃ Aristo. hæc in·iii·uel·iiii·definit:ut pʒ his q libros illos reuoluerũt. Sed ut recte Auer. aiaduertit definitiões hæ nõ sunt dictæ ad diligẽtiã:sed ad sufficiẽtẽ usum: qa nõ sunt de illis dictæ opiones ueterũ/itẽq̧ nec tradite p regulã posterioristicã. In q̃rto uero diligẽter sunt dicte: & qa opiones de his/& p regulã sunt narratæ. hæc Auero.& optime. Expositor uero dicit definitiões hasce oẽ dictas nõ diligẽter:qa utit̃ eis/ut suppositiõibus. In q̃rto uero &·iii·libris dicte sũt diligẽter: qa p artẽ sũt tradite:& ita hæ definitiões sũt qd rei ſm expositores oẽs. hæc de suppõnib⁹. Confutatio. Quæ Auer. Quæ exposi tor.

Graue igitur id sit:quod ad medium ferri aptum est. leue uero:quod e medio.

Prosequit̃ & primo declarat qd nã graue:qdue leue sit.& inqt graue esse id:quod ad mediũ ferri est aptũ. leue uero ẽt id:quod e medio ferri est aptũ. Videnẽ aũt definitiões hæ bone. cõstãt·n· suis gñeribus/suisq̧ drĩis. Nã p uerbũ id quod:quod græce est τὸ:indicat genus:quod ẽ corpus simplex:uel in quo aliquod simpliciũ corporũ excellit:p id uerbũ ad mediũ ferri est aptũ:intelligit drãm:qua differt e leui:ꝓpterea definiẽs leue inquit esse id corpus uel simplex:uel in quo simplex prædominat̃:quod est e medio ferri aptũ. nã leue & graue cõueniunt in gñe:qa utrũq̧ est simplex corpus uel mixtũ in quo simpliciũ aliquod prædominat̃ differũt spẽ:quippe cũ graue ad mediũ/leue e medio sic ferri aptũ. Sed ambiges fortasse. Primo qualis nã sit hæc:si generica omnibus cõueniẽs:uel specifica. Secũdo ambiges cur Aristoteles utit̃ hoc mõ p negationem dicens graue ad medium: & leue a medio ferri esse aptum. & non dixit graue deorsum & leue sursum esse aptum ferri. Ad primam soluit Auero. definitionem eiusmodi esse genericam: cum competat omnibus speciebus grauis:& alterã omnibus speciebus leuis. Ad cuius euidentiã duo indicat. Primum quod duplex est graue/duplexq̧ leue. alterum simpliciter:alterũ in respectu. terra & ignis sunt talia simpliciter:quia terra omnibus elemẽtis est grauis:ignis oĩbus elemẽtis leuis. aqua & aer sunt graues leuesue respectu:est·n·aqua ad aerẽ atq̧ ignẽ grauis. ad terrã uero leuis. aer uero ad terram atq̧ aquam leuis: ad ignem grauis. probat hæc quia si aqua per possibile uel impossibile esset in centro mundi moueretur ad superficiem terræ & ad concauum aeris:quæ ratio docet illam ad terra leuitare/ad aerem uero grauitare. Preterea si aer poneretur in coeli cõcauo descẽderet ad cõuexũ aquæ ẽt ad cõcauũ ignis:quæ rõ docet aerẽ ad ignẽ grauẽ ad cætera leuem esse. Indicat secundo & corollarie in aqua grauitatem abundare: in aere leuitatem. quippe cum aqua ad duo sit grauis ignem uidelicet & aerem. ad unum leues terram Dubitatões. Quæ Auer. comẽ·xvii·

uidelicet aer contra ad unum grauis ignem·ad duo aquam & terram leuem esse· Ex his uult de finitiones hasce genereas esse:cum omnibus suis spēbus cōpetant· & ego addo esse genereas nō modo quia suis speciebus propriis competunt ut oībus grauibus & oībus leuibus simplicibus: sed etiā omnibus speciebus extraneis/quia omnibus mistis ex his:lapis·n·grauis ē & ad mediū fertur:qui tamen mistus est·oleum e medio aptum est moueri:quod tamē est mistum· Ex dictis colligit Aueroes Aristotelem per principium quo graue ad medium:& quo leue e medio ferunť esse formam substantialem eorum:que est illorum habitus & perfectio essentialis & si diceretur uulgares uelle leuia moueri a leuitate quæ est accidens:& graue a grauitate quæ ēt est accidens: Respondet hoc esse dictū uulgarium:qui non percipiunt nisi accidētia:& non substantias: tñ re uera principium uerum est forma substantialis illorum: hæc Aueroes·ex quibus patet de mēte Auerois q̃ grauia & leuia mouentur principaliter e suis formis effectiue·licet contingat secundum uulgus tribuere nomen principii accidentibus:quæ formam consequntur: quæq̃ sunt instrumentaria principia:ueluti caliditas calefactionis· Ad secundum respondet expositor & bene Aristotelem sic definisse per negationem:& non per sursum uel deorsum: quia non omnes concedunt sursum & deorsum in mundo elementario/omnes tamen concedunt Medium·propterea ne impediantur definitiones:dixit graue esse id quod ad medium/leue quod e medio aptum est ferri:donec in secundo declarabit in mundo esse differentias positionis uidelicet sursum & deorsum·hæc expositor & sapide·Quo uero ad uerba attinet dixit (graue igitur id sit): & non dixit graue est:ut indicaret definitiones hasce esse hic acceptas/ut suppositiones/donec illas per artem nancisceretur in·iii·lib·&·iiii·& etiam dixit quod ad medium ferri aptum est· Nam non oportet ut semper graue feratur deorsum:sed sit aptum ferri·& magis per aptum moueri / quam p aptum quiescere describit:quippe cum hæc inuestigatio per motuum simplicium differentiam agatur· Accedit etiam ad hæc/q̃ motus est noctor quiete:& habitus·hæc de uerbis·

Quæ exp̃tor

Consideratio uerborum·

¶Grauissimum id iis omnibus substat: quæ deorsum feruntur · leuissimum id quod omnibus iis superfertur: quæ sursum petunt·

Et de prima suppositione hactenus·secunda uero suppositio est definitio grauissimi & leuissimi· grauissimum quidem est id qđ omnibus iis substat:quæ deorsum feruntur·leuissimum uero: id quod oībus iis superfertur:quæ sursum petunt· Aueroes uero in suis trāslationibus sic habet:graue est illud quod grauitate præcedit oīa grauia:& residet sub oībus descendentibus ad inferius: hoc est quiescit sub oībus:quæ deorsum mouenť·leue uero quod leuitate p̃cedit oīa leuia: & eleuatur super oīa:quæ sursum ferunť·super his definitionibus/plura tangit Aueroes/quoꝝ primū est quod hæc est alia descriptio grauis & leuis:nā prima fuit cōmunis omnib⁹ speciebus grauis & leuis:hæc est propria graui & leui simpliciter·secundum est q̃ hæc definitio potest esse una: & plures·si una:hæc datur per quietem:qua graue quiescit in loco proprio·prima uero ex motu· si uāt plures: prima est per motū:quæ dicit graue est quod præcedit grauitate oīa grauia·ĩ a p quietem:quæ dicit & qđ oībus substat·Addit tamen q̃ forte hæc definitio est una cōposita ex illis duabus:ita ut definitio grauis & leuis ex illis duabus ꝓprietatibus cōposita sit noctor· & sic uř uelle hanc esse ĩ am definitionē grauis & leuis simpliciter differēs a prima Multifariā/ primo quia illa fuit cōis oībus speciebus grauis & leuis·hæc competit graui & leui simpliciter tātum· ſo quia hæc data est per quietē/Superior per motū ·iii· hæc componiť ex duabus proprietatib⁹ superior uero p genus & drīas·iiii·hæc est noctor:illa uero obscurior·Nam hæc datur per ꝓprietates noctores·Illa p genus & drām·hæc ex Aueroe· Tu uero aīaduerte q̃ oīa hæc sunt superflua: & trāslationibus nostris & græcis codicibus dissona·sunt·n·solū ab eo ficta·Quo uero ad uerba attinet:grauissimū hic non intelligiť illud:quod est gradualiter intensius graue: Nam aqua est grauissima gradualiter:qa grauis ut octo·& aer leuissimus gradualiter simili ratione:sed intelligitur grauissimū & leuissimū:quod ē tale simpliciter/& respectu oium:ut recte Aueroes· q̃ rōne nō indocte Aueroes asseruit esse duas definitiōes grauissimi & leuissimi:nā prima erat cōis· ſa uero ꝓpria graui & leui simplr̃·ſo dixit qđ oībus substat eoꝝ quæ deorsum feruně:adicit· n·eorum que deorsum feruně:nam centrū terræ oībus substat:nō tamē eoꝝ:quæ deorsum feruntur· non·n·deorsū ferť · Similiter de leui dixit quod oībus eminet/quæ sursum petūt/pp cœlū· nam cœlū oībus eminet:non tñ est eoꝝ:quæ sursum petūt·Quibus patet definitiones hasce datas eē p quietē:prima uero dabať p motū·uerbū·n·superferť græce est ἐπιπολάζου latine tum eminēs/ tū emergēs·iii·aīaduerte uerba illa sursum & deorsum eē sumpta ut pri⁹ uz deorsum p medio:sursum p e medio recedeř ꝗ ut idicaret usū cōem:sic locut⁹ ē·& de grauissimo leuissimoq̃ hactenus·

Quæ aueroes com·xvii·

qualis auero· expo·

Consideratio uerborum·

ἐπιπολάζου eminēs emergēs superlatū·

Necesse

Necesse igitur omne quod fertur aut deorsum aut sursum:aut leuitatem aut grauitatem aut utrunq; habere:non ad idem tamen·Ad alia nanq; sunt grauia & leuia:ut aer ad aquam:& aqua ad terram·Corpus igitur quod circulo fertur:impossibile est habere grauitatem aut leuitatem·

Ex dictis suppositionibus syllogizat propositum sic: omne habens grauitatem aut leuitatem aut utrunq; mouetur aut sursum aut deorsum hoc est aut e medio aut ad medium:hæc maior ex suppositionibus patet·Corpus quod circulo fertur/neq; mouetur e medio/neq; ad medium·igitur corpus quod circulo fertur/neq; habet grauitatem neq; leuitatem neq; utrunq;:& hoc in secunda figura huius rationis non ponit maiorem in propria forma:sed eius conuertentem: & inquit necesse igitur omne quod fertur/aut deorsum aut sursum:aut leuitatem aut grauitatem aut utrunq; habere:& quia dixit aut utrunq;:quod uidetur fortasse impossibile nisi sit mixtum: addit non ad idem tamen:sed ad alia atq; alia·ad alia namq; sunt grauia & leuia:ut aer ad aquam est leuis & ad terram:aqua uero ad terram tantum·econtra aqua est grauis ad aerem & ignem·aer autem ad ignem tantum·Sic igitur corpus simplex habere potest utrunq; in respectu·Ex his igitur uult habere hanc maiorem omne habens grauitatem aut leuitatem aut utrunq; mouetur aut deorsum aut sursum:ut ex definitionibus patet·Posuit tamen non ipsam:sed eius conuertentem:ut indueret demonstrationem hanc constare ex uniuersalibus & conuertibilibus·Posuit etiam & conclusionem dicens corpus igitur quod circulo fertur·Impossibile est habere aut grauitatem aut leuitatem:sed necesse est esse neutrum; ut e principio probare proposuit·De syllogismo igitur tetigit maiorem & conclusionem·hæc de syllogismo·Aueroes autem eodem modo textum introducens uult maiorem quo ad ambas partes conuerti:ut patet ex descriptionibus:quæ semper conuertuntur cum descriptis·dictum est enim graue esse id quod ad medium fertur:igitur per conuersionem descriptionis quod ad medium fertur:est graue·Similiter leue est quod e medio fertur·igitur quod e medio fertur:est leue per eandem regulam·igitur cõgregando ambas partes:omne quod e medio fertur est leue: & omne quod ad medium fert̃ est graue:quare per conuersionem omne grauitatẽ aut leuitatẽ aut utrãq; hñs mouet̃ aut ad mediũ aut e medio:& econtra omne quod ad medium uel e medio fertur est graue aut leue:& sic patet conuersio maioris·Quare accepta maiore·uidelicet omne habens grauitatem aut leuitatem aut utrunq; mouetur sursum aut deorsum:quæ erat maior·Secundo animaduertit Aueroes eodem modo esse dicendum de graui & leui: quo & de descensu ascensuq; dicitur·Est enim ascensus simpliciter: quo leue simpliciter sursum fertur·ascensus in respectu: quo leue in respectu sursum ascendit in respectu·& de descensu similiter·Quare de graui & leui non aliter q̃ de descensu ascensuue dicitur:est dicendum:& hæc quæ Aueroes dixit:sunt sapide dicta·Quo igitur ad uerba attinet/patet ut recte dicit Aueroes optime Aristotelem adiecisse particulam igitur:quæ græce est ἄ: quia hoc ex dictis descriptionibus sequitur:quæ semper conuertuntur:cũ descriptis·recte ẽt in cõclusione adiecisse ẽt igitur:ut indueret esse perfectũ syllogismũ·hæc de mẽte Auer·

Quæ Auer· comé·xvii·

Non enim potest ipsum aut secundum naturam aut preter naturã·aut ad mediũ aut e medio moueri·Recta·n·latio nõ competit ipsi secundum naturã: quippe cũ uniuscuiusq; simpliciũ una sit·Quare erit idem alicui eorũ quæ hoc pacto mouentur·Quod si præter naturã ducatur:si latio quæ est deorsum:sit preter naturam: quæ sursum est:erit secundum naturam·Sin autem quæ sursum præter naturam: quæ deorsum secundum naturam erit·Posuimus enim contrariorum quorum alterum est præter naturam:alterum esse secundum naturam·

Minor dictæ demõstrationis erat:sed corpus quod circulo fert̃:nõ mouet̃ ad mediũ nec e medio: & ideo probat illã/& ꝓsyllogizat sic:omne quod mouet̃ ad mediũ uel e medio: mouet̃ aut s̃m naturã aut præter naturã recto motu:ut superioribus lectionibus patuit·Sed quod circulo fert̃:nõ mouet̃ recto motu:igit̃ nec e medio:nec ad mediũ·ꝓbat minorẽ:nã si recta rõ cõpetit cœlo aut s̃m naturã aut præter naturã·Si secũdũ naturã tũc cœlũ eẽt eiusdẽ naturæ ac spẽi cũ quatuor elemẽtis cuius oppositũ in ꝓximo ꝓblemate est deductũ:deducit qa cuiusq; simpliciũ una est latio s̃m naturã:quare si cœlũ recto motu mouet̃ s̃m naturã/ꝓculdubio·oportet fateri celum esse aut de specie ignis uel aeris: aut de specie aquæ uel terræ:aut dicere unam lationem simplicem s̃m naturã conuenire pluribus specie differẽtibus:quæ oĩa sunt superius bene disputata·Sin autem præter naturam latio recta cœlo competit:cũ omnis recta latio sit aut e medio:aut ad medium:

quæratur quæ harum cœlo competit: si quæ est deorsum sit preter naturam: quæ est sursum erit secundum naturam: sin autem econtra quæ est sursum est preter naturam: quæ est deorsum: erit secundum naturam. Nam duorum contrariorum si unum est natura alicui competens: alterum est preter naturam eidem conueniens: ut superius est demonstratum. Quare patet cœlum non posse recto motu moueri: & sic nec e medio: nec ad mediũ: quæ erat minor. de p syllogismo tangit conclusionem quæ erat minor syllogismi predicti & inquit: non enim potest ipsum cœlum aut secundum naturam / aut preter naturam: aut ad medium aut e medio moueri. hæc fuit minor syllogismi / quam sumit ut conclusionem pro syllogismi: deinde probat minorem pro syllogismi: & utitur diuisione dicens. recta enim latio non competit ip.i secundũ naturam: quippe cum unius cuiusq; simplicium in specie una sit latio simplex in specie. Quod si sit una secundum naturam cœli & elementorum: erit idem alicui eorum quæ hoc pacto. s. recto motu mouentur: & sic erit specie idem alicui quatuor elementorum: cuius oppositum in proximo problemate est demonstratum: est enim dictum corpus quod circulo fertur esse alterius naturæ ab elementis. Deinde probat q. recta latio non competit cœlo preter naturam: quia uel illa erit e medio uel ad medium: & quicquid dicatur: altera erit sibi naturalis: & ita sequitur ut prius ipsum esse eiusdem speciei cum alicui uel omnibus elementis. patet igitur minor dicti syllogismi. Mouet Aueroes hic dubitationem: nam Aristoteles utitur ad probandum cœlum non recto motu moueri preter naturam / hac propositione uidelicet si aliquis motus inest alicui preter naturam: oppositus inest illi secundum naturam. unde sunt due propositiones. Prima si aliquis motus inest alicui secundum naturam: eius oppositus inest eidem preter naturam. Secunda est huius conuertens uidelicet si aliquis motus inest alicui preter naturam: eius oppositus inest eidem secundum naturam. Dicit modo Aueroes q. Aristoteles posuit primam: sed intendit conuertentem: quã ipse appellat conuersam. nam hæc uidetur ad propositum. Intendit enim probare q. recta ratio non competit ei preter naturam: quod est secundum membrum diuisionis: & probat per hanc regulam: quæ est conuertens primæ propositionis. uidelicet si aliquis motus inest preter naturam alicui: eius oppositus inest illi secundum naturam. Dicit modo Aueroes dubitando hanc esse occultiorem prima: quia posset aduersarius illam negare: nam diceret utrosq; rectos motus inesse cœlo preter naturam: & circularem inesse illi secundum naturam: & ita negatur q. si aliquis motus inest alicui preter naturam: eius oppositus inest illi secundum naturam: qui possunt ambo competere preter naturam: & circularis secundum naturam. At in prima non potest sic dici: quia omnes concedunt si aliquis motus inest secundum naturam alicui: eius oppositus inest illi preter naturam: nec aduersarius potest hanc negare: & sic assumptum Aristotelis est dubium. Respondet Aueroes & dicit q. licet illa propositio sit occultior: tamen stat & est uera. aliter cœlo inesset aliquod cõtrarium: & sic esset corruptibile: & deducit quia si illi duo motus insunt cœlo preter naturam: alicui alteri inerunt secundum naturam: quia omne quod inest alicui preter naturam: inest alteri secundum naturam: ut superius dicebatur: & ita illud alterum erit cœlo contrarium: ex quo ei est aliquod naturale: quod est cœlo preter naturale: & ppterea dicit Aueroes q. Aristoteles adiecit in textu cœlum non habere contrarium. hæc Aueroes. Sed miror hæc: quæ Aueroes inquit: nam & conuertens & conuersa tenet eadem regula. hæc enim si aliquis motus competit alicui naturaliter: eius oppositus competit eidem preter naturam: tenet hac regula. uidelicet quia duorum contrariorum si alterum competit ali. ui secundum naturam alterum competet eidem preter naturam. Similiter si aliquis competit alicui preter naturam: eius oppositus competit eidem secundum naturam. ambæ enim hæ tenent uirtute contrariorum: quæ est q. si alterum alicui natura competit: alterum preter naturam competere debet. Quare ambæ illæ uidentur æque notæ: & nulla esse altera occultior. Cum ambæ uim habeant proprietate contrariorum. Et quum dicebat q. aduersarius potest fingere utrosq; motus inesse cœlo preter naturam: circularem uero secundum naturam: dicerem hęc esse dictum uoluntarium. & contra proprietatem contrariorum. Quod uero addit Aueroes soluendo suam dubitationem: est suum: & non repertum in codicibus græcis. Quare uidetur mihi Aueroem frustra laborasse.

Quæ Auer. comẽ. xviii.

Sol. Aueroīs.

Qualis Auero. expositio.

Quum autem ad idem totum & pars secundum naturam feratur: ueluti tota terra: & parua glebba: euenit primo ut ipsum quidem neq; leuitatem neq; grauitatem habeat ullam: nam aut ad medium aut e medio suapte natura ferri posset. Deinde fieri nequit ut ipsum moueatur motu ad locum aut sursum aut deorsum detractum:

tractum:quippe cum motu alio moueri non possit:neq; secūdū naturā:neq; pter naturam:neq; ipsum neq; partiū aliqua·eadē si quidē rō sit de toto & parte·

Posset ad dictā rōnem respōderi q; licet totū coelū nec sursum nec deorsum feratur:tamen est graue uel leue:quatenus si pars e toto coelo detrahatē rescindatē q;:moueretē aut sursum aut deorsum natura:& hoc dicebant ueteres coelum esse·uidelicet graue aut leue:sed ipsum non moueri in pprio loco sursum aut deorsum:qm̄ nullū elementū in ppria regione mouetē sursum aut deorsum sed quia oē elemētū in ppria regione mouetē circulo/& ptes mouentē recto motu:iō fingi posset coelū esse aut graue aut leue·& si in pprio loco moueatur circulo : quia partes sunt recto motu moueri aptæ·si e toto rescinderentē·Respondet & duo simul complicat:quia respondet & epylogat:& sumit illud quod oībus constat·uidelicet ad eundē locum ferri totū & ptem:& hoc maxime in similaribus corporibus locū habet·ex hoc infert duo:quorū primum est q; coelum ipsum totum neq; grauitatem:neq; leuitatem habeat ullam:patet quia nec ę medio:nec ad medium est aptum ferri·Secūdo infert ut neq; ipsum detractū atq; rescissum moueri possit aut sursum aut deorsum:quod est dicere:ut neq; eius pars rescissa e toto moueatē aut sursum aut deorsum :neq; natura neq; præternaturā:quippe cum una sit ratio de toto & pte maxime in similaribus · Quare perspicuum est coelum nullam prorsus grauitatem aut leuitatem habere:& esse similare in toto & oībus in partibus·hæc de cauillo deq; epylogo·Aueroes uero comēto præsenti ait Aristotelē probasse coelū neq; esse graue:neq; leue demonstratiōe facta in secūda figura hoc pacto omne graue aut leue mouetē e medio uel ad mediū·coelū neq; ad mediū:neq; e medio mouetur·igitur coelum neq; est graue neq; leue·iste sunt due ppositiones in quibus demonstrationē Aristotelis asserit esse fundatā : quas utrasq; ratione probatas esse fatetur · Nam maior pbata est definitionibus grauis & leuis ·minor uero diuisione:quia si coelū mouetur ad mediū:uel e medio:moueretur aut natura:aut preternaturā:& reliqua:& sic ambæ bona ratione sunt pbate·dicit secundo q; licet ambæ ppositiones sint bona ratione probatæ:adhuc minor rōne etiam ulterius probatē & componitē sic ad quęcunq; locum mouetur pars:mouetur & totū·Nulla pars coeli mouetur e medio:nec ad mediū·igitur in tertia figura:uel per se uel reductiue:celū nec mouetur ad mediū neq; e medio:quæ erat minor·hæc ratio cōtinet duas ppositiones·uidelicet maiorem & minorem·Dicit modo Aueroes maiorem patere rōne esseq; intelligibilem hoc est intellectu notam: minorem uero sensu·maior quidē patet rōne:qa cōstat eundē esse locū totius & ptis:modo totū & ps sint cōsimiles rōne & spē:quā ulterius declarat exemplo qa ad quē locū mouetē glebba:ad eū mouetē & uniuersa terra·si esset extra locū suū·& hāc ulterius rōne declarat : qua & exēplū ēt patere pōt:est & rō quia totius & ptiū in similaribus una est natura definitione:q; si natura est una definitiōe:una erit forma toti? & ptiū:qa definitio sumitē e forma:ubi una sit forma:una erit actio & unus motus rōne & spē·ubi unus est motus spē:unus est locus·unū·n·motum unus cōsequitē locus·quare in consimilaribus totius & ptis unus est locus:& patet maior rōne·uidelicet q; ad quęcunq; locū mouetē pars:mouetē & totū·minor uero patet sensu ·nulla·n·ps coeli mouetē alio motu q̄ circulari:Astronomi·n·qui stellas obseruarūt ab antiquo·inuenerunt illas eodem semp in numero:atq; eodē in loco:& nullā cecidisse neq; aduolasse tradūt·Sic igitur p; hæc minor sensu:& obseruatiōe Astronomorū·obseruatio·n·sensu fit:& instrumētis sensilibus ·pñtem igitur textū aliter Aueroes:aliter & nos exposuimus·nā nos cauillum remouisse diximus·Aueroes uero uult Aristotelē hoc in textu pbasse minorē dicte demonstratiōis & ambe expositiōes cōuenire possunt·Sed occurres primo quia iā uidemus stellas cadere:quas appellamus discursus Secundo sol calefacit·igitur est ignis uel igneus·tenet argumētū qa oīs ignis calefacit · igitur p conuersionē in terminis omne calefaciēs est ignis·Sol igitur est ignis aut igneus:& ita leuis·Ad primam respondet negando assumptū·uidelicet q; stelle cadētes sint ptes coeli:imo sunt res elementarie:quia exhalatiōes motu ueloci accense:ut in meteoris dixit Aristoteles · Quod autem nō sint stelle:patet:quia stelle coeli nō sūt hucusq; diminutæ nūero:imo Astronomi qui & illas & illarū nūerū & magnitudinē obseruarūt:repiūt easdē & nūero & magnitudine semp· Ad secūdam r̄ndet negādo cōuersionē:qa ulis affirmatiua nō cōuertitē in termīs·ut primo prioꝝ dictū est·uerū cur sol calefacere possit:& nō esse ignis·ii·libro·huius comen·xlii·dicet·ulterius dicit hæc eē dicta·ut Alexāder inqt cōtra eos q dixerūt celū eē graue:non cadere uero:qa deferē sup oīa elemēta:q̄ tenēt ipm ne cadant·Aristo·igitē sumit q; lz totū nō caderet:saltē ptes celi cecidissent:qa totū pōt sustineri ab elemētis intra cōtentis·ptes uero minime·hæc igitē sūt dicta ad illos q sūt de coelo autumāt;ut Alexāder inqt·Ex his colligit Auer·duo·primū q; celū nō est aliquod ele/

Quæ Auer· comen · xix· Expositio Auerois·

mẽtorũ simpliciũ:ut p3 rõne accepta ab illius motu. ſm q. celũ nõ eſt mixtũ:qm cũ non ſit eq̃le ad põdus:aliquod elemẽtorũ in illo prædominari oporteb it:. & ſic moueri a pdominãte elemẽto. cõſtat aũt celũ nõ moueri e medio nec ad mediũ nec ut ſimplex:nec a pdominãte elemẽto. & ita pſpicuũ eſt ipſum eſſe naturã neq; graue neq; leue:ſed eſſentiã neutram. hæc Ariſto. iuniores dubitãt:quia nõ uidet̃ eũdẽ eſſe locũ totius ignis/ & porciuncule ignis: qm̃ tũc pars eſſet eq̃lis toti:quippe cũ locus equalis ſit locato. Sed de hac dubitatiõe deq; poſitionibus huius quæſiti di ligẽter diſputauimus. iii. phyſice auſcultatiõis. at nũc ſufficiat dicere quæ Auer. dicit. iii. phyſice auſcultatiõis. comẽ. iii. q. ppoſitio Ariſto. eſt uł̃ uera mõ pars ſit e toto ſeperata. & de eodẽ loco ſm ſpẽm:nõ ſm nũerũ:& de toto & pte ſimilaribus. eſt igit̃ locus idem ſpẽ totius & ptis:modo ps ſit e toto diuiſa:dixit idẽ ſpẽ:& nõ nũero:quia locus totius eſt maior:ptis minor. dixit mõ ps ſit diuiſa e toto:nam ubi eſſet in toto:locus ptis eſſet oĩno idem loco totius:qm̃ tũc pars nõ eſſet in loco p ſe:ſed p accidẽs rõne totius dixit in ſimilaribus:qm̃ in diſſimilaribus nõ eſt neceſſariũ ut p3. hãc ſolutionẽ Auer. e Themiſtio & a textu accepit:ut eo in loco diximus. Si quis uero co/ pioſius rem hãc uelit:quærat noſtras cõmẽtatiões in. iii. libro. auſcultatiõis phyſice. Querunt iuniores ſi celũ ſit eiuſdẽ naturæ cũ elemẽtis. Arguũt multifariam q. ſic. Primo quia celũ gene/ rat elemẽta. igitur eſt eiuſdẽ formæ:quippe cũ generãs & genitũ cõueniãt in forma uniuoca ſm peripateticos:quicquid uelit Platonici. Quod ſi ſint eiuſdẽ formæ:erũt pculdubio eiuſdẽ natu/ re. Secũdo celũ & elemẽta cõueniũt iiſdẽ in accidentibus:ut in denſo & raro & luminoſo & opa co:igitur in forma. fluunt. n. accidẽtia ppria e formis. Tertio celũ & elemẽta cõtinent̃ ſub eodẽ obiecto eiuſdẽ potentie:quia ente ſenſibili:quod eſt obiectũ intellectus. igit̃ ſunt eiuſdẽ nature. Quarto celi ptes nõnulle ſunt igneæ:ut aries:leo:& ſagittarius:nõnulle aereæ:ut gemini:libra & aquarius. nõnulle terreæ ut taurus uirgo & capricornus. nonnulle aqueæ ut cancer/ piſcis/ & ſcorpius. igitur celũ aut eſt mixtũ:aut eiuſdẽ naturæ cũ elemẽtis. Quinto celũ calefacit hæc infe ra corpora:igitur eſt calidũ:nõ. n. nõ calidũ calefacit:& ſi eſt calidũ:igitur eſt ignis uel igneũ: & ſic eſt eiuſdẽ nature cũ elemẽtis:in cõtrariũ eſt Ariſtoteles:qui celũ eſſe alterius nature ab ele mẽtis & aſſeruit & probauit. Natura ſecũdo auſcultatiõis phyſice uno mõ forma rei dicit̃. Alio modo materia. tertio mõ genitura:quæ uia eſt in formam:quæ eſt principaliter natura. At non nulli appellãt naturã oẽ compoſitũ ex realitate & realitate:qua rõne eſt natura generica:& eſt natura ſpecifica. & hoc pacto equinitas quæ reſultat ex cõpoſitiõe materie & forme dicit̃ natura ſpecifica. Animalitas uero generica. Sed hæc expoſitio eſt potius ad aures Auicenne q̃ Ariſto. nam ſm Ariſto. differt ens nature ſiue naturale:& natura. ens enim nature ſiue nãle ut ſecundo phyſicoꝶ. colligit̃ ex cõpoſitione materie & forme reſultat:natura uero eſt aut materia:aut for ma. Ad qõnem igit̃ rñdent nõnulli q. unũ dicit̃ multifariã:ut unũ nũero:unũ ſpẽ:unũ gñe:& unũ analogie. Tũc dicit celũ & elemẽta nõ eſſe eiuſdẽ nature ſm nũerũ:ut pſpicuũ eſt. Secundo dicit illa nõ eſſe eiuſdẽ nãe ſm ſpẽm. ut rõnes Ariſto. pbant in lr̃a. Tertio dicit illa nõ eſſe eiuſ/ dẽ nature ſm genus:quia ut deducet Auer. ii. huius comen. xlix. Tũc celum eſſet generabile & corruptibile:nã corruptibile & incorruptibile differũt genere. Quarto dicit cœlũ & elemẽta eẽ unũ ſecũdũ analogiã:qm̃ elemẽta dependẽt e cœlo. igit̃ inter illa eſt ordo cauſe & cauſati:& ita unitas analogie. Sed que dicit hæc poſitio:uera ſunt:nõ tñ ſunt ad neruũ qõis:querit. n. queſtio ſi celũ eſt eiuſdẽ nature cũ elemẽtis uel elemẽtorũ aliquo:& cũ natura ſit trifariã dicta:nõ uidet̃ qõ intelligi niſi de identitate nature:ut naturã accipiũt pipatetici. Quare Anaxagoras & Plato uelle uident̃ celũ eſſe eiuſdẽ nature cũ elemẽtorũ aliquo. uidelicet cũ igne. qua rõne ſequit̃ apud eos celũ & ignẽ eſſe eiuſdẽ ſpẽi:qppe cũ materia & forma cõueniãt. utrũq;. n. ignis eſt/ aut igneũ Empedocles celũ dixit eſſe mixtũ ex q̃tuor elemẽtis:& eſſe graue a pdominio:nõ aũt cadere ce leritate motus. Qua rõne celũ ſaltẽ pdominãter eſt terreũ eiuſdẽq; ſpẽi cũ terra. Sed has poſitio/ nes ubiq; refellit Ariſto. cõiter quidẽ in hoc libro:. pbauit. n. celũ nõ eſſe eiuſdẽ nature cũ elemẽ tis uel elemẽtorũ aliquo:quia eius motus pprius & nãlis differt ſpẽ a cæteris motibus cæteroꝶ elemẽtorũ:& cũ motus arguat naturã:ſequit̃ celũ differre natura. ſpeciatim uero cõtra Anaxa/ gorã i libro meteorologicon:qa ſi celũ eſſet ignis aut igneæ nature:elemẽtũ ſingulũ anichilare tur cõtra Empedoclẽ:quia nullũ uiolẽtũ eſt ppetuũ. hæc Ariſto. cõtra hos. Sed occurres cõtra rõnes Ariſto. primo cõtra rõnẽ cõem:nã rõ illa ſupponit falſum. Supponit. n. circularẽ motũ eẽ nãlem & ppriũ celo. hoc. n. uidet̃ falſum:nã motus celi eſt motus aĩalis:& uolũtarius. igitur nõ arguit naturã. ubiq;. n. Ariſto. & Auer. dixerũt motũ celi nec eſſe nãlem nec uiolentũ. ſed aĩalẽ. Quare ſupponit falſum & ſibi cõtrariũ. Cõtra rõnem qua refellit Anaxagorã occurres quid per anichilari intelligat Ariſtoteles. Aut. n. intelligit per anichilari redigi in nichilũ. Aut redigi in

materiam

Margin notes: Dubitatio iu niorum. / Solutio. / Queſtio. / Titulus. / Non nulloꝶ poſitio. / Qualis hæc poſitio. / Poſitio Ioan/ nis Ianduni. / Qualis põ. / Põ anaxago re & Platõis. / Cõfutatio poſitionũ p rõnes Ariſt. / Obiectiones cõtra Ariſto.

materiā & priuationē non primū:quia sicut ex nichilo nihil fit secundū peripateticos:sic nihil conuertit̄ in nihil. Sinaut̄ intelligit corruptionē tunc aliud quidpiā generabitur. cū corruptio unius sit alterius generatio. Secūdo diceret Anaxagoras solē esse maiorē elementis secundū rei ueritatē:minorē tn̄ ad actionē:quod testatur apparentia:cum.n.sol nimis distet a nobis:minor apparet:& ita ob talē distantiā hucusq̄ agere nō pōt. Tertio diceret ignē esse solē:hr̄e tamē uirtutes geminas:alterā qua agit:alterā qua cōseruat res ipsas:& sic nō sequitur ipsum destruere elementa:cū sit aequalis in cōseruādo & agēdo. Cōtra rōnem uero qua refellit empedoclē occurres. Primo quia uiolentū uidet̄ ppetuū:nam ignis in ꝓpria regione ppetuo motu torquet̄. ubi cōstat talē motū nō esse sibi naturalē. Secūdo quia motus coeli est ab intelligētia:quae mouet sine labore:cū sit inmortalis & infatigabilis secundū empedoclē:& oēs phylosophos:ꝓpter haec fortasse Iuniores aliter refellūt eiusmodi positiones:& ꝓbant primo coelū esse alterius naturae ab elementis:ex differentia figurarū:nā coelū est figure sphericae elemēta figure recte. Secūdo probāt coelū nō esse ignē uel igneū. Primo quia tūc in breui euanesceret:nō.n.ignis pōt diu ꝑmanere/nisi aliquo humore pabularet̄. Constat aūt in coelo nullū esse humorē. Secundo quia tunc coelū esset figure pyramidalis. ꝓpria.n.ignis figura est pyramis. Tertio probant coelū non esse mixtū & praedominātēr terreū. Nā coelū ubi esset mixtū esset potius aqueū:cū colore & flexibilitate sit aquae psimilis. Sed hae rōnes sunt friuole. prima quidē ex differētia figure nulla est:qm̄ ignis in ꝓpria regione est sphericae figure. & patet ipsum esse naturaliter locatū:& constitutū. rōnes quibus ꝓbāt celū nō esse igneū:ēt nulle sunt:prima quidē nō:quia ēt p eorū rōnem ignis in ꝓpria sphera euanesceret:quippe cū illic nullus sit humor. Secūda minime:quia ēt ignis in regione ꝓpria nō esset figure sphericae:rōne ēt qua improbāt empedoclē:ēt nulla est. supponit.n. coelū esse colore & flexibilitate psimile aquae. hoc est falsum:nā celū nullū subit elemētariā affectionē. nō.n.est coloratū:nec durū nec molle/nec flexibile/nec rarū/nec densum:quippe cum affectiōes eiusmodi qualitates sectent̄ primas:a quibus celū absoluit̄. ꝓpter haec dicendū celū esse eiusdē naturae cū elemētis bifariā posse intelligi/aut in rōne physica:aut in rōne methaphysica. In rōne physica nā est actus siue forma trāsmutabilis:uel potētia siue materia trāsmutabilis In rōne methaphysica est rō actus uel potētie. In rōne itaq̄ physica celū differt natura ab elemētis:qm̄ eius forma uel eius materia nequaquā trāsmutabilis est. at elemētaria uel forma uel materia transmutabilis. at in rōne metaphysica celū & elemēta sunt eiusdē nature:qm̄ forma coeli & forma elemētorū in rōne actus sunt eiusdem rōnis:similiter materia coeli & materia elementorū in rōne potentie sunt eiusdē spēi. Quare coelū & elemēta in rōne metaphysica eiusdē sunt nature specifice. In rōne physica differūt natura. haec peripatetici. Nunc quo nā modo positiōes ueterū possint cōuenire:aperiamus celū itaq̄ & stellas esse igneas bifariā intelligi pōt/aut uniuoce:ita ut ignis uel igneum dicat̄ una rōne de coelo & elemēto:aut aequiuoce:ita ut ignis uel igneū dicat̄ equiuoce de coelo & elemēto. Si Anaxagoras intelligat secūdo mō:fortasse non est cōtra Aristo. & Auer. unde in libro de substātia orbis secūdo:& in secūdo huius comento.xlii. Aueroes uult quodlibet astrum esse formaliter calidū. sed aequiuoca rōne:quippe cū coelitus calor sit uitalis:elemētarius corruptiuus:celitus cōseruatiuus:elementarius mortiferus. Qua rōe nō esset dissonū coelū dicere ignem uel igneū:mō igneitas aequiuoce intelligat̄:quēadmodum & calor. cui.n.accidens igni ꝓpriū competit aequiuoce:eidem nihil ꝓhibet conuenire ignē equiuoce. Prohibet igit̄ nihil dicere coelum esse igne; uel igneū:ut Anaxagoras & Plato sentiunt. Sinaūt uelint coelū esse ignē uel igneum uniuoca rōne:pculdubio fallūt & rō Aristo. est efficax:quia ubi celū esset igneū elemētaria rōne:esset calidū elementaria rōne:ubi esset calidum elemētaria rōe:esset suo calore corruptiuū & mortiferū:quare elemētū sibi ꝓximū destruxisset:& illud iterum aliud sibi ꝓximū/& illud iterum aliud sibi proximū:& sic omnia iam essent cū uersa in ignem. Simili rōne fortasse empedoclis positio pōt interpretari:nā coelū esse mixtum & terraceum pōt intelligi mixtione uniuoca & formali:qua rōne est lignū & animal mixtum:aut aequiuoca & causali:qua rōne poetae dixerūt solem esse omnium patrem:quatenus continet uirtutem omniū causatiuā. Primo errasset empedocles. cum coelū sit simplex corpus:ut dictum est. Secundo modo recte sentit:& poetice locutus est. est enim coelum mixtū aequiuoca rōne & causaliter:quia cōtinet in se uires omniū rerum. haec de dilucidatione. Ad rationes nunc dicamus/& primo ad obiectiones:quibus Iuniores refellunt rōnes Aristotelis. Ad primam iam dictum est. Aristotelem accipisse naturale:ut distinguit̄ contra uiolentum & praeternaturale:& hac rōne circularis motus est naturalis coelo proprius/& essentialis. cum omnis alius sit sibi aut contra naturam:aut praeter naturam:talis autē potest esse animalis & uolūtarius:& propterea

Rōes Iuniorum.

Confutatio rōnū Iunioꝝ

Dilucidatio.

Solu. rōnū.

sequitur coelum esse alterius nature ab elementis in rōne physica:quæ est ratio motus:quippe cum motus coeli & motus elemētorū differant spē· Ad obiectiones cōtra rōnes factas ad Anaxagorā/dico ꝙ ex impossibili sequit̄ quodlibet:quia utraqꝫ pars cōtradictiōis:ad coelū esse ignē uniuoca rōne sequit̄ elementa esse anichilata:& elementa esse conuersa in ignem· Ad secūdam dico rōnem Aristotelis habere uim hoc pacto:quia ubi coelū esset ignis uel igneum uniuoca ratione:corrumperet elementū sibi ꝓximum:equo non distat:& illud corrumperet aliud sibi proximum:& sic tandē omnia cōuersa essent in ignem· Ad tertiā pꝫ:quia Aristo·ꝓbat coelum non ignem uniuoca rōne:quoniā tunc nō haberet nisi uim corruptiuā:ut est uis ignis uniuoci· Ad rōnes factas contra demōstratiōes ad empedoclem· Dico primo ignem in ꝓpria sphera nō moueri uiolenter:sed nō nāliter:qm̄ mouet̄ circulo nō per nām ignis:sed coeli sibi proximi· Ad secundam dicemus secūdo huius· Nam ibi declarabit̄ ꝙ si coelū esset mixtum:& moueret̄ ab aia eius· Iam moueret̄ cū pena & labore:& usqꝫ in illud tempus differat̄· Ad rōnes principales ad primā respondeo generās & genitum cōuenire in forma in rōne metaphysica:nō aūt in ratione physica·uerū de hac re in libro metaphysice· Ad secundā patet solu·diximus·n·coelum non esse rarum nec densum nec tale quicquā:nisi ratione æquiuoca· Ad tertiam patet solutionem nā rō hæc concludit celum & elementa esse eiusdem rōnis metaphysice· Ad cæteras dic uno uerbo illas concludere celū esse ignem uel igneum æquiuoca rōne & causali· hæc de questione· Secūdo

Secūda qō·

principaliter querunt si celum sit neqꝫ graue neqꝫ leue:sed neutrum:& uidetur ꝙ sit leue uel graue:primo quia stella aliquando accedit ad medium:ut quando est in opposito suæ augis·aliquādo recedit a medio:ut pote quando est in auge· Astipulatur huic uisus· nam medio eodem modo disposito:& uisu non impedito/stella aliquando apparet maior:aliquaudo minor· Maior quidem:cum medio accesserit· Minor uero:cum e medio recesserit· igitur stella est tum grauis:tum leuis· Præterea secundo discursus sunt stelle:ut uisu patet:& tamen eiusmodi deorsum feruntur: cum cadere uideant̄:igitur celū est graue· Tertio coelum oībus aliis superfertur·supereminetqꝫ· igitur est leuissimū:ut per Aristotelē in littera deduci potest· Quarto unus orbis est alio leuior: aliter nulla uideret̄ ratio:quare hic sit superior· Ille inferior:igitur orbes sunt leues & graues:ut aer & aqua· Quinto ponatur una coeli pars ut pote mercurius in manibus nostris:uel in aere: casus est possibilis saltem ad imaginarionem:& queritur uel moueretur:uel staret:non est dicēdum ꝙ staret:quia aut naturaliter:aut uiolenter:naturaliter quidem nō:quia tūc esset de natura aeris·uiolenter etiā minime:quia tunc naturaliter illinc recederet:& sic esset illa pars celi leuis: & habetur propositū·igitur moueretur:uel circulariter:uel motu recto:non circulariter:qa nulla est illi parti aplicata forma:quæ moueat illam circulariter· igitur motu recto: & ita esset aut grauis/aut leuis· In oppositū est Aristoteles & eius ratio· De quæsito est positio antiquorum ꝙ celum sit graue· Sed cur perpetuo motu torqueatur/& non cadit:non una ratione antiqua desinerūt· Poetæ asserunt motum coeli esse perpetuū:celumqꝫ ipsum substineri subsidio athlantis gygantis:qui pedibus constitutis super duas colūnas/humeris coelū substinet:ipsumqꝫ ꝑpetuo reuoluit· Empedocles ait celū esse graue motumqꝫ eius esse uiolentum:perpetuo tamen torqueri ob eius celerem conuersionem:quæ celerior est celi propria ad centrum declinatione ueluti in motu aquæ in cipho repositæ accidere uidet̄:quæ sursum detinet̄ ob ciphi celerem agitationē circumgirationemqꝫ· Plato uero his assentiens celum detineri asserit in timæo ab anima mūdi: quā in medio locat:hæc·n·celum substinet/& ipsum per perpetuo motu torquet· hæc ueteres· Obicit aūt his Aristoteles in textu:ut patuit:& in secundo huius contra euasiones iterū obicit· & contra atlantem quidē: quia fabulosa est traditio:quæ nisi ad allegoriam referatur:est fictio poetica:ut in secundo dicemus libro· Contra celeritatem motus: quia non tanto fuisset celum substentatum:si quidem nullum uiolentum sit perpetuum · Contra animam uero obicit: quia tunc uita talis animæ beata esse non poterit· Mouet enim ui & conatu perpetuo· & ita uitā cum tristicia semp ducet· Quare nec beata/nec delectabilis erit· hæc Aristoteles de quibus in secūdo diligentius· Pro dilucidatione ut dicemus secundo huius primo animaduersionem dignum has tres positiones reduci in unam:nam poetæ per atlantem animam uoluerunt intelligere:ut Plato allegorizat· Empedocles per uelocitatem:motum animæ mentalem:quem Plato animæ motum dicit· Secundo animaduersione dignum positionem horum posse reduci in bonum:ut simplicius autumat nam uerbum illud baron:quod nos graue dicimus· Interdum pro corpore deorsum ferri· Interdum per corpore dependente sumpserunt græci: quo in sensu sumpsit Plato· celum enim graue appellat siue baron: pro quanto subtracta eius anima:& dependentia eius ab illa:demergeretur ad chaos hoc est ad priuationem:& sic graue sumpsit pro corpore dependente

Pō antiqua·

Que poete·

Que Empedocles·

Que Plato·

Obiectiones Aristotelis·

Dilucidatio·

dente ab illa anima·Ex his ſequitur dilucidatio:nam ſi graue ſumitur pro principio:quo corpo Dilucidatõis
ra ſunt apta ferri ad medium:& leue pro principio quo corpora ſunt apta ferri e medio:coelum uis
nec eſt graue:nec leue:& hoc pacto proceſſit Ariſtoteles accipiens definitiones grauis & leuis·
Si autem ſumitur pro corpore:dependente ab alio quodam ſpiritali ac incorporeo : ſic coelum
& omne corpus citra ſpiritalem naturam graue dicitur·quippe cum omne tale ſuapte natura in/
clinetur deorſum:hoc eſt ad chaos priuationemq̧·Et hoc pacto recte ſentiunt ueteres·Tunc ad Solões rõnũ
rationes ad primam reſpondent Iuniores non omne accedere ad medium eſſe moueri deorſum/
nec omne recedere eſſe moueri ſurſum:ſed modo utrunq̧ fiat per lineam rectam : at ſtelle illæ
accedunt receduntq̧ ob motum:quem habent tum ab eccentrico:tum ab epiciclo· Alii dicunt
non omne recedere a medio eſſe moueri ſurſum:nec omne accedere ad mediũ eſſe moueri deor/
ſum:ſed modo utrunq̧ fiat infra ſpheram actiuorum & paſſiuorum · Ad ſecundam Auer·ſoluit
in comento diſcurſus non eſſe ſtellas coelicas:ſed elementarias exhalationes:ut in libro meteo
rorum dictum eſt · Ad tertiam dicunt leuiſſimum eſſe non illud : quod omnibus ſupereminet
quouis modo:ſed ſolum in ſphera actiuorum & paſſiuorum:& hac ratiõe tollitur quarta ratio:
unus enim orbis non eſt alio leuior nec grauior:cum unus nõ ponatur ſuper alio ui grauitatis:
ſed ui nobilitatis·Ad quintam multifariam reſponderi ſolet:alii namq̧ dicunt caſum eſſe im/
poſſibilem:& propterea ſequi quodlibet:ut q̧ dicta ſtella aſcendat:& deſcendat· Alii dicunt·ut
ut Albertilla talem ſtellam quieſcere eo in loco:ubi iam ponebatur·Et cum dicitur:q̧ Ariſtote
les uult omne corpus moueri ſuum in locum:cum ponitur extra illum:dicit Albertilla eſſe in/
telligendum in his corporibus:quæ ſunt apta moueri motu recto:& non de coelo:cum coelum
nec coeli quicquam poſſit poni extra ſuum locum naturaliter:ſed bene non naturaliter:& cum
dicitur ſi hæc ſtella quieſcit:uel naturaliter:uel uiolenter:dico q̧ quemadmodum non eſt illic
naturaliter·nec uiolenter:ſed non naturaliter:ſic nec naturaliter:nec uiolenter illic quieſcit:ſed
non naturaliter· Alii dicunt ſtellam hanc moueri ſurſum:non quidem ab intrinſeco eius prin/
cipio:ſed appellente·cum enim ſtella ponitur in regione aeris:& aer totus appetit ſtare ſub illa
ſtella:pellit illam ad ignis regionem · & cum ignis uniuerſus etiam appetat ſtare ſub coelo : &
eius ſingula parte:iterum illam pelleret tandem ad coelum · Quare per accidens iſta mouere/
tur ſurſum:& non eo quia ſit aut grauis:aut leuis· Solutiones hæ omnes ſunt imaginariæ / atq̧
poſſibiles:tamen ego breuibus dicerem caſum eſſe poſſibilem ad imaginationem·poſſum enim
imaginari coelum cadere:& quoduis tale·& quia caſus eſt poſſibilis ad imaginationem : etiam
omne ſequens eſt concedendum tanq̃ poſſibile ad imaginationem ·Quare ſi imaginor ſtellam
poni in aere:poſſum etiam imaginari illam ferri ſurſum uel deorſum : & ita eſſe leuem aut gra/
uem tanq̃ poſſibile ad imaginationem·concedo igitur coelum eſſe graue tanq̃ poſſibile ad ima/
ginationem·uel leue ſimiliter·tamen de ineſſe:nec eſt graue/nec leue·Hæc de queſtione·

Simili modo de ipſo arbitrari rationi eſt conſentaneum:q̧ ſit & ingenerabile·&
incorruptibile:itemq̧ & augumenti & alterationis expers·

Auerroes comento præſenti ſic textum introducit q̧ cum Ariſtoteles demõſtraſſet corpus quod Quæ Auer· com·xx·
circulariter mouetur:eſſe alterius naturæ a quatuor ælementis : quia quintæ naturæ · rurſus q̧
nec ſit graue:nec leue:nunc uult eſſe oſtendere q̧ nec eſt generabile/nec corruptibile:nec augu/ Quæ expõr·
mentabile/nec alterabile·& hoc eſt q̧ Ariſtoteles præſenti textu proponit·expoſitor noſter au/
thoritate ſimplicii introducit q̧ cũ Ariſtoteles declaraſſet differentiam corporis quod circulari
ter fertur ad alia ælementa ex parte naturæ/& accidentium conſequentium naturam: quæ ſunt
grauitas & leuitas:hic demonſtrat differentiam eiuſdem corporis/ ad eadem ælementa quo ad
alios motus/oſtendens eiuſmodi corpus non ſubici generationi corruptioniq̧ auctioni & altera
tioni:quibus ælementa & mixta ſubiciuntur·& proponit primo intentionem ſuam tanq̃ cõclu/
ſionem capituli·deinde probat illam ratione & ſigno·hæc expoſitor·Quo uero ad uerba attinet
in tranſlationibus arabicis:quas Aueroes comentatur:habetur(neq̧ generatum ab aliquo): & Verborũ cõſi
tunc diſputat Aueroes cum adiecit ab aliquo:dicens ipſum nec factum/nec genitum ab aliquo: deratio·
& non dixit ſimpliciter nec factum/nec genitum·Vbi animaduerſione dignum de ipſo coelo Quæ Auer·
apud ueteres fuiſſe tres poſitiones:prima dixit coelum eſſe primam cauſam:& nullatenus cauſ com·xx·
ſatum:ut empedocles cecinit·Secunda dixit coelum nec eſſe factum nec genitum/ſed cauſatum
a prima cauſa:& æternum:ut plato in timeo·Tercia dixit coelum eſſe genitum & corruptibile:
ut phyſici· harũ poſitionũ hæc eſt differentia:Nam qui dixerunt coelum eſſe primam cauſam:
dicunt ipſum nec eſſe factum ab aliquo/tanq̃ e materia:nec e cauſa alia:cũ ſit prima cauſa · Qui

uero dixerunt ipsum esse causatum & eternum: dicunt ipsum non esse factum ab aliquo tanq̄ e materia sed bene e prima ipsa causa dependere. at qui dixerunt ipsum esse nouum generabile & corruptibile: dicunt ipsum esse a prima causa: & ab aliquo tanquam e materia. Quare qui dixit cœlum esse primam causam: dicet ipsum nec e materia/ nec ab agente effici. Qui causatum & æternum: dicet esse e causa quidem: non autem e materia aliqua. Qui uero dixit cœlum generabile & corruptibile: dicet ipsum esse e causa: & e materia aliqua. Vult igitur Aueroes Aristotelem adiecisse ab aliquo: ut induceret differentiam inter opinantes ipsum esse primam causam: & primum causatum: quoniam utriq̃ dicent ipsum non esse ab aliquo tanq̄ e materia. at qui dixerunt esse primam causam: dicent ipsum simpliciter esse ingenitum & incorruptibile. qui uero dixerunt ipsum esse primum causatum: dicent ipsum esse e causa: non autem ab aliquo: ut e materia ipsa. Quare per illud uerbum ab aliquo: notatur conuenientia & differentia. conuenētia quidem: quia positiones ambe dicunt cœlum esse e nullo tanq̄ e materia. differentia uero: quia Empedocles dixit cœlum esse e nullo uti e materia: & e nulla causa. Plato e nullo uti e materia: sed e prima causa. Sed occurres: nam si Plato dicit cœlum esse e prima causa: tunc concedet ipsum esse factum & genitum. omne enim quod e causa proficiscitur: uidetur factum & genitū: & ita uidetur implicatio. Respondet Aueroes q̄ fieri potest uno modo capi pro depēdere: & sic quod hoc pacto fit: e nullo tanq̄ materia: & in nullo tpe fit: immo potest esse æternum. Alio modo pro generari: quod quidem est ab aliquo tanq̄ e materia: & in quodam certo tempore. Primo modo: quod est eternum: potest dici esse factum & genitum: nam generatio & fieri sumūtur equiuoce & transumptiue. Secundo modo eternum non potest esse factum nec generatum. Primum generari Aristoteles non remouet e cœlo: quia cœlum dependet e prima causa. Secundum generari: quod intelligūt uulgares: Aristoteles remouet. Vlterius animaduertit quid Aristoteles intelligat per transmutationem: cum dixit neq̃ aliquam transmutationem: in suis enim translationibus habetur neq̃ aliquam transmutationem: & uult q̄ intelligat transmutationem quæ est triplex. uidelicet in substantia/ quantitate/ & qualitate. Quasi dicat q̄ uult ostendere celum esse omnino inmutabile. Tertio animaduertit quid Aristoteles intelligat per alterabile: cum dixit neq̃ alterabile: & uult Aristotelem intelligere alterationem corruptiuam: cuius finis est generatio: non autem perfectiuam: ut illuminatio. Nam cœlum est perfectiue alterabile: non autem corruptiue. hæc Aueroes: quorum duo prima uana sunt: in nostris enim græcis codicibus non inuenimus uerbum ab aliquo: nec uerbum aliquam transmutationem: & idcirco omnis Auerois consideratio uana est: cum consideretur quod non est. Tertium uero est optime dictum: cum cæteri græci id asserant: & de consideratione uerborum hactenus.

Propterea q̄ omne quod generatur: & ex contrario: & ex subiecto quodam generatur: similiter etiam quod corrumpitur: ex subiecto quodam & ex contrario atq̃ in contrarium corrumpitur: quemadmodum in primis sermonibus diximus. Cōtrariarum autem rerum: & lationes contrarie sunt. Si igitur huic nihil contrariū esse potest: propterea q̄ motui circulari nullus motus est contrarius: consulte uidetur natura hoc quod nunq̄ in futurum generabile aut corruptibile erit: e contrariis excepisse: si quidem in contrariis & ortus & interitus sit.

Com.lxvii. huius dicit Aueroes de Auicẽna. Tertia causa esse potest Mala cõsuetudo in doctrina: quæ mul/
tis ãnis est eradicata falsis in fundamentis: ut dicitur. ii. metaphysicæ & ponit exemplũ de setta
Com.xiiii. toribus suæ legis. Nam hi a pueritia sunt assueti audire propositiones falsas, apparentes tamen,
& propterea deducuntur ad negandum naturales propositiones: cum asserant nihil esse necessa/
rium, aut posibile, aut impossibile nisi in deo. In cæteris remouent necessarium, & posibile. itẽ re/
mouent uirtutes in rebus, cum dicant deum omnia agere: & cætera quæ sarraceni opinanẽ. Ani
maduerte tamen hæc dixisse Aueroem contra settatores suæ settæ. nos uero qui ueritatem habe
mus, non sic dicimus: quia rebus præbemus uirtutes, licet dicamus omnia agere uirtute primæ
causæ, quod etiam phylosophi dicunt. Præterea damus rebus necessitatem, saltem ex suppositio
ne, item & possibilitatem, & impossibilitatem. Sed Aueroes uult habere nõ nullos esse adeo suæ
opinionis, ut nullis aliis credant, nisi per sensus constet contrarium. Adiecit igitur Aristoteles si
gna propter rationes per naturas hominum: qui non possunt rationibus assentire nisi conuene/
rint signis. Albumazar aliam assignauit causam, & ait Aristotelem addidisse signa post ratiões:
quia sic ueritas conclusionis erit propinquissima. Veritati certæ, hoc est primis principiis: nam
licet ueritas talis conclusionis non sit ueritas primorum principiorum, est illi propinquissima:
cum constet sensib⁹. quare ad uigorãdam ueritatem conclusionis, hæc signa supleuit. Galen⁹ ue
ro in lib. quem demõstrationem appellauit, aliam rationem adiecit, dixit enim Aristotelẽ adi/
disse signa: quia mundi æternitas non potest aliter probari. & propterea in lib. quæm composu
it de creditis mundum esse æternum reposuit inter credita: quia non potest probari nisi per cre/
dita. patet igitur quare Aristoteles ultra rationes adiecit signa: hæc Aueroes. Tunc primũ signũ
sic componitur locus substantiarum æternarum ac spiritalium, est ætern⁹ & aliqua ex parte spi/
ritalis. cœlum est locus deorum: qui sunt substantiæ æternæ ac spiritales. igitur cœlum est æter
num atq́ spiritale. Maior patet, quia locus debet esse locato similis & accommodatus. Minor ha
tur Ex opinione hominum: qui ponunt deos: hi. n. & ponũt deos æternos, & spiritales, & oẽs tã
græci quã barbari illos in coelis statuunt. Quare sequitur conclusio, ut q. coelum sit æternũ &
spiritale. æternum quidem quatenus est locus dei æterni: spiritale uero: quia plus præceteris cor
poribus accedit ad diuinas substantias. Sed occurres: quia hominẽs etiam extimant templa esse
Dubita. locum deorum: & tamen constat templum esse corruptibile. dicitur templum esse locũ dei, non
quidem ex parte dei: sed ex parte colentium deos: quos oportet in aliquo loco colere: unde ut re/
Sol. cte expositor ait templa corruptibilia sunt proportionabilia hominibus corruptibilibus. coelũ
autem est incorruptibile proportionale substantiæ diuinæ. Quo uero ad uerba attinet, conside
Verborꝫ con ratione dignum primo q. tam barbari quã græci ipsum supræmum locum deo attribuunt. nam
sideratio. ut

ut Aueroes ait omnes gentes concorditer extimant coelum esse locum dei & aliorum spirituũ: qui uulgariter dicuntur angeli: est tamen (ut dicit) differentia: quia barberæ leges & sarracenæ angelos ponunt corporeos/ græce uero incorporeos: quod quo modo sit: illis relinquo. Secundo consideratione dignum deum esse in coelo: ut Aueroes ait non ut corpus est in loco per circunscriptionem nec ut aqua in uase per equalitatem: sed eo modo quo dicetur in libro metaphysice: & quo dictum est in libro. viii. physicorum. Ibi enim dictum est deum esse in cœlo per operationem: quia ibi apparet eius operatio: de hoc dicemus in secundo libro huius. Consideratione dignum tertio in translationibus barbaris: quas Aueroes cōmentatur scribi hoc pacto. Et oportet esse sicut est in loco qui non diminuitur: neq; corrumpitur & reliqua. & Aueroes dupliciter exponit uno modo referendo uerbum oportet esse ad primum principium omniũ: quod est deus: ita ut sit sensus q. deus oportet ut sit in loco: qui non diminuitur neq; corrumpitur: sed in loco æterno omni transmutatione carente. Alio modo referendo uerbum illud ad cœlum: quasi dicat oportet coelum esse in loco incorruptibili: quia cœlum est locus æternorum: quasi indicet deum & cœlum (cum non diminuantur/ nec corrumpantur) esse causas transmutationum: & eorum: que agunt & recipiunt transmutationem. hæc Aueroes: & frustra: nam nec in codicibus græcis/ nec in nostris translationibus uerba hæc reperi. propterea hæc sunt prætereunda. Quarto animaduersione dignum circa illa uerba: impossibile enim est alio modo: quia dixerat superius ut uidelicet imortale ad immortale sit accōmodatum: subiecit quia impossibile est aliter. Declarat modo Aueroes quare impossibile est aliter: & ait esse impossibile aliter: quia cœlũ ipsum oportet esse quodam medium inter diuinas substantias & sublunares res: & ideo fieri non potest aliter quin uidelicet sit accōmodatum diuinis illis substantiis: & quod sit necessarium ipsum cœlum esse medium tale declarat: quia nisi cœlum esset tale medium: diuinæ ille substãtie non possent agere in sublunaribus corporibus. quippe cum ab eterno in mobili atq; simplicissimo principio non potest imediate puenire actio in rebus generabilibus: quibus patet quo nã modo sublunares res alligentur diuinis illis substantiis. copulantur. n. per ipsum cœlum: quod est medie naturæ. Nam eo quia in substantia est incorruptibile: cũ diuinis substantiis cõuenit: quia mutatur in loco: cum sublunaribus. & hoc mediante illæ substantie mutant nos. recte igiẽ dixit impossibile esse aliter: quia nisi corpus coelicum esset tale: non esset actio/ nec generatio/ nec corruptio/ nec alteratio rerum sublunarium. hæc Aueroes. et sapide. Ex his infert Aueroes errorem settatorum suæ legis: quos loquentes appellat ubiq;: ubi animaduersione dignum settatores suæ legis probasse deum esse æternum hoc enthymemate uidelicet mundus est creatus: igitur deus est æternus: quia factio tandem non deuenit nisi ad æternum principium: aliter eẽt processus in infinitum. Aueroes uult ostendere ex dictis ex tali enthymemate potius deduci oppositum uel q. uidelicet deus non sit æternus: uel q. sit deuenjendum ad unum corpus eternum: quæ sunt opposita eis: que dicunt. & uis deductionis Auerois est in propositionibus: quarum prima est: q. generatio sit alterationis finis: ut physici dicunt. Secũda q. omnis noua productio sit generatio: nam ex nihilo aliquid fieri perterruit omnes phylosophos. Tertia q. nihil alteret: nihilq; alteretur nisi corpus sit. hæc deducitur in libro de substantia orbis. Ex his tribus arguitur: mundus creatur de nouo: igitur generatur per secundam petitionem. Sed per primam gñatio est finis alterationis: igitur aliquid prealterabatur: & aliquid prealterabat: sed per tertiam omne alteratum & omne alterans est corpus: igitur precessit corpus alterans/ & corpus prealteratum. Queritur de illo si sit genitum: uel æternum. & cum nõ sit procedere in infinitum: oportet deuenire ad corpus æternum: quod sit primum alterans: & primum mobile. ecce quo modo ex ratione loquentium suæ legis deducitur oppositũ potius. Sed hic homo errauit & ualde: supponit. n. oẽm nouam pductionem esse generationẽ: hoc est dicendũ fm eos: qui philosophanẽ ex sensibus: at nos catholici tenemus quedam que sensus trãscendũt: de quoꝝ nũero est creatio ex nihilo. & sic negatur illa suppositio. utrũ uero creatio sit naturalis: alibi disputauimus: at nũc sit dictũ Aueroẽ errasse cũ oĩbus pħis sue pfessionis: & sic ex creatiõe nõ mõ deduciẽ eternitas primi principii: sed ẽt infinitudo: cũ nihil creet nisi uirtus infinita. hæc ad Aueroem.

Excerptum Auer.

Error Auer.

Accidit autẽ hoc & per sensum sufficiẽter, ut ad humanã est dicere fidẽ. In omni enim preterito tempore per traditã inuicem memoriam non mutatum ullo pacto fuisse uideẽ: aut in toto ultimo cęlo: aut in suarũ ppriarum partium ulla.

Secũdo signo idem pbat: quod est per sensum: cũ sumaẽ ex obseruatione longi temporis: & dicit accidit autem hoc: quod ratione & opinione hominum est pbatum: ẽt per sensum: non quidem

simpliciter:sed sufficienter ut dici potest ad humanam fidem persuasionemq;. Nam obseruātes praeterita omnia tempora per traditam inuicem memoriam:ut filius obseruat a patre: & pater ab auo:& auus ab attauo:& sic succensione:non mutatum ullo pacto uidetur fuisse coelum:dico ullo pacto:quia nec in toto ultimo coelo:neq; in suarum propriarum partium ulla. Animaduersione dignum aliter fieri rerum obseruationem:quae longiori tempore manent:& aliter rerum: quae breui transeunt tempore. Nam celeres res obseruantur ab omnibus:ut q. reubarbarum purget choleram:omnes & singuli uel obseruant uel obseruare possunt:& hoc pacto obseruatio fieri solet rebus ipsis in medicis:atq; in multis rebus naturalibus. Tardae autem obseruantur successione:ut docuit Ptolomeus eo in libro quaem magnam constructionem appellauit. Deprehensum enim stellas non errantes moueri econtra ab occasu in ortum singulis centenis annis gradu uno. Nam abraches sic obseruauit & timoris confirmauit:& caeteri per instrumenta usq; ad tempora Ptolomei:& sic successione obseruantium uerificatur tardus ille motus. Quare cum mūdus atq; coelum ipsum sit tardi temporis:recte Aristoteles eius aeternitatem persuasit successione obseruantium. Nemo enim tradit coelum coepisse suo tempore. Vnde & Adam non dixisset coelum coepisse suo tempore:quippe cum ipse secundum scripturam mosis factus sit sexto die e mundi creatione. Quare cum obseruantium successione nemo dicat uidisse coelum factum coniectura est de coeli ipsius aeternitate. Sed istud signum peccat primo:quia licet nemo suo uisu possit textari de fattura mundi:tamen aliquis textatur de factura illius reuelatione diuina: ut moses ipse:qui asserit coelum & terram esse creatum in principio ante omnia:& nona productione. Praeterea secundo Adam potuit textari de hominum principio:quia ipse uidit se esse primum hominum: & ab eo mulierem profectam esse: igitur bona coniectura potuit arguere de mundi factura. Tertio(ut recte expositor sentit)quanto aliquid est diuturnius:tāto maius tempus requiritur ad hoc quod eius mutatio deprehendatur:seu transmutatio hominis non deprehenditur duobus uel tribus annis. in quibus deprehenditur transmutatio canis:uel alicuius alterius animalis breuiorem uitam habentis:posset igitur aliquis dicere q. & si coelum sit naturaliter corruptibile: est tamen tam diuturnum: q. totum tempus cuius memoria potest haberi: non sufficit ad comprehendendam eius transmutationem. Quare hoc signum non est necessarium:& hoc aduerrit Aristoteles cum dixit hoc confirmari per sensum:non quidem simpliciter sed ea sufficientia:quae est in humanis persuasionibus:ut indueret signum hoc non esse necessarium:sed coniecturale. Aueroes autem declarat primo quid sit sufficientia:& inquit q. sufficere est profiteri aliquid quod sensui uidetur:nec illius contrarium apparet aliqua hora. Secundo distinguit de sufficientia:quoniam quaedam est probabilis:ut pote quando non fuerit confirmata per demonstrationes:& haec non est certa ueritas:sed propinquissima ueritati certae. quaedam est per demonstrationes approbata:& haec est ueritas certa:& per hanc demonstrationes perficiuntur:nam de condictione bonarum demonstrationum est conuenientia sensus:huius causaȝ assignat & distinguit de duplici demonstratione:quia quaedam est in intellectu:sed confirmata per sensus:quales sunt demonstrationes mathematicae:quae sunt in primo gradu certitudinis: quaedam uero est in intellectu:sed non confirmata per sensum:& haec bifariam est: quia aut est de rebus:quae sunt apte cadere sub sensu:& talis demonstratio est naturalis:aut est de rebus:que non sunt apte cadere sub sensu:ut sunt res seperatae atq; metaphysicae. Demonstratio igitur prima cum sit confirmata sensibus:est certissima:& in primo certitudinis gradu. Secunda demonstratio:quae dicitur naturalis:non ita certa:sed quatenus est de rebus:que cadere possunt sub sensu: est ueritati certe propinqua:& ita in secundo gradu certitudinis. metaphysica demonstratio ob id:quia est de rebus a sensibus remotis:est in ultimo gradu certitudinis:quibus patent ea: quae Aueroes ait secundo metaphysicae. Recte igitur dixit Aristo. in textu accidere hoc sufficienter p sensum:quia haec demōstratio:quā mō fecit de coelo est p sensum cōfirmata. quae rō docet illā esse more mathematicaȝ demōstrationum in primo gradu certitudinis. & hac de cā appellauit hāc sufficiētiā:qm̄ uno mō est demōstratio certissima:alio mō ꝓbabilis. quo uero est demōstratio p sensus cōfirmata. est in primo gradu certitudinis quo uero illā ingredit̄ testificatio quedā: uidet̄ sermo ꝓbabilis. Tertio Auer. declarat quo sensu dicta demōstratio est cōfirmata:& ait illā esse cōfirmatā sensu uisus:quia in hoc oēs gētes cōueniūt:q. nunq̄ uisum fuerit ab hoībus celū fuisse trāsmutatū:nec uidelicet in toto nec in pte:& tu p trāsmutationē intellige nomen cōe ad oēm mutationē p̄ter localē. haec Aueroes. Quo uero ad uerba attinet aīaduersione dignū Arist. dixisse nec in toto nec in pte:ꝓpter elementa:que nunq̄ fuerūt uisa mutari:& tn̄ non sunt aeterna. quia licet nō in toto mutent̄:saltem in pte uidentur continuo mutari.

Videntur

De obseruatione.

Error Arist.

Que Auero. comē. xxii.

Comen. xvi.

Consideratio uerborum.

Videtur autem & nomen fuisse datum a ueteribus etiam usq; ad præsens tempus eodem modo opinantibus: quemadmodum & nos dicimus: non enim semel neq; bis sed infinities easdem ad nos accessisse opiniones putare oportet. Quapropter quia primum corpus diuersum quoddam est e terra ipsa igne aere atq; aqua: æthera supremum locum appellauerunt a semper currendo perpetuo tempore illi cognomentum ponentes: anaxagoras autem nomine hoc non recte utitur: æthera enim pro igne dicit. Thin æi currendo semp.

Tertium signum est ab ethimologia nominis: quam ueteres dederunt de cœlo. Nam cœlū appellauerunt hoc nomine æthera: ab æi & thin: quod est semper currere: æi enim græcæ latine est semper: thin uero currere: hanc autem appellationem non dedissent, nisi opinati fuissent cœlum esse æternum: & omni mutatione carens ueluti & nos opinamur: occurres quia aliqui tempore Aristotelis dixerunt cœlum esse genitum: ut Plato: respondes q. opiniones ueræ sunt innouatæ non semel, aut bis secundum diuersa tempora: sed infinities, supposita tamen temporis infinitate: nam ut recte expositor adiecit: studia ueritatis ob diuersas mutationes: quæ e superis causis his in sublunaribus contingunt destruuntur: uerum quia mentes nostræ naturaliter ad ueritatem tendunt: ut dicitur primo metaphysice: cessantibus impedimentis rursus emergunt studia: & homines tandem peruenient ad opiniones ueras: quæ prius fuerunt: falsas opiniones non necesse est remoueri: nisi per accidens: quia non sunt per se intentæ: sed ceu monstra in natura: ut dicit Auerroes tertio de anima. & ideo antiqui opinantes cœlum esse alterius naturæ ab elementis appellauerunt supremum locum mundi æthera: dedicantes illi nomen ab eo quod semper est: quibus increpat Anaxagoram: qui æthera ab æi, & thin composuit ethera: sed thin uoluit idem esse quod urere: quasi semper urens. Nam cœlum esse igneæ naturæ opinatur. Inquit eum non recte accepisse: quoniam thin est currere ut dictum est. Auerroes uero ait Aristotelem ideo induxisse testes Chaldeos: in quibus philosophia fuit quandoq; perfecta: quia ipse fuit primus græcorum qui cæpit torquere problema de æternitate cœli ad partem affirmatiuam: omnes enim græci cœlum factum dixerunt: ipse primus probauit cœli æternitatem: quam ob causam Aristoteles in suspectionem neglectæ relligionis incidit. Vnde accusatus apud Hirophantam summum eo tempore sacerdotem q. mundum æternum demonstrauerat: in chalcidem ille aufugit: ne Athenienses bis in philosophum peccarent: quoniam paulo ante socratem fa'sis testimoniis contemptæ relligionis crimine condemnauerant. nunquam enim caruit philosophia neglectæ religionis suspectione: aut quoniam sapientia insipientibus inuisa est: aut quia hipocritæ eos oderunt: e quibus se suasq; dolosas simulationes cognosci suspicantur. Aristoteles igitur Chaldeos in testes aducit: quia ut dicit Auerroes illi cum Aristotele opinabantur. Dicebant enim cœlum esse quintum præter quatuor elementa corpus: & nomen ei imposuerunt ætherem a cursus eius uelocitate atq; perpetuitate. Et quia sic de cœlo ipso Chaldei opinabantur: sequi etiam uidetur ad illos q. cœlum contrario caruerit: quia ubi contrarium habuisset: cum illud non potuisset esse aliquod quatuor elementorum: oportuisset esse sextum adhuc corpus: quod esset cœlo quinto contrarium. Nam contraria oportet esse paria, & duo: ut in quatuor uidemus elementis: sequitur secundo etiam ad eos cœlum caruisse materia: & esse æternum: nam si caret contrario: oportet ut materia careat: & æternum sit. Secundo Auerroes ostendit syllogismum: quo Anaxagoras errauit. Syllogizauit enim sic æther est corpus leue: & uelociter motum: ignis est corpus leue: & uelociter motum. igitur ignis est æther. patet syllogismum esse in secunda figura ex duabus affirmatiuis. hæc Auerroes. Sed utrum artes opiniones & scientiæ possint renouari: non parua est questio. Primo quia Auerroes credidit de opinione Aristotelis esse intellectum humanum debere semper esse in maiore sui subiecti per te perfectum: nihilq; illi deesse de scibilibus: quæ eius perfectionem efficiant. Secundo rerum scientia est animæ rationalis perfectio: homines secundum Aristotelem sunt perpetui saltem specie: ita ut nunquam rationalis anima mundo desit. igitur eius perfectio nunquam deficere debet. Tertio unicuiq; perfectibili natura creauit perfectionem illi coæuam saltem in aliquo indiuiduo suæ speciei. Cum igitur homo sit perfectibilis a scientia. omnes enim homines natura scire desiderant: igitur aliquis homo debet esse semper in scientia ipsa perfectus: & ita nihil noui scire: quod non sciebatur. In contrarium est Aristoteles hic: & primo metheororum: & duodecimo methaphysice. ubi opiniones, artes, & scientias infinities

Com. xxxvi

Quæ Auer. comē. xxii.

Hrsis Aristo.

Qō prima.

Opinio Auerrois· renouari asserit· Aueroes cuius doctrina apud latinos est in honore habita:opiniões|artes|sciẽtias|mores|instituta|leges|& constitutiones in certa atq; constituta regione deleri atq; corrumpi:renouari uero denuo autumat:at per totum mundum simpliciter illas desinere atq; uniuersum impossibile esse affirmat:immo necesse est:ut semper in aliqua mundi regione intellectus ipse sit in sui subiecti parte maiore perfectus|atq; plenus:ne frustra sit aliquid in natura:huic opinioni uidetur assentire Aristoteles·Nam ipse mundum fecit æternum:& hominem æternum. & in libris suæ philosophiæ uoluit scientias artes & opiniões esse aiæ humanæ pfectionem : si igitur hõ est æternus|eius aïa nõ debet esse absq; ꝓpria pfectione:aliter esset tũc aliqd frustra in natura·Sed hæc positio nec est uera|nec peripatetica:uera quidẽ non:quia certũ est diluuium

Confutatio· fuisse generale:in quo oẽs hoïes fuerũt corrupti:ut credidit græca uanitas:& rursus renatũ mortale genus apud scythiam sagam:aut paucos fuisse saluatos:ut dicit Aristo·in libro politicæ:in quibus artes|& sciæ|& opiniones|nõ mõ fuerũt deletæ:imo compluribus tẽporibus corruptæ: ut dicit Plato in libro de legibus:& in timeo:dico cõpluribus temporibus corruptæ:quia post diluuiũ hoïes exules ꝑ syluas uiuebant rudiţer ad modũ brutorũ:qui cũ e færis nimis inuaderẽtur:se necessitate salutis in locum unum congregarũt|ut illis suis copiis resisterẽt:& sic facta fuit cõmunio:quã græci polin hoc est ciuitatem appellãt:qua facta ceperunt artes|quibus hominũ genus uiuit:opiniones & sciæ|ad quas rõnalis aïa naturaliter inclinatur·mores|sine quibus ciuitas stare non posset·Quare patet compluribus temporibus corruptas fuisse artes|opiniões|& scientias:peripatetica uero nõ est:quia Aristo·ii·politicoꝝ·libro tradit diluuiũ:ubi totũ mortale genus fuit corruptũ:& rursus aut renatũ:aut ꝑ parte saluatũ:quare oportet fateri artes|scias|&

Quæ Aristoteles· studia ueritatis fuisse non semel|aut bis renouata· Aristoteles igitur sentit artes|opiniones|& scientias|atq; ueritatis studia fuisse non semel renouata· Vbi primo animaduersione dignum multum referre opiniones & scientias mutari:& illas corrumpi· Mutantur quidem opiniões & scientiæ|& artes|quemadmodum & mores|qñ ꝓpositiones ex quibus proficiscunẽ mutanẽ de uno contradictorio ad aliud·Mutantur uero mores qñ leges & constitutiones mutanẽ:ut dicẽ primo ethicorũ·Corrumpuntur uero qñ desinũt esse:& hoc qñ hõ:qui est artium|opinionum| & morum subiectum:desinit esse· Vnde si in diluuio desiit hõ esse omni ex pte:sine dubio artes opiniones|sciæ|mores|& ueritatis studia desierunt·Secũdo aïaduersione dignũ q; ꝓpositionũ e quibus artes opiniones sciæ & studia ueritatis proficiscunẽ:aliæ sunt primæ:& oĩbus cõmunes: quæ græce dicunẽ axiomata·uerbi cã in scientiis|ut oĩs ignis est calefactorius·oẽ totum est maius sua parte:& eiusmodi·In moribus oĩs pater honorandus:amicis benefaciendũ est:& cæteræ id genus·Aliæ sunt uere & necessariæ:sed non oĩbus cões:& harũ· Aliæ sunt de quibus neutro modo opinamur:qm̃ ambæ pres cõtradictionis sunt occultæ:ut stellæ sunt nũero pares:uel impares·Aliæ sunt quarũ utraq; ps cõtradictionis est aliqua ex pte ꝓbabilis:uerũ interdũ æqualiter:nõnunq̃ altera magis altera:ut si aïa rõnalis sit imortalis·ut si mundus sit æternus:& id genus:ambæ enim contradictionis partes sunt probabiles:licet altera altera magis·his acceptis· Aristoteles primo diceret artes|scientias|opiniones|atq; ueritatis studia fuisse corruptas omni ex parte:probaẽ quia apud ipsum fuit diluuium:in quo totum mortale genus fuit dilutum : & postea renatum·uel saluatum in tam parua parte:ut pfectæ artes|opiniões|sciæ|& studia saluata fuisse potuerint minime:modo desinente subiecto:desinit accidens illius:quare est res rõni consentanea:ut artes scientiæ & opiniones desierint·Secundo diceret artes opiniones & sciẽtias non semel fuisse mutatas:nam remanente subiecto:ut pote homine|propositiones e quibus proficiscuntur artes opiniones & sciæ:mutantur:igitur & artes sciæ & opiones· Tertio diceret remanente homine:illas nõ fuisse mutatas oĩ ex pte:pbaẽ q; artes opiones & sciæ mutanẽ ꝓpositionibus mutatis e quibus illæ pficiscunẽ·at ꝓpositiões oẽs mutari nõ pñt:nõ·n·ꝓpositiões oĩbus cões:quæ sũt sicut locus ianuæ:mutari pñt·i·metha·nec ꝓpões de quaꝝ cõtradictorio neutro mõ opinamur:qm̃ de cõtradictoriis nihil opinamur:igiẽ ille nõ pñt mutari quo ad nos·Restat igiẽ artes opiones scias & studia mutari ꝭm qd remanẽtib⁹ hoĩbus:qa solũ quo ad ꝓpões pba

Exceptum· biles:quaꝝ cõtradictoria nos opinamur·Quibus ꝑ3 artes opiones & studia ueritatis posse oĩ ex pte corrũpi:mutari uero minime·corrũpi quidẽ:qa hõ põt oĩ ex pte desinere·mutari uero non: quia nõ pñt mutari nisi sint:quod·n·mouẽ:est·at ubi artes opiones ut sciæ sunt:non pñt mutari oĩ ex pte:quia saltẽ quo ad primas cões propositiões sunt imutabiles · Quarto diceret Aristoteles opiniones artes scientias & studia infinicies fuisse genitas corruptasq;:infinicies mutatas hoc est speciatim dicendũ ꝭm Aristotelem & Chaldeos qui mũdũ æternum autumãt:nã suppo sita æternitate mundi desolationes contingunt in mundo non semel : aut bis : sed infinicies·

at secundũ

at secūdū nos & sacros uiros·opiniones artes scientiæ & ueritatis studia possunt corrumpi & renasci: itemq́ & mutatio non semel aut bis: uerum infinicies minime: cū supponamus mundum esse factum·Sed de causis corruptionis atq́ renouationis horum transigamus·& primo sumamus artes opiniones scientias & ueritatis studia desinere atq́ renouari non posse nisi desinente & renouato homine·Mutari etiam minime nisi aliqua mutatio contingat homini·Quibus & quot causis homo desinat & renouetur: quibus etiam mutetur: non leue est transigere·Desinit igitur homo primo ob diluuium: græca enim uanitas credidit totum mortale genus in diluuio fuisse interemptum: totumq́ renatum: in scythia saga: ut euripides inquit·Secundo ob aeris mutationes: quia propter pestem: uniuersalemq́ regionis luem: ubi & sapientes & rudes desinere solent: ut in peste quæ fuit anno·M·ccxliii·illa enim peste omnes sapientes galliæ/græciæ: atq́ Italiæ periere: ut etiam aliquando contingit egypto·Item & ꝓpter terræ motum: in Asia enim terræ motu sub Tiberio cæsare fuerunt·xii·urbes una nocte prostratæ: ubi plures sapientes periere·Similiter in Lacedemonia: quem anaximander uaticinatus est·Tertio desinit homo propter bella: ut & nos legimus & uidimus·Vnde in bello gothorum & longobardorum & homines sapientes & libri fuerunt corrupti: ob quos usq́ ad nostra tempora artes rudes & scientiæ crassæ habitæ sunt·Mutantur uero opiniones artes scientiæ & studia ueritatis & propter has causas: & potissimum propter dogmata siue sectas·Cum enim emergit uir aliquis: cui summa præbetur fides: dogma emergit nouum·Illinc mutantur artes opiniones & scientiæ·Vnde temporibus Bacconis uiri eruditi apud Parisium fuit prohibita phylosophia Aristotelis/Auerrois/& Auicenne: ut ipse narrat: donec emerserint sancti uiri: qui illam non dannauerunt: ut Albertus/Thomas/Henricus/& alii·Renouantur uero artes scientiæ/& studia ueritatis renouato aut mutato homine: uerum non statim: sed ex admiratione ut dicit Aristoteles: cum enim homines aliqua admirantur: quærunt rei dubiæ causam: inde sciscitantur ad rerum euentuumq́ causas adinuenientendas: postea admirationum aliquas congregant opiniones: que si bene dictæ sint: a posteris seruantur: sin autem male: posteriores illas corrigendo tandem ueritatem attingunt: & sic renasci tandem incipit ueritas: ut Aristoteles inquit secundo methaphysice·Hæ sunt causæ sublunares: cœlice uero causæ non una ratione habentur·Nam Albumasar rerum cœlestium obseruator mutationem corruptionem & renouationem tribuit mutatis coniunctionibus: quæ fiunt uariis temporibus: & non modo scientiarum/opinionum/artium/& motuum: immo sectarum/dogmatum/& cæterorum grandium: quæ hic uisuntur·Petrus apponensis hæc ad motum stellarum non errantium reducit: quatenus caput Arietis stellarum non errantium sua peragratione per·xii·signa·xvi·angulos describit: ad quorum quæmlibet cum accesserit: magne mutationes hic spectantur·Vnde credidit q̄ coniunctio trium capitum: quæ fuit prope Saluatoris Genesim: nouæ relligionis fuerit causa/& cæterorum: quæ tunc apparuerunt sub luna·hæc de quæsito·Tunc ad rationes factas in principio responderem: illud quod Aueroes credidit de Aristotele potest esse erroneum: cum hystoriæ narrent contrarium: immo post diluuium generale gentes fuerunt adeo rudes·ut Plato tertio libro de legibus inquit ut uix humani quicquam habuerint·qua ratione est consonum ueritati eo tempore homines: fuisse & ignaros: & iniquos·Ad secundam dicerem intellectum quandoq́ per tempus fuisse imperfectum quo ad scientias & moralem uitam: tamen semper habebat principia naturalia: quibus perfici poterat: nec habeo pro absurdo intellectum stare sine sui perfectione accidentali pro aliquo tempore: modo nihil sibi desit essentialis perfectionis: qua potest uenire ad accidentalem·Ad tertiam dico assumptum esse uerum de perfectione essentiali: de accidentali uero fallit: ut omnibus constat·& de dubitatione hactenus·Quærunt secundo si cœlum sit augumentabile diminuibile/q́: & uidetur q̄ sic: primo quia cœlum uiuit: igitur est augumentabile·antecedens supponatur ex secundo libro huius·deducitur uero consequentia: quia nihil uiuere potest nisi primo gradu uitæ: at primus gradus uitæ secūdo de aīa libro est uegetatiuū: cuius tria opa sunt nutrire: augere/& generare: igitur si uiuit·oportet hr̄e uegetatiuū gradū·igit̄ est augumentabile·Secūdo celū est quantū: igitur augumentabile & diminuibile·antecedēs patet quia mouetur·deducitur cōsequentia: quia omne quātū est diuisibile in infinitū: & augumentabile·Tertio uirtus æqua celū dependet est infinita: ut pote uirtus dei: igitur ex parte illius cœlum est augumentabile: & omni potentiæ actiue respondet passiua·igitur ex parte sui etiam est augumētabile·oppositū sentit Aristoteles·pro declaratione primo animaduersione dignum/ut Aueroes inquit trifariam esse auctionem diminutionemq́: aut accumulatione qua auget̄ partes & cumulus·Aut rarefactione qua augent̄ & elementa: aut intus subsceptione & cōuersiōe alimēti in substātiā alicuius: & hæc

De causis corruptionis & renouatiōis·

Cœlicæ cāe·

Secunda·q·

Quot modis auctio·

Augumentabile quot modis.

est uera auctio uel imminutio:quae competit omnibus uiuentibus:& nullis aliis. Secundo ani/
maduersione dignũ augumentabile & diminuibile bifariã posse exponi:aut p negationẽ:aut p
affirmationẽ:p negationem augumentabile exponitur quemadmodũ exponitur ipsum possi/
bile:nam possibile p negationem dicitur omne non implicans contradictionem:uel magis lo/
gice omne illud quo posito inesse:non sequitur contradictio:qua ratione diceretur cœlũ quiesce
re esse possibile apud nonnullos. Possibile uero per affirmationẽ est illud quod si p potentiam
exñtem in ipso & in agente poneretˀ inesse:nõ sequitur impossibile:ut hominẽ currere si sederet
Augumentabile igitur p negationem est omne illud quod nõ implicat contradictionem fieri
maius.per affirmationem uero est illud quod per principiũ existens in eo est aptũ fieri maius:
quomodo puer est res augumẽtabilis:quia in eo est humiditas & calor uitalis:quae sunt princi/
pia:quibus puer est augeri aptus. Tunc iuniores dicunt primo q cœlum nec est augumentabi/
le:nec diminuibile utroq modo exponendo augumentabile & diminuibile & omni specie au
ctionis & diminutionis:& sic positio resoluitur in duo:quia uolunt cœlũ non esse augumenta/
bile per principiũ in eo:& q implicet contradictionẽ ipsum fieri maius uel minus:cui positioni
consentire uidetur Ioannes:& utunẽ rõne/ & primo probãt quod cœlũ nõ sit augumẽtabile per
affirmationẽ:qa quouis mõ sumatˀ auctio:nullũ esse põt principiũ in cœlo:quo ipm possit fieri
maius uel minus:qm omne quod potest fieri maius uel minus p principiũ existens in eo:habet
saltem mãm:at cœlũ (ut uisum est) caret ma:igitur nõ potest fieri maius per principium in eo.
Praeterea omne quod põt fieri maius uel minus qua uis auctioni specie:potest generari & corrũ
pi saltem secundum quid.at cœlum nullo pacto est generabile nec corruptibile. Insuper omne
quod potest fieri maius & minus per principiũ:quod existit in eo:habet cõtrariũ.at cœlũ omni
caret contrarietate.cœlũ igitur nõ est augumẽtabile nec diminuibile:quouis mõ sumatˀ auctio:
per affirmationẽ. Secundo pbant cœlũ nõ esse augumentabile p negationẽ:quia ubi cœlũ esse
maius uel minus nõ implicaret cõtradictionẽ:tũc extra cœlũ aut esset uacuũ:aut nõ implicaret
cõtradictionẽ esse uacuũ:deducitˀ:qa cœlũ eẽ maius q̃ nũc sit:reqrit uacuũ extra ipsum.igitur si

Confutatio

implicat cõtradictionẽ esse tale uacuũ extra:implicat ẽt cœlũ fieri maius uel minus. Sed hec po
sitio licet sit naturalis:nõ est catholica:qm secundum catholicos cœlũ fuit factũ a deo:igitˀ po/
tuit esse maius uel minus uirtute dei : igitur & nunc deus põt ipsum facere maius uel minus q̃

Solutio.

mõ sit. Propterea dicerem aliter ut naturalis phus:aliter ut catholicus:ut nãlis phus dicerem oẽ
possibile esse nõ implicãs contradictionẽ/& oẽ nõ implicans contradictionẽ esse possibile:quia
physice sentiẽdo idem est possibile p affirmationẽ exponibile:& p negetionẽ exponibile:quia
oẽ illud quod nõ implicat contradictionẽ:potest poni inesse sm philosophos:quia possibile sm
philosophos est:quo posito inesse:nullum sequitˀ impossibile:at secundũ catholicos differt possi
bile per affirmationem a possibili per negationem:nam multa sunt possibilia per negationem:
quae nõ sunt possibilia p affirmationẽ:ut infinitum corpus esse est possibile p negationẽ secũdũ
quosdã:quia per potentiã diuinã fieri põt:itemq mundum esse pfectiorem:& caetera id genus.
Haec uero non sunt possibilia p affirmationem:quia nullũ tale est fieri aptum p principiũ incli

Dilucidatio.

natiuũ existens in eo. Ex his sequitur quesiti dilucidatio. Nam physice sentiẽdo.oportet dicere
nullo pacto cœlum esse augumentabile uel diminuibile:quia nulla specie auctiõis/& nullo mõ
exponẽdo ipm possibile augumentari. Sed cõstat cœlũ nõ esse augumẽtabile p affirmationem:
igitˀ nec p negationẽ:catholice uero dicerem cœlũ esse augumẽtabile p negationẽ:qm nõ impli
cat contradictionẽ cœlũ fieri maius p potentiam existentẽ in agente:& nõ in cœlo. Secundo di
cerem coelum nõ esse augumentabile p affirmationẽ:quoniã in coelo nullũ est principium in/
clinatiuum ad aliquã spẽm auctionis. Ad rõnem qua probatˀ celũ implicare contradictionẽ esse
maius:quia tunc relinqueretˀ uacuum:respondeo nec uacuum extra coelum implicare contradi
ctionẽ:praeterea si deus augeret celũ:deus crearet plenũ:& si celũ minueret anichilaret plenum.
Quare nõ sequitˀ cõtradictio:p haec soluũtˀ rõnes:ad primã dico q celũ uiuit uita eterna:& non
uita mortali:& ideo nõ oportet augeri nec nutriri:& cũ dicitˀ uegetatiuũ esse primũ gradũ uite.
Verum est in rebus mortalibus:ut dicitˀ secũdo de aia. Ad secũdũ dico celũ eẽ diuisibile sm rõ/
nẽ mathematicã:& hac rõne est augumẽtabile:at sm rõnẽ physicam minime:qa caret materia
& contrario. Ad tertiam patuit solutio. nam physice deus fecit mundum ab aeterno perfe/
ctum : quo melior esse non potest:nec maior.catholice conceditur totum.haec de secunda que/

Tertia.q.

stione. Tertio quaerunt si coelum est alterabile:& uidetur q sic:primo ex eclipsi lunae : ubi con/
stat lunam ipsam alterari.secundo sol in aestate est intensius calidus quã in hieme. igitur calor
solis gradualiter intenditur. Vltra sed omnis gradualis intẽsio qualitatis passibilis est alteratio

igitur

igitur sol alteratur. Tertio omne alteri contrariũ est alterabile: cum oĩs alteratio uertat̃ inter cõtraria: sol est contrarius his inferis rebus: quia illas corrumpit/ & generat. igitur sol est alterabilis. Quarto inter stellas est contrarietas ut inter solem & saturnum/ inter martem & uenerem: ut Ptolomeus inquit in primo apotelesmatũ. igitur inter stellas est possibilis alteratio. Vltimo inter stellas esse potest maxima distantia: igitur contrarietas: quia ut dicitur. x. methaphysicæ. contrarietas est maxima distantia: antecedens declaratur quia si altera stella constituatur in ortu/ & altera in occasu: hæ maxime distant. igitur contrarie: & accedit ad hæc q. tales stelle dicũtur diametraliter opposite apud Astronomos. In contrariũ est Aristoteles in littera. Ptolomeus in primo apotelesmatum capite de luna uolens redere causam/ cur luna est humidior cæteris stellis: ait quia ipsa mutuatur humores a uaporibus terræ: & ita uelle uidetur cœlum esse alterabile: in passibilibus qualitatibus. Sed aduersus Ptolomeum assurgit Albumasar primo ex eo quia luna non est sic terræ proxima ut possit humoribus terræ refici: quippe cum uapores nõ ultra xvi. stadia putentur attolli: ut physici scribunt. Secundo quia nec stelle nec cœlum elemẽtariis qualitatibus inficitur: ut tradit Aristoteles hic: & secundo cœli: propter hæc Ioannes in questionibus tenet cœlum esse alterabile alteratione æquiuoce dicta: quæ quidem est de priuatione ad habitum: non autem alteratione uniuoca: quæ est de contrario in contrarium: unde in responsionibus concedit cœlum esse alterabile alteratione perfectiua: non autem alteratione corruptiua. Ego uero dico q. si Ioannes intelligat de alteratione reali: errauit quia nec perfectiue: nec corruptiue alterari potest cœlum realiter: quoniã omnis alteratio realis est in qualitatibus permanentibus in subiecto: quæ non solo motu locali acquiruntur deperdunturue: at cœlum solo motu locali acquirit deperditq. qualitates: quibus alteratur: ut lumen & aspectum: et cætera id genus. igitur cœlum nullatenus alterari potest alteratione reali. Quare si Ioannes intelligit de alteratione intentionali: recte sentit: quoniam alteratio intentionalis fit in qualitatibus momẽtariis transitoriisq: quæ non habent permanentiam in subiecto: quæq solo motu locali acquiruntur deperdunturq: & hæc est intentio Auerois in hoc loco: qui dicit qualitates quarum alteratio non est contradictio secundum suum esse non est possibile ut sit in eo secundum mutationem & s̃m esse: hoc est qualitates quarum alteratio non realiter illas abiicit: non est possibile ut mutentur: & sint in cœlo secundum esse reale. hæc Aueroes idem. viii. methaphysice: ut legenti patet. Sic igitur dicendum alteratione reali cœlum non esse alterabile nec corruptiue/ nec perfectiue: alteratione uero intentionali & in qualitatibus transitoriis: quæ solo motu locali acquirũtur deperdunturq: non tantum est possibile cœlum alterari: immo de facto luna eclipsatur: nõ quidem propter mutationem in substãtia: uel in qualitate permanẽte: sed ꝓpter motũ localem: quia subintrat luna ipsa umbram terre. & hæc est peripatetica interpretatio. Tunc ad rationes. Ad primam patet solu. nam cœlum est alterabile intentionaliter: & hoc pacto luna alteratur a sole. Ad secundam dico q. sol nec in hieme/ nec æstate est calidus: sed bene caloris productiuus: & magis æstate p accidens: quia magis uenit ad apicem nostrum. Ad tertiam dico q. sol nec est contrarius: nec similis his: quæ sunt hic: sed bene cõtrarius uel similis uirtualiter: quia est productiuus alicuius: quæ res hæ corrumpuntur: uel generantur: & ex hoc non sequit̃ solem esse formaliter alterabilem: sed bene per accidens ratione motus aductiuus conuenientis uel cõtrarii. Ad quartã Astronomi appellant stellas contrarias: uel quæ sunt contrariorum productiua: uel contrariarum heresum: ut dicit Ptolomeus: & hoc pacto sol & saturnus sese habent: quia sol caloris: saturnus frigoris est productiuus: Saturnus & mars etiam oppositi: quia diurnus est Saturnus: Mars nocturnus. Ad ultimam dico q. non omnis maxima distantia est contrarietas: sed omnis maxima distantia gradualis: ut nunc loquimur: & hæc non est reperibilis inter stellas. Vtrum uero Ptolomeus uoluerit lunam refici uaporibus terrenis in nostro libro eruditionum acutissime disputamus cõtra Albumasarem: & tu lege illic. hæc de tertia questione.

Põ prima.

Obiectiões.

Põ Ioannis.

Declaratio positionis.

Põ propria.

Comen. xxi.

Comen. xi.

Solu. rõnũ.

Patet autem ex dictis: cur impossibile est numero plura esse ea: quæ simplicia corpora dicũtur. Simplicius enim corporis motum simplicem esse necesse est. Solos autem hos simplices dicimus esse: & circularem & rectum: & huius duas partes alteram quidem e medio: alteram uero ad medium.

Expositor facere uidet̃ hic nouum caput: quia uult q. Aristoteles ostẽdat p̃ter dicta corpora. v3 quatuor elemẽta/ & quintũ uniuersi integritas nõ exposcat sextũ corpus: sed q. sit cõtẽta his qñ q: tm̃. Aueroes uero uelle uidet̃ Arist. ex dictis addere corollariũ: quod ex dictis facile põt eẽ excerptũ. Sed quo uis mõ exponat̃: syllogismus est: quot sũt mot⁹ simplices: tot sũt corpa simplicia

Quæ expõr.

Que Auero. comẽ. xxiii.

quinq; sunt motus simplices: quia circularis & rectus: & rectus ducitur in quatuor: quia in deorsum & sursum: & motus qui deorsum est deorsum simpliciter: uel in respectu: & qui sursum: et in duos: quia uel simpliciter: uel in respectu. Igitur quinq; sunt motus simplices: & non plures, nec pauciores. Igitur integritas uniuersi non plura corpora expostit: & hoc inquit, patet aut ex dictis & cur impossibile est numero plura esse ea: quae simplicia corpora dicunt: & quia dixit hoc patere ex dictis conjectura est Aristotelem fecisse corollarium: ut sentit Aueroes. Ponit aut propositiones radicales quibus res haec deducitur ut Aueroes ait: quarum prima est corporum simplicium motus debent esse simplices: & econtra motus simplices esse debent corporum simplicium: & per hanc uult habere Aueroes tot esse corpora simplicia: quot sunt motus simplices. Secunda quinq; sunt motus simplices: duo primi. uidelicet rectus & circularis: & rectus primo ducitur in duos: quia in motum e medio: & in motum ad medium: & quilibet horum in duos: ut dictum est: quia motus e medio est aut simpliciter: aut in respectu. similiter & motus ad medium: igitur motus rectus multiplicatur in quatuor: & circularis est unus tantum. igitur quinq; sunt motus simplices. quibus sequitur quinq; esse corpora simplicia: harum propositionum maiorem tangit dicens. Simplicis. n. corporis motum simplicem necesse est: per hanc uult habere tot esse simplicia corpora, quot sunt motus simplices: quae erat maior. Minorem subscribit & inquit solos aut hos motus simplices dicimus esse, & circularem & rectum: & huius uidelicet recti duas partes, alteram quidem: qua pergitur e medio: alteram uero qua itur ad medium: & quaelibet harum duplex est. quare quinq; sunt motus simplices. igitur quinq; erunt corpora simplicia. haec Aristoteles & Aueroes. Sed occurres quia non unus tantum est motus circularis: cum saltem sint duo. uidelicet diurnus ab ortu in occasum, & proprius ab occasu in ortum. Primo motu mouetur primum mobile. Secundo uero mouentur caeteri orbes. quae ratio docet saltem mobile circulare esse geminae naturae. igitur erunt sex corpora simplicia. Praeterea multi sunt motus circulares: ut dicunt mathematici: quoniam tot quot orbes: qui sunt plures quatuor: igitur non tantum quinq; sunt motus: nec corpora. Ad haec motus e medio & ad medium unus uidetur: quia aqua mouetur e medio: quia supra terram: & ad medium: quia si remoueatur terra: ueniet usq; ad medium. Praeterea idem est descensus & ascensus: nam aer qui mouetur a concauo lunae ad concauum ignis descendit: & eodem motu ascendit: quia mouetur supra aquam & terram. Respondetur quod tantum sunt tria prima corpora specie distincta: & non plura specie distincta, nec pauciora. Vbi animaduersione dignum motum circularem esse unum tantum specie: quoniam omnis motus circularis est circa medium: modo ferri circa medium constituit unum motum specie simplicem. duo uero sunt recti primi motus: quia alter: quo itur ad medium: alter quo pergitur a medio. ferri autem ad medium constituit motum simplicem rectum. ferri a medio et constituit alterum. igitur duo tantum sunt motus recti primi. Quare prima corpora specie & simplicia tria tantum sunt: graue uidelicet & leue: & neutrum: & hoc Aristo. conclusit. Quod si uelis multiplicare rectos motus in duos: erunt corpora simplicia quinq;: ut fecit Auero. Quod si uelis multiplicare rectos in duos: & circularem in tot quot sunt orbes: erunt multo plura quinq;. Aristoteles autem tantum aspexit ad primas motus simplicis differentias: quae sunt tres. uidelicet e medio ad medium: & circa medium: & ita tria corpora tantum prima esse declarauit graue leue & neutrum. Aueroes respexit ad primas differentias, & ad subalternas: & ideo dixit quinq;: qui uellent ulterius respicere: adhuc adderent: per haec ad primam rationem. Ad secundam principalem de motu aquae: patuit solutio: nam aqua naturaliter mouetur ad concauum aeris: per accidens aut ad replendum uacuum: mouentur & aqua & aer & ignis etiam: & sic idem corpus potest ascendere per se ad unum elementum: & per accidens descendere ad illud. per idem ad illud de aere, dicerem aerem per se descendere secundum quid respectu ignis: ascendere respectu aque & terrae: nec est impossibile idem corpus ascendere & descendere descensu & ascensu in respectu. Simpliciter uero nullum corpus est tale. haec de dubitatione.

Dubitatio.

Solutio.

Quod aut circulari motui non sit alia latio contraria: multifariam quispiam fidem sumet.

πλεοναχῶς, ἂεν multifariam ex com pluribus ex multis.

Conclusio quam nunc enititur probare: est motui circulari nullum motum posse contrarium esse. Necessitas capituli est (ut ex simplicio colligitur) tum ex ante dictis, tum ex postdictis. ex antedictis quidem: quia probauit coelum non esse generabile, nec corruptibile: per hoc quia caret contrario: probauit autem coelum carere contrario: quia motus circularis: quo coelum mouetur: caret contrario: quare in illa probatione supposuit motum circularem carere contrario. Cogitur itaq; nunc suppositionem quam tunc assumpsit: probare. ex postdictis uero: quia probauit tria tantum esse specie prima mundi corpora, graue, leue, & neutrum: uel sex, ut Aueroes dixit: & hoc probauit

hoc probauit supponendo motui circulari nullum esse motum contrarium: quia ubi esset cõtrarius: posset dici quod, quemadmodum est duplex corpus | quod mouetur motu recto ob eius motus contrarietatem: ita etiam duplex corpus quod moueretur motu circulari | ob contrarietatem motus circularis. Hoc autem dici non posset: si motui circulari nullus motus prorsus sit contrarius: Quare propter post dicta: cogitur declarare Motui circulari nullum esse motum contrarium. & hoc pacto Aueroes exponere uidetur hunc locum. uult conclusionem praesentem esse utilem tum ad ea: quae antea dixerat de coeli aeternitate: Tum ad ea: quae postea adiecit de numero primorum corporum: quae sunt mundo necessaria | & sufficientia. Quo uero ad uerba attinet: Aristoteles per fidem intelligit (ut Aueroes inquit) non abũdantiam extimationis: hoc est non credulitatem: quae habetur per sylogismum dialecticum: sed fidem perfectam: quae est scientia per demõstrationem: procedit enim Aristoteles hic non ex creditis | atq; probabilibus: sed ex necessariis. Quae Auer. Com. xxiiii.

Primo quidem quia circulari rectum opponi Maxime ponimus. Nam cõcauum & curuum non solum inter se opponi uidentur. Sed etiam ipsi recto: ubi coniuncta sint atq; simul sumpta. Quare si qua est cõtraria. eam lationem maxime quae super rectum fit: circulari contrariam esse necesse est. Rectum τῇ εὐθείᾳ rectã lineam Vbi | particula est addita. Simul συνάψειν Cõiunctiõe p copulatões

Trifariam (ut expositor inquit) potest Motui circulari considerari Motus contrarius | aut ut motui circulari rectus sit contrarius: aut ut sit aliqua contrarietas in ipsis partibus motus circularis: aut ut uni motui circulari alius motus circularis sit contrarius. Aristoteles igitur primo declarat motui circulari motum rectum non esse contrarium: & incepit primo ab hac consideratione: qa maxime uidetur circularis motus recto opponi: quoniam differunt specie: & genere conueniũt. Praeterea quia ex hac probatione quasi habetur probatio in aliis: unde syllogizat hypothetice sic si circulari motui uidetur aliquis motus contrarius: maxime uidetur motus rectus. Sed rect? motus illi non opponitur: igitur nullus. Maior probatur: quia concauum & curuum: quae sunt circularia imperfecta: uidentur contraria recto: quia non solum inter se relatiue opponũtur | Sed etiam recto: si igitur quae sunt imperfecte circularia: opponi uidentur recto: pfecte circulare maxime recto uidebitur opponi: quare Maior patet | q. si aliquis motus uidetur oppositus circulari: maxime uidetur rectus. Minor uero disputabitur postea. de praesenti ratione primo tangit Maiorem: quae est illa hypothetica: & inquit primo quidem | quia circulari rectum maxime ponimus opponi. est hypothetica: si Motui circulari aliquis motus sit contrarius: maxime erit rectus deinde subdit probationem | & inquit nam concauum & curuum non solum inter se relatiue opponi uidentur. Sed etiam ubi ipsa coniuncta sint | atq; simul sumpta | uidentur opponi ipsi recto. Haec autem sunt imperfecte circularia: quare si quae sunt imperfecte circularia: sunt recto opposita: quae erunt perfectae circularia uidentur maxime recto opposita. Tunc repetit Maiorem & inquit quare si qua latio est motui circulari contraria: eam lationem maxime quae super rectum fit spatium: circulari contrariam necesse est esse. Haec est maior: & eius probatio: Aueroes uero uelle uidetur Aristotelem non probare illa tria per ordinem: sed probare sylogismo per locũ a maiore q. motui circulari nullus motus sit contrarius. Sed utraq; expositio conuenit textui: quoniã licet hoc uideatur Aristoteles facere in principio: in processu per ordinem primo declarat rectũ non esse contrarium motui circulari. Secundo ostendit q. non sit contrarietas in partibus mot9. Tertio q. nec unus motus circularis sit alteri circulari contrarius: partes patebunt suis locis. uerũ Aristoteles usus est hoc probandi modo: ut induceret primum modum esse uniuersaliorem: cum ex eius ueritate sequatur ueritas caeterorum. Vlterius extra textum Aueroes aliquantulum uagando probat circulari motui maxime rectum uideri oppositum: & sua probatio est: quia rectus & circularis uidentur plus habere de conditionibus contrarietatis | q̃ circularis & circularis: quoniam omnis circularis omni circulari uidetur idem motus specie. at rectus & circularis uidentur specie differre: modo haec est una conditionum contrarietatis | ut decimo Metaphysice constat. Vtrum uero omnis motus circularis omni motui circulari sit eiusdem speciei: secundo huius dicetur: at nunc supponatur. Vlterius Aueroes probat Motui circulari Motum rectum non opponi: quod licet Aristoteles postea faciet: ad bonum opus Aueroes nunc illud praeponit. probat igitur Motui circulari rectum non contrariari: primo quia contrarietas est maxima distantia secundum lineam rectam: ut nunc sumit. at inter circularem motum & rectum non potest esse distantia fm lineam rectam. igitur nec contrarietas. Secundo in motibus non est contrarietas nisi pp loca: ut dicitur quinto Physicoꝝ: sed locus eius quod mouet̃ circulariter: & locus eius: quod

Margin notes: Lationem κίνησιν Motum Rectum τῆς εὐθείας Super linea recta — Quae Auer. com. xxiiii. Nota expõe — Quae Auer. Com. xxiiii. — Quae Auer. Com. xxiiii.

mouetur recto motu/non contrariantur:ut nunc supponit:& aliquantulum declarat:quia illud quod Mouetur circa medium/non opponitur ſm locum eis quæ mouent̃ uel ad medium / uel a medio:ut est notum·igitur circulari motui non uidet̃ rectus opponi·iti·si motui circulari esset rectus motus cõtrarius: Tũc cœlũ æelementis esset cõtrarium:qm Motus contrarii sunt corpoꝶ cõtrarioꝶ:ut sæpe est dictum·Quod uero cœlũ non sit æelemẽtis cõtrariũ:probat : quia tunc oꝫ cœlum & æelementa Motuo inter se trãsmutari:ut ignis in aquã:& econtra·at cõtrariũ uidetur: cœlũ·n·æelemẽta conseruat:cũ contineat illa/Immo est æelementis quasi forma conseruatrix:cũ oĩs uirtus contiguet̃ inde/ut dr̃ primo Meteoroꝶ·Hæc Aueroes de contrarietate motus recti & circularis·Com·uero sequẽti declarat Aueroes/duo primo q. rectum uidetur opponi curuo & cõ cauo·Scdo q. pp hoc magis opponi uidetur circulari·primũ declarat ex definitionibus quia rectum est cuius oẽs partes sunt æquales·Curuũ uero cuius una pars supereminet/cõcauum etiam cuius una pars eleuat̃:& sic sequitur rectum opponi illis saltem ſm quid:hinc declarat secundũ: nam si rectũ opponitur illis scdm quid:quia participat circularitatis:maxime uidet̃ opponi circulari:qm simpliciter circularis oẽs partes sunt iæquales·& sic patet propositum·Animaduerte tamẽ ut recte Aueroes inquit rectum & curuũ atq concauũ opponi : sed aliter illa inter se:aliter recto·Nã inter se curuũ & cõcauum opponunt̃ relatiue:recto uero si opponant̃:opponuntur cõ trarie·Hæc Aueroes circa textum·Sed circa hæc quæ Aristoteles inquit:sunt dubitationes non paruæ·Prima est cõtra rõnem Aristotelis:qm illa concessa/sequit̃ motum rectum non hr̃e motum contrariũ:quia per formã rõnis Aristotelis/si motus rectus haberet aliquem motũ contrarium:maxime uidet̃ circularis:quia per rõnem Aristotelis circularis dr̃t specie a recto · Sed circularis non ur̃ contrarius recto:igit̃ nullus alius:& ita nec rectus recto·& p consequens Motus sursum & motus deorsum Minus uident̃ contrarii:cum sub eodem mẽbro contineant : utpote sub recto·uel põt aliter Dubitacio oriri:qa minus uidet̃ Motus deorsum contrarius motui sursum:q̃ rectus circulari·Sed motui sursum contrariat̃ mot⁹ deorsum:igit̃ recto cõtrariat̃ circularis·Maior patet per racionem Aristotelis:quia rectum & circulare differunt specie:& genere conueniunt·Secundo dubitat̃:quia ratio Aristotelis supponit Motum rectum & motum circularem eẽ eiusdem generis · Sed hoc uidetur falsum : primo quia corruptibile & incorruptibile differunt spẽ & genere:ut ubiq colligitur e peripateticis contra platonem·constat aũt rectum motum eẽ corruptibilem/circularem æternũ·Secundo quia in lib·de substantia orbis semp Aueroes inqt æternis & corruptibilibus nihil esse cõmune uniuocum·at circularis motus æternis competit·rectus corruptibilibus·Tertio dubitat̃:quia ratio Aristotelis uidetur cõsistere in hoc: q. quia rectus & circularis non sunt ad contraria loca:motus rectus & circularis nullatenus sunt contrarii Modo hoc uidetur falsum:quia Aueroes·Quarto physicorum cœlo assignauit medium mundi p loco·& leuibus corporibus concauum lunæ·modo hæc loca opponi uidentur : cum maxime per lineam rectam distent·Quare & loca & motus & corpora uidentur contraria·Dubitat expositor &·Quarto/qa Aristoteles ait circulari maxime contrariari rectum·Modo hoc uidetur erroneum:cum in prædicamentis dictum sit figuræ nihil esse contrarium·rectum uero & circulare sunt differentiæ figuræ·Quinto philoponus hic redarguit Aristotelẽ:Nam Aristoteles ait con cauum & curuũ opponi secundum relationẽ·Sed hoc uidetur falsum:quippe cum relatiua simul sint:atq non sint·fieri autem potest/ut hæc non simul sint:Nam potest sphæricum corpus exterius esse curuum:& interius non concauum/ut pila·Igitur concauum & curuum non semp sunt simul·Sexto dubitant non nulli & perite:quia motus circularis saltem habet priuatiue oppositũ silicet quietem·modo termini generationis sunt priuatio & forma·Si igitur ex natura motus super naturam formæ arguitur:Inuenietur forma cœli habere saltem priuatiue oppositum : & sic ipsam inueniemus terminare mutationem in substantia·arguo igitur contra Aristotelem q. si ratio sua ualeret:tunc cœlum esse corruptibile·utrum uero circulari motui sit motus aliquis contrarius postea disputabitur·Nunc autem nobis sufficiat saltem defendere rationem Aristotelis/ & dubitationes hasce refellere· Verum ante hæc non est inutile tangere opiniones quasdam·Iuniores itaq tenent primo motui circulari cœlesti nullum motum esse contrarium·quia si quis esset:ille esset in rerum natura:quoniam contrariorum si alterum est in rerum natura:& alterum· at nullus motus est talis in rerum natura:oporteret enim esse per eandem lineam omnino uel æquiualentem:& ita oporteret esse ab occasu in ortum per meridiem & super eosdem polos/ & super lineam eandem·at talis nullus est:quia perpetuo cœlum mouetur ab ortu in ipsum occasum per meridiem·igitur nullus est dabilis huic contrarius ab occasu in ortum per meridiem/ & per eosdem polos/& eandem lineam·Secundo tenent in his inferioribus motui circulari esse da bilem

Quæ Auero· com·xxv·

Dubita· Prima

Scda

Tertia

Com·xliii·& xlv·

Quarta

Quinta

Sexta

Excusatio

Prima põ

bilem contrariam:quia imaginari possumus duos motus circulares alterum ad unam regionē/ & alterum ad oppositam per eandem lineam/& super eosdem polos/& circa eandem axem·Modo tales uidentur contrarii·Tum quia incompossibiles in eodem·Tum quia Mutuo receptibiles in uno eodemq; subiecto·Sed obicit albertilla & sapide:quia motus eiusmodi possunt inter se continuari:igitur non sunt contrarii per regulam quinti libri physicorum:& antecedēs deducit longis uerbi :quæ uide·Melius potest hæc positio refelli q; uidelicet ad motus contrarietatē sunt per necessaria quatuor: quorȝ primum est ut sint ad loca contraria partiliter : defectu cuius motus hi qui fiunt ad latus non sunt contrarii:quia talia loca possunt non esse contraria·Scđm est ut fiant super lineam breuissimam:quæ est recta secundum geometras· quam ob causam recto motui circularis non contrariatur·Tertium ut fiant sup eandem linem / uel æquiualentem: qua ratione motus stellæ non errantis & motus saturni non contrariantur : quia non fiunt per eandem lineam:nec super eosdem polos:nec circa eandem axem·Quartum ut si alter sit naturalis alicui contrarius sit eadem præter naturalis·Quam ob rem motus terræ deorsum non cōtrariatur motui ignis deorsum:cum uterq; secundum speciem sit naturalis terræ · Ex his refellitur positio:Nam licet illis motibus quos fingunt:non nulla horum competant:tamen deficit secūda conditio:non enim fiunt super lineam rectam·& propterea non possunt esse contrarii secundum perfectam rationem contrarietatis·hanc enim contrarietatem sic completam Aristoteles remouet a motibus circularibus·Expositor uero autem in omni genere reperiri differentiarum contrarietatem:non tamen specierum·licet enim rationale & irrationale sint contrariæ differētiæ:non tamen homo & equus sunt specie contrarii·uult igitur inter motum rectum & circularem esse contrarietatem secundum differentias:non autem secundum species : & ita concedit in cœlo contrarietatem:quia secundum differentias:& non secundū species:Immo in cœlo est contrarietas secundum differentias paris & imparis:recti & circularis:& id genus·Hæc expositor· Ego uero multum ambigo quo nam modo differentiæ specierum possint esse contrariæ secundum omnes conditiones:& species quas illæ differentiæ constituunt:non·Nam omnis contrarietas est propter formas:modo differentiæ specierum aut sunt formæ illarum : aut colliguntur a formis·igitur ubi differentiæ erunt contrariæ perfecte:formæ specierum erunt contrariæ : q̃a differentiæ uel sunt formæ:uel ex formis collectæ·ubi autem formæ specierum erunt cōtrariæ: species erunt contrariæ formaliter:igitur non stat differentias esse contrarias: & species nō esse contrarias·propterea quicquid uelint alii/peripatetice sentiendo dico q; contrarietas Motuum non nunq̃ pro oppositione priuatiua intelligitur·ut Aueroes inquit in physicis/non nunq̃ pro oppositione quæ est maxima distantia secundum lineam rectam eandem uel æquiualentem ab uno loco opposito ad alterum secundum duos motus:quorum unus est alteri naturalis: & alter eadem uiolentus·interdum pro incompossibilitate motuum uel formarum in eodem secundum aliquas conditiones·Si igitur loquimur de oppositione priuatiua: sic circulari motui respondet contrarium quia respondet quies secundum peripateticos·Vnde cœlo non repugnat quies saltem secundum partem:&si non secundum totum:quiescit enim cœlum a reuolutione hesterna: &est in potentia ad reuolutionem futuram·& hanc non negat Aristoteles ī cœlo atq; motu cœli:non enim ex contrarietate motus hac sequitur cœlo inesse contrarium in substantia positiuū Immo nec priuatiuum:stat enim alicui motui conuenire contrarium priuatiue: & tamen mobile quod naturaliter mouetur illo motu:nullum habet contrarium aliquo pacto:ut de cœlo ipso diximus·Vnde contrarietas positiua motuum arguit contrarietatem mobilium: quæ naturaliter mouentur illis motibus·Contrarietas uero priuatiua/nullatenus·causa est quia positiua contrarietas motuum proficiscitur e formis mobilium:omne enim quod naturaliter mouetur: mouetur a sua forma· Priuatiua uero contrarietas e formis non exit· Nam in accidentibus pura accidentis priuatio reperiri potest:quæ nullam formam positiuam inseperabiliter comitet· Quare stat Motum cœli habere contrarium priuatiue:& cœlum esse omnino absolutum a contrarietate·Sin autem loquimur de contrarietate positiua:sic inter circulares motus est dabile contrarium/non quidem secundum omnes conditiones:sed secundum aliquas : ut dictum est· Aristoteles uero remouet a motu cœli contrarium positiuum:& secundum omnes conditiones requisitas ad ueram contrarietatem·his elucidatis/ad dubitationes dicamus:& ad primam primo/dico q; non sunt cætera paria:primo q; licet ratione habita ad differentiam quæ est inter motum rectum & circularem:recto motui uideatur circularis magis contrarius:rōne uero cæterarum conditionum recto magis rectus contrariari uidetur· Tum quia non omnis rectus omni recto est idem specie;Tum quia Motus recti effici pn̄t super lineam rectam : circulares minime· Ideo ua/

Confutacio· Albertillæ
Cōfuta· nr̄a Conditiones Contrariorȝ Motuum·
Quæ exp̄tor
Dubitatio cō tra pōnem
Dilucidatio

let si circulari competit motus contrarius: ille esset rectus: quoniam rectus differt specie a circulari: at circularis a circulari minime· de recto uero: non est ita: quia recto potest assignari motus contrarius rectus: Tum quia rectus potest specie differre a recto: Tum quia effici possunt super linem rectam· per idem ad secundam: Nam motus sursum & deorsum magis habẽt de ratione contrariorum: q̃ rectus & circularis: Tum quia habent sufficientem differentiam: quae ẽ specifica: Tum quia fieri possunt super linem rectã: & etiam propter alias causas · ad Tertiam: quae est secunda dubitatio| potest defendi Motum rectum & motum circularem · esse eiusdem generis: quia ambo sunt in praedicamento ipsius ubi· Nam ut dicitur quinto physicae auscultationis ad tria praedicamẽta est motus: & localis ad ubi: quare omnes locales sunt eiusdem generis ubi: quod etiam Aueroes asserit contra Auicennam· Quarto physicae auscultationis: sic igitur defendi potest Motus hosce esse eiusdem generis· Tunc ad primam dico q. dictum illud locum habet in substantiis tantum· In illis enim corruptibile & incorruptibile differunt genere· In accidentibus uere minime· unde secundum Aueroem dimensio terminata: & dimẽsio interminata sunt eiusdem generis: & tamen altera est aeterna: altera corruptibilis · Causa uero cur in substantiis authoritas illa locum habeat: non autem in accidentibus: est quia omnis substantia est incorruptibilis per hoc quod caret materia & contrario· corruptibilis uero ecõtra| quia est in materia: & habet contrarium· Quod autem caret materia & contrario: est substãtia seperata: quod habet materiam & contrarium: est substantia composita· Constat autem apud peripateticos substantiam sepgratam differre genere a substantia composita: quicquid uelit plato· accidens uero esse potest corruptibile| non tantum quia habet contrarium: & subiectum: sed quia sequit̃ formã mortícinam· potest esse aeternum: & habere contrarium: quare aeternum & corruptibile in accidentibus non efficiunt differentiam generis: quia possunt alterum esse aeternum: & alterum corruptibile: tamen ambo habere contrarium & subiectum· In substantiis uero sic | propter rationem tactam· Ad dictum Auerois in libro de substantia orbis dico q. habet locum in omnibus aliis praeter motum: Nam Motus idem genere potest coelo & aelementis conuenire · & si obiceres q. tunc coeli dimensio: & demensio interminata erũt eiusdem generis: quia ambae aeternae: dici potest dimensionem interminatam esse saltem corruptibilem secundum terminos· Ad tertiam dico q. licet illa loca sint contraria: tamen illa loca non sunt contraria: quatenus sunt termini motus· Praeterea licet illa loca sint contraria: non sunt acquisita modo cõtrariorũ· ad dubitationem expositoris: ipse optime soluit| uerbum Aristotelis esse propositionem hypoteticam: in qua stat antecedens & consequens esse falsa: & tamen totam esse ueram· Ad quintam philoponi etiã expositor optime respondet q. phylosophus loquitur de concauo & conuexo quatenus inueniunt̃ in linea: & non in corpore· Ad sextam patuit solutio in dilucidatione·

Com·xliiii·

At hae quae super linea recta sunt: inter se cõtrariae sunt ob loca· Sursum enim atq̧ deorsum & differentia loci· & contrarietas est·

ἐπὶ τῆς εὐθείας in recto: Sup liea recta


Sylogismus littere| ut dicebatur: erat: si motui circulari est aliquis motus contrarius: maxime esset rectus· at rectus non est· igitur motui circulari nullus est motus contrarius· Maior iam probata est· & optime disputata· at nunc Minor probatur in textu: & arguit sic: lationes rectae: quae super linea recta sunt| inter se contrariae sunt ob loca· igitur nulla latio recta potest esse circulari cõtraria: aliter uni motui simplici essent plures motus contrarii: quod superius est reprobatũ · Quod uero rectae lationes quae super linea recta fiunt: ob loca sint contrariae: probat ex eo| quia sursum & deorsum sunt Tum loci differentiae: Tum locorum contrarietates: locus enim diuiditur p sursum atq̧ deorsum: itemq̧ & loco sursum contrarius est locus| qui est deorsum · Quare Motus rectus sursum & motus rectus deorsum ob loca contrarii sunt: & sic patet sylogismus totus: quo ꝑbauit motui circulari rectum non esse contrarium· Aueroes uero praesenti com· probat totũ hoc sensu & ĩquit & hoc quod dixit Aristoteles: est manifestum sensui: quoniam si corpora coelestia essent contraria aelementis: corrumperetur hic mundus inferior statim propter excessum magnitudinis coelorum ad aelementa· & probat consequentiam etiam ratione Aristotelis in libro Meteororum: qua refellit positionem Pythagorae dicentis coelum esse ignem: arguebat enim Aristoteles| q. si coelum esset ignis: omnia aelementa destrueret in tempore breui· per haec igit̃ uult habere coelum non esse contrarium aelementis: & si coelum non est contrarium aelementis: nec motus coeli erit contrarius motui aelementorum· & ita motui circulari rectus non est contrari⁹· Haec Aueroes hic: & superiore comen·

Quae Auero· Com·xxvi·


Deinde

Deinde si quis opinetur eandem esse rationem quæ est & in recta linea est uerbũ additum:& in circulari:eam enim quæ ab a in b lationem contrariam esse ei quæ ab ipso b in a:eam quæ in recto dicit:hæc enim finita est· Circulares uero circa eadem puncta erunt infinitæ·

Finita est finitẽ una est·



Nunc secundo ostendit motui circulari non esse contrarietatem dandam secundum partes:ubi animaduersione dignum:q contrarietas in partibus motus circularis potest trifariam intelligi aut quatenus accipitur secundum diuersas portiones circuli : quæ designantur inter duo puncta:& secundum eandem regionem : ut pote inter a b per c d:& e:& f:& cæteras portiones quæ secundum eandem regionem designantur:aut secundum eundem semicirculum:ut pote ab a in b per c d:& ab ipso b in a per eundem semicirculum c d:aut secũdum diuersos semicirculos: ut pote ab a in b per meridiem:& ab ipso b in a per medium noctis:per ordinem igitur Aristoteles primo ostendit in partibus motus circularis non esse contrarietatem secundum diuersas portiones:quæ accipiuntur inter puncta a b : & utitur ea ratione : qua superius utebatur:quia portiones eiusmodi possunt esse infinitæ : & ita motus : qui super eiusmodi portiones fierent: essent infiniti:quare uni motui cõtingeret motus infinitos contrarios esse· Inquit deinde si quis opinetur eandem esse rationem:quæ est & in recta linea:& in circulari:nam eam quæ ab a in b lationem contrariam esse ei:quæ ab ipso b in a supple dicit:hic quidem si hoc dicit:non in circulari:sed in recta linea dicit:cuius causam addit:quia hæc linea inter a b est finita hoc est una: circulares uero inter eadem a b possunt esse plures atq; infinitæ · Quare dicens lationem ab a in b esse contrariam ei:quæ est ab ipso b in a:non in circulari linea dicet:sed in recta animaduersione dignum aliquem posse extimare inter a b puncta fieri motus contrarios : ut pote extimando motui ab a in b esse contrarium motum ab ipso b in a:& quia hæc extimatio uidetur fieri posse tam per circularem q̃ per rectam lineam : Aristoteles occurrit & ostendit hoc non esse extimabile:nisi in recta linea : uel in circulari ratione rectæ · cuius causam tradit : quia inter puncta a b una tantum cadit linea recta:infinite uero circulares : at cum contrarietas sit unius ad unum:iure inter a b puncta non potest extimari contrarietas motuum : nisi quatenus fiunt in linea recta:uel in circulari ratione rectæ lineæ · Ex hoc colligitur syllogismus si in partibus motus circularis intelligeretur contrarietas ob diuersas portiones designatas super a b puncta: esset quatenus extimaretur motus ab a in b & ab ipso b in a esse contrarios in circulari linea ultra:sed hi non sunt contrarii:quatenus intelliguntur super linea circulari:quia super a b puncta circulares lineæ fieri possunt infinitæ:sed quatenus intelliguntur super linea recta :quæ super a b puncta est una:igitur in partibus motus circularis non est contrarietas secundum diuersas portiones circuli designatas super eadem puncta:hæc est uis textus:& syllogismus·Quo uero ad uerba attinet : debes scire q Aristoteles dixit : hæc enim finita est : & græce scribitur hoc est:hæc enim finitur uel finita est:nam accepit finitam esse pro unã esse:quasi dicat:hæc enim una est inter duo pũcta:at circulares lineæ sunt plures:quia infinite· Occurrit philoponus huic rationi:ut Simplicius narrat · Primo quia ratio Aristotelis deducit ad hoc q infiniti motus essent infinitis contrarii:& non quod uni essent infiniti motus contrarii:declarat quia motui facto ab a in b per k lineam circularem non is motus est contrarius:qui



Sensus text9·

Syllogismus·

Verborũ põderatio & expositio·


Obiectiones Philoponi·

fit ab ipso b in a per i circularem: sed per eandem portionem k · & similiter motui facto ab a in b per i portionem non est contrarius is: qui e contra per h portionem: sed per eandem i portionem: & sic de cæteris quare infiniti erunt infinitis contrarii: & non uni · Hoc autem non uidetur absurdum / sed necessarium secundo occurrit quia eadem absurditas uidetur sequi in rectis: Nam quemadmodum inter duo puncta possunt infinitæ portiones circuli describi: ita a centro mūdi ad circūferentiam possunt describi infinitæ lineæ rectæ · Quare iuxta uim rōnis Aristotelis uni motui recto essent infiniti recti contrarii · Sed phyloponus errauit: & Aristotelem nō intellexit: Aristoteles · n · supposuit Motus ab a in b: & econtra ab ipso b in a contrarios esse secundum contrarietatem a b terminorum: quemadmodum accidit in rectis ipsis motibus contrarietas uero a b terminorum eiusdem rationis est in omnibus illis motibus: qui fiūt per eas circuli portiones: quas descripsimus: unde & Aristoteles dixit · Deinde siquis opinetur eādem esse rationem: quæ est & in recta linea: & in circulari: Ad denotandum q supposuit motus illos non aliter esse contrarios: quā recti sint contrarii: utpote ratione terminorum a b · Quod si hæc suppositio uera sit: sequitur q quilibet motus qui fit ab a in b: per quamuis portionem circuli: sic contrarius motus qui fit ab ipso b in a quæ ratio docet q non solum uni motui sint infiniti cōtrarii: Sed quod cuilibet infinitorum motuum ex una parte incipientium contrarientur infiniti motus: qui ex parte contraria incipiunt: ut recte expositor simplicium interpretatur · Ad secundam recte simplicius & expositor dicunt q omnes lineæ quæ e centro deducuntur ad circumferentiam sint æquales · & ideo eandem designant distantiam inter contrarios terminos: quo fit ut in omnibus eadē sit ratio contrarietatis: quæ maximam importat distantiam · lineæ uero curuæ quæ infinitæ describuntur super eadem puncta: sunt inæquales: quapropter in illis eadem non est cōtrarietatis ratio: cum non sit una eademq distantia secundum curuam lineam accepta · & sic cessant philoponi obiectiones · Aueroes uero textum præsentem uidetur aliter interpretari · uult · n · Aristotelem remouere cauillum: quia posset quispiam dicere in circulari motu esse contrarietatem quemadmodum in recto · Nam ut motus qui est ab a in b contrariatur ei motui: qui est ab ipso b in a ratione cōtrarietatis terminorum a b per lineam rectam: sic motus ab a in b per arcum c d est cōtrarius motui facto econtra ab ipso b in a per arcum e · hunc cauillum refellit Aristoteles: & ostēdit non esse simile: quia non est dicendum motus ab a in b & ab ipso b in a esse contrarios ratione arcus c d & arcus e: quemadmodum ratione lineæ rectæ a b · Quod autem non sit simile: uult Aueroes Aristotelem demonstrare: & demonstrationem eius fouet duabus suppositionibus: quarum prima est / q uni unum dumtaxat est contrarium: hæc suppositio non semel in hoc libro est declarata: & in decimo metaphysicæ demonstrata · Secunda est quod contrarietas proprie solum per lineam rectam describitur probat: quia contrarietas Motuum describitur per maximam terminorum distantiam: ut · x · metaphysice deducitur terminorum maxima distantia est linea recta: quæ est una tantum inter terminos · Nam inter duos terminos una linea recta tātum describitur: quæ est maxima: qua nulla maior / describi potest: & minima: qua nulla minor · at īter duos terminos infinitæ curuæ assignari possunt: quarum altera est semper altera maior: ac maior · igitur contrarietas motuum solum per lineam rectam est describenda · Ex his suppositionibus syllogizat Aueroes dupliciter: primo longitudo recta est motus recti · igitur contrarietas motuū non inuenitur nisi in motu recto · unde syllogismus componitur secundum longitudinem rectā est Motuum contrarietas · secundum longitudinem rectam fiunt motus recti · igitur in tertia figura contrarietas motuum est secundum longitudinem rectam · Secundo syllogizat secundum infinita non est contrarietas motuum · lineæ curuæ sunt infinitæ · igitur secūdum lineas curuas non est motuum contrarietas · Maiorem probat: quia si secundum infinita esset motuum contrarietas: tunc uni essent infinita contraria / contra primam suppositionem · Hæc Aueroes: quæ quātum textui consonent: tu animaduertas ·

Sol'

Quæ Auero · com · xxvii ·

Similiter autem & in semicirculo uno: utpote ab ipso g in d: & ab ipso d in g . Eadem enim in diametro est · Semper enim unumquodq per lineam rectam distare ponimus ·



Secundo ostendit q. non est contrarietas in partibus circularis: quae accipiuntur secundum eundem semicirculum: posset enim aliquis dicere q. motui qui est super unam circuli portionem utpote ab a in b: non contrariatur quilibet motus qui est a b in a per quamuis portionem: sed per unam eandemue: utpote qui per unum semicirculum a g in d per c: cõtrariatur/motui qui est super eundem semicirculum a d in g per c regionem· Contra obicit: & ratio componitur sic: cõtrarietas sumitur paenes maximam terminorum distantiam· linea curua non est maxima distãtia· Igitur paenes illam non sumitur contrarietas· Quare in partibus motus nõ potest esse contrarietas/nec secundum eundem/nec secundum diuersum semicirculum· Inquit similiter autẽ & in semicirculo uno est contrarietatis ratio: ut in semicirculis pluribus· et addit exemplum/& inquit/ utpote ab ipso g in d: & ab ipso d in g: & tu intelligas per c regionem· quasi dicat q. quemadmodum non poterat accipi ratio contrarietatis per semicirculos plures: ita nec per semicirculũ unũ cuius causam subdit: quia ratio contrarietatis quae sumeretur in uno: & in pluribus semicirculis eadem est: Nam ratio illa nõ potest esse nisi linea recta quae est inter a d· Modo haec linea recta a d una eademq; est siue super illa unus/siue plures constituantur semicirculi · & quod illa ratio esse non possit nisi linea recta: probat & inquit semper enim unumquodq; maxime distare ponimus per lineam rectam· & per hoc uult habere Minorẽ syllogismi uidelicet q. linea curua non est maxima terminorum distantia: sed linea recta· Dictum est enim super duo puncta constitui non posse nisi unam tantum lineam rectam: propterea est minima & maxima & una · lineae uero curuae possunt esse infinitae super eadem puncta· & sic patet uis syllogismi· Aueroes uero parum differens ab expositoribus/uelle uidetur/ Aristotelem remouere cauillum hunc: quia posset dici super duo puncta non posse cõstitui nisi unum semicirculum eiusdem circuli: & ita uidetur esse unus inter puncta contraria: praeterea uidetur esse maximus & minimus: maximus quidem quia maior eiusdem circuli constitui non potest: & minor eiusdem circuli etiam constitui nõ potest: si enim maior uel minor semicirculus super puncta a d constitueretur nõ esset unius & eiusdem circuli: quia eiusdem circuli unus est semicirculus: una quoq; medietas tantum· quare Motus ab a in d per c semicirculum uidetur contrarius motui a d in a per c semicirculum: quoniam est super maxima distantia & una distantia & minima· Cõtra obicit Aristoteles: & supponit ex decimo metaphysice rationem contrarietatis non posse sumi a linea curua in eo quod curua: sed in eo q. eius basis est linea recta· probatur quia ideo unus tantum semicirculis super a d puncta eiusdem circuli formatur: quia super una linea tantum recta quae est a d collocatur· igitur prima ratio cõtrarietatis nõ est a semicirculo: sed a recta linea/quae est illius semicirculi una basis· hũc Aueroes dupliciter componit syllogismum: primo sic Maxima distantia non est nisi in linea recta· Contrarietas est maxima distancia· igitur contrarietas non est nisi in linea recta · Secundo sic remotio in fine non inuenitur nisi in recto Contrarietas est remotio in fine· igitur contrarietas non inuenitur nisi in recto· Sed hic syllogismus in nullo fere differt a primo · uel potest secundo principaliter aliter componi quae mouentur: contrariantur quatenus Mouẽtur modo cõtrario ab extremis diametri· igitur non quatenus Mouentur ab extremis semicirculi· antecedẽs supponit tanq̃ perse notum tum ex dictis/ Tum ex decimo metaphysice: consequentiam nõ aliter probat: quia ipsam patere supponit: quoniam non possunt aliqua contrariari duplici ratione cum uni unum sic contrarium: & secundum unam rationem ·/Haec Aueroes/& optime· Obicit uero phyloponus contra Aristotelem hic: quia geometrae & astrologi non solum accipiunt quãtitatem lineae curuae per lineam rectam: sed econtra: quippe cum quantitatem arcus per cordã: & cordae per arcum doceant sumere· Docet enim geometra per diametri quantitatem colligere quantitatem circuli: & econtra quantitatem diametri per quantitatem circuli· praeterea astronomi docent quantitatem stellae per quantitatem diametri eius: & econtra· Sed soluunt & optime: Nam multum refert loqui de distantia duorum terminorum: & de mensura diametri inter illos duos terminos collocatae· Nam potest & diameter per arcum : & arcus per diametrum Mensu/

Quae Auero· com·xxviii·

Obiectiones phyloponi· Prima


Sol simplicii

rari:ut probat ratio· Verum distantia duorum terminorum non nisi per lineam rectam colligi potest:ut diximus:eo quia si super illa duo puncta non collocatur nisi unus semicirculus eiusdē circuli:hoc non est nisi quia una tantum linea recta super illis constituitur · Quare prima ratio distantiæ duorum terminorum:non nisi a recta linea accipitur·uel facilius dici potest q. licet tā a semicirculo siue curua linea/ q̄ a recta linea quantitas & distantia duorum terminorum accipi possit:prima tamen ratio accipiendi illam distantiam est a linea recta:& non a curua:& hoc uult Aristoteles ut Aueroes indicat in com· Secundo obicit idem phyloponus/ Nam in cœlo maxima distātia est iter duo puncta opposita/utpote inter caput Arietis & caput Libræ: unde & astronomi propter hoc accipiunt oppositionem stellarum· Quod si contrarietas est maxima : potest secundum hanc diametralem distantiam in motu cœli attendi contrarietas· Soluit expositor & dicit q. illa distantia maxime attenditur secundum quantitatem diametri:& non secundū quantitatem semicirculi:alioquin plus distare principium Arietis a principio Sagittarii: quod respicit trino aspectu/ q̄ a principio libræ:quod respicit aspectu oppositionis· Hæc expositor:& uidetur Mihi q. dicat uerum/ sed non per ueram rationem:non enim aries respicit sagittarius aspectu trino ex ea parte:qua respicit libram· nam libram respicit per aspectum oppositionis duplici ratione quia tam per successionem signorum: q̄ contra succesionem signorum:quoniam utroq; modo est maxima punctorum distantia· & aries Sagittarium respicit trino aspectu una ratione tantum:quia contra succesionem signorum:per successionem enim signorum Aries sagittariū nulla ratione respicit:& propterea astronomi uolunt Arietem respicere leonem & sagittarium trino aspectu : leonem quidem per successionem signorum & sinistra radiatione/ sagittarium uero contra successionem signorum:& dextra triāgulatione:& sic uidetur q. ratio expositoris astronomiam non sapiat·tamen sua solutio uera est:quoniam caput arietis & caput libræ opponuntur:quia maxime distant/ distant uero maxime:non propter arcum cœli: sed propter lineam rectam:quæ inter illa collocatur· quare in motu circulari non potest assignari propter hoc ratio contrarietatis/ & hoc recte dicunt expositor & simplicius·

ii·Obiectio· | Sol Thomæ | Obiectio | Aprobatio solutionis

Simili ratione & si quispiam circulum faciens: lationem eam quæ in altero fit semicirculo:ei cōtrariam posuerit:quæ fit in altero· uerbi causa:in toto circulo eam quæ est ab e in z super h semicirculo:ei quæ est ab ipso z in e super d semicirculo·

Facies | Describens | Verbū fit est additum· | h n d &



Tertio ostendit q. non est contrarietas in motu circulari secūdum duos semicirculos diuersos· uerbi causa:sit unus circulus:cuius diameter est e z diuidens ipsum in duos semicirculos:in quorum uno h:i alio d describatur· posset itaq; aliquis dicere q. motus qui est ab e in z per semicirculum h: est contrarius motui:qui est ab eodem e in idem z p semicirculum d· probat igitur Aristoteles q. tales motus semicirculares non sint contrarii per illam eandemq; rationem:qua & primū improbabatur:uidelicet q. distātia inter e d z:& distantia inter e h z nō mensurantur semicirculis: sed diametro e z· igitur contrarietas in talibus non est ratione semicircularitatis· unde inquit simili ratione supple tu cōfutabitur/ si quis circulum faciens & describens/ lationem eam:quæ in altero est semicirculo : ei contrariam posuerit : quæ fit in altero:& quia exemplis magis capimus:inquit uerbi causa/ in toto circulo eam/ quæ est ab e in z super h semicirculo ei quæ est ab ipso z in e super d semicirculo:Dico simili ratione improbatur/ quia ut dictum est contrarietas est maxima distantia:maxima autem distantia mensurat̄ recto:& non curuo:quare eiusmodi motus semicirculares cōtrarii nullatenus esse poterunt·

Præterea

Præterea & si hæ contrarie sint:nõ tamen ob hoc hæ:quæ super toto circulo sunt: inter se erunt contrariæ·

Demum ostendit q dato q iste partes motus circularis essent contrariæ· Non tamen propter hoc sequitur contrarietatem esse in motibus circularibus secundum totum· Et inquit præterea & si hæ supple lationes partiales contrariæ sint:non tamen ob hoc hæ : quæ super toto circulo sunt:inter se erunt contrariæ·igitur motus circularis secundum totum contrarii esse nõ possunt hæc Aristoteles·Circa præsentem & precedentem textum:quid uelit Auerroes:non satis explicate intelligitur·Tum ex malis eius translationibus·Tum ex mala textus interpretatione·tamen dicam quæ uidentur ex suis uerbis intelligi/& si minus consonabunt: tu qui es curiosus suæ doctrinæ:perquire melius· Videtur igitur Auerroes uelle q Aristoteles remoueat cauillũ· posset enim quis dicere semicirculares motus esse contrarios imaginando lineam rectam e ȝ:& duos semicirculos·uidelicet e h:& ȝ d: qui super linea e ȝ recta moueantur donec fiat unus circulus e d ȝ h:hac imaginatione stante: patet motus illos partiales illorum semicirculorum esse contrarios:tunc arguitur motus semicirculares sunt contrarii:igitur totales motus circulares:quoniam sicut in parte: ita est in toto· hæc est dubitatio·uult Auerroes q Aristoteles remoueat talem cauillum multipliciter·Primo quia eiusmodi motus semicirculorum nõ sunt contrarii: quo sint facti super circulari linea: sed quo sunt facti super linea recta:que ratio docet solum in rectis motibus esse contrarietatem:nõ autem in circularibus/nisi quatenus super recta fiunt linea· Secundo quia semicirculi tales non mouentur semicirculariter / quatenus subeunt rationem circuli:sed quatenus subeunt rationem corporis rectarum dimensionum:quia licet sint semicirculi: non mouentur semicirculariter: sed recto motu· Tertio dato q sint semicirculi/& moueantur modo semicirculorum & subeant rationem semicirculorum:non sequitur si partes motus circularis sint contrarie:q motus totales sint contrarii:ut dictum est· & huius causam assignat expositor:quia non sequitur ad contrarietatem partium contrarietas totius· Auerroes autem melius rationem assignat:quia circulus & semicirculi non sunt homogenii atq similares:secus in rectis quæ sunt similaria:nam omnis recta linea est recta:& pars recti est recta· Semicirculus uero nõ est circulus·& propterea non sequitur motus semicirculorum sunt contrarii·igitur motus circulares sunt contrarii·hæc sunt·quæ colligi possunt ex confusa translatione Auerois· Tu uero magis suæ doctrinæ fautor diligentius uerba considera·Animaduertas tamen q nec Aristotelicæ eius translationes:nec eius in illis expositiones sunt recte·non enim hæc eius interpretatio cõsonat græcis nostris codicibus:licet non nihil fructus habeat·hæc de comento·


Quæ Auer· com· xxviii·

h ȝ e d

h ȝ e d

Quæ expositor·

At uero neq ea latio circularis:quæ est ab a in b :ei contraria est:quæ est ab a in g ·In idem enim hæc ex eodem est motio;contraria uero latio definitur esse ex contrario in contrarium·



Hactenus demonstrauit q in partibus motus circularis non est contrarietas· Nunc ostendit q nec toti motui circulari est alius motus circularis totus contrarius:& hoc duplici ratione: & primo describatur a b g circulus: super hunc uero circulũ intelligantur duo motus circulares:quorum unus incipiat ab a & per b uadat in g :& sic reuertatur ad a · quare hic motus sit a b g a· Alter sit econtra ab a incipiens per g uadat in b redeatq in a iterum· Quare hic motus sit a g b a ·probat itaq Aristoteles eiusmodi motus non esse contrarios:& syllogizat sic : motus contrarii sunt:qui incipiunt e contrariis terminis & desinunt in contrarios terminos:ut definiti sunt quinto physicæ auscultationis·Sed motus a b g a:& motus a g b a non incipiunt e contrariis & desinunt in contraria:uterq·n·ab a incipit:& in a desinit·igitur eiusmodi motus nõ sunt contrarii· De rõne tangit primo conclusionem dicens at uero neq ea

latio circularis;quæ est ab a in b:ei contraria est:quæ est ab a in g. hæc est conclusio. Deinde tāgit minorem/& inquit in idem.n.hæc ex eodem est motio.est igitur minor/sed motus a b g a: & motus a g b a non incipiunt e contrariis & desinunt in contraria. Demum tangit maiorem: & inquit contraria uero latio definitur esse ex contrario in contrarium. hæc est maior. Vnde

Quæ Auer. comē.xxx. Auerroes eodem modo exponens hunc locum inquit & cum posuerimus has duas propositiones uidelicet motus contrarii sunt qui super rectam dimensionem sunt e contrariis terminis in contrarios terminos:& motus circulares super rotundū non sunt e contrariis terminis in contrarios terminos. Concludetur in secunda figura q. motus circulares non sunt contrarii. hæc Auerroes.

Obiectiones Philoponi. Obicit philoponus his:quæ hic dicit Aristoteles. Primo quia Aristoteles arguit:ea contrarietas quæ est in rectis motibus:non est in circularibus:igitur nulla contrarietas est in circularibus: & q. ita arguat deducit quia quinto physicoꝝ. contrarietas motuum quæ est eorum qui sunt e contrariis in contraria est contrarietas rectorum motuum. Quare uidetꝰ comittere paralogismū consequentis arguendo a particulari negatiue ad superius:non.n.ualet:non est album. igitur non est coloratum. Secundo obicit quia p rationem Aristotelis uidetur non solū remoueri contrarietas a motibus cœlestis:sed oīno rō motus. nā oīs motus in eo q. motus est ab uno in aliud. igitur ille motus qui est ab eodem in idem:non est motus. tollitur.n.ratio motus propter esse ab eodem in idem. Quare ratio Aristotelis uidetur non tantū tollere rōnem contrarietatis in motibus:sed rōnem motus.

Sol. simplicii expositoris. Ad primam optime soluit q. decipitꝰ philoponus:rō.n. cōtrarietatis:quā dixit Aristoteles est cōis oībus motibus:oēs.n.motus contrarii sunt:qui e contrariis in contrarios sunt terminos. Modo esse e contrario in contrariū est formalis rō cōtrarietatis in motibus:simpliciter & nō in rectis tantū. Quare arguitur negatiue ab æquali ad æquale. Ad secūdam soluitur p id quod Aristoteles.d.in cauillo zenonis.vi.physicoꝝ. ibi.n.dixit cauillū zenonis pbare cœlum nō mutare locū ſm subiectum:& ita nō moueri subiectiue:quia motus ille est ab eodem in idem. Tamen cœlū mutat locū formaliter & ita mouetꝰ formaliter:nam licet idem in motu cœli sit principiū & finis ſm subiectum:nō tamen ſm rōnem & formā. A.n.ut terminus e quo differt rōne a semetipso ut terminus ad quē. Quare rō nihil amplius probat nisi cœlū nō moueri ſm subiectum. hæc melius perquire.vi.physicorū.

Replica. Sed replicabis si a ut terminus e quo differt ab ipsomet ut terminus ad quem:pari rōne idem sub una rōne pōt sibiipsi esse cōtrarium sub alia ratione.

Solutio. Dicendū aliquid sufficere ad diuersitatem:quod non sufficit ad cōtrarietatem. A igitur ut terminus e quo:differt a semetipso ut terminus ad quem:non tamen a ut terminus e quo potest sibiipsi esse contrarium ut terminus ad quem:qm̄ ad contrarietatem requiritur maxima distantia terminorum:quæ esse non pōt sine reali & subiectiua differentia. Quare illa ratio sufficit ad motū:nō aūt ad contrarietatē motus. hæc ad cauillos philoponi

Præterea Præterea si circularis motio circulari esset contraria;frustra erit altera. Ad idem enim sunt.

autem uero. Motio est uerbum additū. Secundo arguit p syllogismum diuisiuum hoc pacto:si motus circulares totales essent contrarii: uel essent ab eodem in idem p eandem regionē:uel ab eodē in idem per alteram atq; alterā regionem. Si circularis motio circulari esset contraria:supple tu p eandem regionem: frustra erit altera:deducit:quia ab eodem in idem ambæ erunt per eandem regionem. Debes scire q. dicuntur motus circulares p eandem regionem:si ambo inceperint ab a ortu per b meridiem:& redeant in a ortum:ita ut primus motus sit a b g a. Secundus sit per eandē regionem & sit a c g a. ex hoc sequitur q. alter sit frustra:quoniam sufficit cœlo alter:ambo enim sunt similes & eiusdem rōnis:ambo enim ab ortu:ambo per b meridiem:ambo in a ortum redeūt a igitur frustra erit alter:& hoc inquit:si circularis motio totalis circulari motioni totali esset contraria:supple & ambæ essent ab eodem puncto in idem per eandem regionē:frustra esset alter.



Dubitatio. Sed occurres:nam in eadē spē nō est frustra alterū indiuiduū si alteri fuerit simillimū. igitꝰ in cœlestibus duo motus similes oīno pñt stare:& alter nō erit frustra.

Solutio. Rñdetꝰ q. secus est in sempiternis:& secus in corruptibilibus. nam in sempiternis sufficit unū indiuiduū in specie:cū careāt materia: incorruptibilibns multiplicatio indiuiduoꝝ est pp̄ter materiā:& sic recte sequitꝰ:q. si illi motus essent ab eodē in idē p eādē regionē:alter eēt frustra. Preterea sequeretꝰ nō tm̄ alterū esse frustra:

sed no


sed non esse contrarios:quia(ut proximo textu)diximus motus contrarii sunt e terminis cōtra/ riis in terminos contrarios.hæc de primo membro.

Insuper id quod circulo fertur(undecunq; incipiat)in oīa similiter loca peruenire contraria necesse est.quæ quidem loci contrarietates sunt sursum & deorsum/ atq; ante & retro:itemq; & dextrum & sinistrum.quippe cum lationis contrarietates per locorum sint contrarietates.

Quæ quidē; sunt autem. Quippe cum autem uero.

Secundo ꝓbat q; motus circulares totales nō pn̄t esse contrarii p alterā atq; alterā regionem.Et supponit unū:q. si sint duo circulares motus cōtrarii:oportet oē quod moueť illis uel altero illorum motuū:trāseat oiā loca cōtraria:quæ sunt sursum deorsum/ante retro/dextrū & sinistrū probat:quia motus cōtrarii sunt de locis cōtrariis in loca cōtraria & p loca cōtraria:ut dictū est.v. physicorū.Debes scire q. hæc suppositio pōt intelligi cathegorice:& hypothetice:si cathegorice: est sensus:q. in cœlo sunt loci differētie ille cōtrarie:p quas oportet trāsire quod moueť illis uel altero illoꝝ motuū:& hoc est uerū:nā i cœlo dextrū est ortus/sinistrū est occasus:añ est culmen retro est imum sursum est meridies:deorsum est septētrio.In elemētis uero loci cōtrarietates sūt duæ:sursum uidelicet & deorsum.sic igiť si celestes mot⁹ sunt cōtrarii:quod moueť illis ul'altero illoꝝ oportet incipere a loco cōtrario:& deuenire i locū cōtrariū:& trāsire p oīa dicta media loco cōtraria:que p eādē lineā inueniūť.Sinaūt suppositio intelligať hypothetice:erit sensus q. cœlestes motus sunt cōtrarii:quod mouetur illis uel illoꝝ altero:opꝫ trāsire p oīa loca cōtraria: si in cœlo sunt talia media loca cōtraria.Et dixi si in cœlo sunt talia loca cōtraria:qa reuera non sunt eodē mō sicut in elemētis:ut dicemus.ii.huius.Tn̄ hypothetica est uera:qm̄ mot⁹ cōtrarii sunt ob loca cōtraria nō mō e quibus incipiūt:& in que desinunt:sed per quæ transeunt:si inter media eiusmodi reperiantur.hæc de suppositione.

Si igiť essent æquales:motus ipsoꝝ nō eēnt.Sinaūt alter motus superaret:alter profecto non esset.Quare si utraq; essent:frustra sane corpus alterum esset suum nō subiens motum:frustra enim calceum eum dicimus:quo non est calciatio:at deus & natura nihil frustra faciunt.



Stante suppositione arguit si motus circulares totales essent cōtrarii p alterā atq; alterā regionē:ut pote a g e b a p g regionē: & a b e g a p b regionē:in puncto e tales motus uel corpora q̄ mouerenť his motibus:inuicē obuiarēt:tenet cōsequētia p suppositionē:quia que mouentur cōtrariis motibus:oportet illa trāsire p oīa loca media:& tūc uel eiusmodi motus siue corpora quæ illis mouerenť:essent æquipotētia:uel alterū alterū exsuperaret.si æquipotētia:frustra essent ambo:quia ambo nō attingerent fines motus:cū in medio itineris sese impedirēt.Sinaūt alterū exsuperaret alterū:tūc alterū frustra mouereť:cū ipeditū ab altero:nunq̄ in finē motus deueniret.Sed hoc est absurdū: quia deus & natura nihil frustra agūt.Totus igiť syllogismus sit cōpositus:si totales motus circulares essent cōtrarii:uel essent p eandē regionē:uel p alteram atq; alterā.Si p eandē:tūc frustra esset alter:ut deductū fuit.Sinaūt p alterā atq; alterā:sit unus p b:& alter p g regionē.Tūc sequiť in puncto e corpora que illis mouēťur:sibiipsis obuiare.tꝫ argumētū p suppositionē:quia que mouētur cōtrariis motibus:opꝫ illa trāsire p oīa loca media:si aūt in pūcto e sibiipsis obuiabūt:necesse est uel utraq; eē æquipotētia:& sic utraq; essent frustra: & alterū:quippe cū neutrū suū subibit motū:cū nunq̄ in finē deueniet.Sinaūt alterū est potentius:alterū erit frustra.sed in nā nihil eē pōt frustra:quia deus & nā ipsa nihil frustra faciūt.hæc Aristo.& uerba eius pspicua sūt his expositionibus.Tu uero aiaduertas:quia nec expositor:nec Simplici⁹:nec Auer.hūc locū sic exposuerūt:& certe eoꝝ expositiōes cū magna difficultate pn̄t textui accōmodari.Sed sūt hic dubitatiōes lr̄ales.Prima quia uis hui⁹ rōnis nō vr̄ differre a præcedēti.Et solō est:quod precedēs rō sumiť ex cōsideratiōe motus in uli:utiť.n.motib⁹ & circulo uliter.Præsens uero sumiť ex cōsideratiōe motus in pticulari:applicat.n.motū & circulū ad corpus naturale:ut pote ad ipsum cœlū.Secūdo obicit philoponus quia pari rōne qsptā in motibus rectis ꝓbaret nō eē cōtrarietatē:qm̄ in illis alter alterū impediret:& sic frustra eēt alter.Soluit Simplicius & expōr optime q. nō est eadē rō in motibus circularibus:quæ est in rectis.Primo

Dubitatiōes. Prima. Solu. Secunda. Solu.

quia duo corpora pñt rectis cõtrariis motibus moueri:q̃ nõ sese impediẽt. Nã in rectis motibus cõtrarietas attẽditur solũ ſm extrema lineaꝝ rectaꝝ:utpote ſm cẽtrũ mũdi:& eius circũferẽtiã mõ e cẽtro pñt infinitæ lineæ duci:& ita poterit ignis sursum moueri p unã lineã:& terra deorsum p alterã:quo in casu nõ se impediẽt. at in motibus circularibus supposuit Aristo. nihil posse moueri ab ortu in occasum:nisi p oĩa loca intermedia trãsierit:& ecõtra nihil ab occasu in ortũ: nisi eodẽ mõ. Quare in motibus circularibus corpora mota sese impediẽt. in rectis nõ. Secundo nõ est eadẽ rõ:qũ quod recto motu ferẽ:põt corrũpi:& ita põt impediri:corpus uero quod circulo fertur:nõ põt corrũpi:& ita in rectis nihil ꝓhibet alterũ eẽ frustra:cũ sit corruptibile:in circularibus incõuenĩes est alterũ ĩpediri:sicut incõuenĩes est illud corrũpi. hæc de dubitatiõibus.

Quæ Auer. comẽ. xxxi. Aueroes uero aliter exponit hũc locũ:& innuit duas expõnes:uult. n. primo q. Aristo. primo ꝓponat enthymema:& quod illud declaret in textus fine:quẽ exponet comẽ. seq. xxxii. & enthymema est si motus circularis eẽt alteri motui circulari cõtrarius:alter eoꝝ esset ociosus. Secundo uult q. ꝓposito enthymemate:trãsferat se ad aliã rõnem siue demõstrationẽ:unde inquit:& hoc quod dixit:post declarabit ipm:& ita uult q. Aristo. primo ꝓponat enthymema:& quod textu comẽ. sequẽtis illud deducat. Et subdit:& cũ incepit hãc ꝓpositionẽ dicere:siue hoc enthymema trãstulit se ad aliã demõstrationẽ. Quare ſm Auer. Aristo. facit duas rõnes in textibus his:quaꝝ primã ꝓponit:& in fine cõplet. Secũdã incipit ibi insup id quod:& in textu suo & ẽt corpus: & cõplet. Ad huius rõnis declarationẽ supponit Auer. q. si aliqua pars cœli:utpote aliqua stella moueret̃ regionatim p cõtrarias regiones:utpote a dextro in sinistrũ p ante:& alia stella a sinistro in dextrũ iterũ p ante:nõ ꝓpter hoc sequit̃ in toto ut uni motui circulari totali alter sit contrarius:quia e cõtrarietate ptiũ nõ sequitur contrarietas totoꝝ:ut supius diximus.

Dubitatio prima. Sed occurres nã Aristo. supponit cœlũ hr̃e dextrũ & sinistrũ & alias drãs positiõis:quod nõdũ est declaratũ: igitur supponit dubiũ in declaratiõe alterius dubii.

Solu. Soluit hoc esse suppositũ saltẽ ad cõem consensum aliquoꝝ:qui cõsensim illud concedũt.

Secunda. Secũdo occurres quia uolo imaginari unũ totum cœlũ moueri a dextro in sinistrũ p ante:& unũ alterũ a sinistro in dextrũ iterũ p ante:& ita erit rõ a motibus circularibus totalibus:& nõ a motibus ptialibus.

Solu. R̃ndet q. suppõ est impossibilis nã. vi. physicoꝝ. ꝓbarũ est totũ cœlũ nõ posse mutare locũ ſm subiectũ:sed solũ secũdũ formã. Quare imaginatio nulla. Colligit igitur rõnẽ quouis mõ formet̃. Nã uł motus cœli sũt cõtrarii hoc pacto q. duo cœli totales moueant̃ regionatim cõtrariis motibus:uł due ptes cœli:quouis mõ dicatur:sequr q. alter esset ociosus:uel unamet res esset sibi cõtraria saltẽ secũdũ ptem. hæc

Qualis pma expositio. est prima expositio Auer. & sine dubio nullo pacto textui consonat:ꝓpterea aliter exponit:ut nos diximus:imaginatur. n. Aristo. primo accepisse enthymema. Secũdo ꝓ illius declaratione supposuisse unũ q. nõ pñt duo motus circulares esse cõtrarii:nisi corpora que illis motib⁹ mouẽt: trãseãt p oĩa loca intermedia cõtraria:secus in rectis:ut diximus. Qua suppõne stante:sequitur alterũ illorũ esse frustra:ut deductũ fuit in textu. Colligit Auer. q. in textu possunt esse due demõstrationes:ita ut ibi & ẽt corpus:quod in textu suo est:sit una demõstratio p se:& põt eẽ una: ꝓ qua illo textu accipiat̃ una suppositio:quæ una demõstratio cõponitur in secunda figura sic: cõtraria sunt que hñt cõtrarietatẽ ꝓpter cursum in locis cõtrariis:corpus circulare nõ hʒ contrarietatẽ ꝓpter cursum in locis contrariis. quia aliter esset unus illorũ frustra. igitur corpus circulare nõ põt moueri motibus contrariis. Et hæc secunda expositio est optima:& hãc secuti sumus

Quæ Auer. comẽ. xxxii. nos. Hæc Auer. comẽ. xxxi. comẽ. uero. xxxii. iterũ textũ illius enitit̃ur multipliciter exponere Vbi debes scire q. textus illius comẽti. xxxii. põt continuari cũ præcedenti:& põt seorsum exponi. Si continuet̃ cũ præcedenti. tũc expositus est. Nã dixit ipse paulo ante præcedẽti comẽto q. Aristo. ꝓponit hypotheticã uidelicet q. si motus circularis eẽt motui circulari cõtrarius:alter eorũ esset ociosus:& q. illã deducet sequẽti textu hoc est textu comẽti. xxxii. Quare iusta illã expositionẽ:nunc Aristo. declarat illud enthymema siue hypotheticã:& hæc est uera expositio:& ad mentẽ Aristo. Nã ut nos diximus:Aristo. primo ꝓponit hypotheticã:secũdo supponit unũ. & tertio textu. Si quidẽ. n. æquales essent:ex dicta suppõne deducit enthymema:& rõnẽ pficit. & hæc est optima expõ. at si textus ille:si quidẽ. n. æquales eẽnt:seorsum exponatur:ut enititur exponere Auer. comẽ. xxxii. bifariã seorsum exponit Auer. postea recordatus:exponit tertio:& sic(ut mihi uidetur)trifariã exponit. Pro intellectu primæ expositionis. Auer. supponit unũ expresse:& aliud tacite. expresse supponit oẽs motus orbiũ cœlestiũ eẽ eiusdẽ spẽi. Quã suppõnem

Nunc dictam suppositionem illo modo expositam probat/& syllogizat loco econtrario sic qua/rumcunq; linearum finitarum ecentro egredientium interuallum est finitum. ut linearum c l/& c m interuallum l m est finitum. & linearum c d & c f interuallum d f est finitum: & linearum c g/& c h interuallum g h etiam est finitum. & sic de cæteris: quæ infinitæ ecentro c protraherenẽ igitur quarumcunq; linearum finitarum e centro c egredientium interuallum est finitum igitur per locũ econtrario: quarumcunq; infinitaru linearum e centro c egredientium interuallum erit infinitum. & ita interuallum a e b linearum c a/ & c b erit infinitum: cum sit linearum infinita rum ecentro c egredientium. & ita patet suppositio uidelicet q. interuallum extra quod nullum potest esse aliud utpote a e b est infinitum: quæ erat suppositio. Nec mireris si suppositionem di/ctam probauerit loco econtrario: quia illa est quasi perse nota parua egens inuitione. Modo ait — Solo dubita.

Com.iii. Auerroes secundo physicorũ propositiones per se notas non probari nisi topicis Mediis:cum indi geãt parua innu ctione. Hæc Aueroes/& recte. Aueroes uero textum illum Dico autem linearũ:

Quæ Auero. com.xxxi. Aliter exponit: uelle enim uidetur Aristotelem probare suppositionem secundam:quæ fuit q. si corpus circulare sit infinitum:interuallum linearum e medio egredientium erit infinitum etiã. Ad probationem illius uelle uidetur q. Aristoteles acciperet definitionem infiniti. quæ est q. in finitum est quãtitas maior omni quantitate data. & propterea Aristoteles/ut Aueroes exponit/ inquit dico autem linearum interuallum suple tu esse infinitum:quia est spatium siue interual/ lum:suple extra quod nulla magnitudo lineas tangens maior suple sumi potest. ecce quomodo apud Aueroem suppositionem probare uidetur per definitionem infiniti. definitionem uero il/ lam infiniti uult Aueroes esse probatam ab Aristotele in textu primo per locum a cõtrario ut pote per definitionem finiti:uidelicet quia finitarum distantia semper est finita. igitur infinita/ rum erit infinita. Hæc Aueroes de illius loci expositione:quæ non displicent:licet aliquantu lum uerba Aristotelis corrumpant.

Præterea semper dato/maius accipi contingit.

Secundo probat illammet suppositionem illo modo expositam/uel definitionem dictam infini ti secundum Aueroem. & syllogizat sic omne illud cuius quouis accepto uel dato / semper ex eo potest maius accipi:est infinitum:ut tertio physicorum est dictum. Sed interuallum lineaꝝ egre/ dientium e centro corporis circularis infiniti est cuius quouis accepto/potest maius ex eo accipi. igitur est infinitum.

Quare quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitũ:quia maximus non est: eadem ratio & de spatio.

Tertio probat eandem suppositionem/uel dictam definitionem per locum a simili in nũis:& si/ mul ponit rationem tertiam/& conclusionem:& propterea usus est nota illatiua quare. & arguit sic sicut in numeris & discretis:ita in continuis:causatur enim discretum ex diuisione continui. Sed in numeris infinitus numerus non est ille:qui est maximus:sed qui omni dato est maior:& qui cuius quouis accepto semper restat maius accipere. igitur in spatiis spatium infinitum erit: non quod est maximum/sed/qd omni dato est maius:& cuius quouis accepto semper restat ma ius acceptibile. & suple tu Minorem:sed interuallum linearum c a/& c b est illud / cuius quouis accepto semper restat accipiendum maius. igitur tale interuallum est infinitum : & sic patet sup

Quæ Auero. com.xxxi. positio. Aueroes uero ait q. Aristoteles non induxit nisi conuersum ut ostenderet nobis defini tionem conuerti cum definito. ubi debes scire q. hæc propositio infinitum est quantitas:quæ est maior quauis data:conuertitur sic quantitas quæ est maior quauis data:est qd infinitũ. Aristote les igitur non posuit secundum Aueroem primam:quæ est propositio conuertibilis:sed secundã quam uocat conuersum siue conuertentem:& causam ait Aueroes/ut indicaret definitionem in finiti esse bonam quia conuertitur cum eo. Hæc Aueroes:quæ sunt non necessaria. tamen sylio gismus componatur hoc pacto apud Aueroem/quod est quantum omni dato maius est infinitũ dicta linearum distantia est quatum omni dato maius. igitur est infinita.

Cœlũ est uer bũ supletum in textu. Si igitur infinitum pertransiri non potest : interuallum necessario infinitum est/ cum cœlum infinitum sit. non igitur circulo moueri potest. At cœlum circulo mo ueri cernimus, rationeq; definiuimus circularem motum esse alicuius.

Ex his componitur demonstratio hoc pacto/nullum infinitum potest pertransiri. Interuallum dictarum linearum c a & c b est infinitum. ut ex suppositione secunda prospicuum est:& rationẽ breuem adiicit/& inquit cum cœlum ipsum infinitum sit. conclusio debet esse/ igitur interuallũ linearum c a/& c b pertransiri non potest. Verum non posuit hanc conclusionem principalem: sed conclusionem:quæ huic subaccipitur. uidelicet non igitur cœlum circulo moueri põt. Hæc enim conclusio sequitur ad principalem conclusionem. nam si interuallum illud pertransiri nõ potest:cœlum moueri non potest circulo. quoniam circulo si moueretur:oporteret interuallum illud pertransiri:ut omnibus constat. destruit consequens per sensum & rationem / & inquit/at cœlum circulo moueri cernimus:ut solem. xxiiii. horis uniuersam terram circuire. præterea ra/ tione definiuimus circularem motum esse alicuius corporis:quod tali motu per se mouetur. igi tur conclusio sub accepta est impossibilis. & ita conclusio principalis erit impossibilis & nõ pro/ pter syllogismum:igitur propter propositiones:& non propter Maiorem: quæ omnibus cõstat. igitur propter minorem minor est q. interuallum dictarum linearum est infinitum. igitur hæc minor

minor est falsa. & hæc minor nõ est falsa: nisi ꝑpterea quia prima suppositio est falsa. hæc enim minor sequitur ex suppositione secunda: quæ sequitur ex suppositione prima: quæ suppositio prima tenet si cœlum ipsum est infinitum. igitur a primo ad ultimum cœlum non potest esse infinitum: quod est ꝓpositum. Siquis uero uoluerit ratioẽ componere hypothetice. sic arguet. si cœlum est infinitum: lineæ egredientes centro erũt infinitæ: tenet argumentũ ex prima suppositione: si lineæ egredientes e centro erunt infinitæ: interuallũ dictarũ linearũ erit infinitũ: per secundam suppositionem etiam. Si interuallum dictarum linearũ erit infinitum: interuallũ eiusmodi pertransiri non poterit. Si interuallum eiusmodi pertransiri non potest: cœlum moueri circulo non poterit. igitur a primo ad ultimum si cœlum est infinitum: cœlum nõ mouebit᷑. Consequens ultimum est contra sensum/ & contra rationem/ & impossibile. igitur primũ antecedens erit impossibile. at primum antecedens est impossibile: igi᷑ eius oppositũ est necessarium & ita cœlũ erit finitum: quod est eius oppositũ: hæc de prima rõne Aristotelis. Auer. uero inqt Inducamus ergo huiusmodi rationem spectabilem hoc est describendo figuram in puluere more perspectiuorum. Vnde Aueroes ducit ad quædam impossibilia: ultra illa: quæ Aristo. tangit descripta enim figura: deducit non solum ad hoc q̃ unum interuallum infinitum pertransiret᷑: sed q̃ infinita numero & quantitate pertransirentur: nam e centro c uel h corporis circularis infiniti possunt egredi non modo duæ lineæ. uidelicet c a & c b sed infinitæ: inter quas oẽs semper interuallũ erit infinitum: & ita erunt interualla linearũ infinitarũ & nũero & dimẽsione infinita. Quare cum cœlum in uigintiquatuor horis circuat: unus punctus in cœlo descriptus omnia illa interualla infinita numero & dimensione pertransibit. Vnde formãdo ea quæ Aue. dixit: possumus arguere: si cœlum quod in. xxiiii. horis mouetur ab ortu in occasum redeundo in ortum: esset infinitum: sequeretur primo q̃ infinitum spacium tempore finito pertransiret᷑. deducit᷑ supponẽdo q̃ c a sit linea recta mota ad motum totius corporis sphærici infiniti uersus c b lineam rectam quiescentem egredientem ab eodem centro c: in quo ambæ concurrunt. tunc ſm istam imaginationem patet aliqñ lineam c a fore suppositam c b lineæ: & aliquando ultra fore. igitur cũ distantia inter illa sit infinita: ut supposuit: in tempore finito spacium infinitum erit pertransitum. Sequitur secundo q̃ spacia infinita pertransirentur tempore finito: quod deducitur etiam: quia a centro h uel c illius corporis infinitæ lineæ possunt egredi inter quarum quaslibet duas semper spacium erit infinitum: tunc supponatur omnes quiescere preter unam: quæ moueatur ad motum corporis infiniti: ut pote c a: & sequitur q̃ illa pertransibit infinita spacia tempore finito: & tunc ex his sequitur si coelum esset infinitum: q̃ una linea pertransibit infinita spacia magnitudine/ & multitudine. hæc Aueroes. Solet addubitari si corpus sphæricum esset infinitum: an haberet centrum: & uidetur quod non. Nam ubi infinitum esset: non haberet circunferentiam ultimam. caret. n. ultimo infinitum ipsum. Vbi aũt ultimam circunferentiam non haberet: ꝓculdubio nec centrũ: cũ centrum sit e quo lineæ ad circũferentiam ductæ sunt æquales. Præterea centrum medium est corporis sphærici: circũferentia extremuȝ. at infinitum est sine medio & extremis. Iuniores dicunt aliud esse centrũ motus: aliud magnitudinis: & ita concedũt ubi sphæricũ esset infinitũ: illud habere motus centrũ: nõ autẽ centrum magnitudinis. Sed solu. hæc nõ est intelligibilis. Primo quia motus & magnitudo quo ad diuisionem & extensionem sese consequuntur: ut in sexto physice auscultationis dictum est: & dicemus. non igitur est intelligibile motum habere centrum: magnitudinem uero: cui coextenditur: non habere. cum omne quod in motu ipso est signabile: & in magnitudine signari possit. Secundo nunq̃ legi in motu esse centrum nisi ratione eius magnitudinis: quæ illo mouetur. Quare non potest aliquis intelligere centrum esse in motu dabile: quod non sit dabile in magnitudine: quæ illo mouetur motu. Tertio uidetur q̃ hæc centra sint idem centrum. nam centrum magnitudinis secundum illos est e quo omnes lineæ ductæ ad circunferentiam sunt equales. Si igitur esset dabile centrum motus: tale non esset nisi in medio motus: ut supponit Aristoteles & si in medio: ab eo omnes lineæ ducte erunt equales: & ita centrum motus erit centrum corporis: quare erit idem centrum motus: quod centrum magnitudinis. Quarto si tale sphericum infinitum haberet centrum motus: tunc haberet motum: quia sicut si haberet centrum magnitudinis: haberet magnitudinem: ita si habet centrum motus: habet motum. hoc autem est falsum: quia tunc Aristoteles supposuisset tale corpus habere motum: quod ipse destruit. Ioannes uero dicit corpus ipsum sphericum bifariam considerari: & quo sphericum: & quo infinitum: quo quidem sphericum: habet centrum: ut eius ostendit definitio: est enim sphera e cuius centro oẽs lineæ ad circunferentiã ducte sunt equales. Quo uero infinitum: caret

Alia syllogismi forma.

Quæ Auer. com. xxxv.

Dicta Auer. ad formã reducuntur.

Questio.

Sol. gaietani

Confutatio.

Solu. Io.

Confutatio· & medio & fine· Sed haec Ioannis solutio uera est: sed non est ad propositum: erat enim dubitatio si corpus sphaericum esset infinitum: utrum haberet centrum· modo hoc nihil aliud est quaerere quam utrum corpus sphaericum infinitum: ut corpus sphaericum infinitum: habeat

Solu· ppria· centrum· & sic solutio non est ad propositum· Propterea dicerem rationem in se falsam inferre contradictoria: ut quinto metaphysicae dicitur· haec est ratio in se falsa sphaericum infinitum· nam eoipso quod intelligitur sphaericum: intelligitur habere centrum: ut eius definitione constat· Eoipso quod intelligitur infinitum intelligitur carere centro· quare sphaericum infinitum est ratio in se falsa: quia infert habere centrum: & non habere centrum· Ex hoc soluo ea solutione: quam ipse negat: & dico q. ubi daretur corpus sphaericum infinitum: sequitur ipsum ha

Dubitatio· bere centrum· non tamen dicendum illud carere centro: quia sequitur utrunque· Sed occurres & doctes: si in ratione sphaerici intelligitur finitudo· igitur Aristoteli suffecisset probare coelum esse sphaericum· nam mox haberet intentum· ad quid igitur tantopere laborauit probare coelũ esse sphaericum finitum dicerem aliquam rationem esse in se falsam apud sapientes: quae non uidetur in se falsa· Aliquam uideri in se falsam: quae apud sapientes non est in se falsa· Solem esse

Solu· maiorem terra apud sapientes non est falsa: tamen apparet falsa: coelum sphaericum esse infinitum apud sapientes est ratio in se falsa: non tamen uidetur falsa: quia uidetur quasi apparens coelum e parte conuexi esse infinitum: e parte nostra finitum: Aristoteles occurrit non modo his quae uidentur sapientibus: sed contra apparentia falsa: & ita laborauit: ut etiam occurreret

Alia solu· his quae apparent: & non sunt· Consueui etiam alias dicere ad principale q. Aristoteles ex concessis arguit: supponit enim tanq̃ notum ad sensum ex parte concaui coelum ipsum esse finitũ: hoc enim & sensui patet: & ab aduersariis conceditur: sed quia ambiguum est de conuexo coeli: ideo supponit centrum saltem ex parte concaui coeli: & ex his concessis arguit· ut patet·

Sol· Alberti· quae est solu· propria· Albertilla captiunculatorum praecipuus dicit positionem illam esse impossibilem: quae uellet sphaericum corpus esse infinitum: quia impossibile est illud: ad quod propositiones sequuntur contradictoriae· modo ad dictam positionem sequitur tale corpus habere centrum: quia sensu patet ipsum moueri circulariter: & ita circa centrum: & sequitur ipsum nõ habere centrum: quia ex quo est infinitum: caret medio· & ita centro· Quare positio est impossibilis: quod Aristote

Alia solu· les multifariam probat· Sunt etiam qui dicunt: corpus sphaericum infinitum carere medio positiue: quod scilicet aequaliter distet ab extremis: cum non habeat extremum· Potest tamen habere medium negatiue: immo quaelibet pars infiniti posset dici medium negatiue: quia ipsa

Qualis solu· non magis appropinquat uni extremo q̃ alteri· Sed quicquid sit de solutionis ueritate: solutio non est ad propositum: quia siue habeat medium positiue siue negatiue: medium sphaerici esse non potest centrum: nisi hoc pacto sit medium: quod ab eo ad circunferentiam omnes lineae ductae aequales sint: & de hoc pacto centro loquitur Aristoteles: quare dicendum: ut diximus·

Secunda qõ· Secundo principaliter dubitatur: quia Aristoteles ducit ad hoc impossibile· uidelicet q. infinitum spacium in uigintiquatuor horis pertransiretur· Modo hoc uidetur possibile ut si aliquod moueretur in partibus proportionalibus horae futurae minoribus terminatis ad finem super partibus proportionalibus unius pedalis colunnalis: incipiendo a maioribus: & in qualibet parte pportionali horae ptranseundo pedale lineae giratiuae infinite tale corpus girantis: tũc· n· in una hora: quae est tempus finitum: pertransiretur tota dicta linea girans omnes partes proportionales illius corporis: quae est infinita: cum sit composita ex infinitis partibus pedali

Sol· gaietani· bus non communicantibus· Iuniores dicunt dictum casum esse imaginarium: non autem possibilem naturaliter: quia tunc infinitum intenderetur talis motus localis: quod est naturali

Confutatio· ter impossibile· Sed hi uiri admittunt casum tanquam possibilem ad imaginationem: quod uidetur falsum: nam ex possibili secundum imaginationem nunq̃ sequitur impossibile secundum imaginationem· modo ad tale concessum sequitur tale pertransitum esse finitum & non esse finitum: quod est impossibile secundum imaginationem· igitur & casus est impossibilis secundum imaginationem & quod illud sequatur: deducitur: quia illo casu posito dictum spacium esset infinitum: quia ex partibus infinitis non communicantibus resultat: & posito ultra quod tempore pertransiretur finito: esset finitum ex sexto auscultationis physicae· Quare tale spacium lineale esset infinitum & esset finitum: & ita finitum: & non finitum: quare esset im

Alia solu· possibile secundum imaginationem· Nonnulli diligentius: & magis peripatetice dicunt totum casum esse impossibilem & simpliciter: & secundum imaginationem: quia ex eo posito sequitur impossibile ad imaginationem: ut dictum est· Tamen quaelibet pars casus est possibilis nam pertransiri põt haec & haec pars lineae tempore finito: tota tamen pertransiri non potest·

Ego uero

Ego uero miror hos omnes: uidentur enim obliti eorum: quæ Aristoteles ad Zenonem scribit: in sexto physicæ auscultationis· omnes enim hi cauilli procedunt ex magnitudine diuisa in potentia ad eam actu diuisam· Aristoteles enim concedit spacium infinitum secundum diuisionē in potentia posse pertransiri: in actu uero minime· modo dico q; diuisio horæ in partes proportionales infinitas est in potentia: & non in actu· Similiter diuisio pedalis colūnæ per lineam circungirantem est in potentia & non in actu: & ita sequitur talem lineam infinitam in potentia pertransiri posse tempore actu finito: potentia tamen infinito· quoniam eodem modo & tempus & motus & magnitudo diuidi possunt· Qua ratione mirari debemus captiūculatores: quia per diuisiones semper proficiscuntur: & nunq̄ ad solutiones peripateticas animaduertunt: omnes enim eorum cauilli ex ignorantia doctrinæ peripatetice proficiscuntur: ut deo duce in disputationibus metaphysicis ostendemus· Tertio principaliter dubitatur: quia Aristoteles uidetur supponere dictas inter duas lineas spacium esse infinitum: quod falsum est: nam tale spaciū lineis clauditur: & ita terminis· igitur uidetur finitum: & ita Aristoteles supponit falsum· Præterea Aristoteles uidetur supponere ibi esse spacium: quod est falsum: cum ibi nullum sit spaciū· ubi enim esset tale spacium infinitum: supra quo motus spherici infiniti fieret? ex quo corpus tale sphericum sua infinitudine totum occuparet locum? has rationes recte soluit Albertilla: quia propositionem intelligit· ut nos diximus· Vnde concedo ubi tale corpus sphericum infinitum circulariter motum daretur: & in eo essent tales duæ lineæ intellecte infinitæ· uidelicet egredientes e centro inter eas spacium interceptum esse finitum: quia ut ratio concludit esset terminus clausum· itemq; & spacium tale esse infinitum: ut ratio Aristotelis probauit: quia cum illæ lineæ egredientes e centro procedant in infinitum: & non procedant paralelliter: & non claudantur ad unum punctum: quia tunc non essent duæ lineæ: sed una: tandem ad infinitum procedentes infinitum spacium illæ concludent: & ita sequitur illarum spacium esse finitum: & infinitum: causa autem est quia antecedens est impossibile: & implicat contradictionem: sphericum enim infinitum circulariter motum esse est impossibile implicans contradictionem: quia ad ipsum sequuntur opposita· Sequitur enim a primo ad ultimum spacium illud esse finitum: & non esse finitum: ut deductum est· Ad secundum recte Albertilla soluit: quia Aristoteles supponit tale spacium esse saltem possibile ad imaginationem: modo arguit more boni prioristici ex hoc possibili ad imaginationem: & ex illo uidelicet corpus sphericum esse infinitum: inferendo unum impossibile ad imaginationem· uidelicet q; spacium infinitum pertransiretur tempore finito· hoc enim est impossibile simpliciter & secundum imaginationem· Modo ex regula prioristica: cum hoc impossibile sequatur: & non ex possibili ad imaginationem: quia ex possibili nunq̄ sequitur impossibile: sequetur ex illo coassumpto· uidelicet sphericum circulariter motum est infinitum· quare hoc est omnino impossibile: & secundum imaginationem: & secundū rem· Quarto dubitāt quia ratio Aristotelis hoc pacto potest impediri q; tale corpus sphericum circulariter motum mouetur non quidem tempore finito ut supponit Aristoteles: sed tempore infinito· Potest dici q; Aristoteles arguit ex concessis: supponit enim cœlum moueri in uigintiquatuor horis ut sensu patet· Præterea Albertilla aliter ostendit: & tu considera: quæ dicit·

Sol· propria·

Tertia q̄stio·

Solu·

Quarta qō·

Solu·

Præterea a finito tempore finitum si abstuleris; & reliquum finitum esse: & principium habere necesse est·

Hæc est secunda ratio: quæ (ut Expositor inquit / & recte) differt a prima: quoniam prima processit ex hoc quod distantia quæ est inter duas illas lineas e centro egredientes erat infinita: & impertransibilis· At hæc secunda procedit ex eo: quia lineæ descriptæ in corpore infinito siue in eius loco non possunt se se intersecare: ut dicetur· Verum more boni mathematici: antequam ad rationem accedat: facit suppositiones· supponit igitur primo illud quasi principium· uidelicet q; si a tempore finito tempus finitum abstuleris: reliquum quod remanet necesse est esse finitum: & habere principium: & etiam finem· hoc est quasi principium in hac scientia: quia in geometria fuit deductum: nam si quod remanet: esset infinitum: tunc pars esset maior toto: nam temporis quod ponebatur finitum: duæ erant partes· uidelicet ablatum: & quod remanet: modo si quod remanet: est infinitum: cum sit illius totius pars: toto pars eius esset maior· patet igitur suppositio· Quo uero ad uerba attinet: uidet̄ mihi quod p̄ticula illa: & teneatur expositiue: ita ut sit sensus necesse est & reliquū esse finitū: & ꝑ idest & hr̄e principiū & finē: quia sic finitū describit̄· iii· physice auscultatiōis· Addit aūt Auer· hanc esse dispōnem cuiuslibet

Quæ expōr de rōnū drā·

Verborū cōsideratio·

Quæ Auer· com· xxxvi·

finiti:quod intelligo q̃ hæc ſuppoſitio Ariſtotelis eſt diſpoſitio ideſt definitio cuiuſlibet finiti· Solet enim definiri ſic:finitum eſt quod ſi ab eo remoueatur finitum:remanet finitum : uel poteſt intelligi q̃ hæc ſit diſpoſitio ideſt proprium cõueniens omni finito:ut finito magnitudine| & multitudine·hæc Aueroes·& recte dicit:quouis modo intelligatur·

Si autem ambulationis tempus principium habet :& motus principium eſt· quare & magnitudinis : quæ ambulauit· Similiter autem hoc & in cæteris·

Secundo ſupponit tempus motum & mobile ſe ſe quo ad finitudinem infinitudinemue conſequi:ita ut ſi tempus principium finemq; habuerit motus & mobile ipſum etiam principium finemue habebunt : & ſi tempus principio fineq; caruerit:motus atq; mobile principio fineq; carebunt:contra eſſe ſeſe habent:ut in ſexto eſt diſputatum · Quo uero ad uerba attinet animaduerſione dignum:Ariſtotelem in præſenti textu uti mirabili arte:quia ponit ſuppoſitionem:& illius quaſi probationem per exemplum·dicit enim ſi autem ambulationis tempus principium & ſupple finem habet: & motus ſupple ambulatiui ipſius principium eſt:ſic igitur hypothetica eſt ſi tempus menſurans ambulationem eſt finitum : ambulatio ipſa finita eſt · Ex hoc infert: quare & magnitudinis:quæ ambulauit ideſt ipſius mobilis ambulatiui erit principium & finis ſic igitur ex his uerbis habemus tempus ambulationis|ambulationem ipſam|& mobile ambulatiuum ſe ſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemue· Inferens uero ſuppoſitionem quaſi uniuerſalem inquit:ſimiliter autem hoc & in cæteris·quaſi dicat ſicut igitur in tempore ambulatione & ambulabile ſeſe habent finitudo & infinitudo:ſic & in omnibus motibus cuiuſuis rationis·Quare uniuerſaliter patet ſuppoſitio q̃ motus mobile & tempus ſe ſe conſequuntur quo ad finitudinem infinitudinemque·hæc erat ſuppoſitio:ubi mirum artificium patet : nam Ari-

Quæ expõr· ſtoteles ſimul ſuppoſitionem & quaſi rationem per exemplum attulit· Expoſitor uelle uidetur per ambulationem ſeu inceſſum:ut ipſe in ſuis habet tranſlationibus:motum cœli:& ita uelle uidetur Ariſtotelem arguere a motu cœli ad alios motus:unde dicit & ſicut hoc dicimus in mo-

Confutatio· tu cœli:ſimiliter oportet ſe habere in aliis motibus & mobilibus·Sed hoc quod expoſitor dicit pace tanti uiri dupliciter non uidetur conſonum·Primo quia græce inceſſus legitur modo uadiſis græce eſt ambulatio:qua homines ambulant:& animalia proficiſcuntur·non igitur ad cœli motum poteſt aplicari·Secundo eſſet in eius probatione petitio quædam principii: nam Ariſtoteles intendit probare motum cœli:& tempus illius |& cœlum ipſum eſſe finita:& nunc uelle uidetur Expoſitor Ariſtotelem ſupponere illud:& ab illa ſuppoſitione inferre in omnibus:& ſic uidetur quaſi idem quæſitum & cõceſſum:quod eſt una petitionis principii ſpecies·

Quæ Auer· com· xxxvi· Aueroes uero per uadiſim intelligit motum uniuerſaliter ſumptum:& ita uult Ariſtotelem ponere ſuppoſitionem hoc pacto ſi tempus eſt finitum:& motus erit finitus:& ſi motus eſt finitus: mobile eſt finitum:& tunc uult q̃ Ariſtoteles ſuppoſitionem redens uniuerſalem addat : & ut dixi de tempore motu & mobili:ita etiam in aliis ideſt loco & ſpacio intelligatur uel in aliis· uidelicet motu recto:& alteratione:non igitur uult Aueroes Ariſtotelem dediſſe ſuppoſitioneꝫ & eius probationem:ſed ſuppoſitionem in tempore motu & mobili:addidiſſe uero hoc idem & in aliis ideſt loco & ſpacio:uel aliis uidelicet motu recto & alteratione : ut uniuerſaliorem rede-

Error Auer· ret ſuppoſitionem·hæc Aueroes:quæ ſunt plena errore:nam uadiſis græce eſt ambulatio ſeu inceſſus:& propterea Ariſtoteles arguere uidetur ab ambulatione ad alios motus·ut dictum eſt·

Biſancius· Sunt quidam qui per magnitudinem hic intelligunt non mobile ipſum:ſed ſpacium ſupra quo fit motus:nam magnitudo eſt duplex quæ mouetur : & per quam fit motus : intelligunt igitur tempus|ambulationem|& magnitudinem ſuper qua fit : ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemue·Aueroes autem & Expoſitor & Simplicius intelligunt de mobili : quod græcis uerbis conſonat:dicit ideſt quare & magnitudinis : quæ ambulauit·dicit enim :quod eſt relatiuum neutri generis in caſu nominatiui:referens Megethos : quod eſt neutri generis apud græcos · Tu uero conſidera : nam etiam in ſexto phyſicorum per ſæpe Ariſtoteles uſus eſt pro accuſatiuo ut pro per quod : ut


Epylogus ſuppoſitiõis· notaui illic · ſed ut cunq; ſit ſuppoſitio ſecunda eſt tempus motum & mobile: atq; ſpacium ſe ſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemque · hæc eſt ſuppoſitio : quæ his ex uerbis colligitur·

Linea uerbũ eſt ſupletuꝫ: Sit itaq; a g e linea infinita ea ex parte:in qua eſt e · quæ autem b b utraq; ex parte infinita·Si igitur a g e linea ſecans ab a centro circulum deſcribat:quan-

doq;

doq; a g e linea per b b lineam circulo mouebitur finito in tēpore.omne enim tempus in quanto cœlum ipsum circulo latum est:finitum est:& id ergo tempus: quod est ablatum:in quo secans linea ferebatur:finitum erit·erit igitur principiū quoddam quo primum a g e linea b b lineam secuit:quod quidem est impossibile·non igitur contingit circulo moueri infinitum·Quare nec mundum ipsum: si infinitus esset·


quia non est in græco:sed in oibus itelligat· Tempus uerbu; est supletū ad sensum Aristotelis·



Constitutis igitur suppositionibus:nunc Aristoteles demonstrat conclusionem prædictam·uidelicet q; cœlum quod circulo mouetur in uigintiquatuor horis : non sit infinitum: & more geometræ describit exemplum in puluere : in quo uis omnis demonstrationis consistit:& inquit sit itaq; a g e linea infinita una tantum ex parte·uidelicet illa : in qua est e: ut pote finita ex parte centri: e quo proficiscitur · infinita ex parte conuexi siue dorsi ipsius cœli uersus quod ducitur per imaginationem·hoc constat per aduersarium ueritatis : qui asserit cœlum ex parte nostra finitum esse:ex parte uero dorsi in infinitum protendi : hæc linea a g e in tota demonstratione præsenti ab Aristotele appellatur linea secans:siue incidens propter causam : quam dicemus·Secundo dicit sit una alia linea:quæ dicatur b b utraq; ex parte infinita : nam ad imaginationem transeat per centrum a & producatur utraq; ex parte ad immensum uersus b b q; hæc sit infinita utraq; ex parte : patet ad imaginationem aduersarii:qui ex parte nostra cœlum asserit finitum ex parte dorsi infinitum · hæc linea in demonstratione præsenti dicitur incisa: siue secta:quia ponitur stans ac immobilis:ut dicemus·Tertio uult q; a g e linea super centrū a mota in uigintiquatuor horis orbem e b b totum describens ab e puncto lineam b b totam pertranseat:patet quia si suo motu totum orbem e b b ab ortu per meridiem & per occasum in ortum rediens describat:necesse est ut totam lineam b b secet:cum sit ea:super qua medietas orbis describitur & posita sit stans ac immobilis : quibus patet lineam a g e dici secantem seu incidentem:quia secat b b immobilem:lineam uero b b dici sectam/seu incisam:quia ab ipsa a g e linea quæ mouetur inciditur : hæc est tertia pars exempli : quæ non describitur in puluere:sed sumitur tanquam descripta:ut patet in suo modo loquendi : tunc syllogizat hypothetico syllogismo a primo ad ultimum ex destructione consequentis inferendo oppositum antecedentis · in quo syllogismo supponatur:unum:quod in omnibus syllogismis huius partis supponitur·uidelicet q; cœlum ipsum:de quo est disputatio nunc:in uigintiquatuor horis saltē motu diurno moueatur·Intelligendo per cœlum totum ex omnibus orbibus agregatum·hoc enim Aristoteles supponit:ut concessum ab aduersario:quia sensu perspicuum est:tunc arguit: si igitur a g e linea :quæ dicitur in præsenti demonstratione linea secans seu incidens propter causam dictam:ab a centro deducta ad e partem per immensum protensa/circulum describat e b b :quia per aduersarium in uigintiquatuor horis orbem perficit ab ortu per meridiem rediēs ad ortum:ut etiam sensu patet · quandoq; a g e linea per b b lineam circulariter mouebitur finito in tempore describendo semicirculum b b oppositum semicirculo b e b per punctum: quod ipsi e opponitur · probat consequentiam · uidelicet quod tempus quo a g e linea pertransit b b lineam sit finitum ex suppositione prima : nam dicebatur a finito tempore finitum si abstuleris:quod remanet:esse finitum · Cum igitur totum tempus quo a g e linea uniuersum orbem describit sit finitum:quia in uigintiquatuor horis : igitur pars huius temporis : qua pertransit hanc lineam supra qua describitur medietas orbis : erit finita : ut per suppositionem primam patet · hæc pars temporis est ablata a toto · modo si totum est finitum : & ablatum & quod remanet post ablationem finita erunt·ultra ex hoc arguit : igitur erit assignare principium : ex parte lineæ tangentis & sectæ : in quo primum linea a g e lineam b b secuit: tenet argumentum per id quod addebatur primæ suppositioni · uidelicet q; omne finitum habet principium & finem·est igitur totus syllogismus:si cœlum est infinitum : linea a g e pertransibit lineam b b infinitam tempore finito·Si tempore finito:igitur illius lineæ b b dabitē principiū & finis·tenet argumentū ex secūda suppositiōe:nā hæc tria quo ad finitudinē infinitudinē se cōsequunē·u; tempus mobile & spaciū:quare si tps quo a g e linea ptrāsit b b sit finitū:

linea b b habebit principium & finem : quod est impossibile : quia ponebatur infinita : cuius neque principium neque finem est assignare · Ex hoc infert propositum & inquit non igitur potest infinitum moueri circulariter: & ita nec mundus potest moueri circulariter: si esset infinitas· hæc Aristoteles· Quo uero ad uerba attinet: debes scire in græcis codicibus scribi sic : si igitur a g e linea incidens ab g centro circulum describat: & reliqua: & puto esse corruptum: quia centrum ponebatur a & non g ·ideo scripsimus nos a centro a: alii uero textum enituntur saluare : quod friuolum est: nihil faciens ad rem· Aueroes uero paucis mutatis format rationē sic:

Quæ Auer· com· xxxvi·



& describit circulum in puluere b t h : qui ex parte concaui & nostra intelligatur finitus· ex parte uero dorsi atque conuexi intelligatur infinitus ad imaginationem aduersarii : qui cœlū hoc pacto asserit: huius centrum sit a e centro eiusmodi linea deducatur a c h ex parte concaui atque centri finita : ex parte uero conuexi dorsique infinita· ut aduersarius asserit · Secundo describit aliam lineam extra centrum a ab ipso b in t : quæ linea est b t · hæc non diuidit orbem in duas medietates : sed in portiones : quarum minor est b t Maior uero t h b · hanc Aueroes appellat cordam : ut utatur modo loquendi geometrarum: qui lineas stabiles appellare solent cordas· hanc enim Aueroes uult esse immobilem uel saltem motam non motu lineæ a c h : sed contrario motu· quæ in nostra expositione dicebatur secta· linea uero a c h appellatur ab Aueroe linea exiens a centro ducta ad partem circuli in qua non est linea infinita omni ex parte: quæ dicitur corda: sed est ducta ad h partem oppositam t b parti· hanc Aueroes intelligit moueri motu orbis· uidelicet ab h puncto uersus b & t rediens in h punctum · habes igitur in exemplo orbem b t h: secundo cordam: quæ est b t immobilem· tertio lineam a c h : quæ mouetur motu orbis ab h per b & t in h rediens· Tunc casu descripto supponit ut concessum tam ab aduersario: q̄ ad sensum notum orbem sic descriptum: qui ponitur loco totius cœli: in· xxiiii· horis perfici suam reuolutionem· Item etiam lineam b t infinitam esse utraque ex parte: quia ex quo cœlum ex parte dorsi est infinitum: linea illa quæ ad opposita dorsa deducitur: utraque ex parte infinita relinquetur· his sic acceptis deducitur syllogismus hypotheticus a primo ad ultimum hoc pacto· Si cœlum sit infinitum: quod· xxiiii horis circulariter suam agit reuolutionem : tunc linea a c h quæ circulariter motu cœli mouetur uersus t : pertransibit lineam t b infinitā utraque ex parte tempore finito: deducitur quoniam linea a c h redit ad eum punctum e quo incepit ut pote ad h· xxiiii· in horis· ut supposuimus: sed tempus quo pertransitur maius est maius tempore quo pertransitur minus ab eodem mobili eodemque motore regulariter mouente & eodem modo: ut ex prima suppositione deducitur· igitur si linea a c h pertransit totum orbem· xxiiii· horis: pertransibit portionem circuli t b minori tempore : igitur tempore finito· Vltra quod pertransitur tempore finito: est finitum per secundam suppositionem : quia tempus spatium & mobile sese consequuntur quo ad finitatem infinitatemue· igitur linea t b est finita: quia est p transita tempore finito: sed omne finitum habet principium atque finem · Quare linea t b quæ ponebatur infinita est finita· Sed posita erat infinita: igitur deductum est ad impossibile· Quare primum antecedens est impossibile quod erat ponere cœlum infinitum· hæc Auero· & addit Aristotelem usum esse exemplo in puluere quod est argumentum notum ad sensum: & particulare: ut daret intelligere syllogismum uniuersalem notū ad intellectum: dixit autem hæc Aueroes quia posset opponi Aristoteli eum esse usum demonstratione ex singularibus: cui respōdet Aueroes accepisse singularia loco uniuersalium· Animaduerte q. Aueroes aliter probat t b per transiri tempore finito: arguit enim sic pars temporis finiti est finita: tempus quo a c h pertransit lineam t b est pars temporis finiti : quia est pars totius temporis quo pertransitur cœlum: quod tempus est finitum : quia uigintiquatuor horis continetur· igitur tempus quo linea a c h pertransit lineam t b est finitum · Sed tunc Aueroes remouet dubium : quia posset dici q. Aristoteles usus esset alia suppositione ab ea : quam posuit ab initio: posuit enim a finito tempore finitum si abstuleris : quod remanet / est finitum· at nunc accipit pars finiti est finita : quæ est suppositio alia ab illa· Respondet q. sunt propinque: & quasi una uirtute: & uerum dicit · nam ex prima sequitur secunda : a finito enim finitum si auferas : quod relinquitur est finitum : hoc est quia pars finiti est finita· Tertio animaduerte Aueroem in calce comenti aliter deducere syllogismū· ut postea deducet Aristo· arguit· n· q. his stantibus: tūc cœlū nūq̄ cōpleret reuolutioné

Vide tex· co menti· xl·

suam

suam contra sensum·deducitur:quia non potest cœlum complere reuolutionem suam:nisi linea a c h pertranseat lineam t b :sed hanc pertransire non potest:deducit:quia si pertransiret:oporteret dare punctum primum in quo linea a c h tangeret lineam t b ·Sed hic punctus talis cōcursus non est assignabilis:quia in magnitudine infinita nullus est dabilis primus punctus:& minime ultimus·igitur talis linea t b non est pertransibilis: & per consequens cœlum nunq̃ complebit reuolutionem suam:& dicit Aueroes hanc esse aliam demonstrationem a prædicta idest ab ea quam prima forma composuit:& utetur illa Aristoteles postea : ut dicemus· Ecce q̧ Aueroes quasi trifariam demonstrationem formauit·tamen Aristoteles ut mihi uidetur processit:ut nos deduximus· Textu comē ti·xl·

Præterea & ex his perspicuum erit infinitum moueri non posse · Sit enim linea a finita lata iusta b lineam finitam;necesse igitur & a ab ipso b:& b ab a absolui simul·Quantum·n·alterius altera occupabit;tantundem ét altera illius·

Mota finita superposita A

B Supposita quiescens finita·

Nunc ponit tertiam demonstrationem:& more geometræ proponit conclusionem : & inquit præterea & ex his:quæ modo adiiciemus perspicuum erit infinitum corpus moueri non posse: hæc est conclusio·In quibus uerbis Aueroes dicit demonstrationem hanc tertiam esse uniuersaliorem:cum Aristoteles intendat ꝓbare non solum moueri nō posse infinitum corpus sphericū circulari motu:sed uel nec aliquod corpus infinitum quouis motu·Et ita demonstratio hæc uniuersalior est cæteris duabus·Deinde more geometræ etiam constituit suppositiones : & prima est ut sint duæ lineæ·uidelicet a & b :sintq́ ambæ finitæ·sitq́ a linea superposita· b uero supposita:& a moueatur prope b quiescentem:uel b moueatur : & a quiescat · hoc enim non refert·quo casu stante suppositio est q̧ simul & a linea ab ipsa linea b :& b ab ipsa linea a absoluetur:ita q̧ simul inuicem seperabuntur·Cuius suppositionis causa est : quia quantum altera alterius occupabit suo motu:tantundem altera illius sua quiete occupabit etiam·quare tandem disiungentur·hæc est suppositio:hæc etiam & conclusio· Quæ Auer· com·xxxvii·

Si igitur ambæ in contrarium moueantur:citius disiungentur· Sin autem prope manentem feratur:tardius·Modo quæ prope mouetur;eadem celeritate feratur·

Finita mota A

B Finita mota·

Sed posset quæri si linea a mota prope b simul absoluentur b quiescente:nunquid utrisq́ motis econtrario:ut pote a uersus b & b uersus a æque simul absoluentur·hoc enim non temere est dubitatione dignum:quia non uidetur in simultanea absolutione magis & minus inueniri: & ita uidebitur illas æque simul absolui siue ambæ econtra moueantur : siue altera moueatur· Altera uero maneat·Respondet Aristoteles q̧ una condictione seruata tales lineæ sic in contrarium motæ citius absoluentur quam si solum altera moueretur:& altera maneret : dico una condictione seruata·uidelicet q̧ altera quæ mouetur:uniformiter semper & æque celeriter moueatur:ubi enim a moueatur æque celeriter semper:& b maneat:tardius a & b lineæ absoluentur· Vbi ambæ moueantur in contrarium etiam æque celeriter:citius absoluentur : non seruata uero uniformitate esset imaginarium altera mota : & altera manente absolutionem fieri æque uelocem ei quæ fieret etiam utrisq́ motis · Quare utrisq́ motis in contrarium modo seruetur regularitas in motibus:citius absoluentur semper· Citius dico in duplo:quia a manente b absoluetur ab ipso b uerbi causa in hora·ubi uero b ipsum moueretur æquali uelocitate qua mouetur a :absolueretur in medietate horæ:ut patet calculanti:& licet solutio huius dubii non sit satis necessaria ad propositum:tamen est res hæc dubitatione digna:propterea obiter dubiū huiusmodi Aristoteles remouit·Ex quibus patet aliqua posse citius tardius simul absolui · quare stat aliqua simul absolui:que citius & tardius possunt simul absolui· Quo uero ad uerba attinet·Aristoteles locutus est illatiue dicens · Si igitur in contrarium moueantur & reliqua : quia istud quod adiecit:est ad suppositionem sequens· Sequitur enim si a mouetur prope b lineam quiescentem uniformiter in hora b pertranseundo atq́ ab ea sese disiungendo:ubi ambæ æqua celeritate ferantur:in dimidio horæ absoluentur:& propterea usus est illationis nota· Necessitas dubii· Excerptum·

Verum illud est perspicuum impossibile esse ut finito in tempore quicquam trāseat infinitum· Transibit igitur in tempore infinito·demonstratum est enim hoc prius in his:quæ de motu·

Quæ galetanus·
Alia expō·

Sunt qui uelunt Aristotelem hic ponere secundam suppositionem:quod dissonat modo loquēdi Aristotelis:qui aduersarius loqui uidetur· Propterea melius Simplicius(ut Expositor sectatur) uult Aristotelem suppositionē quā fecerat in lineis finitis:transferre ad lineas infinitas:fuit·n· suppositio q̄ si sint due lineæ a & b superpositæ: & a iusta b feratur: hæ inuicem se absoluent· transfert igitur suppositionem hanc ad lineas uel ambas infinitas:uel ad eas quarum una sit finita:altera infinita:& dicit si fuerit a linea finita:& b infinita: feraturq; a prope b quiescentem: etiam simul disiungentur·suppositio igitur dicta habet locum in lineis siue finitis:siue infinitis·non tamen eadem ratione: quia linea a finita pertransibit b finitam: ab ea se disiungendo tempore finito: linea a finita pertransibit b infinitam tempore infinito ab ea se disiungendo· Quare suppositio eundem locum habet in utrisq;: licet non seruato eodem tempore: ut dictum est· Aristoteles igitur non explicat hanc suppositionem in lineis infinitis·quia uult illam intelligi:sed tantum addit differentiam inter dictam suppositionem quando aplicatur lineis finitis:& quando aplicatur infinitis:& lege sic dico suppositionem dictam esse ueram in lineis finitis:& infinitis:uerum illud est perspicuum impossibile esse ut finito in tempore quicquam·idest linea finita transeat infinitum·idest lineam infinitam:transibit igitur in tempore infinito:ut in sexto demonstratum est physicorum·sic igitur dicta suppositio locu3 habet utrisq; in lineis & finitis & infinitis:modo seruetur dicta differentia ex parte temporis·hæc est Simplicii & Expositoris(ut mihi uidetur)expositio:licet obscure loquantur·Si quis autē suppositiōes hasce duas esse uoluerit:dicerem eiusmodi suppositiones esse unam generatim:duas uero speciatim:generatim quidem|accipiendo lineas:& non descendēdo ad species linearū:spectatim uero descendendo ad species:nam descendendo ad finitas:erit prima suppositio:descendendo ad infinitas:erit secunda suppositio·

Qūo prima expō hab3 locum·

Interest autem nihil finita prope infinitam feratur· An infinita prope finitam· nam cum hæc prope illam moueatur· Et illa per hanc transibit:similiter & si moueatur:& si non moueatur·

Occurres dicta suppositio habet locū in lineis finitis & in lineis infinitis:utrū eodē mō ab inuicem disiungantur·si finita moueatᷣ ꝓpe infinitā|infinita manēte:an infinita moueatur ꝓpe finitam finita manēte·Secundo occurres utrum absoluantur utrisq; motis:sicut altera mota tantū· Respondet & inquit interest autem nihil finita ꝓpe infinitam feratur infinita quiescente·an infinita ꝓpe finitam finita·uidelicet manente·nam cum hæc infinita ꝓpe illā moueatur:& illa ꝑ hanc transibit:igitur refert nihil ad absolutionem dictarū linearū siue finita moueatur:siue infinita:modo semper altera maneat·Secundo respondet ad secūdū|& inquit silr si moueatᷣ|& si nō moueatur:siue·n·uterq; moueantur:siue altera dūtaxat:semp tandem altera ab altera absoluetᷣ· Refert igitur nihil quo ad dictam linearum seperatione3:siue finita moueatur|siue infinita|siue utraq; contra ferantur:siue altera tantum·semper enim tandem ab inuicem absoluentur:sed(ut dictum est)non eodem modo de finitis|& de infinitis dicta absolutio intelligitur de finitis si quidem tempore finito:de infinitis uero tempore infinito intelligitur·hæc Aristoteles ut exponunt græci & docte(ut mihi uidetur·

Verum si moueantur ambæ:citius absoluentur·

Dixit dictas lineas absolui si uterq; moueantur:& si altera tantum·dices utrum eadem ratione· Respondet q̄ non eadem ratione· Nam nō æque simul·ubi enim altera mouetur tantū:tardius altera ab altera disiungetur:ubi uterq; cōtraferantur:citius ab inuicem absoluentur:& ita nō eadem ratione·

Quamquam nihil prohibet eam interdum quæ prope quiescentem mouetur: citius pertransire:q̄ prope contramotam:si quis eas quidem quæ contramouentur: utrasq; ferri tarde posuerit: eam uero quæ prope quiescentem mouetur: multo celerius illis ferri·nullum igitur ad rationem impedimentum erit:si contra quiescentem altera moueatur:ex eo quia contingit motam quidem eam quæ est a pro pe motam eam quæ est b tardius pertransire.

A Finita

a finita

b infinita


Occurres & recte pono per casum q. a moueatur uelocitate ut octo supra b quiescentem: certum est q. certo breui tempore a pertransibit b. Vlterius pono per casum q. si utraque cõtraferantur: a moueatur uelocitate ut duo. b similiter uelocitate ut duo: totus motus absolutiuus erit uelox ut quatuor. patet q. istæ sic motæ in duplo tardius absoluentur. igitur stat contralatas tardius absolui: q̃ si altera moueatur tantum. Quare quæ dicta sunt: non recte dicta sunt. Respondet concedendo totum: Nam si quis sic imaginatus fuerit: etiam debet concedere a citius absolui a b quiescente/ q̃ a b motu. intelligebatur enim dicta suppositio (ut dictum est) seruata semper paritate in uelocitate. Vbi autem non seruetur paritas in uelocitate: totum quod dictum est / erit concedendum. & propterea respondendo dicit nullum igitur ad rationem impedimentum erit: si contra quiescentem altera moueatur / dico nullum impedimentum ad rationem esse ex eo quia contingit motum quidem eam quæ est a prope motam eam quæ est b: tardius pertransire. nam siue a tardius siue celerius ab ipso b absoluatur: semper suppositio facit ad rationem dicendam: modo supponatur illas aliquando fore ab inuicem absoluendas. Hæc de de suppositione.

Si igitur tempus quo finita linea mota absoluitur: infinitum sit: & tempus quo infinita perfinitam mouebatur: infinitũ esse etiã necessarium sit: Impossibile erit profecto infinitum moueri pænitus. Nam tempus fiat infinitum & necesse est etiã si per finitum Moueatur. At cœlum circuit atq; conuertitur totum in orbem finito in tempore: ut totam eam transeat circumferentiam. quæ est intus: uidelicet a b finitam. Impossibile igitur est. infinitum esse: quod circulo mouetur.

Finitum

Minimum.

Circũferẽtiã est uerbũ additum ad sensum Aristot.



Vt diximus: Aristoteles unam fecit suppositionem: quæ speciatim potest ad duas resolui. nunc supponit tertiam: uel Melius: quæ dixit in lineis rectis: aplicat ad circulares. & ut intelligatur hæc suppositio in circularibus: sit orbis d: cuius conuexũ sit infinitum / ut tenet aduersarius ueritatis. & circumferentia a b finita: quia aduersarius ueritatis tenet cœlum esse finitum ex parte concaui. Tunc sit suppositio q. orbis d circuendo circa centrum c pertransibit a b circumferentiam finitam tempore infinito: siue talis circumferentia intelligatur in mobilis / siue contra moti / ut est ueritas. Nam inuentũ est orbes inferiores contramoueri primo mobili. hæc suppositio patet per præcedentes / nam linea infinita non potest absolui a finita nisi tẽpore ĩfinito. & ecõtra ẽt / siue illa moueat̃ / siue quiescat. quare orbis d peragrabit nunq̃ circumferentiam a b nisi tempore infinito. Hæc est tertia suppositio / uel ut rectius dicam / est una: quæ infinitis circularibus est aplicata. His habitis. Aristoteles arguit hypothetice deducendo syllogismum contra sensum: & inquit si igitur tempus quo finita linea mota absoluitur suple ab infinita: sit infinitum: ut supposuimus: & tempus etiam quo infinita perfinita mouebatur: infinitũ esse necessarium sit: ut etiam supponebamus: impossibile erit profecto infinitum corpus moueri pænitus. Nam siue sit corpus rectum / ut ælementum: siue sit circulare / ut cœlum: tempus quo tale corpus moueretur: fiat infinitum necesse est: etiam si infinitum moueatur per finitum: quanto magis si per infinitum moueretur. Consequentia tenet ex suppositionibus: nec illam probo aliter. Ostendit hoc aduersari sensibus: & inquit at cœlum circuit / atq; conuertitur in orbem totum finito in tempore. utpote spatio uigintiquatuor horarum: ut sensus ostendit. dico q. conuertitur in orbem. xxiiii. horis: ita ut orbis supremus: quod est primum mobile: totam eam transeat circumferentiam / quæ est intus uidelicet a b finitam dicto tempore de corpore recto non ostendit aduersari sensibus. quia cõstat: Si enim cœlum. xxiiii. horis constat moueri: etiam sensibus patet ælementum nullum posse ferri nisi tẽpore finito: cum omne ælementum intra cœlum contineatur. Tunc ultimo addit propositum & inquit impossibile igitur est infinitum esse: quod circulo mouetur. & tota ratio reducitur ad breuia sic: si cœlum ex parte orbis supremi esset infinitum / & ex parte orbium contentorum fi

Rõ breuis

nitum: ut dicit ueritatis aduersarius: orbis d supremus tempore infinito peragraret a b orbes c&/ tentos siue illi intelligantur mobiles contra primum: siue in mobiles· sed hoc est contra sensum nam coelum orbes illos in mobiles peragrare· xxiiii· horis constat sensibus· quare coelum omni ex parte finitum esse necesse est· uidetur igitur ex dictis unam tantum Aristotelem fecisse sup/ positionem: quae primo fuit declarata i lineis rectis finitis: postea in lineis rectis infinitis: & de mum in circularibus· Aueroes uero hunc locum confusit: uerum quia nostro tempore homines nimium barbarie ipsius afficiuntur: est etiam in his quae dicit nõ ni hil fructus: propterea quae hic dicit, clarioribus uerbis: quibus possu mus, referre enitemur· Aueroes itaque multas facit suppositiones: qua rum prima est in praecedenti comento uidelicet linea seu magnitu do finita pertransit finitam tempore finito· Secunda est conuertens per contra positionem utpote linea non finita pertransit finitã tem pore non finito: quae aeque pollet huic uidelicet linea seu magnitu do infinita pertransit finitam tẽpore infinito· Haec igitur suppositio tenet, ut dicit Aueroes: quia est ex conuersione per con/ trapositionem primae· Quare si contingit lineam infi/ nitam moueri prope finitam illam peragrando: ab il/ la non contingit seperari nisi tẽpore infinito· non con/ tentus Aueroes dicta probatione: quae fit per contrapo sitionem: probat secundo illam secundam suppositio/ nem syllogismo diuisiuo: sic, Si linea infinita peragra/ bit finitam: aut tempore finito ab illa disiungetur· aut tempore infinito· non tempore finito: ut sexto physi/ corum est probatum· igitur tempore infinito· Auero· obiter assignat tres causas cur liber physi/ corum solet dici de motu liber· prima est quia omnia ordinantur ad motum ut ad finem· quia primus & secundus sunt praeparationes ad tertium: cum sicut de principiis motus· tertius uero est de definitione motus· atque infinito: quod esse Mobile extimatur quartus de loco: qui est finis motus· de tempore: quod est mensura motus de uacuo: quod est finis extimatus motus· Quin/ tus est de diuisione & speciebus motus· sextus de passionibus atque propriis motus· septimus de motu aeterno atque efficiente motum· octauus demum de motu aeterno, atque primo motore· finis igitur libri physicorum est motus· cum quicquid in illo consideretur: ad motum spectet· Secũda causa est: quia maior pars est de motu: utpote a tertio libro usque ad finem· quia ut themistius di/ cit primus & sedus non de motu: sed de principiis motus sunt· inscribitur igitur totus liber de motu: quia a praedominante fieri debet denominatio· tertia causa quare liber physicorum est de motu, est propter haec duo: utpote & quia maior pars est de motu: & quia omnia quae in eo libro tractantur: admodum habent rationem· occurres quia non uidetur posse seperari lineam infini/ tam a finita: quia quod seperatur tempore infinito: non seperatur· Intelligas suppositionem hy/ pothetice: utpote si contingat talem infinitam lineam seperari· Nam ubi contingat seperari: se/ perabitur tempore infinito· Sic enim hypothetice intellecta haec suppositio deseruit demonstra tioni dicendae: ut uidebitur· Ex his patet secunda suppositio· Quo uero modo Aueroes syllogi/ zat: non clare constat· uerum anteq̃ syllogismum conficiat: uerba Aristotelis perlibrat: dicunt enim eius translationes· Reuertamur ergo & dicamus si illud tempus est infinitum: in quo per/ transit motus finitus in motum infinitum: & seperabitur ab eo: & quo Iuit motus infinitus: & p transiuit motum finitum: Tunc partes eius sunt infinitae necessario· Haec sunt uerba suae transla tionis· Vbi primo dicit Aristotelem per motum intelligere mobile: non enim motus pertransit in motum: sed est quo mobile pertransit spatium· & per inmotum intelligit spatium permanẽs· Secundo per partes intelligit partes motus uniuersaliter est igitur sensus uerborum apud Auero em: si tempus est infinitum: quo Mobile finitum pertransit spatium infinitum permanens disse cando se ab illo: & quo Mobile infinitum spacium peragrat finitum: tunc partes eius idest mo/ tus erunt infinitae· tenet consequentia (licet ipse non probat) quia infinitum non resultat nisi ab infinitis numero & magnitudine· Si igitur tempus est infinitum: motus etiam illorum erit infinitus: & si motus est infinitus: partes eius motus erunt numero & quantitate infinitae· Haec est prima expositio uidelicet q. per partes eius: intelligat partes motus· Aliter exponit: & uult per partes eius, partes mobilis· Si enim mobile est infinitum: partes eius erunt numero, & ma/ gnitudine infinitae· Quod si dicas non esse uerum in coelo: Respondet q. secundum aduersarios

coelum

Contra, gale·

Quae Auero· com· xxxviii


Prima suppõ·


II· suppositio

Cur liber phi sicorum dicit̃ de motu

Dubitacio Sol·

Consideratio uerboꝝ Auer· rois i suis trã/ slationibus





coelum ex parte conuexi est infinitum saltem: licet finitum ex parte concaui· Quare partes mo/bilis saltem aliquæ sunt infinitæ: quod sufficit ad rationem· Ex iis expositiōibus colligitur ter/tia suppositio: uidelicet q̃ si aliquod mobile est· Infinitū partes eius motus/uel eius mobilis sunt infinitæ· & quia hæc suppositio est gemina: prout uerbum illud partes eius/potest referri ad partes motus: & ad partes mobilis: propterea bifariam deducit rationem Aristotelis iuxta igitur secundam interpraetationem qua uerbum illud partes eius referebatur ad partes mobilis: syllogizat sic si coelum est infinitum: partes coeli saltem conuexales erunt infinitæ iuxta tertiam suppositionem secundo loco expositam· Coelum est infinitū & aliquæ eius partes saltem conuexales· igitur totum coelum: & eius conuexum pertransibunt orbem medium intra ipsum intellectū uel conuexum terræ· tempore infinito· Immo totum coelum pertransibit totum illum orbē intraclusum uel totam terram tempore infinito: & pars coeli utpote conuexum partem illius orbis uel terræ puta illius conuexum etiam tempore infinito· Vltra sequitur q̃ totus mundus erit infinitus: & quælibet eius pars: quod intelligo quo ad motum· hoc est contra sensum: nam sensu uidetur coelum & eius conuexum· xxiiii· horis peragrare orbem intraclusum/uel terram: si ille est inmobilis: uel saltem si mobilis in contrariū: in paulo maiore tempore· Addit q̃ hæc expositio: qua per partes eius intelligit partes mobilis est conuenientior postea dicendis· Prima uero qua per partes eius intellexit partes motus est conuenientior uerbis textus· Addit autem uerba postea dicenda quæ sunt illa uidelicet· Manifestum est igitur q̃ corpus· Et reliqua: quibus secunda expositio uidetur ualde conuenire· Hæc Aueroes quo ad primum modum legendi uerbum illud partes eius: & de primo syllogismo iuxta illius expositionem· Si uero uerbum partes eius referatur ad motum: tunc syllogizat sic si coelum est infinitum: tunc corpus infinitum secabit finitum tempore infinito· si sic: ergo pars corporis infiniti secabit partem illius finiti tempore etiam infinito: utputa conuexum infinitum secabit conuexum intraclusi orbis uel terræ tempore infinito· Nam proportio infiniti ad totum orbem intraclusum: & ad eius partem uidelicet eius conuexum est eadem proportio· Vltra igitur motus totius coeli est in tempore infinito: & motus eius partis uidelicet eius conuexi· at hoc est contra sensum: cum totus Motus & eius pars nō sit maior· xxiiii· horarum· differunt autem hic syllogismus a primo: quia hic deducit ad infinitatem totius motus: & eius partis· & per hoc deducit ad illud quod est contra sensum· Primus uero deducit sine hoc ad id quod est contra sensum: quæ est parua differentia· & iuxta hunc secūdum syllogismum legit litteras Aristotelis satis bene: replicando syllm̄ factum iuxta primam expositionem· demum notat syllogismum litteræ posse uniuersaliter: & particulariter confici· Vniuersaliter quidem conficitur: si concluderetur uniuersaliter nullum corpus infinitum posse moueri & per consequens nullum corpus infinitum esse· particulariter uero si concluderetur coelum non posse moueri si est infinitum· demōstrationem uniuersalē nec Aristoteles fecit: nec p se expressit· potest tamen ex dictis sic confici: si aliquod corpus infinitum daretur: uel esset rectum: uel circulare· Si rectum: oporter ut moueatur: uel igitur tempore finito: uel tempore infinito· Si tempore infinito moueretur· igitur etiam tempore finito mouebitur· sicut omne quod moueret̄ in anno: etiam in die mouebitur: & quod in die: etiam ĩ hora· igitur quod tempore infinito: etiam tempore finito mouebitur· Sed hoc est impossibile: quia infinitum totum occupans tempore finito moueri non potest: ut sexto physicorum est dictum· nec dari potest tale corpus moueri motu & tempore finito: quia tunc Moueretur supra spatio finito: quod est impossibile· non potest igitur esse corpus rectum· quod uero non sit circulare: deductum est: quia coelum esse non pōt infinitum: nam pertransiret aliquam magnitudinem tempore infinito: quod est contra sensum· Nam· xxiiii· horis moueri uidetur· Sic igitur uniuersaliter & particulariter patet nullum corpus infinitum posse moueri: & ita nullum corpus infinitum esse· Sed occurres quia coelum mouetur tempore infinito: quia æterno motu· & tamen est mobile finitum· igitur non oportet motū correspōdere mobili quo ad finitatem infinitatemue· Præterea imaginor circa terram & omnes orbes: quos ponit Aristoteles orbem moueri ab occasu in ortum in duplo tardius· ix· orbe· & aliū adhuc in duplo maiorem moueri ĩ duplo tardius· x· &· xii· adhuc in duplo maiorem moueri in duplo tardius: & si in infinitum· igitur potest aduersarius dicere esse orbem ex parte conuexi coeli infinitum qui proprio motu infinite tarde moueretur· Adhæc dico q̃ licet Motus diurnus sit infinitus replicatione & secundum speciem· tamen est finitus secundum indiuiduum: est enim in· xxiiii· horis· In his· n· coelum præcise complet reuolutionem diurnam· & super hoc Aristoteles fundauit demōstrationem: nam si coelum· xxiiii· horis complet reuolutionem: non pōt moueri nisi supra spatio finito & tempore finito· igitur est finitum· Ad secundum dicerem illud esse

iii· suppō·

Prim⁹ syllš·

Dubitatio

Imaginarium:sed non uerum·quia secundum rei naturam omne quod mouetur: aliquando erit motum illo motu:quo mouetur saltem secundum indiuiduum·aliter motus ille esset frustra: cũ nunq̃ ad finem ueniret·Praeterea talem motum tardissimum in infinitum phylosophi non pos/sunt ponere:quia omnem motum coeli ponunt propter motum stellae·at nulla stella esse potest faciens ad uniuersi conseruationem:quae motu infinito Mouetur·igitur licet illud sit imagina rium·tamen in re nihil esse potest·Haec colliguntur ex cõmento·Tu uero scias ea quae Aueroes hic dixit esse nugas:nam ea perlibrat in textu:quae in codicibus graecis non inuenimus·Praete rea Multiplicat syllogismos & suppositiones & expositiones ad ea:quae non reperiuntur in codi cibus graecis·ppea tu considera quae diximus:nam sunt dicta ad mentem graecorꝫ expositorꝫ·

Qualia sunt quae Auero· dicit hic·

Ex ea pte qua

Cuius

nisi

Praeterea quemadmodum linea ex ea parte qua finis est: infinita esse non potest: nisi ad longitudinem·& superficies ex ea parte qua finis similiter infinita esse non potest·Cum autem fuerit terminata:nulla ex parte est infinita·ueluti nec quadra tum nec circulum nec sphaeram infinitum dixeris:quemadmodum nec pedale in/finitum·

Sed siquidem

Infinita est uerbũ suple/tum·

Nec non est in graeco sed sensui itellig̃ dixeris ẽ uer/bũ supletum·

Ex ea parte qua uel cuius·

Infinita ẽ uer bum supletũ·

Haec est quarta demonstratio:cuius supponit nullum circulum & nullam sphaeram esse infini/tum:& syllogizat sic nullum terminis clausum est ifinitum·Circulus & sphaera est omni ex par te terminis clausus·igitur nec circulus:nec sphaera est infinita·Maior deducitur:nam linea ex ea parte qua ipis terminis clauditur:non est infinita·superficies similiter ex ea parte qua terminis clauditur minime est infinita·& de caeteris id genus similiter·igitur uniuersaliter nullum termi nis clausum est infinitum·Hanc igitur maiorem probat & inquit praeterea quemadmodum li/nea ex ea parte qua finis est hoc est terminis clauditur:infinita esse non potest| nisi ad lõgitudi/nem hoc est nisi ad alteram longitudinem fuerit infinita·& superficies ex ea parte qua finis est idest terminis clauditur similiter infinita esse non potest·& uniuersaliter cum uel linea uel sup ficies fuerit terminata:nulla ex parte est infinita·ex his uult habere hãc maiorem uidelicet nul/lum terminis clausum est infinitum·Minorem non posuit|uidelicet sed sphaera terminis claudi tur:quia intelligitur:sed subscribit cõclusionem per uerbum:ueluti quod est nota similitudinis· Tu uero lege per uerbum illationis:nam uerbum illud:ueluti uim habet illatiuam· lege igitur nec quadratum nec circulum|nec sphaeram infinitum dixeris quemadmodum nec pedale infi/nitum dices·est igitur conclusio·sphaera non est infinita·Animaduerta tu me multa mutasse|& plura adiicisse:ad sensus explicationem:quae quia notaui in lateribus textus:tu considera·Quo uero ad uerba attinet:circulus & sphaera differunt·nam circulus est in superficie· sphaera in cor/pore·propterea circulus est superficialis & sphaera corporea figura·relinquitur igitur ex his sup/positio:uidelicet q̃ sphaera non est infinita·

Circul⁹ sphae/ra·

Sed

Latio circula/ris uerbum ẽ additum·

Si igitur neq; sphaera·neq; quadratum·nec circulus est infinitus: atq; si circulus non est:latio circularis non est:& similiter si circulus infinitus non est: latio circu/laris infinita non erit·Sed circulus infinitus non est·igitur corpus infinitum cir/culo mouebitur nunq̃·

Hac suppositiõe stante syllogizat hypotheticE sic si sphaera & circulus & quadratum non est infi/nitus:Motus circularis non potest esse infinitus·probatur in textu quia sicut si non est circulus: non potest esse motus circularis:ita si non sit infinitus circulus:non potest esse infinitus motus circularis·igitur ualet si sphaera & circulus non est infinitus:Motus circularis non potest esse in finitus·Tunc ponendum est antecedens sed circulus infinitus non est: ut ex suppositione habe/tur·Imo nec sphaera|nec quadratum·igitur Motus circularis infinitus esse non potest· Tunc ul/tra·Si circularis motus non potest esse infinitus:nullum corpus infinitum poterit moueri motu circulari infinito·Haec patet:quia motu qui nec est|nec potest esse:nullum corpus moueri põt· Probatum est autem motum circularem infinitum nec esse|nec posse esse·igitur tali motu nullũ corpus mouebitur·Tunc sequitur cõclusio uidelicet q̃ nec coelum potest tali motu infinito mo ueri:quod erat intentum·dicit si igitur neq; sphaera|neq; quadratum|neq; circulus est infinitus: hoc est antecedens:cui deberet coniungi illud consequens uidelicet:latio circularis infinita non erit·uerum interponit probationem·& dicit atq; si circulus non est:latio circularis non est·igĩ similiter si circulus non est infinitus:latio circularis infinita non erit· ecce haec est maior hypo/thetici syllogismi:& eius probatio·dat Minorem:& inquit sed circulus infinitus non est· Huic


minori

minori deberet addi conclusio uidelicet:igitur Motus circularis non est infinitus·sed non addit sed subiungit consequens ad illam conclusionem uidelicet igitur corpus infinitum circulo mouebitur nunq̄:sequitur enim si motus circularis non est infinitus : corpus infinitum non potest Moueri motu circulari infinito:ut fuit deductum·tacuit uero conclusionem principalem uidelicet cœlum non posse esse infinitum·quia eam posuit a principio· Quo uero ad uerba attinet debes scire q̄ sermo Aristotelis est abundus:addit enim sphæram & quadratum non esse infinitū: quod superfluit ad syllogismum·uerbum illud additum est ad pleniorem intelligentiam : ut habeatur omne figuratum esse finitum · & quasi potest fieri alius syllogismus hoc pacto omne figuratum finitum·Cœlum figuratum·Cœlum finitum·Qua ratione Aristoteles dedisset unam rationem:& alteram indicaret·Aueroes autem rationem hanc aliter componit· Ad cuius euidētiam supponit:duo sed ut suppositiones intelligantur:notat in comento q̄ duplex est figura superficialis uidelicet:& corporalis·superficialis clauditur una linea : ut circulus· uel pluribus/ut triangulus/uel quadrangulus:& cæteri id genus · Corporalis uero clauditur superficie una : ut sphæricum solidum·uel pluribus/ut corpus quadratum/uel cubicum·hoc notato : supponit primo q̄ tam linea q̄ superficies potest esse una ratione finita:altera uero infinita·ex parte quidem generis infinita·nam ratione longitudinis:quæ est genus lineæ:& latitudinis quæ est genus superficiei:non repugnat lineæ infinitudo:& superficiei·ratione uero differentiæ / repugnat : est enim differentia lineæ:cuius extrema sunt duo puncta:superficiei uero:quæ lineis clauditur·& sic ex parte generis nulli horum repugnat infinitudo·ex parte differentiæ uero repugnat·Secūdo supponit nullum figuratum posse esse infinitum : nisi ex parte generis : utpote ut quantum·nam ut figuratum infinitum esse nō potest·quoniam siue figuratum sit superficiali/siue corporali figura:quatenus figuratum:terminis semper clauditur·ponitur autem secunda suppositio apud Auero·in textu suo parte illa Tunc enim est impossibile: Ex his duabus suppositionibus uult Aueroes Aristotelem syllogizare ibi·Si ergo neq̄ orbis:Et syllogismus(ut mihi uidetur) apud ipsum sic componitur nullum figuratum est infinitum·Cœlum est figuratum quia sphæricum·igitur cœlum non est infinitum·Maior patet ex suppositionibus:dictum est enim figuratum/ut figuratum/non posse esse infinitum:nisi ratione generis· Vltra si cœlum non est infinitum:sequitur nullum infinitum esse mobile motu circulari:quia si aliquod esset : maxime esset cœlum:ut dictum est·Hæc est demonstratio:ut Aueroes exponit:quod qualiter ualeat: ex nostris comētationibus:perspicuum est·Sed occurres:quia posset dici rationem Aristotelis probare cœlum quod mouetur·xxiiii·horis esse finitum:ut motus finitudo denotat · tamen ultra primum mobile est dabile orbis infinitus:qui mouetur motu infinito:quem orbem non perceperunt astronomi:qui solum obseruarunt orbes:qui mouentur motibus finitis·Respondet Aueroes ex textu:& dicit q̄ propterea addita est quarta ratio:quia per illam remouetur iste cauillus· quoniam talis orbis ultra alios conceptus/esset orbis:igitur corpus figuratum· Modo nullum figuratum esse potest infinitum·sed dubitatur circa hæc:& primo quia non uidetur ualere consequentia Auerois rotūdum est finitum:igitur eius motus est finitus:quia licet ualeat mobile est infinitum:igitur motus est infinitus·non ualet econtra mobile est finitū igitur motus:quia cœlum est finitum:quod tamen mouetur tempore infinito·diximus superius q̄ propositio Aristotelis & Auerois debet intelligi secundum indiuiduum·Omne enim mobile finitum motu uno numero finito mouetur·cœlum uero non mouetur uno motu infinito numero:sed specie:quoniam reuolutio cœli est finita·Secundo occurres quia figura non uidetur de prædicamento quantitatis:sed qualitatis·igitur tam genus q̄ differentiæ sunt de prædicamento qualitatis· & ita genus non uidetur esse de prædicamento quanti·dici potest q̄ particulæ positæ indefinitione figuræ non sunt proprie genus:& differentia:sed circumlocutiue ponuntur · & propterea uerum genus:& uera differentia esse uidentur in prædicamento qualis · Tertio uidetur infinitum corpus esse posse:quia aliquantum corpus esse potest:& aliquanto maius:& sic infinitum·sorticolæ dicunt infinitum corpus posse esse:quia sincathecoramatice·non tamen corpus infinitum: quia non cathegoramatice·Tu uero lege dicta nostra·iii·pħcorum·

Quæ Auero· com · xxxix·

Præterea si sit g centrum,a b uero sit infinita·& e ad rectum infinita·& g d sit mota:nunq̄ ipsa g d ab e absoluetur:Sed semper quemadmodum a b se se habebit:incidit·n·ei:quod est z·non igitur circuit circulum;quæ est infinita·


Ipsa g d est uerbū supletū Aiaduerte in græco g e eē : qd stat̄ n̄ pōt sed trāstuli a b: ut alii transtulerunt ·



Hæc est quinta demonstratio:quæ parum differt a secunda ut dicemus·tamen more boni geometræ: ponit primo exéplum in puluere:& quasi dicat/si per aduersarium ueritatis detur corpus sphæricum ifinitum mobile:sit illius dati corporis g centrum·linea uero a b sit infinita utraq; ex parte· & e suple z sit erecta ad angulos rectos infinita secans a b in z puncto·& linea g d exiens a centro g lateraliter sit linea: quæ mouetur motu corporis sphærici infiniti mobilis dati· in casu isto patet lineas a b:& e z immobiles intelligi·lineam uero g d moueri motu corporis sphærici dati uidelicet d a e b·Dico g d moueri motu corporis sphærici dati: quia intelligit Aristoteles illam moueri uersus z e : & a g b lineas immobiles·hic est casus descriptus in puluere·Tunc arguit si ita est/ut præcedens casus dicit:nunq̄ linea ipsa g d ab e z absoluetur·quoniam z e ponebatur infinita inmobilis:Modo infinitum pertransiri non potest/ ut tocies dictum est·absoluetur igitur nunq̄ d g ab z e:sed semper quemadmodum a b inmobilis se se habebit:quæ inmobiliter secat e z in z puncto·non quod similitudo currat quatuor pedibus:sed dico d g se se habere ad z e:sicut a b/ad z e:quia sicut a b nunq̄ derelinquit z e : sic d g nunq̄ derelinquet z e·at hoc est impossibile:quia ponebatur g d Moueri motu totius sphærici dati·igitur quæ est g d infinita nunq̄ circulum complebit:& ita sphæricum datum Minime: & per consequens impossibile est dari sphæricum infinitum mobile·ex his apparet:quod essentialiter hæc quinta demonstratio non differt a secunda : sed solum quia in hac assumitur illud uidelicet q; g d ita se se habebit ad z e:ut a b ad z e:quod non assumebatur in secūda demonstratione : tamen fundamentalis uis utriusq; eadem est·Aueroes autem licet aliqua ex parte aliter

Quæ Auero· com·xl· rationem componat:tamen utitur eodem exemplo·licet in illo litteras aliquantulum mutat:qa

Exéplū Aue·



in exemplo nostro per g centrum intelleximus · ipse uero per c signat centrum·nos e z signauimus lineam imobilem pertranseundam·Ipse illam uocat h z·tamē exemplum omni ex parte ē idem·Præterea Aueroes declarat: quod Aristoteles supposuit · Aristoteles enim sphæricū infinitum d a h b supponit habere centrum c·Aueroes super hoc inquit manifestum est cum posuimus q; corpus rotundum mouetur circulariter:necesse est ut habeat centrum:siue sit infinitum/siue finitum·quod ueritatem habere asserunt iuniores de centro motus : non autem de centro magnitudinis· Nos uero diximus illud esse uerū hypothetice:nam si sphæricum corpus infinitum circulariter mouetur:necesse est habere centrum·licet simpliciter non sit necesse habere centrum·quia infinitum caret extremis & medio:sed de his supra·descripto exemplo Aueroes arguit aliqua ex parte aliter: arguit enim·Si linea c d quæ apud nos dicebatur g d seperaretur a linea z h: quæ apud nos dicebatur z e:talis seperatio non esset nisi in ultimo puncto lineæ z h·sed talis seperatio fieri nō potest in ultimo puncto z h:quia infinitum non habet ultimum·igitur talis seperatio fieri nō potest·Maior probatur ab eo:quia si non esset seperatio illarum lineaꝝ ab inuicem in ultimis punctis:tunc alia puncta adhuc super essent:secundum quæ deberet seperari:& ita non dum essent seperatæ:& ex alia parte erant seperatæ:quare contradictio·propterea ait Aueroes sed secūdum quod est infinita:non habet ultimum punctum:scilicet in parte d:& suple tu nec in parte h·sed oportet in hoc casu c d secare arcum similem arcui d z·quasi dicat oportet ut linea c d semper sit in secando z h arcum describendo d z:dico in secando arcum similem d z·quia lineam z h semp in puncto z uel illa æquiualenti secabit:nunq̄ se seperando a tota linea z h· Vocat autem z d arcum:quia describit arcum circa ultimam lineam uidelicet d a h b· Vult igitur dicere Aueroes q; linea c d taliter mouebitur super lineam z h:q; nunq̄ seperabitur ab illa:sed semper in puncto z uel illi æquiualenti illam secabit:cum quo puncto semper seruabit descriptionem semilineæ z d:quæ arcus dicitur apud ipsum/propter causam datam· Hæc credo Aueroes uoluisse:& si nō uoluit hæc:non curo suam barbariem intelligere:quia nō est ad rem quod dicit· Demum in calce

comenti

comenti ipse syllogizat dupliciter conclusionem: primo motus infinitus non perficitur· Motus coeli perficitur· ergo suple motus coeli non est infinitus· q motus corporis infiniti non perficiat patet quia linea c d nunq̄ seperabitur a linea z h· constat autem lineam c d moueri motu corporis infiniti dari· q uero motus coeli perficiatur: patet quia· xxiiii· horis completur· uel sic motus corporis infiniti est infinitus: ut patuit per casum· Motus coeli est finitus· igitur coelum esse nō potest infinitum· Hæc forma parum differt a prima· Hæc Aueroes· tu uero ex nostris comentationibus facile intelligere potes expositionem Aristotelis: & quantum illa Auerois conueniat textui·

Adhæc si cœlum est infinitum: & circumuolnitur: infinitum finito tempore erit ꝑ transitum: sit enim cælum quidem: quod manet· infinitum: id autem quod in hoc mouetur: æquale. Quare si circumuolutum fuerit: quod est infinitum: æquale sibi infinitum tempore finito peragrabit· at hoc erat imposibile·



Hæc est sexta demonstratio: in qua Aristoteles imaginatur coelum quod ponitē infinitum mobile ab aduersario ueritatis d e m f moueri· xxiiii· horis: hoc enim ad sensuꝫ patet· supponit secundo coelum quodam inmobile esse a b l c: in quo coelum mobile continetur ut in loco sibi æq li· tunc arguit si coelum mobile d e m f est infinitum: cuꝫ positum sit ad sensum illud complere reuolutionem suā xxiiii· horis: sequitur illud pertransire coelum illud imobile intra quod intelleximus contineri uidelicet a b l c· xxiiii· horis sed coelum illud inmobile ponitur infinitū· quia continet coelum mobile infinitum· igitur coelum mobile tempore finito peragrabit spatium infinitū: quia d e m f coelum mobile· xxiiii· horis peragrabit a b l c spatium inmobile: quod ponebatur infinitum· Auero· uero per coelum manens intelligit uacuum: quod ponitur extra coelum secundum aduersarios ueritatis & per coelum mobile ītelligit coelum corporeum quod mouetur (ut patet ad sensum) xxiiii horis· Tūc ad syllogismum uult Aristotelem supponere duo primo q coelum uacuum necesario est infinitum: quia continet coelum mobile infinitum· secundo q coelum mobile· xxiiii· horis complet reuolutionem suam· Tunc uult syllogismum esse ad hominem· Nam si coelum mobile est infinitum: oportet dari uacuum in quo cōtinetur infinitum· igitur (ut superius est deductū) coelum mobile· xxiiii· horis pertransibit illud uacuum infinitum· Ex quibus uidetur q tota ratio Aristotelis consistat in duabus propositionibus prima coelum mobile est infinitum· Secunda datur uacuum in quo coelum continetur: infinitum· ex his sequitur spatium infinitū pertransiri tempore finito: quia uacuum datum· xxiiii· hrois a coelo mobili pertransibitur· Constat autem tale uacuum esse infinitum: cum coelum mobile contineat infinitum· Sed dubitat Aueroes: quia ratio Aristotelis est ad impossibile· modo tale impossibile non uidetur sequi ad propositionem quæ dicit coelum mobile esse infinitum· sed ad propositionem dicētem esse uacuum infinitum extra coelum· & ita per consequens impossibile non habetur nisi q uacuum infinitū sit impossibile: non q coelum infinitum sit impossibile· aduersarius enim ueritatis dicet syllogismum hunc ducere ad imposibile ex propositione quæ ponit uacuum infinitum: non ex propositione quæ ponit coelum mobile infinitum· Respondet Aueroes q ratio est ad hominem: modo pro ratione hac oportet ad hominem supponere q omne corpus habeat locum in quo est: & q locus corporis sit spatium continens: quod diminuitur & augetur secundum quod augētur & diminuuntur corpora in eo contenta: hoc est oportet ut locus sit æqualis locato secundum continentiam: & cōmensurationem· hæc conceduntur ab aduersariis: modo ex concessis arguitur: si coelum mobile est infinitum: oportet dare per eos locum infinitum: quæm describet coelum ipsum tempore finito· ultra igitur spatium infinitum erit pertransitum tempore finito· hoc consequens est impossibile: & non pro concessis ab aduersariis· igitur pro eo quod addunt / uidelicet q coelum mobile sit infinitum· quare coelum mobile esse infinitum est impossibile: & sic patet qualiter illud impossibile non sequitur ad concessa: sed ad positionem corporis sphærici infiniti· Ego uero iuxta expositionem simplicii & expositoris per coelum manens non uacuum intelligerem: sed spacium imaginarium quod coelum mobile continere imaginaret· Mo

Quæ Auero· com· xli·

Dubita·

Sol'·

quæ auctor

contra per finitatem temporis finitatem mobilis.igitur hic syllogismus est conuersus syllogismi potentia contenti in priori. & uidetur hæc conuersio per contra positionem quia primus arguit coelum est infinitum:igitur tempus est infinitum.præsens arguit tempus est finitum. igitur coelum est finitum. Vbi patet esse syllogizatum ab opposito consequentis per terminorum mutationem de infinitis ad finitos:quod uidetur conuenire conuersioni per contra positionem. Et hoc inquit Aueroes in uerbis suis obscuris.hoc non est conuersum sermonis prædicti hoc est syllogismi formaliter expressi:sed conuersum suæ potentiæ idest syllogismi:qui potestate continetur in syllogismo expresso. Deinde ponit syllogismum conuersum:& inquit.sermo enim q. si tempus in quo pertransiuit illud corpus inane/fuerit finitum:necessario erit illud inane & corpus:quod est in eo finitum:est conuersum sermonis seu syllogismi non formaliter expressi:sed potestate contenti in syllogismo formaliter expresso: quem syllogismum potestate contentum explicat dicens si corpus & inane in quo est: fuerit infinitum: necessario erit tempus in quo pertransit ipsum infinitum. Sic igitur presens syllogismus non est conuersum syllogismi expressi:sed uirtute contenti in illo.& hoc dicit.uidelicet & hoc quidem hoc est iste syllogismus cuius presens est conuersum:non fuit positum in demonstratione prædicta:quæ formaliter exprimebatur:& inducebatur in forma hypothetici ad impossibile:& non in forma recta: quoniam hæc demonstratio proximo textu ædita cum inducitur hoc pacto in forma hypothetici a primo ad ultimum habetur syllogismus uirtute contentus/in quo cum destruximus consequens:relinquetur oppositum antecedentis:erat enim consequens. uidelibet cœlum pertransit spacium infinitum tempore infinito: quod cum destruxerimus:quia sensu patet cœlum uigintiquatuor horis moueri:relinquetur corpus inane in quo cœlum est non esse infinitum: quod est oppositum antecedentis. Propterea in syllogismo ostensiuo presenti sumit tempus quo cœlũ describit spacium:esse finitum:ut inferatur & spacium & cœlum esse finita. Sic igitur ut dicit ex syllogismo potestate contenti in proximo syllogismo concluditur cœlum moueri tempore infinito. Aristoteles uero sumit contradictorium huius pro antecedente.uidelicet tempus quo cœlum fertur/est finitum:& infert coelum esse finitum:quod est contradictorium primi antecedentis in syllogismo uirtute contento. Vnde per oĩa hæc uult habere Aueroes in his syllogismis esse duplicem conuersionem ordinis uidelicet & terminorum. Ordinis quidem:quia quod in syllogismo potentia contento est antecedens primum:in ostensiuo est ultimum consequens:& quod in ostensiuo est consequens ultimum:in illo est primum antecedens. Terminorum uero: quia mutantur termini de infinitis ad finitos. Exemplum syllogismus potentia contentus est: si coelum est infinitum:inane in quo coelum est infinitum est. Si inane est infinitum tempus: quo inane describitur:est infinitum. Conuertitur ad ostensiuum sic: tempus quo inane describitur est finitum.igitur inane est finitum. Inane est finitum:igitur coelum est finitum. Vbi patet duplex mutatio ordinis uidelicet & terminorum. hæc Aueroes. Sed quoniam hæc expositio pace Auerois est potius confusio:& obscuritas q̃ declaratio:clarius uidetur mihi esse dicendum hunc syllogismum ostensiuum dici conuersum prioris quia prior syllogismus: & præsens sunt quodammodo oppositarum rationum:quoniam syllogismus præsens est ostensiuus:prior uero ducens ad impossibile:igitur præsens uidetur quodammodo oppositus priori secundum rationem generis:non autem speciei:quia præsens non correspondet formaliter priori secundum regulam datam primo posteriorum:& secundo priorum. Propterea dixit Aristoteles est autem & conuertibiliter dicere.idest contingit secundum eandem uim idem deducere sub diuersa forma. Qualis Auer. expositio.

Quod igitur id quod circulo mouetur:non sit immensum:neq; infinitum: sed finem habeat:perspicuum est. Immensum In terminatũ

Epylogat/& ait esse perspicuum coelum quod circulo mouetur:nec esse immensum nec infinitum:sed habere finem. Dixit nec esse immensum:quo ad conuexum: dixit nec infinitum:quo ad concauum. Auer. ait per rationes dictas patere non tantum de coelo ipso finitudinem: sed de omni mobili sphærico:& ut sermo sit uniuersalis ad omne corpus simplex:addit etiam de elementis idem. Vbi animaduersione dignum septem rationibus esse probatum nullum mobile sphæricum esse infinitum. Verum omnes eadem ui firmantur: quia omnes sumunt illud sensu perspicuum. uidelicet coelum motum suum complere uigintiquatuor horis: præter quartam: quæ simpliciter probat nullum mobile sphæricum esse infinitum. Sed circa hæc tres emergunt questiones:quarum prima est si corpus mobile circulo sit uel possit esse infinitum: & uidetur q. Quæ Auer. comen. xliiii. Questiones prima.

sic primo motor primus est infinitus. igitur primum mobile illi aequatum est infinitum: quia si non: tunc excessus quo primum mouens excederet primum mobile/esset infinitus. igitur moueret in non tempore. Secundo argui solet infinitum paruum corpus est circulo mobile. igitur infinitum magnum corpus est mobile circulo. tenet argumentum a simili: antecedens uero probatur: quia medietas coeli est circulo mobilis: & medietas medietatis eiusdem: & sic in infinitum. igitur infinitum paruum corpus est circulo mobile. Tertio arguit Albertillus si impossibile est infinitum corpus mobile circulo: hoc esset: quia infinita uelocitas non potest esse in tempore finito: at falsum esse uidetur hoc. quia infinita tarditas tempore finito esse potest. igitur & infinita uelocitas. nam si unum contrarium est possibile: & alterum. & antecedēs deducitur: quia partes circunferentiales polorum uel mole fabri mouentur aliqua tarditate: & aliquae uersus polos uel centrum in duplo tardius: & aliae aliae adhuc magis uel uersus polos uel centrum in quadruplo tardius: & sic in infinitum. igitur de facto in infinitum tarde mouetur aliqua pars: & in tempore finito. Quarto in infinitum est diffusiua lux coeli. igitur in infinitum est coeli conuexum. ad quantum enim lux coeli diffunditur: ad tantum coelum diffundi necesse est. antecedens probatur. quia per quantum obstaculum siue opacum est umbrae productiuum: per tantum lux est luminis multiplicatiua. sed opacum est umbrae in infinitum productiuum. igitur lux in infinitum est luminis multiplicatiua. In oppositum sunt Aristoteles & omnes paripatetici: ut Simplicius/ Thomas/ Aueroes/ & Auicenna. Sed circa titulum debes scire corpus mobile circulo esse illud in proposito: quod mouetur circa medium. omne enim corpus simplex aut a medio/aut ad medium aut circa medium fertur. Aueroes tamen in comento uelle uidetur corpus mobile circulo esse rationem uniuersaliorem coelo. nam omne coelum est corpus mobile circulo: & non conuertitur. rota enim figuli circulo fertur: quae tamen non est coelum. Sed hoc stare non potest nam Aristoteles per mobile circulo intelligit: quod circa medium fertur mundi. tale autem omne coelum est. & omne coelum est mobile circulo hoc pacto. & quod additur de rota figuli: clarum est hanc non moueri circulo hac ratione: quia non circa medium mundi. Praeterea motus illius est mixtus ex ascensu & descensu: & non simplex. Ex his sequitur titulus quaestionis: intelligitur enim quaestio de coelo: quasi quaeratur: si coelum sit/uel possit esse infinitum mobile. haec de titulo. Et de positionibus agamus: ueterum quidam credentes imaginationi dixerūt coelum quod circulo mouetur: ex parte quidem conuexi infinitum esse. ex parte uero concaui atque centri finitum. Primum probant: quia imaginationi debet correspondere aliquid in re. at imaginatio ultra coeli concauum ad infinitum se extendit. & citra non nisi usque ad centrum. igitur ex parte conuexi erit infinitum. ex parte concaui finitum: haec ueteres. Sed hanc positionem Aristoteles sex uel septem rationibus confutauit: quas in expositione textus diligenter examinauimus. Auicenna uero in suo libro de coelo capite quinto. adiecit alias rationes non leues pro Aristotelicae positionis confirmatione: quas referre superfluum puto: cum satis explicatae ab eo ponantur. Albertillus non ignarus peripateticus in suis quaestionibus/supponit primum ipsum infinitum posse intelligi cathegorematice: & sincathegorematice. Ipsum infinitum cathegorematice aequiualet huic orationi res non habens finem: iusta quam expositionem Albertillus negat hanc continuum est diuisibile in infinitum. esset enim sensus continuū esse diuisibile in rem quae non habet finem. modo hoc uidetur falsum. quaelibet enim partium in quas continuum est diuisibile. habet finem. Simili ratione & in numeris infinitum cathegorematice est: quod non habet finem nec principium. at infinitum sincathegorematice in continuis quidem exponitur per hanc orationem aliquod uel aliquantum & quantumlibet maius. In numeris uero per hanc aliquot: & quantumlibet plura. Iusta quam expositionem Albertilla negat socratem infinitum pondus posse portare. nam aliquod uel aliquantum pondus posset portare: & quantumlibet maius: quod est falsum. Similiter negat infinitam partem esse in hoc pedali. quia tunc aliquanta pars: & quantumlibet maior. At in discretis concedit infinitas partes esse in hoc continuo: quia aliquot partes: & quantumlibet plures. haec distinctio non est aliena a peripateticis. Nam Ammonius inter peripateticos clarus in libro de interpretatione utitur illa a perte. Ex his sequitur de mente Albertille infinitum teneri sincathegorematice quādo totaliter terminum supra quem habet uim: precedit. cathegorematice uero quando ex parte post ponitur. Propterea haec sunt impertinentes infinitum corpus est: & corpus est infinitum: quia secunda nec sequitur: nec repugnat primae. Cum in prima ipsum infinitum teneatur sincathegorematice. In secunda uero cathegorematice. uerum excerptuʒ istud est uoluntarium peripateti. i. n.

De titulo.

Quae Auer. comen. xliiii.

Prima pō.

Quae Arist. contra ueteres.

Pō Albertilli secunda.

Excerptum Albertilli cū.

pateticl enim dicerent propositiones tales esse æquinotas: & ita de situ termini non nimis cu/ rarent: ut patet. Secundo supponit ipsum impossibile bifariam dici: uel simpliciter: quo plures deos esse simpliciter dicimus impossibile: uel secundum quid quo aliquid dicimus esse impossi/ bile potentia naturali: quod non esset impossibile potentia supernaturali: ut pote cœlum quie/ scere. Tertio supponit infinitum cœlum uel corpus mobile circulariter esse posse bifariam intel ligi: aut supposita multitudine orbium/ ut supponit Aristoteles: aut imaginando cœlum esse unum corpus continuum ad infinitum circulariter protensum. Supposita multitudine orbium potest intelligi uno modo imaginando unum orbem moueri certa uelocitate: & supra illum esse alium ad duplum uelociorem/ qui sit duplus ad primum: & sic in infinitum: uel econtra su/ pra illum esse orbem duplum & in duplo tardiorem: & sic in infinitum. & hoc rursus bifariam: quia uel imaginando omnes moueri uno motu diurno: & etiam propriis motibus. uel solum illos moueri propriis motibus: & nullo communi. his uisis tenet Albertilla multas conclusio/ nes: quarum prima est q. loquendo de possibili: quod deducitur a potentia naturali infinitum corpus circulariter mobile non est possibile esse siue supponatur orbium multitudo: siue tenea/ tur omnes orbes esse unum cœlum. patet quia nulla potentia naturalis est: quæ posset facere or bes infinitos alterum supra alterum nec primo nec secundo modo. Itemq; nec est potentia na/ turalis: quæ posset facere unum cœlum continuum infinitum. Si autem loquimur de possibi/ li deducto a potentia supernaturali: aut loquimur in sensu diuiso: aut in sensu composito: si in sensu diuiso: infinitum corpus mobile circulariter potest esse supposita orbium multitudine tam primo q̃ secundo modo. deducitur quia de sensu diuiso sic exponitur: aliquod corpus mobile cir culariter potest esse: immo de facto est. & duplum ad illud potest esse saltem per potentiam su/ pernaturalem: & triplum: & quadruplum: & sic in infinitum. igitur infinitum corpus circulari/ ter mobile per potentiam supernaturalem potest esse. Confirmatur quia infinitum sincathego/ rematice etiam sic exponitur: ut dictum est. si in sensu composito: infinitum corpus circulariter mobile supposita orbium multitudine siue primo siue secundo modo est impossibile: deducitur quia tunc de facto hæc esset possibilis: infinitum corpus est. at hoc nunq̃ esse potest. Si autem loquimur de infinito non supposita orbium multitudine: impossibile est esse corpus infinitum circulariter mobile. deducitur quia si esset: haberet centrum: & non haberet centrum: quod est impossibile. igitur & antecedens est impossibile: est enim impossibile ad quod sequitur impossi bile. Possunt autem omnes hæ conclusiones reduci ad duas prima potentia naturali infinitum corpus circulariter mobile nullo pacto esse potest: siue teneatur infinitum sincathegorematice: siue cathegorematice: item siue teneatur ipsum possibile diuise siue composite. Amplius siue teneatur cœlum unum siue multiplex secundum orbes. Secunda potentia supernaturali infini/ tum corpus circulariter mobile esse potest: siue teneatur cœlum unum/ siue plures orbes. Modo teneatur infinitum sincathegorematice: & possibile diuise. Alii non recedentes ab Albertilla di cunt infinitum corpus mobile circulariter actu esse omni potentia impossibile. infinitum cor/ pus mobile circulariter in potentia secundum sensum datum saltem potentia supernaturali est possibile: quia potest potentia supernaturali esse orbis qui mouetur certa uelocitate. & eadem potentia potest esse orbis duplus ad illum: qui moueretur dupla uelocitate: uel dupla tarditate ut deus uellet: & eadem potentia posset esse triplus: & quadruplus: & sic in infinitum. Prete/ rea dato q. coelum esset unum: potentia dei posset esse coelum certa quantitate: & eadem poten tia ampliari ad duplum: & ad triplum: & sic in infinitum. Quare infinitum in actu esset sim/ pliciter impossibile. Sed in infinitum in potentia esset possibile. Alii reprehendunt hos: & que runt utrum infinitum corpus mobile circulariter esse posset supposita multitudine orbium om/ ni ratione. Videtur enim q. non: quia deus non posset facere orbem duplum ad primum: & aliũ triplum: & sic in infinitum faciendo illos uno motu moueri. Propterea ultra dictas conclusio/ nes addunt: q. tenendo infinitum in potentia deus potest facere corpus mobile circulariter in/ finitum supposita multitudine orbium: modo illos non faciat moueri uno motu communi. Nam motus ille communis non esset nisi finitus. Alii dicunt q. quouis modo sumatur infini/ tum: siue in actu: siue in potentia: deus potest facere corpus circulariter mobile infinitum. Po/ tentia uero naturalis nullo pacto id facere posset. Quod quidem infinitum corpus circulari/ ter mobile potentia naturali nullo pacto sit possibile: ex dictis perspicuum est. Quod uero in/ finitũ corpus circulariter mobile & potentia & actu & cathegorematice: & sincathegorematice potentia supernaturali fieri possit: probatur ex hoc: quia infinitum in actu esse non repugnat.

Positio tertia

Põ quarta.

Põ quinta.

deus aut secundum catholicos potest facere: quicquid non repugnat. Quod autem infinitum in actu non repugnet esse: facile deducitur ab eis: quia si repugnaret esse: hoc esset / quia repugnaret enti simpliciter: uel enti creato: uel enti quanto: uel enti quanto naturali. Sed infinitas non repugnat enti simpliciter: nam inter entia est aliquod infinitum / ut deus. nec enti creato: nam inter entia creata de facto est aliquod infinitum: ut gratia quæ fuit in christo redemptore secundum catholicos. Illa enim est de facto infinita: & creata. igitur infinitas non repugnat enti creato. nec repugnat enti creato quanto. Primo quia dimensio non limitatur sua natura ad certum gradum extensionis. igitur est producibilis sub quouis extensionis gradu: & ita sub infinito. Secundo si dimensio non posset effici sine certo termino: esset uel quia talis terminus essentialiter consequeretur dimensionem. uel quia dimensio haberet esse per talem terminum: ut materia per formam. Sed secundum dici non potest: quoniam dimensio indifferenter stare potest cum quouis termino. Minime primum: quia dimensio in sui essentia non includit terminum. igitur nec in sui esse: & ita omni termino extensionis subtracto: potest dimensio participare esse dei: & ita poterit esse dimensio sine termino. Tertio terminus extensionis non est esse dimensionis: quia una eademque dimensio manens eadem numero potest terminari diuerso extensionis termino. igitur terminus extensionis supponit existentiam dimensionis. igitur dimensio esse potest sine termino. Quarto differentia non repugnat generi. Sed quantum diuiditur per finitum & infinitum. igitur esse potest quantum infinitum. Quinto secundum Auerroim dimensio est materiæ coeterna: & nullus terminus dimensionis est materiæ coeternus: sed coeternum alicui est æternus: æternum uero est quod omni differentiæ temporis coexistit. igitur a primo ad ultimum dimensio coexistit absque termino. & per consequens potest esse & existere sine termino: & ita potest esse infinita secundum sui rationem. Sic igitur patet quod infinitas non repugnat enti ut quantum est. Quod uero / nec enti ut ens est naturale: deducunt multifariam: quia aut ratione materiæ / aut ratione formæ naturalis / aut ratione motus naturalis: qui a forma proficiscitur / aut ratione naturalium uirtutum: quæ formam consequuntur naturalem. non ratione materiæ: quia deus agere potest non præsupposita materia. immo potest agere formam: & ad illam / nouam materiam producere. igitur non ratione materiæ. nec ratione formæ: quia forma naturalis limitationem essendi habet ab agente: uel ab unione materiæ. sed ratione agentis supernaturalis non habet limitationem: quia agens infinitum potest illimitate producere: nec ratione unionis materiæ: quia deus agens agere potest non supposita limitatione materiæ. Præterea materia est infinitæ potentiæ subiectiuæ. igitur potest secundum se recipere formam infinitam. nec ratione motus: quia ut dicitur quinto physicorum & in textu & in comento motus ut motus potest uelocitari in infinitum. igitur motui ut motus non repugnat infinita uelocitas. igitur forma e qua proficiscitur: non repugnabit infinitudo uigoris: nec ratione uirtutum naturalium: quia ut dicit Auerroes quarto physicorum. caliditas ut caliditas & uniuersaliter omnis uirtus naturalis potest crescere in infinitum. Præterea per infinitatem extensionis non tollitur limitatio uirtutis naturalis. quia dato quod esset uirtus in corpore infinito: adhuc illa esset limitata ad actiones naturales. non enim se extenderet nisi ad actiones suæ speciei. Caliditas enim in quanto infinito non posset nisi calefacere. igitur haberet limitationem sui generis: licet in illo haberet infinitudinem. Ex his concludunt infinitum cathegorematice: & sincathegorematice fieri posse a deo: quare & infinitum corpus etiam fieri poterit. Et infinitum corpus quod esset circulariter mobile etiam fieri posset ab eadem uirtute. Quam positionem sequitur Esculanus in libello. xvi. quæstionum. & multi alii catholicorum. Ego uero distinguerem: nam de ueritate quæsiti aliter est loquendum peripatetice: & aliter catholice. Si loquimur peripatetice: solutio quæsiti est perspicua. Nam secundum peripateticos deus nihil immediate de nouo agit ad extra / nisi mediante causa particulari: & agente naturali. Si igitur a potentia naturali infinitum non est effectibile: neque a potentia diuina erit producibile. Qua ratione fit / ut infinitum quouis modo sumptum a nulla potentia fieri possit. Quare nec infinitum corpus circulariter motum erit possibile esse secundum peripateticos. & hoc deduxerunt rationes Aristotelis & Auerrois / atque Auicennæ: ut doctus expositor bene declarauit. Si uero loquimur catholice / ut est sentiendum: non clara est quæsiti dilucidatio. Nam alii catholicorum tenuerunt infinitum cathegorematice & actu esse factibile: ut rationes proxime deducunt. Alii dixerunt infinitum cathegorematice & actu non esse factibile: sed bene infinitum sincathegorematice & in potentia: ut Albertillus nos monuit.

Dilucidatio.

Iusta primam positionem infinitum corpus circulariter motum & cathegorematice: & sincathe goremattice|& supposita orbium multitudine in proportione dupla:& nõ supposita etiã est possibile esse·Modo non supponatur omnes illos orbes moueri uno motu cõi diurno· Nam sic implicaret contradictionem·Iusta secundã positionem infinitum corpus circulariter motum sincathegorematice tm̃ est possibile|& de sensu diuiso:ut dictum est:quia supposita orbiũ multitudine in ꝓportione dupla:ut superius docuit Alberrillus· Aliter uero implicat contradictionem· Ego uero in tam graui quæsito saluo meliori iudicio|cui semper me remicto:dicerem primo q infinitum corpus cathegorematice & in actu repugnat enti factibili · sincathegorematice uero & in potentia nõ·Secũdo dicerem q infinitũ corpus circulare circulariter unico motu mobile| unum uidelicet & continuũ in actu etiam repugnat enti·Tertio dicerem infinitũ corpus circulariter motum ẽt supposita orbium multitudine in ꝓportione dupla ordinatorũ repugnat enti sincathegorematice:& cathegorematice tentũ:si unico motu illos uelis moueri diurno · Implicat enim in obiecto· Vltimo dicerem q infinitum corpus circulariter motum sincathegorematice non repugnat enti:sic intelligendo q sit dabilis orbis certus certa uelocitate circulariter mobilis & duplus ad illum in duplo uel tardius uel uelocius mobilis: & sic in infinitum · Ex his patet quo modo infinitum corpus circulariter mobile sit a deo factibile·est enim a deo factibile quo modo non repugnat enti·Quomodo uero repugnat:non cadit sub factibilitate:& sic secundo & tertio modo non est a deo factibile:sed ultimo modo est factibile · Et tenendo hanc dilucidationem facile ad rationes oppositæ positionis respondetur· Dicerem ·n·primo q infinitum corpus circulariter mobile in actu repugnat enti:non in eo q ens:sed in eo q corpus | & in eo q corpus naturale:& in eo q corpus circulare· Quod quidem infinitas repugnat enti corporeo·i· in eo q corpus: Aueroes hic comento·xxxix·declarauit · Inquit enim similiter corpus non potest intelligi esse infinitum|nisi propter magnitudinẽ|quæ est in eo quasi genus·propter illud uero quod est in eo quasi forma:& est numerus dimensionum silicet q descriptio corporis est: quia magnitudo est diuisibilis in tres dimensiones:non potest intelligi habere quartam dimensionem:neq habere dimensiones infinitas:& sic concludit non esse possibile intelligi in illo infinitum nisi ex parte generis:quod est magnitudo·patet itaq de mente Auerois q sicut linea:ut longitudo potest esse infinita:ut linea uero non : quia ut linea terminis clauditur·& superficies ut latitudo potest esse infinita:ut superficies non:quia lineis clauditur : sic corpus ut magnitudo potest esse infinitum:ut uero corpus non · quia ut corpus superficiebus|lineis|& punctis|& profunditate clauditur·Quare apud Aueroem implicat contradictionem corpus ut corpus esse in infinitum·Auicenna uero in libro suo de cœlo capite quarto·inquit dico etiam q non potest opinari quis cœlum esse infinitum:quia si quis cœlum mente concipit:statim cogitat corpus· Corpus autem inducit superficiem·superficies uero infert finem:& sic nullum corpus excogitari potest infinitum·ecce q Auicenna uult infinitum repugnare enti:quatenus est corpus : & sic perspicuum erit infinitum corpus circulariter mobile non esse de numero factibilium:quia repugnat esse in eo q corpus·Quod uero repugnet enti naturali : patet apud phylosophos: quia omnis res naturalis suapte natura determinatur ad maximum & ad minimum·omnium enim natura constantium determinatus est numerus magnitudinis & augumenti · Tunc ad rationes contra hoc dico q infinitas repugnat enti naturali ratione formæ naturalis : & quando dicitur q limitatio formæ naturalis est ab agente:concedo effectiue|& subiectiue a materia:& essentialiter merito sui:sicut rationalitas hominis effectiue est a sole & ab homine:formaliter ab anima intellectiua: subiectiue a materia:& quando dicitur ratione agentis supernaturalis non habet limitationem:concedo:& propterea ex parte dei non esset illud repugnans:sed ex parte rei:que illius non est capax·Quod etiam repugnet enti corporeo circulari:deducitur:quia figurato repugnat infinitas·figura enim termino uel terminis clauditur:at infinitum ab oĩbus absoluitur terminis·Ex his igitur perspicua est dilucidatio·Sed occurres pono q deus efficiat unum orbem supra omnes in duplo maiorem:utrum posset efficere ut ille moueretur etiam motu diurno : & patet q sic:quia nec esset repugnantia ex parte orbis facti|ut illo motu moueretur:neq ex parte dei facientis:ut illo motu moueret· Vlterius quæro si deus posset facere adhuc ultra hunc orbẽ alium in duplo maiorem illo|qui rursus moueretur motu diurno : & patet q sic : quia ex parte nullius esset repugnãtia·& eadem ratione posset facere tertium|& quartum & sic in infinitum: quorum quilibet moueretur motu diurno·igitur ad hunc intellectum deus posset facere infinitos orbes qui mouerentur motu diurno:& ita infinitum corpus circulariter motum deus posset

Sol· rationũ Esculani·

Dubitatio·

Solutio. facere:cuius omnes orbes mouerentur motu diurno: quod est contra dilucidationem. Potest dici infinitũ corpus circulariter motum deum posse facere:cuius omnes orbes mouerentur motu diurno. diuisiue tenendo uerbum omnes. non autem collectiue: quia sic deus posset facere orbes infinitos cathegorematice & in actu:& sic non est contra dilucidationem. his dilucidatis ad rões patet solutio:ad primã patet:quia deus agit libere ſm catholicos & contingenter. Et propterea si efficit orbem finitum:illum potest mouere uelocitate quam ipse uellet:secus secundum phos:ut dictum est. Ad secundam patet solutio ex tertio physicorũ:nam infinitum põt esse in diminuendo:non autem in augendo. & ideo negatur consequentia. eodem modo soluit Albertillus tertiam:quia tarditas est diminutio quedam motus. uelocitas uero augumentatio:& ideo licet tarditas possit ire ad infinitum. uelocitas minime. Ad ultimam dicerem q. lux cœli in infinitum non est luminis:quia lux est uirtus finita. luminosi enim uirtus finita est. igitur luminis multiplicatio est finita. Ad probationem nego antecedens: quia præcise eo usq; umbra causari potest respectu corporis luminosi:quousq; multiplicari potest lumen:& quia ad finitam distantiam multiplicari potest lumen:& non ultra. igitur & umbra. hæc peripatetice.

Secũda qõ. Queritur secũdo si sit uerum q. corpori circulariter mobili in eo q. quantum non repugnat infinitas: ut Aueroes dicit. & uidetur q. non repugnat: quia quantum diuiditur per finitum & infinitum. sed differentia non repugnat generi. igitur infinitum non repugnat quanto. Secundo infinitum non repugnat quali. igitur nec quanto. antecedens patuit de facto de gratia redemptoris ut sacri textantur. etiam per Aueroem quarto physice ausculrationis comento. lxxii. de subtilitate: quæ potest in infinitum crescere: & ibidem etiam de raritate & densitate comento. lxxxiiii. quibus non repugnat infinitas in eo q. qualitates. igitur nec corpori circulari in eo q. quantum repugnabit. In contrarium est:quod dicitur in topicis: quod non repugnat generi:reperitur in aliqua specie:& quinto metaphysicæ uidere non repugnat talpæ: ut talpa est animal: quia aliquod animal uidet.

Positio Aue. & Iuniorũ. de præsenti quæsito Aueroes comento. xxxix. opinatus est de linea/superficie/& corpore idem:ut q. nulli illorum repugnat infinitas sub ratione generis:lineæ enim per rationem lineæ repugnat infinitas. non autem per rationem generis:quæ est longitudo:superficiei per rationem superficiei repugnat infinitas:non autem per rationem latitudinis: quæ est genus eius. Corpori similiter per rationem corporis repugnat infinitas. non autem per rationẽ magnitudinis atq; quanti:quod est suum genus. Nam quanto ut quanto non repugnat infinitudo. hæc Aueroes. Positionem hanc Iuniorum quidam confirmarunt bonis rationibus. prima duorum oppositorum si alterum competit alicui/& non est de ratione illius:alterum eidem nõ repugnat:uerbi causa:quia rationale & irrationale sunt duo opposita/& alterum: ut pote rationale competit animali: & non est de ratione animalis: irrationale potest animali competere/uel saltem non repugnare. Sed finitum & infinitum sunt duo opposita: & finitum competit quanto:& non est de ratione quanti:igitur infinitũ saltem quãto non repugnabit. Minor patet quo ad primam partem:nemo. n. dubitat finitum competere quanto: quod uero nõ sit de illius ratione:probatur:quia quantum ut quantũ de sui rõne nõ limitatur precise ad certũ extensiõis gradum. Secundo probatur eadem positio. Si. n. infinitum repugnabit quãto/ut quantum:hoc erit:uel quia finitum consequitur essentiam quanti:uel quia consequitẽ esse illius. sed finitum nõ consequitẽ essentiam:quia quantuʒ potest stare cum quolibet gradu finito. igitur nullus gradus finiti cõsequitur essentiã quanti:& ita infinitũ nõ consequitur essentiã quãti. Præterea si finitũ consequeretur essentiam quanti:esset de definitione quãti. Constat aũt quãtũ non definiri per finitum ipsum:nec cõsequitur esse illius:quia esse est actus essentie:igitur si nõ est finitũ de rõne quãti ſm essentiã:nec est de rõne quãti secũdũ esse. Præterea saltem quãto ſm eius essentiam nõ repugnabit infinitas:igiẽ nec corpori secũdũ rõnẽ essentialẽ quãti. Tertio eadẽ dimensio nũero potest stare sub diuersis terminis:& ꝓpter hoc dicitur dimẽsio interminata. igitur terminus nõ est de essentia nec de esse quanti:& ita nullũ finitum erit de essentia uel de esse quanti:& per cõsequens quãto ut quãtum est nõ repugnabit infinitudo. Ex iis tribus rõnibus uideẽ ꝓbabile infinitũ nõ repugnare quãto ſm rõnẽ quãti.

Secũda põ. Alii nõ parui uiri tenuerunt totũ oppositũ:dixerunt enim infinitũ repugnare quãto secũdũ eius essentiã & secũdũ esse:& sic dixerũt oẽ quãtũ esse finitũ:& oẽ finitũ esse quãtũ. ꝑsuadent positionem bonis motiuis. Primo si infinitũ nõ repugnat quãto:saltẽ ſm eius essentiã:sibi põt competere:igitur infinitum quãtũ est possibile. Prima cõsequentia patet:quia omne non repugnans alicui inesse: põt inesse: non. n. datur medium inter possibile:& impossibile. quare si infinitũ nõ repugnat quãto:possibile est illi inesse:quia si non

possibile

possibile est illi inesse:impossibile erit inesse. Si ipossibile est illi inesse:repugnabit ei. Quare a primo ad ultimũ si nõ repugnat quãto:infinitũ possibile erit inesse quãto. ultra si erit possibile inesse quãto:erit possibile aliqua potẽtia:uel finita & naturali:uel supnaturali. nõ supnaturali: quia lʒ hoc esset fortasse catholicũ:nõ uidet physicũ & maxime pipatericũ:uel Auerroicum. nec potest esse potẽtia naturali:quia nulla est illa ut oibus constat. Secundo si infinitũ nõ repugnat quãto secũdũ eius essentiã:poterit sibi inesse saltẽ fm eius essentiã/ut deductũ est. Si põt sibi ineẽ fm eius essentiã:poterit repiri de facto aliqd:cui de inesse illud cõperit. Tertio quod est impossibile inesse alicui:est illi repugnãs. Sed infinitũ est ipossibile iesse quãto:qa fm Aristo. I. priorũ. impossibile est:quo posito inesse sequit̃ impossibile. mõ posito q̃ quãtũ sit infinitũ: inũmera sequunt̃ impossibilia:quare impossibile est infinitũ inesse quãto. Maior pʒ: qa ipossibile ineẽ vr̃ repugnãs. Ex his rõnibus deducũt corpori repugnare infinitũ tã secũdũ rõnẽ corpis: q̃ secũdum rõnẽ quãti:tam secũdũ essentiã/ q̃ secũdũ esse. Ego uero diu arbitratus sum secũdã positionẽ contra Aueroem. Nũc uero aliter sentirem. dicerem. n. esse differentiam inter inesse seu competere: possibile inesse/& nõ repugnãs inesse. Sicut inter nõ inesse/impossibile inesse/& repugnãs ineẽ. Nam inesse ppositionẽ efficit de inesse:ut hõ currit:dato q̃ currat. possibile inesse est quo posito inesse/nõ sequit̃ impossibile:nõ repugnãs inesse/est quo intellecto nõ sequitur repugnans intellectui. Inesse igitur restringitur tantũ ad id:quod est. Possibile inesse ampliat̃ ad id quod est: & põt inesse:nõ repugnans uero ad id quod est: & põt inesse:& ad id quod põt intelligi. uerbi causa de inesse homo currit:& põt hõ currere:& non repugnat hominem currere. Potest sedens moueri:quia si id quod nunc sedet:postea mouetur:nullũ sequitur impossibile: & nõ repugnat quod sedet:moueri. nõ repugnat corpus esse sine loco: quia dato q̃ corpus intelligatur esse sine loco:nõ sequitur repugnãs apud intellectũ:& tñ nec corpus est sine loco:nec põt esse sine loco. secundũ aliquos nõ repugnat materiã esse sine forma:quæ tñ nõ põt esse sine forma:nec est sine forma. Ex his pʒ differentia inter nõ inesse/impossibile inesse/& repugnans esse: quia p regulã topicã:si in affirmationibus aliquid est cõmunius:in negationibus efficietur minus cõmune. Quare repugnãs est in minus q̃ impossibile:& q̃ inesse. id. n. pprie repugnat/quod nec est:nec põt esse/nec intelligi esse:immo quo posito:sequitur cõtradictio apud intellectũ. Tunc facilis esset dilucidatio quæsiti. Dicerem igitur infinitũ nõ inesse quãto/nec corpori in eo q̃ quantũ:& impossibile inesse quãto:& corpori in eo q̃ quãtũ:quod tñ nõ repugnat quãto nec corpi in eo q̃ quãtũ:quia si intellectus intelligeret corpus in eo q̃ quãtũ sine fine:nõ sequeretur repugnans intellectui. Corpori uero in eo q̃ corpus repugnat infinitũ:quia sequitur contradictio intellectui. Nam eo ipso q̃ intelligitur corpus esse:intelligitur figuratũ esse/& tribus terminis terminatuʒ esse:& sic eo ipso q̃ intelligitur figuratũ esse uel terminatum: nõ intelligitur infinitum:ut dicit Auicenna. igitur contradictio apud intellectũ. Tunc ad rõnes oppositæ positionis. ad primam negatur prima cõsequẽtia:infinitũ. n. (ut dictum est) non repugnat quãto/nec corpori in eo q̃ quãtũ:quod tñ nec competit seu inest/nec põt competere/nec inesse. & conceditur impossibile inesse illi:quod tamen nõ repugnat:ut dictũ est. hoc. n. impossibile est inesse alicui:cui tñ non repugnat:Nam nõ repugnare est per intellectũ:possibile esse p aliquã potentiã effectiuã realẽ. per idem ad secundã:infinitũ. n. nõ repugnat quãto:nec corpori in eo quod quantũ:quod tamẽ nec illi inest:nec possibile est inesse:nec oportet quod non repugnat alicui reperiri de facto in aliquo illius:quia nõ repugnare est p intellectum:& nõ secundũ esse. Ad tertiũ patet solo. lʒ. n. omne repugnãs sit impossibile/nõ tñ omne nõ repugnans est possibile:ut dictum est. quia nõ repugnans est quod si intelligatur esse:nõ sequitur repugnãs intellectui. Ex his perspicuum est corpori p rõnem quãti nõ repugnare infinitatẽ. licet bene sibi repugnat per rõnem corporis:& consequẽter ẽt patet corpori circulariter mobili in eo quod quãtũ minime repugnare infinitudinem:cui tamen & p rõnem corporis circularis/& p rõnem corporis repugnat: ut toties dictum est. per hæc patet ad rõnes factas in principio:sunt. n. p nobis. Similiter & rõnes primæ positionis sunt pro nobis. ad rõnem post oppositum:patet solutio:regula. n. topicã est per uerbum est: uel reperitur:& non per uerbũ nõ repugnat. nam omne quod est in genere uel reperitur in genere:est uel reperitur in specie. sed nõ quod nõ repugnat alicui per rationem generis/est uel reperitur in specie. Sed sufficit quod per intellectum non repugnat speciei alicui. hæc de secunda questione. Tertio quærit̃ utrũ lineæ & superficiei ut tales/repugnat infinitas. uidet̃ q̃ nõ:nam in oibus his rõnibus Aristo. supposuit lineas infinitas. igit̃ lineæ ut linea nõ repugnat infinitudo: aliter accepisset in rationibus aliquid repugnans intellectui. In contrarium est Auerroes

Dilucidatio. Inesse possibile inesse non repugnãs inesse.

Repugnans impossibile inesse.

Conclusio dilucidationis.

Tertia qõ.

comēto.xxxviiii.quod uult lineæ & superficiei non repugnare infinitatem ex parte longitudinis:quæ est genus lineæ:& latitudinis:quæ est genus superficiei. Quidam magis mathematici q̄ physici arbitrati sunt nec lineæ/nec superficiei quatenus tales & per rationem speciei repugnare infinitudinem. Minime per rationem generis. probant primo per Aristotelem: qui utitur illis ut infinitis in suis rationibus. Secundo terminus nō cadit in definitione illarū. est.n.linea longitudo sine latitudine & altitudine. superficies latitudo sine altitudine. Tertio Auer. & Aui. & Aristo. dicunt corpori per rationem corporis repugnare infinitudinem: quia de rōne corpis est figura/quæ terminis clauditur. igitur per conuersionem per contrapōnem de cuius rōne nō est figura:de eius ratione non est finitudo. Ex his dixerunt lineæ/& superficiei per rōnem spēi non repugnare infinitudinem:ueluti nec per rationem generis. Aueroes uero comento ubi supra uoluit lineæ/ut lineæ:& superficiei/ut superficies repugnare infinitudinem.non autem per rationem generis. lineæ enim ut longitudo quædam non repugnat:nec superficiei/ut latitudo. Et licet positio hæc uix probari possit:tamen sic uidetur mihi esse probanda:uel linea ultra longitudinem includit aliquid uel nihil. si nihil:tunc longitudo non esset genus lineæ:& ita longitudo & linea essent nomina multiuoca ceu ensis & gladius: quod est contra physicos & geometros. Sin aūt linea ultra longitudinem addit aliquid: non uidetur nisi terminus. est n. linea longitudo sine latitudine & ꝓfunditate:cuius extrema sunt duo puncta. igitur addit terminū. Vnde in hac definitione lineæ longitudo ponit̄ ꝓ genere lineæ. Illa pticula sine latitudine & ꝓfunditate est definitio longitudinis. Nam longitudo est quantitas continua sine latitudine & ꝓfunditate. sic igitur in definitione lineæ ponit̄ longitudo ꝓ genere/& definitio uel principalis differentia illius ut definitio sit uerior & expressior:ut dicit̄ in topicis. quare si ultra longitudinē linea dicit aliquid:illud est terminus. Quare lineæ ut linea repugnat īfinitas:nō aūt ut longitudo quedā. Eodē mō pōt dici de sup̄ficie. quia sup̄ficies supaddit aliqd latitudini:uel nihil & si nihil:tūc latitudo & sup̄ficies essent noīa multiuoca:& si aliqd:illud est terminus:unde definit̄ sup̄ficies q̄ sit latitudo sine ꝓfunditate:cuius extrema sunt duæ lineæ. igit̄ sup̄ficiei ut superficies repugnat infinitudo:nō aūt ut latitudo:& tūc patet positio Auer. quæ non solum uidetur uera:sed mathematica:e qua pōne deducit̄ q̄ diuisio quæ datur de linea:q̄ quedā sit finita:q̄dam infinita:nō est uera diuisio:sed ſm extimationē. Ad rōnes/ad primā oppositæ positionis dico q̄ Aristo. utitur illis ut infinitis/nō quatenus intelligūtur infinitæ p rōnem spēi:sed p rōnē gn̄is/ut ex uerbis Aristo. deducit Auer. Ad secūdā patet solu. nā in cōpletis illarū definitionibus necessario cadit termīus:ut uisum est. Ad tertiā dico q̄ Auer. & Aui. dicūt corpori p rōnē corporis repugnare infinitatē/p hoc q̄ de rōne corporis est figura:nō t̄n uolūt figurā esse cām præcisam:& adæquatam illius:& ꝓpterea nō licet contraponi. Sed causa præcisa est quia de rōne corporis est terminus:cū sit trina dimensio:& sic licet inferre in oībus: quod de cuius ratione nō est terminus:de eius ratione nō est finitudo. Ad rōnem in principio patet solutio ex his. Multæ aliæ questiones emergerent:sed quia possunt cadere etiam in sequētibus:postea pertractabuntur.

Prima pō. (margin)

Positio Aue. (margin)

Solō rōnum. (margin)

At uero neq; id quod ad medium/neq; id quod e medio fertur:infinitum erit.

Cum Aristoteles de corpore circulariter mobili demonstrauit infinitudinem:nunc de corpore quod mouetur motu recto:demonstrat idem: & hoc proponit dicens / at uero neq; id quod ad medium: neq; id quod e medio fertur: infinitum erit. hoc est / q̄ neq; leue / neq; graue / infinitum sit: manifestum erit ex dicendis. Quod uero ad uerba attinet. Debes scire q̄ leue definitum est per hoc quod est corpus quod a medio fertur. Graue uero per id quod ad medium fertur: & quoniam quod a medio fertur: competit leui simpliciter / & leui in respectu: & quod ad medium fertur: graui simpliciter / & graui in respectu: ideo intentio intelligatur de omnibus. quasi dicat/at uero neq; id quod ad medium ut graue simpliciter / & in respectu: neq; id quod e medio fertur. uidelicet leue simpliciter & in respectu / infinitum erit. Quare de omnibus elementis proponit demonstrare infinitudinem. hæc de intentione.

Pergit̄ uerbū est textui suppletum. (margin)

Contrariæ enim lationes sunt:qua sursum:& qua deorsum pergitur. Contrariæ uero sunt ad contraria loca.

Proposita intentione ꝓsequitur:& primo de graui leuiq; simpliciter:quæ cōtraria sunt in extremo. quæ dupl'r ꝓbat esse finita ex pte locorū:& ex pte q̄litatū:secūdo de graui leuiq; in respectu: in syllogismo qui ex pte locorum ꝓcedit:sumit duas suppōnes more boni geometræ. Prima est

locus sursum & locus deorsum sunt contraria & hanc syllogizat sic loca ad quae sunt lationes cõtrariae sũt cõtraria. locus sursum & locus deorsum sunt loca/ad quae sunt lationes contrariae. igitũ locus sursum & locus deorsum sunt cõtraria. de rõne tangit uim minoris dicẽs cõtrariae. n. lationes sunt: qua sursum/& qua deorsum pergitur. & per hanc uult habere minorem uidelicet q. locus sursum & locus deorsum sint loca ad quae sunt lationes contrariae. uim maioris indicat per id quod subdit contrariae uero sunt ad contraria loca. quasi uelit habere loca esse contraria: ad quae lationes sunt contrariae. Sic igitur habetur suppositio prima uidelicet q. locus sursum & locus deorsum sint contraria: cuius breuis probatio est: quia sunt termini ipsorum motuum contrariorũ. Haec de prima suppositione.

Atq; contrariorum si alterum definitum est: & alterum definitum erit. Medium uero est definitum. Nam si undeuis deorsum feratur: quod sustat: non contingit ultra medium progrediatur. Cum igitur medium definitum sit: & superum locũ definitum esse necesse est. Vltra Longius Vlterius

Secunda suppositio locus sursum & locus deorsum sunt definita. probat sic: contrariorum si alterum definitum est: & alterum definitum erit. medium siue locus deorsum: & locus sursum sunt contraria: ut proxima suppositione patuit. igitur si alterum est definitum: & alterum. de ratione tangit maiorem dicens atq; contrariorum si alterum definitum est: & alterum definitum erit. dimictit minorem: sed eius probationem sumit/dicens medium uero est definitum/ non enim Medium mundi est abissus in infinitum a nobis distans. & hoc probat/id est definitum secundum distantiam a nobis: ad quod cum graue peruenit: non ultra progreditur. Tunc tangit minorem d nam si undeuis deorsum feratur: quod sustat hoc est graue ipsum: quod omnibus substat: perueniens ad medium/non contingit ultra medium progrediatur. Tunc quasi epylogando rationem inquit cum igitur medium definitum sit secundum distantiam a nobis: & superum locum secundum distantiam ab illo & a nobis definitum esse necesse est. Sic igitur patet secunda suppositio: q. uidelicet locus sursum/& locus deorsum sunt definita. animaduerte tamen primam suppositionem non deseruire syllogismo: sed ponitur ut habeatur haec secunda suppositio: in qua tota uis syllogismi consistit. Nam prima suppositio est minor syllogismi/quo probatur secunda suppositio: ut patuit.


Si igitur loca sunt definita atq; finita: & corpora erunt finita.

Ex ui suppositionis ultimae syllogizat sic si loca naturalia aliquorum corporum sunt finita & definita: corpora locata erunt finita. per secundam suppositionem locus sursum: & locus deorsum quae sunt loca grauiũ & leuium naturalia: sunt finita/& definita. igitur corpora grauia & leuia sunt finita: quod est propositum. Sed occurres/quia uidetur aliquid esse acceptum in syllogismo quod non accipiebatur in suppositionibus. in suppositione enim accipiebatur loca esse definita per distantiam unius ab altero: & a nobis. at in minore huius syllogismi accipitur q. loca illa sint definita/& finita. definita quidem secundum distantiam unius ab altero finita uero secundũ continentiam/quia continentia loci deorsum est finita & continentia loci sursum etiam. Modo licet primum sit in suppositione sumptum: secundum uero non: & ita aduersarius ueritatis posset dicere q. loca sunt definita secundum distantiam unius ab altero: & tamen uterq; illorum est ambitu atq; continentia infinitus. Qua ratione corpus contentum posset intelligi infinitum. quare Aristoteles plus in syllogismo q̃ in suppositionibus accepit. potest dici q. ex uno habetur alterum: si enim acceptum sit loca illa esse definita secundum distantiam alterius ab altero: relinquetur utrunq; illorum esse finitum ambitu atq; continentia. Nam si locus deorsum esset ambitu infinitus/& locus sursum similiter: proculdubio centra locorum quae petunt corpora: distarẽt in infinitum. hoc autem reprobatum est/per hoc quia graue petens mediũ non ultra ipsum amplius fertur. quae ratio docet non modo loca illa distare inter se finite: sed utrunq; illorũ esse continentia & Ambitu finitum. propterea Aristoteles accepit hoc: quia licet in suppositionibus nõ sit apertesumptum: est uirtualiter praesuppositum. Tu uero considera: si uidebitur aliter. Auerro. uero syllogizat sic hypothetice: si loca ignis & terre sũt finita: loca ta uz ignis & terra sũt finita at loca ignis & terrae finita sũt. igr̃ ignis & terra finita erũt. maior sylli oĩbus cõstat. at minor ꝓbaẽ ex eo qa loc? terrae finitus est/ut dicet. Sed si unum contrarium finitum est: alterum etiã finitũ erit. Quare si loc? terrae est finitus: locus ignis: q terrae est cõtrarius: finitus erit. ut igr̃ haec ratio ꝑspicua sit: Auerroes ex textu Aristotelis facit suppositiones: prima est loca ignis & terrae sunt cõ


Dubita.

Quae Auero. com. xliiii.

traria·probatur quia motus ad illa contrarii sunt·igitur loca erunt contraria· Secunda radix seu suppositio contrariorum·Si alterum est finitum:& alterum necessario finitum erit· probat Auer/roes hanc radicem primo contraria æqualia esse debent secundum qualitatem : Nam si alterum erit infinitum:& alterum finitum:infinitum superabit finitum a proportiõe infinita: & ita unũ illorum erit tantum·Infinitum enim totum occupat·& cum dicit Aueroes contraria esse æqua/lia:non intelligas de æqualitate punctuali:ignis enim contrariatur terræ:& tamen est terra maior ignis ipse·nec de æqualitate uirtutis:quia tunc inter illa non esset actio:sed de æqualitate p/portionis:sic u3 q alterum alterum non exuperet proportione infinita· Nam tunc alterum cor/rumperet alterum:& in rerum natura non esset nisi unum tantum· Secundo probat idem ibi & manifestum est si contraria non essent æqualia in gradu contrarietatis:alterum esset altero forci us·at hoc est impossibile:nam alterum alterq destrueret:& ita tolleretur contrarietas · & hæc rõ non multum differt a prima·iii·pbat idem ibi & possibile esset addere:& arguit sic si alterum cõ trariorum esset finitum:& alterum infinitum:tunc eidem plura essent contraria·deducitur nam sit a contrarium infinitum·b uero finitum·resecetur igitur ab a aliquid/& addatur ipsi b : tunc a adhuc remanebit infinitum:quia quouis ablato ab infinito semper remanet infinitum·agrega/tum uero ex b & eo quod addebatur sibi sit c:tunc b contrariebatur ipsi a per aduersarium·& c ẽt eidem a:quia adhuc inter c & a remanet distantia infinita·igitur uni erunt plura contraria·iiii· probat idem ibi & illud quod:& arguit sic contraria sunt quæ maxime distant·x·metaphysicæ· igitur contraria sunt æqualia·probatur consequentia:quia si a sit infinitum & b finitum:si b ipsi adderetur quicquam/ipsi b ab a magis distabit·igitur b & a prius non fuerunt contraria : uel si fuissent:contraria non fuissent maxime distantia·v·probat idem ibi & ẽt:& arguit quia contra/rietate extremi ad extremum:o3 contraria esse æqualia:nam si non : & dicas q alterum est fini tum:& alterum infinitum:cum finitum respectu infiniti habeat rationem medii : tunc inter a b esset contrarietas medii ad extremum/contra positionem:ex his patet suppositio secũda· Ter/tia radix apud Aueroem est q medium est finitum atq terminatũ·& per medium intelligit ut dicit Auero·locum simpliciter deorsum:ad quem mouetur simpliciter graue·probatur primo qa locus terræ est medium mundi·Sed medium est finitum/quia æqualiter distat ab extremis igĩ locus terræ est finitus·ii·oẽs lapides idest portiones terræ quando descendunt undeuis : æquali ter petunt medium·igitur mediũ est finitum:Immo indiuisibile · assumptum p3 : quia si aliqua



portio terræ ultra medium progrederetur:T sic recederet a me dio:quare ascenderet· Tercio hoc probat per exemplum & de/scribatur circulus a b c d cuius cẽtrum seu medium sit circellus paruus o:tunc p3 q si una portio terræ in ipso a ponat̃ : & suæ naturæ relinqueret̃ ad o circellũ moueretur · & si alia poneret̃ in b:ẽt moueretur ad idem·& si in c:ẽt ad idem·& si in d:ẽt ad idem semper moueret̃·& nulla har: pertrãsiret punctũ mediũ circelli:aliter moueret̃ a medio : & sic ascenderet·igitur mediũ est finitum·In hac ratione patet primo q portiones terræ descẽ dunt per lineas causantes in puncto medio angulos rectos: qd punctum medium est centrum superficiei rotundæ siue circel/li medii·Secundo patet ut antiqui dixerunt hoc non esse uerũ nisi supponendo cœlum esse sphæricum·Nam sic circellus illæ æqualiter distat a cœli omnibus



partibus·per hoc igitur exemplum patet locum Medium esse fini/tum·Sed occurres utrum dato q cœlum sit alterius figuræ uideli/
Dubita· cet triangulæ:uel quadrangulæ : portiones terræ descendentes a partibus cœli ad medium:causarent angulos rectos·Respondet q
Sol' non:& probat:quia si cœlum non esset sphæricæ figuræ: sit gratia exempli quadrangulæ:patet q si portio terræ ponatur in d cœli parte:non descendet ad o centrum:sed ad a: similiter si alia portio ponat̃ in c cœli parte:descendet ad b:& non ad o sed a & b recedũt a cẽtro o·igĩ portiones illæ non cõcurrererent ad o mediũ:sed mo uerent̃ ad puncta:quæ recedunt ab o·igitur ascenderent:quia recedere a cẽtro est moueri sursum atq ascẽdere·Quare si locus terræ debet esse unus & determinatus:cœli partes debent esse sphæ ricæ·aliter qua ratione portio terræ in d descenderet ad a:alia portio in e descenderet in f:& sic

in infinitum

In infinitum essent partes ipsius coeli e quibus possent descendere per lineas rectas uersus b o a f puncta inferiora. Praeterea Aueroes probat hanc propositionem sensu: quia sensu patet Coelum totum esse sphaericum: aut saltem eius medium quod supraorizontem apparet: esse sphaericum. Nam cum mouetur: uidetur sphaerice moueri/quia ab ortu in occasum. quare lapides si poneren tur in coeli partibus: & derelinquerentur suis naturis: ad mediu coeli mouerentur: oportet enim illos aequaliter recedere a coelo: & aequaliter accedere ad medium: quod esse non posset: nisi de/scenderent per lineas concurrentes ad unum punctum medium. patet igitur locum deorsum es/se determinatum/atq finitum. Iis suppositionibus stantibus: patet ratio Auerois. Sed Dubitat Aueroes: & satis docte: quia uidetur in ratione peticio eius quod est in principio. Nam Aristote les probauit ipsum medium esse finitum: per hoc q coelum est sphaericum. Sed ponere coelum esse sphaericum est supponere locum ignis esse finitum: eo enim ipso q coelum est sphaericum: locus ignis est finitus. igitur peticio. Respondet q locus sursum potest dupliciter accipi pro loco corporum leuium utpote pro spatio: quod est inter coelum & centrum. alio modo pro spatio qd est inter centrum/& ultimum coeli conuexum. Vult igitur q Aristoteles non probet locum sur sum esse finitum accipiendo locum sursum pro loco leuium hoc est primo modo: quia sic ut ratio concludit: peteret. Sed probat locum sursum esse finitum sumedo secundo modo pro toto spatio a centro ad conuexum ultimi coeli. & sic non petit: potest enim supponi coelum esse sphaericum & tamen dubitari si tota regio superna sit finita: coelum enim sphaericum esse cōstat sensu. regio tamen superna si finita sit non constat sensu. Sed pace Auerois dixerim: haec quae dicit: sunt sua: & non Aristotelis. Nam Aristoteles & si syllogizauit: ut ipse syllogizat: tamen ad syllogismum non fecit nisi unam suppositionem. altera autem suppositio non ad syllogismum accepta est: sed ad suppositionem secundam. Praeterea solutio haec: quam dubitacioni dedit: non uidetur ad mē tem Aristotelis quoniam Aristoteles probat graue & leue simpliciter esse finita/ut simplicius dicit: per hoc quia loca grauis simpliciter & leuis simpliciter sunt finita. Constat autem locum leuis simpliciter esse concauum lunae: quare nō de loco sursum omnium corporum citra grauia loquitur: sed de loco leuium simpliciter dumtaxat. Secundo uel Aristoteles loquit de loco ignis uel de loco superiori non contracto ad locum ignis. Si de loco ignis: tunc esset peticio ut dicit. si de loco superiori comuniter accepto: tunc non probaret leue tantum esse finitum/ut proposuit: sed omne quod insuperiori regione collocatur: quod est contra intentionem/quam proposuit. Tertio de eo loco loquitur: qui contrariatur loco grauium. ac locus ignis contrariatur loco gra/uium: & non locus sursum communiter acceptus. Quare uidetur expositio Auerois & falsa: & non ad mentem Aristotelis. Aristoteles enim probat locum esse finitum per hoc q locus terrae est finitus. probat autem locum terrae esse finitum/quia a nobis distat finite: ut probatum est: & quia ultra centrum motus non dicitur descensus/sed ascensus. Vbi patet nullam esse petitionem quo probato/infert locum ignis esse finitum: per hoc quia si unum contrarium est finitum: & al terum est finitum. Sed occurres: quia dictum est secundum Aueroem locum inferum esse centrū Centrum uero est punctum indiuisibile. at indiuisibile non est finitum/nec infinitum. potest di ci q centrum est finitum negatiue: quia uidelicet non finitum. uel quia sumit locum inferiorem pro toto ambitu a superfitie aquae concauam usq ad centrum: & sic est finitum: & ad hoc proce/dit ratio Aristotelis.

Dubitatio. Solutio. Reprehēdit Aueroes. Dubitatio. Solutio.

Praeterea si sursum & deorsum definita sunt: & id quod est inter hęc definitum eē necesse est. Nam si definitum non sit: motus infinitus erit ꝑfecto: quod qdem im/possibile prius demōstratum est. Medium ergo ipsum definitum erit. Quare et id corpus quod in hoc est: aut esse poterit.

Esse fieri fore.

Hactenus de finitate extremorum corporum: nunc q corpora intermedia finita sint: demōstrat. & syllogizat sic/si loca sursum & deorsum definita sint: & id siue locus sit/siue spatium/quod est inter haec extrema loca: definitum esse necesse est. supple tu ponatur antecedens. uidelicet sed locus sursum & locus deorsum definita sunt. igitur & loca media. Minor est proximo textu deducta. Maior quae est hypothetica conditionalis: probatur dupliciter: primo quia si non: de/tur oppositum consequentis uidelicet q medium non sit finitum: tunc haec copulatiua erit uera uidelicet locus medius non est finitus/& loca extrema erunt finita: igitur motus qui erit ab uno extremo loco ad alium extremum locum: etiam erit infinitus. tenet consequentia: quia ab extre mo ad extremum uenire non posset/nisi transiret medium illud infinitum. consequens est im/

poſſibile:ut proximo textu deductum eſt·igitur Medium eſt finitum·& ſic patet Maior uidelicet ꝙ ſi extrema loca ſurſum & deorſum ſint finita:media loca etiam erunt finita·huius ſyllogiſmi tacuit minorem:ſed poſuit maiorem|& eius probationem·Ex hoc infert propoſitum:& ſyllogiſmus eſſe debet quæcunqꝫ corpora ſunt:quorum loca ſunt finita : ipſa ſunt finita·corpora grauia & leuia intermedia ſunt corpora:quoꝝ loca media finita ſunt:ut deductum eſt·igitur graue: **Verboꝝ cõſideratio·** & leue media ſunt finita·Quo uero ad uerba attinet:dixit aut eſſe poterit|ſiue fieri poterit | ſiue: fore poteſt:quia multi uiſu ſuaſi negant in hac regione media eſſe aerem actu:propterea Ariſtoteles adiecit:uel eſſe|uel fore|uel fieri poterit:quia ſi in hac media regione actu aer non ſit : poteſt ibi aut eſſe|aut fieri·inquit præterea ſi ſurſum & deorſum definita ſunt:& id quod eſt inter hæc: utpote loca media|definitum eſſe neceſſe eſt·hæc eſt maior ſyllogiſmi primi : quam probat per oppoſitum more boni logici:& inquit nam ſi definitum non ſit : & ſuple extrema loca definita ſint:motus ſuple ignis uel terræ:qui eſſet de extremo ad extremum|infinitus erit profecto:quod quidem impoſſibile eſſe prius demonſtratum eſt·Concludit igitur concluſionem & inquit medium igitur ipſum definitum erit·ecce quod de primo ſyllogiſmo tetigit maiorem|& probationem illius:& concluſionem|dimiſit uero minorem·Sed occurres: **Dubita·** quia non uidetur ſequi medium non eſt definitum·igitur motus ab extremo ad extremum eſt infinitus: diceret enim aduerſarius nullum eſſe inter illa extrema medium:quo in caſu motus ab extremo ad extremum non **Solʼ** eſſet infinitus:Immo eſſe nullus·dico ꝙ Ariſtoteles ſupponit ad ſenſum conſtantiam ſubiecti: & propterea debet ſic in ſyllogiſmo procedi:ſi ſurſum & deorſum definita ſunt:Medium definitum eſt:quia per oppoſitum ſi non ſit definitum:& ſuple inter hæc extrema medium eſſe ſenſu conſtat:igitur erit infinitum·ex negatiua enim non ſequitur affirmatiua | niſi cum conſtantia ſubiecti·Vltra medium erit infinitum|igitur & motus ab extremo ad extremum:ſic igitur Ariſtoteles ſupponit medii conſtantiam·& hoc pacto ſyllogiſmus eius ualet·cum per ſyllogiſmum primum deduxit medium eſſe finitum:concludit corpus quod in hoc medio actu eſt : uel eſſe poteſt:eſſe finitum·& uis ſyllogiſmi poteſt eſſe categorica|ut dictum eſt: & hypothetica ſic ſi loca media finita ſint:corpora media finita erunt · ſed loca media finita ſunt : ut ſyllogiſmo proximo patet·igitur & corpora media finita erunt·Hæc de primo·

Inſuper etiam id corpus:quod ſurſum,& deorſum fertur: poteſt in hoc eſſe : hoc enim a medio quidem:illud uero ad medium moueri aptum eſt·ex his igitur perſpicuum eſt corpus infinitum eſſe non poſſe.

Secundo probat maiorem primi ſyllogiſmi:quæ fuit illa conditionalis uidelicet|ſi extrema definita ſunt:& medium definitum eſt·& iterum hæc ſecunda probatio more boni logici per oppoſitum deducitur ab eo·arguatur igitur ſi extrema definita ſunt:& medium definitũ eſt: ſi nõ: igitur medium inter illa extrema erit infinitum|ut per conſtantiam ſubiecti ut prius deduci poteſt·Si medium eſt infinitum:igitur corpus quod ſurſum uel deorſum fertur : nunꝗ eſſe poterit ſurſum uel deorſum:aliter infinitum pertranſiretur·at conſequens eſt contra ſenſum· patet igitur medium eſſe finitum·de ratione tangit oppoſitum conſequentis:& quaſi dicat ſi inter medium eſt infinitum:corpus quod ſurſum uel deorſum fertur:nunꝗ poterit ſurſum aut deorſum eſſe deſtruit cõſequens & inquit inſuper eſſe id corpus|quod ſurſum|& deorſum fertur: poteſt in hoc ideſt ſurſum aut deorſum eſſe·Hæc eſt deſtructio conſequentis·uel deducatur facilius & in idem textus ſic inſuper etiam id corpus quod ſurſum aut deorſum fertur:poteſt ſurſum aut deorſum eſſe·probatur hæc conſequentia:omne corpus aptum natum moueri ad aliquem locum: quãdoqꝫ eſt in illo:aliter illa aptitudo naturalis eſſet fruſtra·at omne corpus eſt aptum natum moueri uel e medio|uel ad medium·igitur omne corpus eſt quandoqꝫ uel in medio:uel ſurſum a medio de hac probatione ponitur minor tantum:cum dicitur hoc enim a medio | illud uero ad mediũ aptum natum eſt moueri ·Sic igitur per hæc uult Ariſtoteles habere | quod omne corpus quod moueri poteſt ſurſum uel deorſum:poteſt illic quandoqꝫ eſſe:& tunc uult ut compleatur ratio at ubi medium eſſet infinitum:corpus quod eſſet aptum natum moueri ſurſum : nunꝗ eſſet actu ſurſum:aliter infinitum illud medium pertranſiretur·Quare reſolutorie procedendo ſi extrema finita ſunt:medium finitum eſt·quia ſi medium infinitum ſit:corpus quod eſſet aptum natum moueri ſurſuꝫ uel deorſum:nunꝗ eſſet actu ſurſum|uel deorſum:& ſic duplici rõe pꝫ illa cõditio **Quæ Auero· com·xlv·** nalis·demũ epylogat:& pꝫ qd̃ dicit·Aue·ãt quo ad uim rõnis non differt a noſtra expõne:deducit·n·ſic rõnem : ſi extrema ſint finita:& mediũ infinitũ:motus cæli extremi utpote ignis|eſſet

perpetuus

perpetuus & infinitus: cuius oppositum est deductum octauo physicorum & sexto: quia dictum est nullum motum esse perpetuum & infinitum/nisi circularem: & probat consequentiam: quia si ignis ponatur in terra: nunq̄ attingeret suum locum naturalem: quia medium per quod moueretur/esset infinitum: quod non esset pertransibile: nisi tempore infinito· differt uero a nostra expositione/quia ipse hypotheticam illam: quæ est maior primi syllogismi: non probat nisi una ratione· nos ex textu duabus rationibus probauimus: quarum secunda ponebatur ibi insuper etiā & causa est quia eius translationes non sunt fideles· Quo uero ad uerba attinet notat Aueroes Aristotelem æquiuocasse de medio hic: & superioribus textibus: Medium enim trifariam dicitur: quia pro medio mundi: pro centro alicuius sphære: & pro eo quod inter extrema mediat· superioribus lectionibus pro medio mundi accepit· Hic pro eo quod inter extrema mediat· Hæc Aueroes·

Ad hæc etiam si grauitas non est infinita: neq; aliquod horum corporum erit infinitum: infiniti namq; corporis infinitum etiam esse grauitatem necesse est· Eadē autem erit ratio & in leui. Nam si grauitas est infinita; erit & leuitas; si id infinitū sit: quod supereminet·

Quod nec graue/nec leue sit infinitum: nunc ostendit ratione accepta ex grauitate/leuitateue· & sumit duas conditionales: prima est si aliquod corpus grauium est infinitum: grauitas est infinita· Secunda est si aliquod corpus leuium est infinitum: leuitas est infinita: primam ponit sub ratione contraria: dicit enim ad hæc etiam si grauitas non est infinita: neq; aliquod horum grauium corporum erit infinitum: per hanc uult habere conuersam uidelicet: q; si aliquod grauium corporum est infinitum: grauitas est infinita· cuius conuersæ rationem assignat: & inquit infiniti namq; corporis infinitam etiam esse grauitatem necesse est· causa autem quare posuit illā conditionalem/ordine mutato/est/ut ostenderet illam esse conuertibilem cum sua conuersa· Secūda conditionalis est si corpus quod supereminet/idest leue est infinitum: leuitas est infinita· & hęc ponit sub hac forma: eadem autem erit ratio & in leui: Nam si grauitas est infinita/erit & leuitas etiam infinita: dico erit leuitas infinita/si id infinitum sit: quod supereminet/id si leue sit infinitum· In qua secunda conditionali posuit duo antecedentia: nam dicit si grauitas est infinita: & leuitas est infinita: ubi patet primum antecedens· Secundum patet cum ait si leue est infinitum: leuitas est infinita· Sequitur enim leuitatem esse infinitam tam ad grauitatem esse infinitam: q̄ ad leue ipsum esse infinitum· aliter tamen & aliter: sequitur enim leuitatem esse infinitā ad grauitatem esse infinitam per hoc/quia si alterum contrarium est infinitum: & alterum sequitur leuitatem esse infinitam ad leue esse infinitum per hoc/quia si subiectum est infinitum: forma per quam subiectum est/etiam est infinita· patet igitur recte Aristotelem duo antecedentia adiecisse: uerum in textu non prosequetur nisi secundam conditionalem uidelicet si leue esset infinitū: leuitas est infinita· Hæc sunt duæ conditionales/de quibus prosequetur Aristoteles· Aueroes uero dicit demonstrationem Aristotelis hanc fundari in tribus propositionibus/prima est omne corpus quod recto motu mouetur: habet grauitatem aut leuitatem· Secunda debet poni sic/si corpus quod mouetur motu recto/est infinitum: habet grauitatem uel leuitatem infinitam· Tertia est impossibile est grauitatem aut leuitatem esse infinitam· In quibus patet uis tota syllogismi· Nam propositio secunda est maior· tertia est minor· prima est probatio maioris· Vnde syllogismus est hypotheticus sic si corpus aliquod quod mouetur motu recto: est infinitum: grauitas aut leuitas est infinita· Minor est destructio consequentis huius conditionalis/uidelicet sed non est grauitas nec leuitas īfinita· igitur nullum corpus quod mouetur motu recto: erit infinitum· Maior fuit secunda propositio: & probatur per primam/quia omne corpus quod mouetur motu recto: necessario habet grauitatem aut leuitatem· Minor fuit tertia propositio: & probabitur in sequentibus· tamen probat eam sic motus rectus non est infinitus· igitur nec grauitas/nec leuitas est infinita· Iuniores deducunt & recte/quia principio actiuo existente infinito/ex eo debet prouenire effectus infinitus· quare si motus rectus qui est effectus grauitatis uel leuitatis: non sit infinitus: proculdubio nec grauitas nec leuitas/quæ est principium actiuum illius/poterit esse infinita· sed occurres quia grauitate uel leuitate existente infinita: sequitur motum rectum grauis uel leuis corporis esse in non tempore: ut postea uidebitur· igitur non sequetur Motum rectum esse infinitum & perpetuum: sed magis subitarium/& momentarium· dici potest ex impossibili sequi quodlibet/ut sorticolæ tradunt: uel ut perepatetici/dicatur q; uno dato

Quæ Auero· com· xlvi·

Dubita·
Sol'

Dubita·


impossibili plura secuntur·dato igitur q. grauitas uel leuitas alicuius corporis|quod recto motu mouetur|esset infinita sequeretur motus in non tempore|ut deducetur·& sequeretur motus infinitus & perpetuus:quod deducitur:quia si grauitas uel leuitas esset infinita:corpus graue aut leue esset infinitum·ut in calce huius cōmenti ait Aueroes:non enim potest forma aliqua esse infinita|nisi extendatur in corpore infinito·ultra corpus graue|aut leue est infinitum·igitur mouetur in spatio infinito·Sed spatium infinitum pertransiri non potest nisi tempore infinito·igitur Moueretur tempore infinito·quare si grauitas aut leuitas esset infinita: motus rectus esset infinitus|& perpetuus:& sic patet sequi utrunq;·

Sol'

Hoc autem ex his patet·Sit enim finita : sumaturq; infinitum quidem corpus in quo a b·grauitas autem ipsius in quo g·ab infinito igitur Magnitudo auferatur finita:in qua b d·atq; grauitas ipsius sit in quo e·ipsa igitur e grauitas minor erit grauitate g·Siquidem minoris magnitudinis grauitas minor nimirum sit·Minor itaq; grauitas maiorem mensuret numero aliquo repetitam · atq; ut minor grauitas se se habet ad maiorem:ita b d ad b z·se se habeat·quippe cum ab infinito quantumuis auferri contingat·

Grauitas uerbū est supletū·& ēt uerbū grauitate supletum est· Grauitas etiā uerbū est supletum· Magnitudis uerbū est supletum Nūo aliquo repetitā graece est

infinitum corpus



g 8

i·quotiēscūq; uel quātū uis


Quia syllogismus Aristotelis est conditionalis:& sumpsit unam conditionalem| quae erat|si aliquod corpus grauium est infinitum:grauitas est infinita:probat nunc hanc cōditionalem: quia ex probatione huius patet ueritas secundae conditionalis·Vtitur autem probatione prioristica per oppositum:quae probatio est fundata in primo principio·& repetatur conditionalis|uidelicet si aliquod corpus grauium est infinitum:grauitas est infinita·quia si non : tunc grauitas erit finita|sequitur enim grauitas corporis grauis infiniti non est infinita : & est grauitas: igitur est finita·a negatiua enim ad affirmatiuam de praedicato infinito ualet cum constantia subiecti· consequens falsum:quia eo dato:tunc esset dabile aliquod corpus finitum:in quo tanta & aequalis esset grauitas:quanta & aequalis est in corpore infinito:quod est absurdum · & hoc intendit deducere in toto hoc textu:ubi primo ordinat casum|& suppositiones|demum infert hoc impossibile·Inquit hoc autem ex his patet:idest haec conditionalis patet: quia si non sit grauitas infinita:cum sit grauitas:erit finita·demostratione itaq; hoc esse impossibile ducens ad hoc uidelicet q. corpus finitum erit aequalis grauitatis cum corpore infinito · ad cuius deductionem format casum|& suppositiones|ut diximus·& inquit sumaturq; infinitum quidem corpus in quo a b·& cum huius grauitas per aduersarium sit finita:sit illa ut octo & g· est igitur prima pars casus q. corporis infiniti a b eius finita grauitas ut octo est g·deinde ponit secundam partem atq; secundam suppositionem|quae est ab hoc infinito corpore a b rescindatur corpus finitum b d: cuius grauitas sit e:& quoniam e grauitas est minor g grauitate | sit illa ut quatuor ·ita ut ipsius g grauitatis ad e grauitatem sit proportio dupla huius secundae suppositionis ratio est | quia in minori corpore semper est minor uirtus·quare si a b sic infinitum & graue ut octo : fieri potest ut ab ipso resecetur corpus minus | cuius grauitas sit ut quatuor & ita subdupla ad grauitatem a b inquit ab infinito igitur magnitudo auferatur finita in qua b d : atq; grauitas ipsius sit in quo e · probat nunc q. e grauitas sit minor grauitate g : & inquit ipsa igitur e grauitas minor erit grauitate g Siquidem minoris magnitudinis grauitas minor nimirum sit · & hoc supponatur esse|declaratum octauo physicae auscultationis : illic enim

enim dictum est semper in maiore quanto maiorem esse uirtutem ·|& quia hæc grauitas minor utpote e per repeticionem mensurat maiorem:subdit minor itaq; grauitas uidelicet e maiorem mensuret quotiescunq; libuerit|hoc est numero aliquo repetitam:ita ut bis sumpta redat g grauitatem:qua ratione uult habere q. e sit subdupla ad g|ita ut g sit uerbi causa ut octo:& e ut quatuor· Sic igitur patet secunda suppositio q. uidelicet ab a b infinito graui | ut octo extractum est corpus b d graue|ut quatuor:cuius proportio ad primam grauitatem sit subdupla : & si non sit subdupla|sit quanta libuerit:quia idem est iudicium· Tertia suppositio est|ut ab eodem corpore a b extrahatur secundum corpus b z i graue uidelicet ad duplum ad ipsum b d · probat quia ab infinito potest extrahi quantum libuerit:quare possum extrahere unum corpus secundum grauius ipso b d:& quia est grauius|potest esse ut octo:quia in maiori quanto est semper uirtus maior:& ita possum extrahere ab a b corpus maius atq; maius| ut sit in tanta proportione maius b d corpore:in quanta g grauitas est maior e grauitate· inquit atq; ut minor grauitas se se habet ad maiorem ita b d ad secundum corpus:quod secundo loco extractum est ab a b infinito·quasi dicat ut sit proportio b d ad b z corpus subdupla·probat suppositionem & inquit quippe cum ab infinito quantumuis auferri contingat:& ita possum extrahere corpus duplum ad primum | & triplum|& quadruplum:& sic in infinitum·sit igitur b d corpus subduplum ad b z· Hæc est tertia suppositio·


Si igitur Magnitudines grauitatibus proportionem habeant·ita ut minor grauitas magnitudinis sit minoris;& maior etiam sit maioris;æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas · Grauitas est uerbum supletum·

Iis suppositis|arguit impossibile nunc hoc pacto|b z corpus est graue ut octo:ut ex suppositionibus constat:quia ad e grauitatem eius grauitas est dupla·a b corpus etiam est graue ut octo |ut supponebatur· igitur corpus finitum & corpus infinitum erunt æqualis grauitatis · unde syllogismus potest sic componi qualis est proportio corporis ad corpus in quantitate:talis est proportio corporis ad corpus in grauitate·Sed corporis b z ad corpus b|d est proportio dupla in quantitate·igitur grauitatis b z corporis ad grauitatem b d corporis est proportio dupla · Sed ponebatur grauitas corporis b d ut quatuor:igitur grauitatis b z erit ut octo: Sed corporis infiniti a b erat grauitas ut octo·igitur finiti corporis uidelicet b z & infiniti uidelicet a b grauitas est æqualis·& hoc erat absurdum sequens ad oppositum consequentis dictæ conditionalis : & sic conditionalis patet· Inquit si igitur magnitudines grauitatibus proportionem habeant :ita ut minor grauitas magnitudinis sit minoris:& maior etiam sit maioris:quasi dicat si qualis est proportio corporis ad corpus in quantitate:talis est corporis ad corpus in grauitate: æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas|ut deductum est|quare in corpore a b grauitas non est finita : sed infinita:& ita patet prima conditionalis· Hæc de ratione prima· Aueroes uero non aliter litteram hanc exponere uidetur· Inquit enim uult declarare q. omne corpus graue aut leue infinitum necessario habet grauitatem aut leuitatem infinitam:& hoc per syllogismum hypotheticum : qui sic componitur:si corpus quod recto motu mouetur: sit infinitum : necessario habet grauitatem aut leuitatem infinitam · Sed nec grauitas nec leuitas est infinita·igitur nec corpus quod recto motu mouetur:est infinitum·& addit:sed quia constructio hoc est consequentia : & destructio scilicet consequentis non sunt perse manifestæ·Incipit deducere consequentiam : quæ uocatur continuatio per uiam ducentem ad impossibile·& demum declarat destructionem consequentis ecce quod Aueroes:non aliter textum hunc exponit:q̃ nos declarauimus · deinde sumit casum totum per partes|ut nos accepimus:sumit enim corpus infinitum designatum per a b lineam|siue figuram·eius grauitatem per c lineam· Præterea sumit corpus b d e corpore infinito a b extractum:cuius grauitas sit h·Item & tertio sumit aliud corpus b z duplum ad b d:cuius grauitas sit dupla ad grauitatem b d : uidelicet h : ita ut si h sit ut quatuor : grauitas b z sit ut octo· Hic est casus ; in quo dicit duo primum q. accipit loco grauitatis lineam: Syllis· Quæ Auero. com·xlvii·

corpus infinitum·



quoniam linea est diuisibilis: & ita sumpsit lineam/ut augeret & diminueret pro necessitate rationis· Secundum est q corpus finitum extractum ab infinito/uocat partem infiniti: non quia sit uera pars: sed quia est minor illo: eo modo quo pars est minor suo toto· Tunc Aueroes intendit hanc rationem grauitas c est grauitas tocius b a: uel igitur finita uel infinita· Si infinita: habetur intentum· si finita: sit certo numero denominata utpote ut octo: quia quouis numero denominetur: idem sequitur· Tunc arguit a permutata proportione sic: sicut se habet h ad c: ita b d ad b z· Nā utrobiq est proportio subdupla: est enim h grauitas ad c subdupla· & b d ad b z etiam subduplum: ut in tertia parte casus accepit· igitur permutatim ut h ad b d: ita c ad b z· sed h est grauitas tocius b d ut quatuor· igitur c est grauitas tocius b z ut octo· & hæc ponebatur grauitas corporis infiniti a b· igitur corporis finiti: & corporis infiniti eadem atq æqualis erit grauitas: & sic patet destructio consequentis: & consequentia· Hæc Aueroes·



a ifinita b

Præterea si maioris corporis maior est grauitas: ipsius i b maior erit grauitas q̄ ipsius z b· Quare finiti grauitas maior erit q̄ infiniti·



Probauit Aristoteles q corporis infiniti: quod recto mouetur motu: grauitas uel leuitas est infinita: quia si non: tunc finiti & infiniti corporis grauitas uel leuitas esset æqualis· Nunc deducit ad secundum impossibile uidelicet q si non: tunc corporis finiti maior erit grauitas grauitate corporis infiniti· quod sic ostendit: per præcedentem deductionē grauitas corporis b z est æqualis grauitati corporis b a infiniti: quia utraq ut octo: ut deductum est· Modo accipio aliud corpus maius b z: quod reseco ab eodem infinito b a: Nam ab infinito possum resecare quātum uolo: cum in maiori corpore maior sit semper grauitas: ut in toto hoc pcessu est suppositū: corporis i z: quod est maius corpore b z: pculdubio grauitas erit maior grauitate b z· sed grauitas b z est æqualis grauitati corporis b a infiniti: igitur grauitas corporis i z erit maior grauitate corporis infiniti b a: quod erat secundum impossibile· Inquit præterea si maioris corporis maior est grauitas: ut generatim in toto processu est supponendum: ipsius i z corporis: quod est maius z b extracti ab infinito a b grauitas maior erit grauitate corporis z b· Sed suple grauitas corporis z b est æqualis grauitati corporis īfiniti a b· Quare finiti grauitas maior erit grauitate infiniti· hoc est absurdum secundum·

Et etiam inæqualium magnitudinum eadem erit grauitas· quippe cum inæquale finito sit infinitum·

Tercium impossibile est si infiniti non sit infinita grauitas: q uidelicet inæqualium corporum grauitas sit eadem· Nam grauitas a b & grauitas a b est eadem atq æqualis: ut deductum est· constat autem infinitum finito esse inæquale· Inquit & etiam inæqualium magnitudinum eadem erit grauitas utpote a b corporis infiniti: & z b corporis finiti·


quorum constat grauitatem esse ut octo·ut deductum est· Animaduersione dignum Auero·hæc duo ultima absurda non enumerare diuersa a primo:propterea unam rationem tantũ fecit Aue. de toto textu:quod arbitror euenisse propter malas quas habebat:trãslationes · Simplicius uero & expositor in textu toto notauerunt tria absurda:quæ omnia fulciuntur hoc fundamento uide licet quod semper in maiore quanto uis atq; grauitas uel leuitas est maior:ut sensu constat:& cõ mento sequenti dilucidabitur·Sic igitur si corporis infiniti grauitas non esset infinita:sequit̃ pri mo q. corporis finiti grauitas esset æqualis grauitati corporis infiniti·& secundo q. etiã esset ma ior & tertio q. inæqualium corporum grauitas esset æqualis·ecce q. tria sunt absurda: quoq; de/ ductio patet ex eo quia maioris corporis maior est uis·Sed occurres & optime quia in ratione ui detur petitio principii:quia qui diceret corporis infiniti grauitatem non esse infinitã diceret ma ioris corporis non esse grauitatem maiorem·Immo uidetur assumptum & intentum æque igno tum·Fortasse diceret Aristo·q. maioris corporis maiorem esse uirtutem constat sensu:quia p sen/ sum tactus iudicamus & uisus maiorem terram grauiorem esse minore · at infiniti grauitatẽ esse infinitam non constat sensu:quia infinitum cum non sit:non patet sensibus: & ita sensu minime constat grauitatem infiniti esse infinitam·Recte igitur Aristo·accepit notius ad deductionem ignotioris:quippe cum quæsitum sensibus non subiaceat·concessum uero bene sensibus patet·Se cundo debes scire q. Aue·com·xlviii·exponens litteram suæ translationis uult q. Aristo·epylo/ get impossibilia:quæ fuerunt duo:primum uidelicet q. corpus infinitum quod mouet̃ motu re/ cto:esset grauitatis finitæ:tunc corpus finitum ab illo resecissum esset æqualis & eiusdem grauita tis cum eo·Secundum q. corpus etiam ab eodem resectũ esset maioris grauitatis q̃ esset infinitũ a quo rescinditur·quæ impossibilia sunt deducta:& ita patet q. textus Aue·qui incipit Reuerta/ mur etiam non correspondet textui græco qui incipit secundum translationem simplicii & San/ cti Thomæ nihil autem differt · quare non multum est confidendum Auerois in expositione uerborum Aristo·ut latini confidunt:cum persæpe translationes eius sint mendosæ·

Quæ Auero· com·xlvii·

Dubita·

Sol'

Differt autem nihil cõmensurabiles:an incõmensurabiles sint grauitates·Nam & si incõmensurabiles sint:eadem erit ratio·utpote si e mensurans g ter repetitum exuperet·Nam magnitudines b d tres totæ si sũmantur:grauitas ipsarum ma ior erit q̃ ea quæ est:in quo g ·Quare idem erit impossibile·



g

Grauitas cõmensurata intelligitur:quando secundum æquales magnitudinis partes continuæ æqualis grauitas sumitur·Exemplum:sit corpus a e diuisum in quatuor quartas uidelicet a b | b c | c d | d e :quarũ quælibet sit grauis ut qua/ tuor:ea est cõmensurata·Nam æqualium magnitudinum est æqua grauitas Incõmensurata:quando inæquales æqualium magnitudinis partium sumũ tur grauitates·Exemplum:ut corpus f k diuidatur in quatuor quartas:quarum prima f g sit grauis ut quatuor·Secunda g h ut quinq;·Tertia h i ut sex·Quar ta i k ut septem:ea est incõmensurata · Nam non qualis proportio ma/ gnitudinis ad magnitudinem|ea est grauitatis unius ad grauitatem alteri9: & de leuitate silr̃ dici põt·His suppositis|remouet dubitationẽ:qa accepit e grauitatẽ mẽsurare fm aliquẽ nũm grauitatẽ g maiorẽ·hoc ur̃ falsum:qa nõ oẽ min9 mẽsurat ma

Expositio·


a b c d e
4 4 4 4 4


f g h i k
4 5 6 7

ius: quia linea tripalmea non mensurat secundum aliquem numerũ lineam octipalmeam. cum sit illius pars incõmensurata: & ita posset dici e esse partem ipsius g grauitatis incõmensuratam. Ob quam rationem Aristoteles supposuisset falsum uidelicet q. e per aliquem numerũ mensurat. g. quia si est illius pars incõmensurata: per aliquem numerum sumpta: aut excedit: aut exceditur semp: ut tria ad octo. siue enim tria ter: siue quater sumant: nunq̃ redunt praecise octo. Respondet Aristoteles primo: & inquit differt autem nihil supple minorem & maiorem grauitates cõmensurabiles: an incõmensurabiles sint grauitates. differt dico nihil quo ad rationis uis. Nam & si incõmensurabiles sint: eadem erit ratio: quod declarat: & inquit utpote si e Mensurans g ter repetitum exuperet g ipsum: ut si g esset ut. ix. & e ut quatuor. Nam magnitudines b d tres totae si sumantur grauitas earum maior erit q̃ grauitas quae est in quo g qa grauitas earum erit ut. xii. & grauitas g ut. ix. quare idem erit impossibile: quod autem idem erit impossibile: declaro: quia grauitas ipsius e quae est ut quatuor ter ducta redit grauitatem ut. xii. igitur grauitas b d corporis ter ducta maiorem redet grauitatem grauitate g corporis infiniti. Sed haec grauitas maior est corporis finiti: quia competit corpori triplo ad b d: qd est finitum. igitur corpus finitum erit grauius infinito: quod erit secundum impossibile. Primũ uero impossibile sequitur dempto excessu: quia illo dempto redetur aequalis grauitas ipsi g q̃ etiam competit corpori finito: quare corpus finitum erit aeque graue cum corpore infinito: quare siue grauitates illae acceptae sint cõmensurabiles: siue incõmensurabilis: si corpus infinitum sit graue grauitate finita: sequitur finitum corpus esse grauius infinito: & aeque graue illi: ut deductum est.


Praeterea etiam commensurabilia contingit sumere: nihil enim interest a grauitate, an a magnitudine inicium agatur. Veluti si ei in quo g: grauitas sumeretur commensurabilis in quo e. & ab infinito ea magnitudo auferatur: quae habet grauitatem in quo e ceu b d. Deinde ut grauitas ad grauitatem, b d ad aliam fiat magnitudinem, utputa b z. Contingit enim ut si magnitudo a b sit infinita: Quantauis magnitudo auferatur ab ea: his enim sumptis & magnitudines & grauitates inter se commensurabiles erunt.

Haec littera licet apud non nullos primo aspectu facilis uideatur: tamen apud me est non leuis. Prima expõ. propterea iuniores exponũt esse secundam dubitationem soluendã. Nam syllogismus Aristotelis fuit a cõmutata proportione: ut uisuz est: in quo sumptum est b d ab ipsa magnitudine infinita a b extractum: cuius grauitas ponebatur e & sumptum erat b z: cuius grauitas erat h dupla ad e grauitatem primi corporis: ponebaturq; b z esse etiam extractum a corpore infinito a b. & qa dicebatur ab aduersariis infiniti corporis a b esse grauitatem finitam: supponebatur illam esse ut octo. Sic igitur grauitas corporis infiniti est ut octo. Rursus supponebatur grauitatem corporis b d esse ut quatuor: his stantibus arguebatur hoc pacto: sicut se habet e ad h: ita b d ad b z. Vtrobiq; enim est subdupla proportio igitur cõmutatim ut e ad b d: ita h ad b z: sed e est totius b d. igitur h est totius b z. Sed e est ut quatuor. igitur h est ut octo. Sed g grauitas corporis a b infiniti erat ut octo. igitur finiti & infiniti grauitas est aequalis. sic igitur patet syllogismus. uolunt igitur iuniores q. dubitatio sit haec cuz in syllogismo eiusmodi Aristoteles inceperit a proportione grauitatum: utrum potuisset incipere a proportiõe magnitudinum: hoc pacto uidelicet ut b d ad b z: ita e ad h grauitatem. hanc soluit Aristoteles: ut iuniores autumant: & dicit quod sic &: tunc sic componeretur syllogismus ut b d magnitudo ad b z magnitudinem: ita e grauitas ad h grauitatem: utrobiq; enim subdupla est proportio. igitur permutatim ut b d ad e: ita b z ad h. sed b d est praecise ipsius e grauitatis. igitur b z praecise ipsius





h gravitatis·Sed e est ut quatuor igitur h est ut octo: quare ut prius finiti & infiniti aequalis est gravitas: sic igitur patet syllogismum fieri aequaliter sive incipiat a proportione gravitatū sive magnitudinum·Haec iuniores·Sed friuola est haec expositio: nam tam levem dubitationem tantus uir Aristoteles non attingisset·nec consonat textui: ut uidebitur·Melius igitur cum simplicio & expositore dicerem Aristotelem hic soluere primam dubitationem per secundam solutionem: erat enim dubitatio q. syllogismus non ualebat si sumerentur gravitates non proportionales·Cui soluebat per primam solutionem/q. sic: quia utrobiq; semper sequebantur eadem impossibilia·Nam sive gravitates sint cōmensurabiles: sive incōmensurabiles: semper eadē impossibilia secuntur: ut fuit uisum·Nunc soluit per secundam solutionem: q. syllogismus ualet: qa utebatur gravitatibus proportionalibus/atq; cōmensuratis: ut per exemplum ostendit: & ita uult illum ualere saltem supponendo gravitates esse cōmensurabiles non simpliciter: igitur sunt duae solutiones: prima q. syllogismus simpliciter ualet quouis modo sumantur gravitates sive cōmensurabiles: sive incōmensurabiles·Secunda q. ualet in casu uidelicet si sumantur gravitates cōmēsurabiles: & hoc ostendit: demonstrat enim in syllogismo esse sumptas gravitates cōmensurabiles: & inquit praeterea etiam cōmensurabilia uidelicet & magnitudines & gravitates contingit sumere in dicto syllogismo: & sic secunda solutio est q. dubitatio illa supponit falsum uidelicet q. gravitates acceptae in syllogismo sint incōmensurabiles·Nam acceptae sunt in dicto syllogismo cōmensurabiles: quia dixerat esse accepta cōmensurabilia: in quo uerbo quis potest intelligere & corpora & gravitates: quasi respondendo dicit posse intelligi de utrisq; cuius rationem addit: & inquit nihil enim interesse a gravitate/an a magnitudine inkiuz agatur: & sic potest syllogismus esse fundatus tam in corporibus q̄ gravitatibus: modo cōmensurabilia sumantur & hoc uerbum male intellectum mouit iuniores ad expositionem illam: prosequitur tamen declarare q. in syllogismo sumptae sint gravitates cōmensurabiles: & Inquit ueluti si ei in quo g : quae est gravitas corporis infiniti a b : gravitas sumeretur cōmensurabilis in quo e : quae esset subdupla ad g dico e supponendo illam esse extractam a corpore a b : & esse corporis b d extracti ab a b corpore infinito: & hoc inquit & ab infinito uidelicet a b ea magnitudo auferatur: quae habet gravitatem in quo e ccu b d ·Deinde sit eadem proportio gravitatis e ad aliam gravitatem uidelicet h : ut b d cuius est e gravitas: ad aliam magnitudinem quae de nouo fiat & extrahatur a corpore infinito a b utputa b z & quod b z sit magnitudo extrahibilis ab ipso a b : probat quia contingit si magnitudo a b sit infinita: quantauis magnitudo auferatur ab ea: & ita potest auferri ab ea b z ·Tunc ostendit solutionem & inqt: his enim sumptis: & magnitudines & gravitates inter se cōmensurabiles sunt·Nam e est ipsi h gravitati cōmensurabilis: & bd corpus ipsi bz corpori etiam cōmensurabile·Quare dubitatio supponit falsum uidelicet q. gravitates sint incommensurabiles·Nam per haec demonstratum est gravitates & corpora esse cōmensurabilia·& si diceres q. aduersarius uult illa esse incōmensurabilia: ad hoc seruit solutio prima: q. quouis modo sumantur gravitates & corpora: semper secuntur eadem impossibilia/uidelicet q. finitum & infinitum sint aequegrauia : & q. finitum sit infinito grauius : ut uisum est in prima solutione · Recte igitur · Sanctus Thomas exposuit q. hic soluat secunda solutione·Aristoteles dictam dubitationem·Ex his potest dari tertia expositio q. uidelicet Aristoteles remoueat aliam dubitationem: nam accepit gravitates cōmensurabiles: & non meminit corporum: ideo potest dubitari utrum uelit in dicto syllogismo q. etiam corpora quorum sunt dictae gravitates cōmensurabiles: sint cōmensurabilia: & demonstrauit in hoc textu q. licet supposuit gravitates esse cōmensurabiles: tamen idem est supponendum de corporibus·propterea concludendo inquit: his enim sumptis & magnitudines & gravitates inter se cōmensurabiles erunt: & tunc illa particula enim legatur illatiue/ac si dicat igitur·Tu uero considera·Auerroes uero in his textibus nihil habet: nam translationes com·xlix·correspondent translationibus graecis: quas expositor exponit: commenti So·propterea quae dicit digna annotatione: in expositione proximi textus narrabimus·




Confu.

Propria expositio.

Quae Auero. com·xlix.

Insuper etiam nihil ad demonstrationem refert similaris grauitate ipsa magnitudo: ac grauitate dissimilaris sit. quippe cum ab infinito ipso tot quotuis æquilibra corpora ipsi b d Sumere sit aut auferendo, aut addendo.




Remouet hic secundam uel tertiam dubitationem. Nam in demonstratione supposuerat magnitudines proportionales grauitatibus. modo hoc non est uniuersaliter uerum: non enim illa propositio in maiore quanto est maior uirtus: est uniuersaliter uera. Sed solum in corpore similari: quod est similium partium per totum. Cum enim per totum similare sit: & grauitatis similis undique: necesse est in maiori quanto atque parte maiori maiorem uirtutem atque grauitatem esse. at in corpore dissimilari: quod partium est dissimilium: non necesse est in parte maiori esse grauitatẽ minorem. Verbi causa, sit unum mixtum: cuius prima pars bipalmea sit terracea a prædominio Secunda a prædominio sit quadripalmea, & aquea. tertia octipalmea sit aerea. quarta. xvi. palmorum sit ignea a prædominio: patet q. in minore parte est maior grauitas: utpote in prima parte bipalmea: & sic consequenter. quare uidetur q. propositio assumpta in demonstratione sit solum uera supponendo corpus a b infinitum esse similare: & sic demonstratio non erit uniuersalis: sed particularis. Hæc est dubitatio. Respondet q. nihil ad demonstrationem refert similaris grauitate ipsa magnitudo infinita a b sit, uel grauitate dissimilaris. Nam semper secuntur eadem impossibilia uidelicet q. finitum sit æquilibrum infinito: & q. grauius. & quod sequantur eadem impossibilia: ostendit per hoc, quia ab infinito a b possum sumere semper æquilibra corpora ipsi b d : quæ licet sint magnitudine dissimilaria: tamen pondere erunt similaria: uerbi causa: sit pars b d bipalmea: & grauis ut duo: possum sumere ab ipsa infinita magnitudine a b aliud corpus in duplo grauius ipso b d , siue sit in duplo maius, siue in triplo, siue in quadruplo, siue quouis modo ac proportione maius: sufficit enim mihi, ut sit in duplo grauius. & sic secundũ corpus erit b z in duplo grauius b d corpore. & pari ratione possum sumere corp9 b i in duplo grauius ad b z : & quadruplo ad b d , siue b i sit in duplo maius b z ipso, siue ĩ quauis proportione: sufficit enim mihi ut sit in duplo grauius ipso b z : & in quadruplo ad b d. Qua ratione erit b i graue ut octo: & sic finitum erit æquilibrum ipsi infinito: & per idem potest deduci q. erit grauius eodem. Quare siue ĩfinitum sit grauitate similare: siue dissimilare: semper eadem secuntur impossibilia. inquit insuper etiam nihil ad demonstrationem refert similaris grauitate ipsa magnitudo infinita a b sit: siue grauitate dissimilaris. nam, semper secuntur eadem absurda. & hoc declarat: & inquit quippe cum ab infinito ipso tot quotuis corpora æquilibra ipsi b d parti sumere sit, aut auferendo aut addendo in magnitudine. Nã si in minori parte est grauitas minor: sumas ab ipsa a b Magnitudine continuo corpora minora, & sic procedas auferendo. Sin autem in maiore est maior grauitas: procedas addendo, siue seruetur proportio in magnitudinibus siue non: sufficit enim seruare proportionem in grauitatibus. & causa est quia ab infinito: ex quo est infinitum: possumus extrahere, ut quot uolumus corpora. quare qualecunque sit a b infinitum: si sit grauitatis finitæ, utputa ut octo: uel alio numero stabilitũ: semper sequitẽ corpus finitum esse sibi æquilibrum: & maius ut deductum est.

Quare ex his quæ modo diximus patet corporis infiniti grauitatem finitam non esse·erit igitur infinita· Quod si hoc esse non potest;nec infinitum etiam aliquod corpus esse poterit·

Exclusis obiectionibus/nunc Aristoteles æpylogat rationem/erat enim ratio si aliquod corpus quod mouetur recto motu:esset infinitum:grauitas aut leuitas esset infinita· Sed probatum erit grauitatem uel leuitatem non esse infinitam·igitur nec corpus aliquod:quod recto motu moue tur:esse poterit infinitum:& hoc inquit quare ex his:quæ modo diximus:patet corporis infiniti grauitatem finitam non esse·propterea infert:erit igitur infinita· Tunc ultra concludit:q̃ si hoc idest grauitas infinita esse non potest:ut statim deducetur proximo textu : nec infinitum etiam aliquod corpus:quod moueretur motu recto:esse poterit:& sic patet ratio· Aueroes com·xlix·cu ius textus respondet translationibus expositoris S· Thomæ:eodem modo hunc locum interpre tatur· Verum parte illa potest intelligi q̃ si partes:induit secundam expositionem:ubi debes sci re q̃ syllogismus Aristotelis fuit/sicut se habet e gra/ uitas ad h grauitatem:ita b d corpus:ad b z cor pus·Nam utrobiq̧ est subdupla proportio· & arguatur ut prius·Modo dubitatio est q̃ illa propositio maior est uera supponendo corpus a b ex quo sunt diuisa illa duo corpora b d :& b z esse similare suis in parti/ bus:tam in ratione corporis/q̃ in ratione potentiæ atq̧ grauitatis· Vbi uero partes eius sint dissimilares & di/ uersarum rationum non est uerum q̃ sicut se habet e ad h :ita b d ad b z ·quia stat e esse subduplam grauitatem ad h :& tamen b d non erit subduplum ad b z ·eo quia i ma iore parte non semper est maior potentia:nisi quando sint partes eiusdem rationis · Dupliciter soluit Aueroes/ut mihi uidetur:uno modo q̃ syllogismus ualet cum usu illius maioris : & tunc debet intelligi maior in ratione partium & corporis generica·Hoc pacto sicut se habet e ad h ita secundum rationem corporis b d ad b z· Nam licet secundum rationem huius uel illi⁹ corporis in specie non sit consimilis proportio:tamen secundum rationem corporis in eo q̃ cor/ pus:est similis ratio atq̧ proportio:potest enim b d specie differre ab ipso b z : quæ tamen in ratione corporis erunt eiusdem rationis·quare ut sic potest intelligi consimilis proportio·qua re ut e est totius b d sic h est totius b z uel aliter intelligo Aueroem & melius: q̃ po/ test fieri syllogismus cum usu illius maioris/sed debet maior sic intelligi sicut se habet e ad h ita b d ad b z non quidem secundum proportionem alicuius numeri & quantitatis:sed se/ cundum rationem potentiæ·Nam ut e est subduplæ potentiæ ad h : ita b d est subdu/ plæ potentiæ ad b z quare maior est uera q̃ ut e est subduplæ potẽtiæ ad h ita b d est subduplæ potentiæ ad b z & sic maior habet locum de proportione potentiarum: & non de proportione quanti:& tunc comple syllogismum: sed e est totius b d igitur h est totius b z sed h est grauitas potentiæ ut octo:ut suposuim⁹ igitur b z est graue potentiæ ut octo & æquale erat a b quare ut prius finitum erit æquipotens infinito·Hæc est prima Auero· ex/ positio:uidelicet q̃ syllogismus ualet cum usu illius maioris·Secunda est q̃ potest aliter intelligi ut uidelicet syllogismus ualeat sine usu illius maioris:& tunc erit syllogismus b d est graue ut duo:& tunc ab a b corpore extraho aliud corpus quod sit graue ut·iiii·siue sit in ratiõe corpo/ ris duplum ad b d /siue triplũ/siue in quauis proportione:mõ sit in duplo grauius: & accipio tertiũ corpus q̃d sit in duplo grauius Scdo:& in quadruplo grauius primo:& hoc siue sit i duplo in rõne corporis/siue in quauis pportione·casus iste patet:quia ex quo a b est infinitum corp⁹ possum extrahere ab eo tot quot uolo corpora:siue addendo alteri/siue diminuendo· Quo in ca su resecauero ab a b tot corpora:p quot per additiõnẽ deuentam ad corpus æquilibꝫ ipsi a b infinito:& ita habetur impoſe ut prius·Syllogizetur igitur sine usu propositiõis prædictæ:quæ erat maior sic:corpus b i est graue ut octo:ut per casum probatum est·Corpus b i est finitũ igitur in·iii·figura corpus finitum est graue ut octo:sed taliter graue erat a b igitur infinitum & finitum erunt æquilibra:& sic habetur syllogismus sine usu dictæ propositionis & per conse/ quens cessat dubitatio·Hæc Auero·Sed occurres:nam id ad quod deducit Aristoteles est falsũ uidelicet q̃ finitum sit æquilibrum infinito:& id quod assumit ad illius illationem / est etiam falsum : sumit enim tot corpora posse ab a b infinito seperare : quod per additionem deue/ nitur ad unum finitum æquilibrum ipsi a b · Modo hoc etiam est falsum : quia nemo

Quæ Auero· com·xlix·



Dubi·

Pria sol'auer·

Scda sol'auer·

Dubi·

actu seperauit tot corpora ab infinito:& ita de in esse quod assumitur:est falsum. quare ad deductionem falsi:Aristoteles accepisset falsum.& sic non esset bonus syllogismus:nam ex falsis non
Sol' Auerois est inconueniens sequi falsum. Soluit Aueroes & inquit:& hæc demonstratio fundata est in prioribus analiticis scilicet libro primo:ibi enim dictum est quod falsum impossibile nunq̃ sequitur ex falso possibili. Modo quod Aristoteles accepit:est de inesse falsum: tamen de possibili est uerum:quia de possibili ab a b infinito extrahi possunt:tot quot uis corpora. & sic optime more boni prioristici syllogizauit:syllogizetur igitur hoc pacto si a b est graue ut octo:sed ab a b possum per resecationem deuenire b i graue ut octo. igitur aliquod finitum est æquilibꝫ infinito. Consequens est falsum impossibile:& igitur antecedens erit falsum impossibile: quia ꝑ regulam prioristicam falsum impossibile nunq̃ sequitur nisi ex falso impossibili. antecedẽs itaq; est falsum impossibile:& non pro secunda parte:quia licet illa de in esse sit falsa ; tamen est uera de possibili. igitur pro prima parte:quare falsum & impossibile est a b infinitum esse graue ut octo:& ita oportet dicere a b esse grauitatis infinitæ. Hæc Aueroes:& optime. Circa finẽ
Questio. huius demonstrationis solet dubitari. utrum in maiore corpore sit uirtus maior. & uidetur q̃ nõ quia possibile est ignem maiorem esse minoris uirtutis igne minore:utpote si ignis maior sit rarior:nam tunc est minus actiuus. Secundo parua terra est grauis ut octo:& magna glebba etiam ut octo. igitur in maiore quanto non est maior uirtus. Tertio paruum plumbum est grauius magno ligno. igitur non in maiore quanto est uirtus maior. Quarto sit aliquod totum dissimilare ut animal:patet q̃ aliqua pars minor erit grauior ut parua pars ossis magna parte spiritus grauior est. Quinto sit unum corpus similare difformiter graue:utpote : cuius prima pars pedalis sic grauis ut octo:& dupla ad illam ut quatuor:& quadrupla ad illam ut duo : & octupla ad illã ut unum:patet q̃ in minore quanto est maior uirtus. & tamen est corpus similare:cuius partes sunt eiusdem speciei. Sexto sit plumbum bipedale late figuræ:& plumbum pedale sagictalis figuræ: patet q̃ pedale est grauius:quia ocius descenderet. Septimo certum est grauitatem ut octo eẽ diuisibilem in infinitum per partes proportionales minoribus terminatis uersus finem:quia in duas medietates:& in duas medietates alterius medietatis:& sic in infinitum. nam omne quantum est diuisibile in infinitum per partes proportionales:tunc accipio corpus infinitum:cuius pedalia sint modo infinita:& uolo q̃ in primo pedali sit prima medietas grauitatis . & in secundo sit secunda subdupla ad primam:& in tertio sit tertia subdupla ad secundam:& sic in infinitum. patet q̃ tota grauitas in toto tali corpore est finita:quia ut octo:& tamen corpus est infinitum : in quo ipsa extenditur. igitur possibile est esse corpus simplex infinitum:cuius uirtus sit finita. Præterea octauo argui potest:quia si esset infinitum graue:non esset nisi graue ut octo ut omnes cal
Sol' culatores tenent . hæc questio q̃ illa propositio intelligitur uera nona conditionibus limitata prima de uirtute materiali. propter quam conditionem non est in maiore parte hominis maior uirtus intellectiua:secunda cæteris paribus ex parte raritatis & densitatis: qua tollitur argumentum primum:quia paruus ignis potest esse actiuor propter maiorem densitatem. Tertia intelligitur cæteris paribus ex parte intensionis & remissionis : utpote si tota latitudo grauitatis gradualis sit in toto:& in qualibet parte:propter quam conditionem tollitur argumentum quintum: & septimũ nõ enim in difformiter graui oportet in maiore quanto esse maiorem uirtutem & in minori minorem . Quinta intelligitur cæteris paribus ex parte figuræ : & propter hanc cessat sextum argumentum:nam paruum plumbum potest uelocius descendere propter dispositionem figuræ:non autem propter intensionem formæ. Sexta intelligitur propositio de multitudine formæ:& non de graduali mensura:& per hanc cessat ratio secunda: quia licet parua terra sit grauis ut octo:ueluti magna:non tamen est æqui libra secundum multitudinem formæ cessat etiam octaua ratio:quia licet finitum sit æque graue intensiue:sicut infinitum:non tamen æqui librum. Septima intelligitur comperatione facta inter corpora eiusdem speciei:propter qd cessat tertia ratio:nam plumbum & lignum differunt specie : & propterea non oportet alterum altero esse grauius. Octaua intelligitur quando totum est similare:& eiusdem speciei in partibꝰ: propter quod cessat quartum argumentum:animal enim est totum dissimilare:ut constat:quare non oportet in maiore parte esse maiorem uirtutem . Differt autem hæc Octaua condicio parum a septima nisi quia septima loquitur generatim siue comperabilia sint partes alicuius tocius:siue non. Octaua uero loquitur quando comparabilia sunt partes alicuius tocius. Tamen una limitatio est:ut comparabilia sint eiusdem speciei. ix. propositio intelligitur ſm consideratione naturalem:& ꝑꝑ hanc tollitur. vii. rõ:quæ ẽt ablata est ꝑ tertiã conditionẽ:illa. n. ꝑcedit ex imaginatione mathematicoꝶ: qui diuidunt quãta in infinitum. at secundum consideratiõẽ

naturalem deueniendum est ad minimum/& ad maximum : & sic nec grauitas potest diuidi in infinitum·nec est dabile corpus infinitum:in quo grauitas illa esset extensibilis: secundū enim naturalem rationem stabilita sunt utraq;:ut dicit Aueroes ubiq;·Sic igitur patet intellectus pro positionis:& q, in pluribus casibus est falsa:q̄ uera:& tunc ulterius patet:ut recte Aueroes dixit/ q, demonstratio Aristotelis habet locum per usum huius propositionis: & sine usu huius propo/sitionis·per usum quidem huius propositionis habet locum/supponendo corpus quod mouetur motu recto esse simplex:& cæteris paribus/& limitatum per nouem cōditiones: ut dixi sine usu uero talis propositionis:patet demonstratio per regulam prioristicam: ut dixit Aueroes:de quo supra·Hæc de propositione·

Quod uero grauitatem esse aliquod infinitum impossibile sit: ex his perspicuum est·Si enim tanta grauitas per tantum spatium in hoc tempore mouetur : tanta & adhuc in minore tempore mouebitur·

Spaciū ē uer/bū suppletū. Hæc pticula/ In minore tē pore: est tex/tui supleta·

Nunc probat minorem:erat enim Syllogismus si aliquod corpus:quod recto fertur motu:est in/finitum:grauitas/uel leuitas erit infinita·Hæc fuit maior:& probata est : per hoc/ quia corporis infiniti grauitas finita esse non potest·Sed grauitas infinita esse nō potest alicuius corporis/hæc est minor:& destructio consequentis·& hanc nunc intendit probare:qua probata : infert igitur nullum corpus:quod recto fertur motu:poterit esse infinitum:est igitur intentio capituli proba re minorem syllogismi uidelicet nullius corporis grauitatem infinitam posse esse·& hoc propo/nit & inquit quod uero grauitatem esse aliquod in rerum natura infinitum / impossibile sit : ex his quæ nunc dicemus:perspicuum erit·Hæc est intentio capituli·deinde probat propositum:& more boni geometræ:præmictit suppositiones tres:quarum prima est q, si tanta grauitas uerbi causa/ut duo/mouetur per tantum spatium : uel moueret aliquod mobile per tantum spatium: uerbi causa/pedale in hoc tempore:utpote in hora:tanta grauitas & adhuc id est tanta & ad huc maior illa uidelicet ut quatuor/mouetur uel moueret idem mobile in eodem spatio pedali in mi nori tempore utpote in dimidio illius horæ·est igitur prima suppositio si aliqua grauitas certæ mensuræ moueret aliquod mobile in certo dato spatio : & in certo dato tempore : Maior uirtus moueret idem mobile super eodem spatio in minore tempore·Hæc probata fuit septimo physi/cæ auscultationis:per hoc/quia quanto uirtus motiua est fortior:tanto eius mobile mouet uelo/cius:quare tanto in minore tempore mouebit·Quo uero ad uerba græca attinet: Mouetur græ/ce est :in translationibus uero:quas expositor exponit:legitur uerbum illud Mo/uet·& utrunq; est bonum:quia uirtus materialis in mouendo mouetur per regulam Aristotelis in octauo physicæ auscultationis·In materialis uero mouet:& nō mouetur: quia igitur grauitas est uirtus motiua materialis:in mouendo necessario mouetur : & ita utroq; modo uerbum græ/cum potest ad nos uenire·

Verboɽ cōsi deratio·

Atq; quam rationem habent grauitates· eam modo contrario tempora habebūt· ueluti si dimidia grauitas hoc in tempore moueretur; dupla in dimidio illius mo/uebitur·

Verbū illud tēpore moue tur suppletū ē· suppletū ē ēt uerbū mo/uebitur·

Secunda suppositio qualis proportio est grauitatum mouentium:talis modo contrario est tem/porum·uerbi causa/si semipedale grauitatis moueret a mobile in hora : pedale grauitatis moue/bit in medietate horæ·Sequitur autem hæc secunda suppositio ex prima: nam si maior grauitas mouet in minore tempore:sequitur q, qualis est proportio grauitatum mouentium : talis modo contrario erit proportio temporum:ut correspondenter per augumentum grauitatis in propor/tione/sit proportionalis temporum diminutio·


Præterea finita grauitas omnem finitam intercapedinem finito quodam in tem/pore transit·

Tertia suppositio finita grauitas omnem finitam intercapedinem atq; distantiam finito quodā tempore transit·Hæc tertia suppositio deducta est sexto physicæ auscultationis: ubi probatū est uirtutem spatium & tempus se se consequi quo ad rationem finiti/infinitiue · Aueroes uero etiā ut nos exposuimus exponit· Verum ubi nos in græcis codicibus habem⁹ grauitatem: quæ græ ce est :Ipse in suis translationibus habet graue:quod quidem non est ualde dissonum· & tunc iuxta eius translationes prima suppositio est q, graue maius in minore tempore mouet· patet:quia uelocius mouetur·Secunda suppositio:quæ ex hac sequitur:est q, qualis est proportio grauitatis ad grauitatem uel grauis ad graue in maioritate / talis est temporis ad tempus modo

Quæ Auerc. com·li·&·lii·

H iiii

econtrario in minoritate. Nam sit a graue aliquod ut quatuor: b uero graue ut octo: c sit



d tempus quo mouetur a graue: & sit hora: dico q. d erit tempus: quo mouebitur b graue: & erit medietas horae. nam qualis est proportio ipsius a grauis ad b graue: talis modo cōtrario c temporis ad d tēpus, ipsius enim a ad b proportio est subdupla. Ipsius uero c ad d dupla. quare si a mouebitur in c tempore: b mouebitur in d tempore. Haec est secunda suppositio. Tertia est graue omne finitum mouebitur finito in spatio atq; finito in tempore animaduersione dignum q. Aueroes addit in secunda suppositione: & uult q. secundum proportionalem auctionem grauitatis in infinitum: sit proportionalis minoratio temporis in infinitum: uerbi causa: si a graue augeatur ad duplum b tempus diminuetur ad subduplum: & si in triplo augeatur a: etiam in triplo diminuetur b tempus semper regulariter secundum contrariam proportionem: modo sint caetera paria ex parte spatii: & figurae: & caeterorum: quae solent

Dubitatio addi adhaec a supputatoribus: ut sexto auscultationis libro deduximus. Sed occurres per dubitationem albertillae in quampluribus locis. Sit grauitas ut quatuor a: quae moueat b resistētiam ut tria in certo dato spatio utpote octipedo: & in certo dato tempore: quae sit hora: & uolo quod a dupletur & fiat graue ut octo: quaero utrum b resistentiam ut tria mouebit in subduplo tempore utpote in dimidio horae super eodem spatio: & uidetur quod non: quia octo ad tria est proportio maior q̄ dupla: Nam octo continent tria bis: & ultra adhuc continent illi⁹ totius duo. igitur mouebit b resistentiam magis q̄ in subduplo temporis: & tamen graue ut octo est duplum ad graue ut quatuor. igitur proportionali auctioni grauitatis non correspōdet proportionalis diminutio temporis: quippe cum graue sit auctum ad duplum: & tempus nō sit diminutum ad duplum: sed ad magis q̄ ad duplum. hanc dubitationem in septimo physicae auscultationis pertractauimus: ubi diximus albertillam propter hanc rationem uoluisse proportio

Quae albert. nem uelocitatum in motibus non sequi proportionem potentiarum motiuarum ad suas resistentias: sed proportionem proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias: utpote si a mouet b resistens a certa proportione: c mouebit b in duplo uelocius si eius proportio ad b sit dupla ad proportionem ipsius a ad b & sic per grauitatem duplam peripatetici non intelligunt qualitatem duplam: sed proportionem duplam grauitatis ad illam quam habuit prior grauitas respectu eiusdem resistentiae: uerbi causa: a mouet b sibi resistens a certa proportione uincendo & superando resistentiam ipsius b dico q. grauitas dupla ad grauitatem a: idest grauitas c cuius proportio ad proportionem: qua a superat resistentiam b est dupla: Mouebit idem b super idem spatium in subduplo temporis. igitur proportionalis tēporis diminutio sequitur proportionalem auctionem grauitatis idest proportionalem auctionem proportionum grauitatis ad suam resistentiam. tunc ad propositum: licet graue ut octo sit duplum ad graue ut quatuor: non tamen proportio octo ad tria: erit praecise dupla ad proportionem quatuor ad tria. quare si debet tempus subduplari: debet graue crescere ad tantum: ut eius proportio sit praecise dupla ad proportionem priorem. uerbi causa: quia prior proportio fuit sex qui tertia nam quatuor continent tria semel: & terciam. igitur debet crescere grauitas illa in tantum: ut ei⁹ proportio d dictam resistentiam: ut tria: efficiatur dupla sex qui tertia: & tunc in subduplo tempore Moueret dictam resistentiam. quando igitur peripatetici dicunt ad proportionale augumē

Totū hoc deficit graecis codicibus u; tum uirtutis sequi proportionalem diminutionem temporis: debet intelligi ad proportionale augumentum uirtutis: ut proportionalis diminui proportionaliter tempus. Haec tamen lege curiosius in. vii. lib. physicae auscultationis.

Moueri: & n̄ moueri: ut in aliis trāslationibus legit. Necesse est igitur ex his, si Aliquid est infinita grauitas: moueri ipsam: & non moueri. Moueri quidem: quo tantum quantum finita & ad huc. non moueri autem: quo quidem moueri oportet secundum excessus proportionabiliter: sed ecōtrarie

Non hoc uerbū deficit codicib⁹ graecis maior in minori. Infiniti autem ad finitum proportio nulla est. temporis autē minoris ad maius finitum est: sed in minore semper minimum autem non est.

Proportio rō His tribus suppositionibus stantibus deducit dictam condicionalem: quae erat minor: & inquit necesse est igitur ex his si aliquid est finita grauitas: uel ut melius iaceret: si aliquod corpus esset

Expositio. infinite graue: moueri ipsum: & non moueri. uerba autem haec uidelicet. Moueri ipsam: & non

moueri codicibus græcis: quos habemus: deficiunt· & etiam translationibus nostris· tamen uerba hæc habent translationes aliorum: & expositores græci· Illud consequens est impossibile simpliciter: cum sit unum copulatum: uel una copulatiua facta de partibus contradictoriis· q. quidē sequatur illud moueri dato q. ipsum infinite graue esset: patet ex prima suppositione: unde inqt moueri quidem supple ipsum si esset: sequitur: quo dictum est in prima suppositione/ infinitam grauitatem moueri tantum quantum finita mouetur: & adhuc uelocius/ & in minore tempore· Hæc de prima parte· Quod uero sequitur ipsam non moueri: deducit ex aliis duabus suppositionibus: & inquit non moueri autem supple ipsam si esset sequitur per duas suppositiões quas ponit dicens: quo quidem moueri oportet maius supple secūdum excessus proportionabiliter: hæc est prima: sed econtrario maior grauitas in minori tempore: hæc est secūda ex quibus colligitur q. graue infinitum nō mouetur: quia ubi moueretur: oportet habere certam proportionem ad graue finitum in mouendo· Infiniti autem ad finitum nulla est proportio· temporis autem minoris ad maius finitum est supple proportio: sed in minori semper: & quia posses dicere dari minimū tempus: quo infinite graue moueretur: addidit minimum autem non est· Quarto enim physicorum probatum est non dari minimum tempus· uel uerba hæc retulit ad proportionem: quia qs posset dicere esse minimum in proportionibus: & ita infinitum mouet per tempus redactum ad minimam proportionem: Respondet nullam esse proportionem minimam· Sit igitur si graue infinitum esset: illud moueretur: quia per primam suppositionem moueretur quantum mouebatur finitum & adhuc amplius· & non moueretur: quia in tempore ita paruo: quod ad tēpus quo moueretur graue finitum: nullam haberet certam proportionem: quod est contra naturam motus: omnis enim motus est in certo tempore: & comparabilis alteri motui in uelocitate· hæc ex translationibus nostris facile patent· & Auerois exponit hoc modo/ ut legenti patet: licet uerba cōmenti sint ualde corrupta· Colligitur autem facilius q. si graue esset infinitum: illud non moueretur: quia uel in tempore: uel in non tempore/ ut dicit Auerois non est dicendum illud moueri in non tempore: quia omne quod mouetur: in tempore mouetur: ut sexto physicæ auscultationis probatur: nec est dicendum illud moueri in tempore: quia cuiuslibet temporis ad quodlibet tempus est quædam proportio: at infiniti grauis ad finitum graue nulla est proportio in excessibus: & ita dato graui in finito: illo nullatenus moueretur: & hæc Auerois deductio est facillima· Ex his sequitur contra logicos: qui uolunt aliquod infinitum moueri in infinitum uelociter: & ita in infinito paruo tempore: & non sequitur illud moueri in tempore: nam licet moueatur in infinito paruo tempore: non propter hoc sequitur illud moueri in aliquo tempore· Quæ (ut mihi uidetur) non sunt peripatetice dicta· Aristoteles enim ubiq; destruens in finitum usus est hac suppositione/ q. si ipsum esset: in nullo tempore moueretur: & quod in nullo tempore mouetur: non mouetur· Quare hæc non sunt peripatetice dicta·

Quæ uerba desunt codicibus græcis

Quæ Auero. com. lii.

Cōtra logic.

Neq; si esset: utilitas utiq; aliqua esset · Sumeretur enim contra Aliud finitum in eadem proportione: in qua infinitum esset maius ad alteram· Quare in æquali tēpore per æquale infinitum atq; finitum mouerentur: quod quidem est impossibile·

Proportione rōne·

Quod qdem

Sed·

Alia·

Expositio·

Vt dictum est/ Aristoteles remouet dubitationem contra dicta: nam dici posset tale infinitum graue/ nec moueri in instanti/ nec in tempore magno: sed in tempore minimo· Obiecit contra hunc cautillum primo: quia non datur tale minimum in tempore· nunc secundo obicit: q. si daretur tale minimum in tempore: nulla esset utilitas illius· nam (ut ait) sumeretur contra aliud finitum graue in eadem proportione superans illud primum ad quod infinitum comparabatur: in qua infinitum graue esset maius secundum tale tempus: quod ponitur minimum ad alterum idest ad illud finitum primo positum· & ita illud finitum acceptum ultimo moueretur in eodē minimo tempore· Verbi causa/ sit a grauitas infinita: quæ moueatur supra c spatio finito ī hora: nam ex quo mouetur in minimo tempore: & ita ī tempore: sit illud minimum tempus hora· Sitq; b grauitas finita: quæ moueatur supra spatio æquali c in tempore maiori ad illud utputa in proportione decupla ad minus: cum subiecti sit proportio finita: & ita tempus sit decē horarum uel quouis alio numero/ modo sit proportionale priori· igitur a in c spatio mouebitur in hora· b uero in horis undecimi in eodem uel æquali spatio: tunc accipio unum aliud graue: quod superet b in tanta proportione in quanta tempus ipsius b superat tempus ipsius a quibus a & b mouebantur: & sit d tunc arguitur qualis est proportio temporis ad tempus: talis est uelocitatis ad uelocitatē sed tempus quo mouetur a supra c : & tempus

quo mouetur d sunt inæquali proportione: igitur uelocitates erunt æquales: & ita idem spatium c uel æqualem æquali uelocitate pertransiretur a graui finito & infinito: quod quidem (ut dicit) est impossibile: breuiter igitur tale minimum est inutile: quia non posset poni ita paruum quin per multiplicationem grauitatis finitæ posset mouere eo tempore grauitas finita: ut deductum est: & sic Aueroes intelligit·

Quantouis qlicunq Distantia est uerbum suppletum·

Adhuc autem si in quantouis tempore, finito tamen mouetur a infinita grauitas, per aliquam finitam distantiam: necesse est etiam aliam finitam in eodem ipso moueri·

Expositio·

Secundo dicet quispiam (ut exponit diuus expositor) an sequatur illud inconueniens in quocunq tempore, etiam non minimo: quasi respondet illud inconueniens sequi in quocunq tempore ponamus grauitatem infinitam mouere etiam non minimo: sequitur enim finitam in eodē tempore moueri per eandem finitam supple distantiam: possumus enim imaginari super finitā grauitatem addi grauitatem semper quousq mouebitur in tanto tempore super tantum spatiū, ut mouebatur infinita· Hæc expositor & simplicius uel fortasse dicit hæc propter sophistas: qui tenent infinitam grauitatem moueri super spatium finitum in quantouis paruo tempore: & ita non in minimo tempore: propterea replicat Aristoteles dicens adhuc autem si in quantouis tē, pore, finito tamen, mouetur infinita grauitas per aliquam finitam distantiam: necesse est etiam aliam finitam in eodem ipso tempore, super eodem etiam spatio moueri imaginando finitæ grauitati fieri aditionem eousq quousq moueatur in tanto tempore, & tanto spatio· Debes scire aliquos sophistas uoluisse infinitum moueri in quantouis paruo tempore· Finitum autem non in quantouis paruo tempore: sed in certo dato tempore· Aristoteles obicit si in quantouis paruo tempore mouetur infinitum graue: modo illud tempus sit finitum: sequitur finitum moueri i eodem per eandem distantiam· At si infinitum mouetur in infinito paruo tempore: tunc mouebitē in non tempore: Infinitum enim tempus paruum est non tempus· Hæc Aristoteles cōtra sophistas· Ex his sequitur nihil esse illud sophisticum uidelicet in infinito paruo tempore moueri aliquid: & moueri in tempore infinito paruo: apud enim Aristotelem hæc non differunt nō omne tempus quod non est determinatum uel determinabile: est non tempus secundum Aristotelē: quo fit ut suppositio: quā dicunt confusam, nulla sit: ut in nostris logiculis diximus·

Quæ sophis·

Impossibile est ergo grauitatem infinitam esse: Similiter autem & leuitatem esse, est impossibile·

Expositio·

Quasi epylogat conclusionem, & inquit impossibile est ergo ex his rationibus grauitatem infinitam esse: similiter autem etiam impossibile est leuitatem esse infinitam: ut eisdem rationibus probari potest· Quo uero ad uerba attinet: in antiquis translationibus habetur: Et corpora infinitam grauitatem leuitatemue habere impossibile est· Fortasse hæc uerba sunt extra textum de glossa: sed ut cunq sint: patet textus conclusio·

Quod quidem igitur infinitum corpus non sit: perspicuum est, & per ea quæ particularia sunt hoc modo speculantibus· & uniuersaliter considerantibus non solū secundum rationes quæ dictæ sunt a nobis in his qui de principiis sunt libris: (Determinatum est enim illic de infinito uniuersaliter prius quo modo est & quo modo non est·) sed etiam nun alio modo·

Libris est uerbum additū·

Expositio·

Aliqui dicunt Aristotelē hic recapitulare: expositor autem ait Aristotelem dixisse de singulis corporibus naturalibus nullum eorum esse infinitum uidelicet nec graue, nec leue, nec neutrū· nunc uero cōmuni ratione idem demonstrare: & ita eum nunc proponere ait de quo est intentio: & utrunq bene dicitur· Vnde inquit q, quidem igitur infinitum corpus nō sit: perspicuum est, & p ea quæ particularia sunt hoc modo speculātibus· Particularia: hoc est uel p particulares rationes: uel per particularia corpora: quia probauit nec cœlum: nec graue uel leue esse infinitū· & patet etiam uniuersaliter considerantibus non solum secundum rationes, quæ dictæ sunt a nobis in his libris supple: qui sunt de principiis: ut tertio physicæ auscultationis (determinatū est enim illic de infinito uniuersaliter prius quo modo est: & quomodo non est·) sed etiā nunc alio modo: & etiam per rationes uniuersales, ut dicemus· ecce quo modo partim recapitulat: & partim proponit ad dicenda intentionem· Aueroes autem in præsenti com· uult q, Aristoteles recapitulat: & inquit recapitulat ea quæ dixerat scilicet q, nulla est grauitas infinita: & q, eandem

Quæ Auero· com· liiii·

demonstrationem habet grauitas & leuitas & ita sicut non datur grauitas infinita: ita nec leuitas propter eandem demonstrationem· Præterea patet etiam non dari corpus graue aut leue infinitum: sunt enim duo fundamenta uel duæ propositiones categoricæ per notam conditionis coniunctæ: uidelicet si corpus graue aut leue infinitum est: grauitas aut leuitas infinita est: hoc est primum· Secundum sed nec grauitas/ nec leuitas infinita est· igitur a destructione consequentis ad destructionem antecedētis patet tertio non dari corpus graue aut leue infinitum· Nā hæc propositio quæ est oppositum consequentis si contungitur hypotheticæ/ quæ dicta est/ uidelicet q. si corpus infinitum graue aut leue est: grauitas aut leuitas infinita est: iam relinquitur oppositum antecedentis uidelicet q. non datur corpus infinitum graue aut leue· ex his infert Aueroes q. omnia corpora mundi sunt finita: nam corpora simplicia tria sunt uidelicet graue: leue: & neutrum: quorum omne finitum esse patet: & ita omne corpus est finitū· infert etiam ex hoc q. mundus ipse est simpliciter finitus: quia constat ex simplicibus finitis quantitate & numero: quantitate quidem: quia omne corpus simplex est finitum: numero uero: quia corpora simplicia sunt tātum tria· Sed mox occurres: nam tertio physicæ auscultationis dictum est de infinito: & hic etiā igitur uidetur superfluum· soluit Aristoteles: & soluit Aueroes assignans duas differentias inter tractatum de infinito illic: & in hoc libro prima: quia illic demonstratio est uniuersalis nam illic declaratur quomodo infinitum est: & quomodo non est: quia infinitum potestate est: infinitum actu non est· hic uero particularis: quia de cœlo/ de graui & leui in particulari· Secunda differentia est: quia res demonstrata est uniuersalior illic q̄ hic· nam illic declaratur simpliciter nullum corpus esse infinitum cuiuscunq; naturæ sit· Hic autem particulariter de mundo uel ælemēto· igitur duæ tantū sunt differentiæ/ prima ex parte propositionū uel demōstrationum: ex quibus demonstratur: nam propositiones uel demonstratio tertii libri physicorum est uniuersalior arguit enim illic q. si daretur corpus infinitum illud non esset mobile: quoniam omnem locum occuparet· Secunda ex parte rei demonstratæ: nam illic agitur uniuersaliter q. nullum corp⁹ est infinitum· Hic uero de mundo uel ælemento: & sic tractatus iste non superfluit· Sed Aueroes uidetur sibi contrarius: nam tertio physicorum com·xlviii·&·xlix· ait demōstrationem tertii physicorum esse non simpliciter uniuersalem: sed secundum apparentiam: quia illic non dum apparebat numerus omnium corporum: quia non dum patebat dari corpus neutrum com· uero· xlix Inquit & hoc significat perscrutatio eius hic est de hac natura: quoniam non apparuit hic aliam naturam esse: & sic uidetur Aueroes sibi contrarius· potest dici demonstrationem tercii dici uniuersalem/ non per affirmationem de omnibus corporibus: quia cum illic non erat notus numerus corporum: non poterat sciri de omnibus nullum illorum esse infinitum· hic uero ait illam esse uniuersalem per indifferentiam: quoniam quouis dato: cum illud sit mobile: oportet esse finitum· Secundo occurres utrum demonstratio uniuersalis sit perfectior demonstratione particulari: Respondet expositor/ probatio enim quæ est per medium cōmune perfectiorem scientiā causat· Auero· autem supra com·xxxiii· Inquit & perscrutatio uniuersalis de esse infiniti in actu firmior est hic q̄ in tertio physicorum: & reliqua· potest dici q. uniuersalis demonstratio est perfectior ex parte modi cognoscendi: quia uniuersaliora sunt certiora· non autem ex parte rei cognitæ: quia uniuersaliora sunt confusiora: cum plura cōtineāt· sed quia minus resolubilia: ideo sunt f̄m modum cognoscendi certiora· Tu uero lege cōmēta hæc·

Dubi·

Prima dubi·

Scda

Post hæc autem considerandum est/ si infinitum quidem uniuersum corpous non sit: tantum tamen sit: ut plures sint cœli: forsitan enim quispiam hoc dubitabit· nā ut hic qui circa nos est mundus/ Constat: nihil obstet; & plures alios esse quidem uno: non tamen infinitos· Prius autem uniuersaliter de infinito dicamus·

Ostendit quid post hæc sit inmediate dicendum quasi inter eius dicta ponendo ordinem: & inquit/ post hæc autem scilicet quæ de infinito diccmus: considerandum est / si infinitum quidem uniuersum corpus non sit: idest si mundus ipse: qui dicitur pan non sit infinitus: tantum tamen sit: ut plures sint cœli/ uel possint esse: forsitan enim quispiam in hoc dubitabit· utrum plures possint esse cœli uel mundi: cum enim sint quantitate finiti: ideo emergit de mundorum pluralitate· Nam ut hic qui circa nos est mundus: costat: ita supple nihil obstet & plures alios huic similes esse plures dico quidem uno: non tamen infinitos· sed (ut dictum est) prius de infinito ipso dicamus uniuersaliter· quare questio post tractatum de infinito pertractanda erit de mundoru; pluralitate: quæ uidetur rationalis pro quanto ut hic noster mundus constat: ita plures constare alio nihil uidetur impossibile· Aueroes autem primo colligit mundum esse finitum / & inquit

Quæ Auero· com·lv·

cum declaratum sit q̃ partes istius mundi sint terminatæ numero & etiam finitæ quantitate: declaratum est necessario/q̃ iste mundus est finitus· Secundo Aueroes declarat quæ questio ẽ post hoc desiderata: & inquit & quia anima non desiderat magis post illam questionem de infinitate mundi q̃ de numero utrum sit unus aut plures: ideo post tractatum de mundi finitate proponit dicere de mundi pluralitate· Tertio declarat qualis est questio de mundorum pluralitate: & inquit & uult studere in ea primo propter nobilitatem illius questionis in se: est enim questio que est ex parte sui nobilis/& in se digna pertractatione: uelut & cætere huius libri· Secundo quia per hanc soluitur questio de unitate & pluralitate primi principii: qui est deus· Nam si mundus est unus: unus erit motor primus: & si plures: plures erunt primi motores· sic igitur patet questionem hanc esse in se desiderabilem· Quo uero ad uerba attinet/Aueroes ait cœlum trifariam

Textu com· xcyi·&·76· accipi/ut Aristoteles dicet post uidelicet de toto mundo: de toto cœlo ex omnibus orbibus congregato: & de ultimo cœlo· Hic autem ait acceptum esse pro toto mundo· Præterea Aristoteles in textu dicit· Nam ut hic qui circa nos est mundus constat: & ita plures alios esse nihil obstabit· Vbi Aueroes ait Aristoteles tangere quandam rationem extrinsecam: qua non nulli probabant plures esse mundos uidelicet de indiuiduis inuenitur plus uno in eadem specie· Hic mundus est indiuiduus· igitur de eo inuenitur plus uno in specie: & ita erunt plures mundi· Addit uulgus & antiquos phylosophos differre: quoniam uulgus extimant plures mundos esse possibile phylosophi antiqui per hanc rationem dicunt plures fuisse de facto· Sed qur hæc ratio dicitur accepta extrinsecus & non per se: non est clarum· Albertus ait hanc rationem esse per extrinseca/quia per uerisimilia & falsa: quoniam licet maior sit uerisimilis: est falsa nõ enim est uniuersaliter uerum de omnibus indiuiduis q̃ sint plura uno in specie· alii dicunt hanc accipi ab extrinsecis: quia non accipitur ab his quæ cœlo competunt: uel mundo· Dici potest & tertio quia alia ratio firmior dicetur pro hac parte: probarunt enim quidam mundos esse plures: quia constat ex materia: & omne constans ex materia est multiplicatum in specie: & ita ad differentiam huius rationis illam uocat per extranea· Hæc Auero·

Specie
Speciebus

Omne igitur corpus aut infinitum aut finitum necesse est esse· Et infinitum: aut imilare omne; aut dissimilare; & si dissimilare; aut ex finitis specie; aut ex infinitis·

Expositio· Prosequitur: & proponit tres diuisiones: & inquit omne igitur corpus aut finitum aut infinitum necesse est esse· Hæc prima diuisio patet: quia finitum & infinitum sunt primæ differentiæ quanti saltem secundum extimationem/ut in libris physicorum dictum est: & ita hæc est prima diuisio· Secundam ponit dicens: & infinitum: aut similare omne: aut dissimilare· Prætermisit subdiuidere finitum: quoniam si ponitur omne corpus esse finitum: habetur intentum· & per dissimilare intelligit mixtum uel compositum ex partibus diuersarum speciarum: ut animal: quod græce dicitur anomiomeres· animal enim dicitur dissimilare: quia eius partes differunt numero/& specie· per similare autem intelligit corpus compositum ex partibus numero differentibus: sed eiusdem speciei: ut aqua: uel ignis· Nam quelibet pars aquæ est aqua: & quelibet pars ignis est ignis· Hæc est secunda diuisio· Deinde ponit tertiam & inquit & si dissimilare: supple sit corpus ipsum infinitum quod ponitur: aut partes differentes specie ex quibus constat: sunt numero finitæ aut numero infinitæ: potest enim infinitum corpus dissimilare dupliciter intelligi: aut q̃ eius partes specie differentes sint numero finitæ: sed magnitudine quælibet sit infinita: sic enim partes differentes specie essent numero finitæ: sed quoniam sunt magnitudine infinitæ: totum esset infinitum· Aut potest intelligi quamlibet eius partem esse finitam magnitudine: sed numero omnes infinitas: sic enim totum esset infinitum: & sic patet tertia diuisio· Aueroes duas causas

Quæ Auero· com·lvi· assignat cur iterum hic uult probare non esse corpus infinitum· Primo quidem ut eadem ueritas probetur dupliciter uniuersali & particulari demonstratione: id enim quod pluribus modis demostratur: certius cognoscitur: & quia hic uniuersaliter & particulariter probatur eadem ueritas ideo iterum de illo pertractat· Secundo uero quia demonstratio tertii libri physicorum supponit corpora simplicia esse finita: & motus illorum esse finitos: & loca etiam· at hæ suppositiones hic probantur: & ita certius hanc ueritatem hic tangit· Secundo Auer· ponit uim syllogismi Aristotelis in toto hoc processu: & uult illum esse hypotheticum diuisiuum hoc modo: si daretur corpꝰ infinitum: aut similare aut dissimilare· sed nec similare: nec dissimilare: igitur non datur corpus infinitũ: sed oẽ corpus est finitum: aut infinitũ· igitur oẽ corpus est finitum· Hic est totus syllogismus hypotheticus: cuius partes cum erunt destructæ: habebitur propositum·

Quod

Quod quidem igitur ex infinitis non sit possibile esse: perspicuum est, si quispiã nobis primas suppositiones manere sinat· Nam si primi motus finiti sint: species quoq; simplicium corporum finitas esse necesse est·Simplex quidem enim motus est:qui simplicis est corporis·simplices autem motus finiti sunt·omne autem corpus naturale necesse est semper habere motum·

Nunc incipit destruere partes:& primo probat q. corpus infinitum datum non potest esse dissimilare:quia ut dicebatur:aut esset ex partibus finitis:aut infinitis·Ostendit igitur primo q. partes differentes specie dari corporis infiniti non possunt esse infinitæ· & hoc proponit dicens qd quidem igitur ex infinitis non sit possibile esse supple tale corpus datum infinitum dissimilare: perspicuum est|si quispiam nobis primas suppositiones manere tanq̃ ueras sinat·sunt autem primæ suppositiones tres:prima q. simplex motus sit corporis simplicis:& supple mixtus sit mixti corporis·Secunda suppositio fuit q. motus simplices sunt finiti:quoniam tres: aut ad mediũ: aut a medio:aut circa medium·Tercia suppositio fuit:q. omne corpus naturale habet motum aliquẽ simplicem:ita ut nullum possit esse:quin habeat motum simplicem· ex his deducitur tale dissimilare corpus non posse esse ex partibus simplicibus differentibus specie infinitis· Nam si primi motus finiti sunt:ut secunda suppositio est·Species quoq; simplicium corporum: ex quib? tale dissimilare corpus infinitum constabit:finitas esse necesse est·Deducit per duas suppositiones alias repetendo primam & inquit simplex quidem enĩ motus est|qui simplicis est corporis:hæc est prima suppositio:simplices autem motus finiti sunt:ut dicit secunda suppositio·Omne autem corpus naturale necesse est semper habere motum:ut dicit tertia suppositio· Ex his sequitur corpora simplicia non esse infinita·Addit autem tertiam suppositionem: quoniam quis dicere posset dari corpora naturalia sine motibus:& ita essent corpora infinita sine motibus: uel saltẽ posset intelligi illa esse·quare his stantibus sequitur species corporum simplicium esse tantum tres: uidelicet eorum quæ mouentur a medio:eorum quæ mouentur ad medium:& eorum quæ mouentur circa medium:& cum nullum sit corpus naturale immobile:omnia igitur corpora simplicia differentia specie|sunt numero finita·Ex his sequitur dissimilare corpus non posse esse ex partibus differentibus specie infinitis:& sic destruitur primum membrum· Expositio·

At uero si infinitum erit ex finitis:& unamquamq; partium infinitam esse necesse est·dico autem ut aquam aut ignem·at hoc est impossibile·demonstratum: est enim neq; grauitatem neq; leuitatem infinitam esse·

Nunc ostendit q. tale corpus dissimilare non possit esse ex partibus specie differentibus finitis· & arguit:quia oporteret unamquamq; partium esse magnitudine infinitam: ut omnibus patet· dico autem ut aquam:aut ignem:aut supple terram|uel aerem: at hoc est impossibile: quia demonstratum est neq; grauitatem|neq; leuitatem infinitam esse supple in rerum natura:& ita neq; graue|neq; leue corpus erit infinitum:& per consequens non potest tale dissimilare corpus infinitum esse ex partibus finitis·Sed dices Aristotelem esse insufficientem:quia posset dici infinitum dissimilare esse imaginando unum simplicium tantum esse infinitum & cætera finita: potest dici q. idem est:nam probatum est nullum simplex posse esse infinitum:& ita non potest tale infinitum constare ex uno infinito:& aliis finitis:quia cum nullum sit infinitum: hoc igitur dici non potest· Auerões autem sic introducit hunc locum dicens cum dixit modos omnes destruendi sui syllogismi:idest cum enumerauit omnia membra destruenda:Incepit destruere quẽlibet eorum|ut concluderet hoc quod intendit:ecce quomodo Auer·Introducit hunc textum:ut diximus nos·Addit tamen duo tacuisse Aristotelem:alterum quod patet esse destructum ex se· Alterum quod iam est iteratum·Hoc est tacuit hanc diuisionem uidelicet omne corpus est aut finitum:aut infinitum·Nam ex dicendis patet quid destructum relinquetur: tacuit etiã id quod iterauit uidelicet suppositiones illas:quia licet seruirent ad propositum:satis præposuit· Vlteri? Auer·declarat qualis syllogismus Aristotelis:& inquit & hoc non est unus syllogismus:sed plures hypothetici·Et primum ponit dicens·q·ergo dicat q. omne corpus aut est finitum: aut infinitum:Manifestum est q. si impossibile fuerit esse infinitum:necessario erit finitum· Hic est primus syllogismus·Secundus est si fuerit infinitum:aut erit simplex:aut compositum id est mixtũ sed simplex impossibile est esse·igitur erit mixtum·Hic est secundus· tertius est | si est simplex| aut est graue:aut leue:aut neutrum·Declaratum est autem quodlibet eorum esse finitum: igitur non potest poni simplex·Hic est tercius·quartus est|si infinitum positum est compositum id est

Expositio·

Dubi·

Sol'

Quæ Auero· com·lvii·

mixtum: aut erit ex simplicibus differentibus specie finitis: aut infinitis. non ex specie differentibus infinitis: quia corpora simplicia specie sunt tria: igitur non erunt simplicia: ex quibus est: infinita. Hic est quart? syllogism? fieri potest & quintus uidelicet si ex finitis: uel magnitudine īfinitis omnibus uel uno. aut magnitudine infinitis. & cum nullum tali sit magnitudine infinitum. igitur simplicia ex quibus est tale mixtum: nō potest esse nisi magnitudine finita: & hic potest esse quintus syllogismus: & quia in textu nostro sit hoc enthymema siue consequentia uidelicet/ si primi motus simplices sunt finiti: species corporum simplicium sunt finitæ: ideo Auero. Inquit deinde dat causam consequentiæ. d. motus enim simplicium corporū sunt simplices: id est quoniam necesse est ut quilibet modorum simplicium habeant motum simplicem: cum omne corpus naturale habeat motum & in corpore simplici non inueniatur motus compositus: & addit & cum dedit causam illius continuationis siue consequentiæ: posuit antecedens: & conclusit consequens & dixit: motus enim simplices sunt finiti quia tres tantum: igitur corpora simplicia sunt finita: est igitur secundum Aueroem syllogismus hypotheticus a positione antecedentis ad possitionem consequentis: hoc modo. Si motus simplices sunt finiti: simplicia corpora sunt finita. Hæc consequentia est probata/ ut dictum est: quia omnis mot? simplex est corporis simplicis & nullum est naturale corpus: quin habeat aliquem motū naturalem. quare si motus primi simplices sunt numero finiti: & simplicia corpora sunt numero finita. Deinde ponatur antecedens: sed motus primi simplices sunt finiti: quia tres: igitur & corpora simplicia erunt tria. Ex his apparet Aristotelem per corpus similare uoluisse corpus simplex: cuius partes sunt eiusdem speciei & per dissimilare: accepisse corpus mixtum: cuius partes miscibiles sunt corpora alterius speciei: & hoc pacto exponit Auer. & est optima expositio. Deinde Auero. remouet unum dubium: nā Aristoteles sumpsit hanc propositionem omne corpus naturale habet aliquem motum: ideo posset quæri cur hanc propositionem Aristoteles sumpsit. Respondet Aueroes illam esse sumptam ad remouendum cauillum: nam posset dici: q. non tantū quatuor sunt corpora simplicia: Immo infinita: & ita concederetur tres esse motus primos simplices: & negaretur tria tantum esse corpora specie differentia: quia possent fingi alia infinita: quæ non mouentur: propterea Aristoteles addit omne corpus naturale habere motum aliquem: quia impossibile est eē corpus aliquod in natura simpliciter quiescens uel simpliciter immobile: ut probatum est secundum fundamenta posita in hac arte. Sed occurres: quia terra est corpus naturale. & tamen est simpliciter immobile: immo/ ut Aristoteles ait in libro de causa motuum animalium/ omnes dii omnes deæ non possent mouere terram totam. quoniam si cœlum necessario mouetur: terra necessario est quiescens. Respondet Aueroes q. licet terra non moueatur secundum totum: mouetur secundū partes: unde non oportet omne corpus naturale moueri secundum se totum: sed sufficit ipsum moueri secundum partes: omne igitur corpus naturale habet motum: uel secūdum se: uel secundū partes. Sed occurres/ & optime: quia a pari possem dicere esse reperibile corpus graue infinitum: & consequenter q. eiusmodi non mouetur secundum totum: sed bene secundum partes: & ita non in instanti: & sic ratio Aristotelis nulla. posset dici ex impossibi secundum imaginationem non sequi impossibile secundum imaginationem: modo si daretur corpus graue infinitum: saltem esset mobile secundum imaginationem secundum se totum: at hoc est impossibile secundum imaginationem: ad ipsum enim sequitur impossibile secundum imaginationem: quia sequitur ipsū moueri in instanti: quod est falsum impossibile secundum rem & imaginationem: igitur infinitum graue non est dabile. Sed utrum tota terra sit mobilis. solet dici q. sic: quia continue partes superficiales corrumpuntur. igitur continue oportet ita moueri ut fiat eius centrum: centrū mundi: igitur tota terra continue mouetur localiter: & naturaliter. Præterea partes centrales sunt corruptibiles: igitur oportet illas aliquando uenire ad superficiem: ubi corrumpūtur: & ita oportet terra tota moueri: ita ut partes superficiales fiant centrales/ & econtra: & naturaliter. Secus est in aliis tribus ælementis: nam possunt partes cētrales uenire ad locum suæ corruptionis/ & totum non moueri: quia grauefacta parte quædam ignis: illa ueniet ad locum aeris: ubi corrumpetur. Illud uero quod dicebatur de libro de causa motus animalium: iam Aristoteles soluit omnes deos non posse mouere terram motu: quo mouent cœlum: quia omne quod mouetur: indiget quiescente hoc est eo: quod non mouetur motu illius. Deinde Aueroes ibi quoniam si corpus compositum fuerit finitum: declarat infinitum concessum ab aduersariis non posse esse mixtum: & sumit primo qualiter mixtum potest intelligi finitum: & inquit mixtum ex graui & leui dupliciter posse intelligi finitum/ aut secundum cōmixtionem partium paruarum id est minimorum: aut secundum iuxta possitionem illorum: & quia non dum ueritas hæc patuit: ideo sub dubio loquitur

Optima du.

quitur:& tantum sumit mixtum fieri ex mixtione minimorum: uel ex iuxta positione illorũ· Sed dices nunquid tale mixtum infinitum|sit ex cœlo|tanq̃ ex uno miscibiliũ· Respondet Aueroes q. non:quia corpus cœleste nulli est ælementum:sicut ex nullo est ælemento:quasi cœlum nec esse ælementum alicuius mixti:nec ex ælemento:& dixit non esse ælementum alicuius mixti uniuoce:quia æquiuoca mixtione dici potest ælementum totius mundi· Secundo occurres: quia potest dici mixtum esse infinitum:cuius non omnia miscibilia sunt magnitudine infinita: sed unum tantum:esset enim mixtum infinitum si sola terra esset infinita:sicut esset animal infinitum si solum caput esset infinitum· Respondet & subtiliter dicens de lege mixtionis esse si aliquod miscibilium est infinitum:omnia esse infinita:nam mixtio est alteratorum unio· Alteratio est inter contraria·igitur omnia miscibilia sunt contraria:sed contraria oportet esse æqualia in mixtione· Aliter non esset mixtio:sed corruptio:quod illud contrarium:quod poneretur infinitum:omnia alia corrumperet·patet igitur omnia miscibilia esse infinita:si unum tantum esset tale· Tertio soluit Auero·aliam dubitationem|& primo tangit illam·d·Si igitur aliquis dixit q. impossibile est inueniri corpus compositum infinitum ex ælementis infinitis in forma siue specie & magnitudine:sed infinitis in numero:quia in diuidua sunt infinita in eadem specie: uerbi gratia|terræ infinitæ·est igitur dubitatio:quia aliquis dicet mixtum esse infinitum | nõ quia ex infinitis speciebꝰ:sed ex infinitis indiuiduis eiusdem speciei:quorum quodlibet est finitum: qd non est impossibile ponendo illa diuisa : & non continua· Respondet Auero·& inquit dicemus respondendo q. destructio istius sermonis apparet potestate in sermone modo dicto : dictum est enim non posse esse terram infinitam in ipso mixto : quia omnia alia miscibilia erunt infinita· modo ex hoc apparet falsitas istius sermonis:nam si indiuidua terræ erunt infinita : posset eẽ ex illis additis & contactis una terra: & ita posset inueniri grauitas infinita : quare si non potest esse infinita terra una & continua:nec possunt esse infinitæ eiusdem speciei·Addit Auero·Aristotelem postea hoc declarare:ubi declarabit locum ælementorũ esse unum numero· Hæc ex cõ· Tex·cõ·lix·

Præterea loca quoq; ipsarum magnitudine infinita esse necesse est : quare & motus omnium infinitos esse:hoc autem impossibile est:si primas suppositiones posuerimus ueras esse:& neq; id quod deorsum ; neq; id quod sursum fertur secundum eãdem rationem in infinitum moueri possit·Impossibile est enim fieri quod est impossibile esse factum:similiter in tali:& tanto:& ubi·dico autem si impossibile est factum esse album:aut cubitale:aut in ægypto: & fieri horum aliquid impossibile est·impossibile igitur est & illuc ferri:quo nullum corpus quod fertur : potest peruenire·

Hæc est secunda ratio|& componitur hypothetice sic si partes totius infiniti sunt infinitæ secundum magnitudinem:oportet etiam q. loca eorum essent infinita secundum magnitudinem tenet consequentia:quia loca oportet esse æqualia locatis quarto physicæ auscultationis· Hoc autem est falsum:& probatur:quia si loca essent magnitudine infinita : tunc & motus illorum omnium erunt infiniti:tenet consequentia:quoniam motus mensurantur secundum loci magnitudinem sexto physicorum·Sed hoc est impossibile & ostendit Aristoteles dicens si primas suppositiones posuerimus ueras esse·& exponit illas dicẽs & pro scilicet q. neq; id quod deorsum:neq; id quod sursum fertur secundum eandem rationem in infinitum moueri possit · hæ sunt primæ suppositiones:si enim ueræ sint:impossibile est motus primos simplices esse infinitos secundum locum·Secundo probat id esse impossibile per id quod cõmune est omnibus motibus | impossibile est enim fieri quod est impossibile esse factum:& ita uidemus in transmutatione substantiali fieri non posse:quod factum esse nequit| non enim fieri potest equus rationalis:quia factũ esse tale nequit · Similiter in tali idest motu ad qualitatem:& tanto idest motu ad quantitatem:& ubi idest motu locali·dico autem si impossibile est factum esse album ut coruum:impossibile est quod fiet albus·aut cubitale:ut si formica non potest esse cubitalis:non potest fieri cubitalis·aut in ægypto:ut si danubius non potest esse in ægypto:nec potest ad ægyptum moueri· Sic igitur per rationem cõmunem patet impossibile esse illuc aliquid ferri: quo nullum corpus quod ferẽ: potest peruenire:uel iam esse peruentum:& ita per rationem cõmunem patet | non esse motus primos infinitos secundum mensuram loci infiniti:& ita nec loca : & per consequens nec partes ex quibus mixtum ipsum est· Aueroes autem aliter hunc locum exponit: ait enim uult declarare in hoc capitulo q. impossibile est aliquod corpus simplex sit infinitum in magnitudine p alibi· Expositio· Quæ Auero·com·lviii·

am demonstrationem. Addit tamen differentiam inter hanc demonstrationem/& illam dictus quis sit uniuersalior prædicta. Nam prædicta fuit de graui: q. non potest esse infinitum: Secūda uero est ex locis: est autem locus medium uniuersalius. Deinde Aueroes ordinat rationem/& inquit si formæ simplicium corporum sunt infinitæ in magnitudine: necesse est ut loca eorum sint infinita: & si loca eorum sunt infinita: tunc motus eorum erunt infiniti. Sed occurres: quia ubi totum graue esset infinitum: illud non moueretur: quia totum occuparet. Respondet Auer. & inquit aut in se ipsis aut in suis partibus: necesse est enim q. partes corporum simplicium mobilium moueantur in infinitum: non enim moueretur nisi ad locum totius. cum igitur locus totius sit infinitus: continget q. partes mouebuntur in infinitum. motus autem (ut dicit) illius qd est corpus infinitum: necessario est infinitus: quare saltē motus partis illius corporis infiniti erit

Dubi. infinitus. Sed occurres contra hæc: quia graue partiale perfecte locatur: si partem concaui aquæ attingit: igitur non oportet partem corporis infiniti moueri per totum locum infinitum: sed sufficit ut illius partem attingat: quæ non est infinita. Quidam dixerunt partem æle mēti nō quiescere donec replet totum locum: ubi totum aptum esset manere: si ibi non maneret. Melius tamē dicerem/saltem sequi de possibili partem moueri per totum locum. Vnde potest argui sic: si loc⁹ est infinitus: pars saltem posset per totum locum motu recto ferri. quia abmoto toto: pars posset in omnem partem loci moueri motu recto naturali. Hoc consequens destruetur: ut uidebis: & sic

Scda dubi. dabitur oppositum antecedentis. Secundo occurres: quia non uidetur partem posse moueri ad locum totius: nisi illic sit ipsum totum: cuius ipsa est pars. Respondet Auero. pars enim mouet ad totum non secundum q. est totum: sed secundum quod est in suo esse naturali. Verbi causa glebba terræ nō mouetur ad totam terram/ut est totum illius: sed ut mouetur ad medium: in quo est ipsa terra. Vnde si tota terra esset in cœlo: adhuc pars terræ moueretur ad medium mundi. Similiter si ignis mouetur ad concāuum cœli lunæ: non mouetur ad illud ut lunæ est/uel ueneris: sed ut locus ille est in tanta distantia ad medium mundi: huius sol' Aueroes dat causam: quia in his quæ sunt similaria: idem est locus totius & partis: medium enim mundi est pars locus totius terræ: & partis terræ: ita enim pars naturaliter quiesceret in medio si illic poneretur: sicut illic quiescit tota terra. & si dices: tunc partes terræ non essent naturaliter locatæ: quia nunq̄ sunt in medio mundi. Dicas esse naturaliter locatas per accidens: quatenus sunt partes illius: quod est ī medio naturaliter locatum. Ex iis patet q. si locus esset infinitus mōtus rectus totius infiniti: uel eius partis esset infinitus: hoc autem est impossibile: igitur id ex quo sequitur: & notanter dixit motus rectus: quia circularem esse infinitum nihil prohibet: nam ad ipsum non sequitur mobile esse infinitum: nec locum esse infinitum. Quo uero ad uerba textus: quæ sunt in arabicis trāslationibus si concesserimus primas propositiones: Auero. dupliciter exponit primo q. Aristoteles uelit per hæc uerba inducere q. propositio illa nullus motus rectus est infinitus: sit pars nota: ad cuius oppositum ducit ratio: quasi dicat sequitur hoc impossibile: quod esse impossibile patet: si conceduntur prima principia: uidetur enim q. naturaliter est nobis notum (ut dicit) q. oē motū secundum rectitudinem non mouetur nisi ad aliquid: ad quod cum peruenerit: quiescat: nisi motus eius esset ociosus: & ideo Aueroes infert & cum ita sit: manifestum est q. cum uidemus lapidē motum deorsum & ignem sursum: sciemus q. non mouentur nisi ad loca extra quæ sunt: & terminata & stabilita: ad quæ cum peruenerint: quiescent. Sic igitur per uerba illa. Si concesserimus & reliqua: intellixit impossibile ad quod deduxit: esse per se notum/ut primæ propositiōes sunt. Secundo modo exponit Auer. q. illud ad quod deduxit ratio: probatur in textu per propositio-

Textu. com. xcii. nes primas scilicet quæ fuerunt assumptæ in fine sexti libri physicorum/& hanc expositionē ait esse uerbis conuenientiorem: quia certe illud esse impossibile probatur in textu primo per suppositiones factas in hoc libro: Secundo per rationem cōmunem: quæ dicta est sexto physicorū: ut nos exposuimus. Vnde hæc Auerois secunda expositio conuenit nostræ expositioni: quam expositor: & simplicius dederunt. Ambiges forsitan quam ob causam in motu recto sequitur si ipse est infinitus/q. sit ociosus: & non in circulari: quam dubitationem in sexto libro physicæ auscultationis soluimus.

Præterea & si seiuncta sunt: nihil minus ex omnibus infinitū ignem contingit eē.

Expositio. Hic/ut mihi uidetur/remouet dubitationem/posset enim quis dicere: q. infinitum non est unum continuum: sed sunt partes seiunctæ infinitæ: uel ut democritus ait corpora infinita atoma: uel ut anaxagoras/partes infinitas consimiles. Obicit Aristoteles adhuc dictum inconueniens stare: quia nihil prohibet illas continuari: ex infinitis partibus ignis fieri ignem; & ex infinitis

nitis partibus terræ fieri terram unam · quare adhuc relinquetur corpus infinitum · Hoc pacto exponit Auero dicens aliquis potest dicere forte est impossibile inuenire unum corpus continuum infinitum · discretum aũt paruum est impossibile|ut antiq dicebant|de corporibus indiuisibilib⁹: ut democritus:& ita erũt indiuidua ignis infinita:& eoꝝ unumquodq finitum · Ecce quõ Aue · exponit mõ nostro ẜm Aue · Ari · Respondet & licet sint ignes infiniti seperati: possibile est eos continuari:quo posito in esse:sequitur dari corpus infinitum:& ita grauitas aut leuitas infinita · Hæc conclusio est falsa:& non pro minori:quia ex falso possibili non sequitur falsum impossibile · igitur pro maiori:uidelicet q dentur corpora infinita:quare hæc solutio democriti|uel anaxagoræ nulla est · Quæ Auero · com · lix ·

Præterea corpus erat id quod omni exparte dimensionem habet · Quare quomodo fieri potest:ut plura quidem sint dissimilia:unumquodq autem ipsorum sit infinitum:omni enim ex parte unumquodq infinitum esse oportet · Præterea sed.

Secundum expositionem simplicii quam sequimur hæc est tertia ratio:quæ ponitur in forma enthymematis:hoc mõ corpus est quod oi ex parte dimensionẽ hꝫ:igitur fieri nõ põt|ut plura qdẽ sint dissimilia supple in uno mixto:unũquodq aũt ipsoꝝ sit infinitũ:est igitur enthimema corpus est diuisibile ẜm cõem dimensionem:quia ẜm longitudinem|latitudinem|& altitudinẽ:igitur mixtum non potest constare ex pluribus corporibus simplicibus dissimilibus in specie: quorum unumquodq est infinitum · Deducit cõsequentiam: & inquit oi enim ex parte unũquodq illorum corporum simplicium:ex quibus constat mixtum infinitum esse oꝫ:& sic erit infinituꝫ ẜm longitudinem|latitudinem:& profunditatem:quare oẽ spatium occupabit uꝫ ẜm longũ|latum|& profundum:& ita non patietẽ secum aliud corpus: & per consequens implicat contradictionem mixtum fieri ex simplicibus corporibus: quoꝝ quodlibet est infinitum: & hoc pacto exponit expositor · Aueroes autem extorquet textum propter malas|quas habuit translationes: legitur · n · in suis codicibus:& iam diximus superius q corpus uadit per oẽs mensuras: & reliqua Vbi Aue · per omnes mensuras intelligit tres dimensiones quæ sunt ad medium | & a medio|& circa medium · ita ut cũ declaratum est q motus sunt tres|& non plures:sequitur corpora simplicia esse tria|& non plura · Quod uero motus sint tres:patet:quia tres sunt dimensiones · Sic igitẽ patet mixtum non posse constare ex infinitis · Animaduerte q Aueroes in illa parte & quia in demonstratione prædicta:soluit pulchras · q · prima est cur in declarando ratione cõmuni infinitum non esse|cæpit a mixto:& probauit mixtum nõ esse infinitum:facilius enim probasset hoc de mixto:si de simplicibus prius idem probasset · Secundo cur prætermisit declarare hoc de cœlo cum cœlum sit corpus simplex · Soluit primam q cæpit a composito seu mixto:quia in eo est destructio corporum simplicium:& ita quasi bis probat nullum corpus simplex posse esse infinitũ semel probando mixtum non esse tale:& semel prose · Ad secundam respondet q de cœlo non prætermisit hanc declarationem:sed declarat de simplicibus & de cœlo:nullum tale esse infinitum · Ex his sequitur q non recto ordine processit Aristoteles in hac demonstratione|quia ordo debuisset incipere a simplicibus · Expositio · Quæ Auero · com · lx ·

At uero neq similare infinitum contingit esse omne · Primo quidem:quia non est alius præter hos motus · habebit igitur horum unum · Si autem hoc est:continget aut grauitatem esse infinitam:aut leuitatem esse ĩfinitam · Nam corpus quod circulo fertur:impossibile est esse infinitum · Impossibile:est enim quod circulo fertẽ: esse infinitum:nihil enim interest hoc dicatur · an cœlum infinitum esse dicatẽ · hoc autem impossibile esse demonstratum est · Nan at uero · alla men ·

Probauit infinitum non posse esse dissimilare siue mixtum:nunc probat illud non posse esse similare uel simplex:& hoc proponit|& inquit at uero infinitum ipsum quod supple ab antiquis dicitur omne:non contingit esse similare id est simplex · Probat primo: & sumit suppositionem positam|q uidelicet non est alius præter hos motus:uidelicet a medio:ad medium: & circa medium · Ex hac infert:habebit igitur supple corpus illud infinitũ hoꝝ trium motuũ unũ · Vlteri⁹ arguit:si aũt hoc est q supple illud corp⁹ infinitũ heãt hoꝝ trium motuũ unũ: continget esse aut grauitatem infinitã:aut leuitatẽ esse infinitã · Nã si hꝫ motũ ad mediũ:est graue infinitũ: si a medio:erit leue infinitum: neq supple põt habere motum circa medium:nam corpus quod circulo Expositio ·

fertur:impossibile est esse infinitum·causa autem est ut ait:quia quod circulo fertur uidelicet coelum ipsum:impossibile est esse infinitum:& ita sequitur si cœlum quod circulo fertur: non est infinitum:corpus quod circulo fertur non est infinitum:ualet enim quia nihil differt cœlū & hoc cœlum:nihil etiam corpus quod circulo fertur:& cœlum ipsum : quare si impossibile est cœlum esse infinitum:impossibile erit corpus quod circulo fertur esse infinitum·Quod autem cœlū nō possit infinitum esse:superioribus lectiōibus est probatum multipliciter · & hoc inquit nihil·n· inter est hoc scilicet corpus quod circulo fertur infinitum esse·dicatur:an cœlum infinitū esse dicatur:quia idem est corpus quod circulō fertur:& cœlum:sicut idem est cœlum & hoc cœlum· Hoc autem impossibile esse demonstratum est·Si igitur non potest illud infinitum moueri aliquo motu illorum:igitur non potest esse in rerum natura aliquod corporum naturalium · Auero·autem uult q. Aristoteles nunc componit demonstrationem ordine recto : & hoc fuit causa: quare intrauit illam:nam primo formauit eam ordine indirecto:nunc autem ordine recto· Secūda causa est quia ibi non compræheret cœlum: est igitur demonstratio secundum Aueroem : si corpus est infinitum:erit aut simplex:aut mixtum siue compositum:non mixtum: ut supra probatum est·nec simplex:quia uel mobile motu recto:aut mobile motu circulari·non mobile motu recto:quia uel ad medium:uel a medio·non ad medium:quia tunc daretur grauitas infinita : nec a medio:quia daretur leuitas infinita·quæ sunt contra declarata·nec est mobile motu circulari:quia tunc esset simile corpori rotundo idest eiusdem speciei|cum corpore: quod mouetur circa medium·At impossibile est corpus circulare moueri motu infinito·Nam corpus circulare est finitæ reuolutionis:quia unica reuolutione fertur in·xxiiii·horis:ut probatum fuit· motus aute corporis infiniti est infinitus:& ita in secunda figura tale corpus non potest esse circulare : & ita patet q. licet cœlum moueatur motu infinito secundum replicationem:tamen non mouetur nisi motu finito unica motione·& propterea qui dicit motum circularem esse infinitum:non loquitᷣ proprie:sed sermo suus est similis in potestate uel uirtute sermoni dicentis corpus mobile circulariter ut cœlum esse infinitum:sunt enim sermones similes:sed non in uniuoco: quia sermo dicēs motum cœli esse infinitum:& cœlum esse infinitum:intelligit secundum durationem· sermo āt dicens cœlum esse infinitum simpliciter:intelligit secundū molem· Quo uero ad uerba actinet: cum Aristoteles ait·Hoc autem impossibile esse demonstratum est · dupliciter exponit Auero· uno modo per hoc|cœlum·quia demonstratum est supra cœlum non posse esse|infinitum : quia nullo modo posset moueri·Alio modo intelligit per hoc:corpus īfinitum in uniuersali: quia demonstratum est corpus infinitum nullo modo posse moueri·

Quæ Auero· com·lxi·

Præterea nec omnino infinitum moueri contingit·Nam aut secundum naturam: aut ui mouebitur·& si ui:etiam sibi inerit secundum naturam·Quare & locus proprius alius erit:ad quæm feretur·Hoc autem impossibile est·

Præterea at uero·

Expositio·

Secundo arguit ex cōmuni ratione motus localis|& inquit præterea nec omnino aliquo motu infinitum moueri contingit:& probatur per rationem cōmunem : quæ sumitur per diuisionem motus in naturalem & uiolentū:& inquit nam aut fm nām:aut ui mouebitur·probat āt q. quouis mō moueatᷣ:semꝑ mouetᷣ motu nāli:nam si motu nāli mouetᷣ : mouetᷣ motu nāli:& si motu uiolēto mouetᷣ:ēt mouetᷣ motu nāli:qa si aliqs motus ui cōpetit alicui corpori:oppositus illi competit nāliter:ut superi⁹ diximꝰ:quare quouis mō mouetᷣ:nō nisi motu nāli feretᷣ·Quare sequitᷣ q. locus ꝓprius ali⁹ erit|ad quē feretᷣ:ali⁹ dico ꝓprius & æqualis illi·Hoc āt impoſe est:supra·n·demōstrauimꝰ talem locū non posse eē ꝓprium:qa infinitū oēm locum occuparet:si eēt·Aue·āt ait hæc est demō alia a ꝑdictis:& est ꝓpria corporibꝰ motis recte:ut ēt expositor ait : & sic drᷣt hæc demō quatenꝰ ꝓcedit ꝑ diuisionē cōem motꝰ quæ est ꝑ uiolentū & nālem · Hæc est prima drā· Deinde tāgit scdam|& inqt & qsi laborat in ea demōe:quā nūc facit|ad ꝑficiendū ex diōe motꝰ illud qd non fuit positū in demōibus ꝑdictis:& sic drā est q. ꝑsens demō est supletiua eius qd defecit in prioribus:& declarat qūo & inqt demōes·n·ꝑdictæ fundatæ sunt suꝑ hoc q. corpꝰ infinitū mobile in rectū impoſe est moueri motu nāli:si·n·moueretᷣ motu nāli:nō mouebitᷣ nisi ꝑ grauitatē uel leuitatē:quæ drᷣ declinatio siue uis inclinatiua declarat āt illud q. si moueatᷣ ꝑ grauitatē aut leuitatem:necessarium est inueniri illic grauitatem aut leuitatē infinitam:ubi demōt hoc eē impoſe·Hæc fuit demō:& qa qs posset dicere forte illud tale mouebitᷣ uiolēter:ꝓpea dixitᷣ mdē|do|q. ēt seqtur ipsuꝫ moueri nālrᷣ·ecce igrᷣ qūo demō hæc est cōpletiua prioꝝ:& ulior: & qa Ari· in textu inqt·Quare & locꝰ ꝓprius alius erit:ad quē ferrᷣ· Vbi pꝫ Ari·ꝑ locū per quē:intelligere spatium per quod mobile fertur:ideo dubitat|& nō inuenitur in corporibus simplicibus hæc lo


Quæ Auero· com·lxii·


Dubi· Auer·

eorum differentia:sed uidemus q̃ locus in quo mouetur terra siue per quem mouetur terra uiolẽter:est idem cum loco in quo mouetur naturaliter:quia motus naturalis & uiolentus non differunt pœnes spatium:sed pœnes modum tantum·i·terminos ad quos·Nam motus terræ uiolẽtus & naturalis in aere sunt:sed si fuerit ad superius:erit uiolentus:si ad inferius: erit naturalis:& sic non est uerum q̃ locus per quem est motus uiolentus differt a loco per quæm est motus naturalis:cum ille sit unus scilicet medium aere plenum·soluit Auero·& inquit sed tantum uisum est q̃ non intendebat:per locum motus:locum in quo mouetur id est spatium:quod dicitur locum p quæm uel in quo mouetur·Sed locum quo mouetur idest trum ad quem:quasi igitur diceret/erit igitur alter locus quo mouetur naturaliter supple a loco quo mouetur uiolenter· nam locus quo terra naturaliter fertur:est medium mundi uel concauum aque·locus uero quo ipsa fertur uiolenter:est concauum lunæ:& supple hoc est impossibile:nam infinitum omnem locum occupat:& omnia loca erunt unus locus·Hæc ex cõmento præsenti·Circa calcem capitis præsentis solet dubitari an impossibile factum sit possibile fieri hoc est utrum quod est impossibile esse factum: sit impossibile fieri·& uidetur q̃ sic:nam motus cœli est impossibile factum:quia nunq̃ erit uerum de eo q̃ sit factus:cum sit æternus:& tamen potest fieri:imo esse suum consistit in fieri·Præterea arguit Ioannes fieri est prius & uniuersalius facto:igitur stat aliquid fieri quod non est / nec erit factum·Insuper dantur instantiæ/nam continuum potest diuidi in infinitum: & tamẽ nunq̃ potest esse diuisum in infinitum· Adhuc gygantes cœperunt turrim construere/ut iouem debellarent/ut poetæ & phylosophi etiam concedunt:nunq̃ tamen talis turris fuit facta·Rursus aliquis mouetur ad omnes scientias:& tamen ad eas omnes nunq̃ potuit esse motus· Vltimo omne qđ fit:potest impediri·igitur non omne impossibile factum est impossibile fieri·Quidam respõdet propositionem Aristotelis esse intelligendam in actionibus naturalibus/& artificialibus/ & iis quæ fiunt secundum rectam imaginationem·Quod in actionibus naturalibus:declaratur/ut inquit expositor quia natura nihil facit frustra·esset autem frustra si moueretur ad id:ad quod ẽ impossibile peruenire·Aueroes autem com·lviii·inquit omne motum secundum rectitudinem nõ mouetur nisi ad aliquid/ad quod cũ peruenerit/quiescat:nisi motus eius esset ociosus·Ex his colligitur hæc ratio:in actionibus naturalibus si finis est impossibilis : ordinata etiam in finẽ sunt impossibilia:& econtra·nam si ordinata in finem essent possibilia:& finis impossibilis : tunc essent frustra:est enim frustra quod in finem ordinatur:in quæm non potest peruenire·ut secundo physicorum colligitur:& quia factum esse est ut finis:& fieri/ut ordinatum in finem·si igitur aliquid est impossibile esse factum:erit impossibile fieri·Quod etiam ualeat in artificialibus actionibus declarant ex eo quia actio artificialis imitatur actionem naturalem·& ita uidetur eodem modo in utrisq̃:q̃ si aliquid est impossibile factum:erit impossibile fieri·Simili modo patet propositio in actionibus:quæ proficiscuntur ab imaginatione recta:est enim imaginatio recta uelut ars:quare si in artificiariis actionibus aliquid est impossibile factum / etiam erit impossibile fieri·Sed in erronea imaginatione propositio non ualet : quia talis imaginatio potest incipere: quod non potest perficere:ut gygantes credentes scandere olimpum: cæperunt turrim componere:quam non perfecerunt·Ego uero dico propositionem habere locum in actionibus naturalibus:ut recte isti dicunt:& Auero·com·lviii·uerificat hanc in omnibus prædicamẽtis:est enim hic sermo susceptus æqualiter in qualitate/quantitate/loco/& situ/omnibusq̃ prædicamentis·Secundo dico hanc ualere in arte cuius finis est opus/& non operatio:incipit enim rhetor ꝑsuadere & si nunq̃ persuasit:& tamen nõ frustra egit:quia nihil prætermisit de requisitis in arte:cã est qa eius finis non est opus:sed bene dicere:quod est operatio·similiter medicus nõ frustra egit/si nõ induxit sanitatem:& tamen cæpit curare·quia finis medici nõ est sanitas:sed bene curare·patet igitur propositionem non habere locum in omnibus artibus : sed quarum finis est opus: & non operatio:simili mõ de imaginatione est dicendum:est·n·imaginatio uelut ars·vi·pħcoruꝫ uero Ari·aliter uerificat propositionẽ ait·n·dupli͛ aliquid esse impoſe fieri:aut rõne fieri: ut cœluꝫ dr̃ diuidi:qa id fieri nequit per se rõne fieri·Aut rõne facti:ut si diametrꝫ cõmensuratum esse cõstæ esse posset:tam cõmensurari posset· Verũ sol prior est clarior·Ad rões ad primã dico q̃ mot⁹ cœli s̃m nũm est possibile fieri & poſe factũ:quia reuolutio diurna põt fieri:& põt esse facta· Sed s̃ꝫ spẽm est impoſe factum:& impoſe fieri·Ad s̃m dico q̃ prius est duplex absolutum : & ordinatuꝫ ad posteri⁹:tũc dico prius absolutũ posse fieri sine posteriori:nõ ãt pri⁹ ordinatũ in posterius q̃le est fieri respectu facti·Ad·iii·dico q̃ continuũ põt diuidi in infinitũ s̃m actum impfectũ & põt ẽẽ diuisũ i ifinitũ s̃m actũ ipfectũ· Ad ultimũ pꝫ sol:nã gygãtes cæperũt facere turrim imaginatione corrupta: & non imaginatione recta:ideo nõ peruenerunt ad factum·Hæc pauca de qõe·

Marginal notes: Sol · Qõ si impoſe factũ sit ipoſe fieri· · Quæ Ioãnes in questiõib⁹ · Quæ auctoris opio· · Tex·cõ·xcii·

Quod ãt oĩo impossibile sit infinitum pati aliquid a finito: uel agere in ipsum finitum: ex hisce perspicuum erit. Sit igitur infinitum in quo est a finitum uero in quo est b. Tempus autem in quo mouit aliquid: aut est motum: in quo est g si igitur ipsum a ab ipso b calefactum est, aut pulsum, aut aliud quid passum, aut etiam quodcunq; motum in tempore in quo est g: Sit illud d: ipso b minus. Atq; minus æquali in tempore minus moueat. sit autem in quo est e ab ipso d alteratum. Quod igitur est ipsum d ad ipsum b: ipsum e erit ad aliquid finitum.






Expositio. In hac parte probat non dari infinitũ ratione cõmuni scilicet accepta ab actione & passione: quæ sunt in alteratione: & componitur sic in barocco omne corpus sensibile est actiuum / uel passiuũ / uel utrunq;. Infinitum non est actiuum / nec passiuum / nec utrunq;: igitur infinitum non est corpus sensibile: & ita non datur. Quod infinitum non sit passiuum: ostenditur: & primo q. finitum non agat in corpus sensibile infinitum. quia sequeretur aliquod finitum in eodem tempore mouere corpus finitum: quo mouet infinitum. & probatur ponendo infinitum passum esse a. finitum quod agit: esse b. & uolo ipsum b agens esse uirtutis actiuæ ut octo: per quam agat in a in tempore g: est enim omnis actio in tempore: quare illud sit g. Vlterius accipio aliud agens quod in uirtute sit minus ipso b uel eius pars uidelicet ut quatuor ita ut b sit duplum ad d sitq; etiam aliud passum ipsi d correspondens e: quod Auer. appellat h sit q; uirtutis passiuæ ut quatuor etiam in eodem tempore g. Rursus sumo aliud passum uidelicet z ut Auero. inquit quod sit in tanta proportione ad b in quanta est b ad d: hoc est in dupla / ita q. sit uirtutis passiuæ ut octo. His sumptis arguitur / ut b ad d: ita z ad e: igitur cõmutatim ut d mouet e in tempore g / ut sumptum est: ita b mouebit z in eodem tempore g. Sed in hoc eodem tempore positum erat b mouere a. igitur finitum eodem tempore aget in corpus infinitum: quo agit in corpus finitum: & ita aget in a: & z: quod erat probandum: hunc in modum expositor & simplicius exposuerunt: Auer. autem diminute cõmẽtatur. Inquit quod autem omnino impossibile sit infinitum pati / aut agere aliquid in corpus infinitum: ex hisce: quæ dicemus: perspicuum erit: & primo probat q. corpus infinitũ nõ possit pati a corpore finito: & inquit sit igitur infinitum in quo est a finitum uero supple agẽs: in quo est b. & quia omnis actio est in tempore: sit tempus in quo finitum mouit aliquid: & infinitum est motum ab illo: in quo est g. Vlterius inquit si igitur ipsum a ab ipso b calefactum est / aut pulsum / aut aliud quid passum / aut etiam qualitercunq; uel quodcunq; motũ in tempore in quo g: sit illud d / ipso b minus uidelicet uel eius pars: uel aliud: modo sit minus: & supple uolo q. ipsum d minus ipso b moueat aliquid aliud minus sibi correspondens: & sit illud e ab ipso d alteratum: uel alio modo motum: quibus arguit / quod igitur est ipsum d ad ipsum b: ipsum e erit ad aliquid aliud finitum uidelicet z. igitur permutatim ut se habet d ad e: ita b ad z. sed d mouet e in g tempore. igit̃ b mouebit z in g tempore. & in hoc mouebat a corpus infinitum. igitur eodem uel æquali tẽpore mouebit b corpus finitum: quo mouit infinitum. Auero. autem primo introducit textũ: & ordinat demonstrationem: & inquit hæc est demonstratio uniuersalis omnibus corporibus rectis / & rotundis / & simplicibus / & compositis seu mixtis: & cõponit illã dicens: omne. n. corpus aut est agens / aut paciẽs / aut utroq; participans. Hac propositione supposita potuit declarare corpus infinitum non esse. Nam cum posuimus q. omne corpus aut est actiuum: aut passiuum: aut actiuum & passiuum simul: & cum posuit q. corpus infinitum impossibile est agere: aut pati

Quæ Auero. com. lxiii.

concludetur in secunda figura q. nullum corpus est infinitum·Deinde declarat quales sint ppositiones huius syllogismi:& inquit & quia propositio dicens q. omne corpus aut est actiuum:aut passiuum:manifesta est per se:nam corpora cœlestia uident agere in ea:quæ sunt hic sub eis·hæc autem uidentur agere & pati inter se:& sic maior patet qualis autem minor sit: inquit & altera ppositio non est manifesta scilicet dicens q. infinitum impossibile est aut agere aut pati: ideo supple declarabit minorem:& ponit ordinem:& inquit hæc autem propositio dissoluitur in duas: quarum una est q. infinitum impossibile est pati·Alia q. infinitum impossibile est agere in rem finitam:ideo incipit declarare propositionem dicentem q. corpus infinitum impossibile est pati a finito·Addit q. utriusq; questionis uel propositionis diuise idest primæ propositionis & secũde accipit eadem exempla hoc est easdẽ litteras uniuersales:non dico numero easdem· & diuisit demonstrationem·Hæc Auer·quo ad demonstrationis introductionem:& quia Aueroes ponit ordinem in demonstratione:& utitur quibusdam uerbis obscuris:ideo lege uerba eius sic: & cũ posuisset propositionem:quam intentabat destruere:coniungit illi propositionem possibile hoc·s· ut aliud corpus sit finitum:& min⁹ corpore finito quod est b : quod autem sit d ·& sic uult Auero·q. prima uerba Aristotelis sonent propositionem:quam intendit destruere/uidelicet q. infinitum paciatur ab ipso finito·& uult q. hinc addat unam possibilem uidelicet q. d minus ipso b agat in e : uel h / ut exponit ipse: & uult hanc possibilem esse talem q. non contingat ex illa per se accepta aliquod impossibile:aliter esset impossibilis: & addit q. cum posuit hoc possibile:posuit:quod sequitur ex illo:posuit enim q. qualis est proportio ipsius b ad d: talis est proportio ipsius z ad h : uel e ·quo suppleto patet tota demonstratio:ex quibus patet secundum Auero·q. demonstrationi Aristotelis est supplendum:& sic textus præsens diuiditur a sequenti·

Sit igitur æquale quidem in æquali tempore alterans æquale·Minus autẽ in æquali minus·Maius etiam maius·tantum uidelicet quantum maius proportionale est ad minus·Non ergo infinitum ab aliquo finito in aliquo tempore mouebitur·Nã aliud minus in æquali a minori mouebitur:ad quod quidem finitum proportionale est·infinitum enim ad finitum in nulla proportione est·



Textus iste est obscur⁹:& qd uelit facere:nõ satis pʒ:fortasse·n·text⁹ diminut⁹ est:& dependẽs a priori textu:q deficit in lib·græcis quos habem⁹·Sed utcũq; sit:expositor resoluit textũ in duas suppões:ex qb⁹ deducit rõnem superi⁹ inceptã·Ego uero resoluo textũ i unã suppõem: & ex illa deduco aliã rõnẽ·suppõ est si aliqd agens æqle mouet aliqd passum sibi æqle in æquali tpe/ hoc est in certo tpe:qd sit æqle a principio actionis in finẽ:Minus agẽs illo æquali mouebit passũ minus eo qd mouebat ab agẽte æquali in eodẽ æquali tpe·& agẽs maius ẽt illo agẽte æquali mouebit passum mai⁹ eo passo æquali:qd mouebat ab agẽte æquali in eodẽ æquali tpe·Addit mõ uʒ agẽs maius hẽat eandẽ pportionẽ ad suũ passum:quã habebat agẽs min⁹ ad suũ: & supple agens æquale ad suũ·Nã si pportio oium illorum ad sua passa sit æqualis:tẽpus quo mouebũt illa: erit æquale:est igitur suppõ tribus agentibus existẽtibus: quæ ad sua passa habeant proportionem æqualem:oia illa mouẽt in æquali tẽpore·Quo uero ad uerba attinet:dubitabis primo quo mõ æquale põt alterare æquale·cũ ab æqualib⁹ nõ pueiat actio·Scdo æquale ẽt i æquale dicunẽ ad aliqd·Ideo quæ res respectu quoꝝ dicẽ æquale· Dici põt ad primũ p æqualia non intelligere Ari·ſm gradum & uirtuteʒ:sed ſm genus/uidelicet q. ambo sint æqualia ſm rationem finiti: ita ut non sit agens finitum & passum infinitum:uel econtra·Ad secundam dico q. dicitur æquale Expositio·

respectu maioris & minoris:& sic Ari·imaginatur q. si aliquod finitum mouet aliquod finitũ in æquali idest finito tempore:agens maius illo mouebit passum maius passo priori modo habeat ad ipsum æqualem proportionem|& agens minus mouebit etiam passum minus modo ut supra seruetur proportio æqualis:& hoc ait sit igitur æquale quidem in æquali tempore alterãs æqua/ le uerbi causa b alterans z in tempore g : hæc enim æqualia sunt:quoniam omnia sunt finita · minus autem in æquali mouebit minus ut z mouebit f ·& maius etiam maius in æquali tempore:ut d mouebit e · tantum uidelicet dico maius:quantum maius proportio nale est ad minus idest ad suum passum:quod est respectu agentis minus : quasi dico suppositio/ nem hanc ueram esse:modo seruetur æqualis proportio agẽtis ad passum in omnibus:& ideo po test exponi tantum uidelicet dico maius:quantum agens maius proportionale est ad agens mi/ nus:& sic debet seruari proportio æqualis ex parte agentium:& similis ex parte pacientium : ita ut qualis proporio sit agentis maioris ad agens minus:talis sit pacientis maioris ad paciens mi/ nus:seruata enim æquali in omnibus proportiõe omnia mouebunt in æquali tempore uidelicet in g tempore·Ex hac suppositione infert nõ ergo infinitum ab aliquo finito in aliquo tempo/ re mouebitur:uidelicet a ab ipso b ·Nam si in aliquo tempore mouebitur:sit illud g·hoc autem quod sit impossibile:ostendit:nam aliud minus illo infinito mouebitur in æquali a mi/ nori agente:ad quod quidem finitum proportionale est·deductum est hoc superius : quia accipi potest unum agens minus ipso b :& suum passum mouebit in g tempore:ut per suppositio nes patet:& ita sequetur aliquod finitum mouere aliquod finitum in æquali tempore:quo finitũ mouet infinitum·Hoc autem esse impossibile ostendit:quia inter duo finita est proportio: sed i/ finiti ad finitum nulla est proportio:& sic patet infinitum non posse pati ab agente finito: hoc

Quæ Auero· com·lxiiii· pacto uidetur mihi textus clarus·Aueroes autem obscure loquens resoluit textum in sex suppo/ sitiones:quas ualde confuse ponit:& ponit primam dicens quia uidemus q. agentia æqualia i pa cientibus æqualibus agunt in omnibus partibus illorum in tempore æquali:ita ut totum agat ĩ totum:& pars in partem in æquali tempore·Hæc est prima suppositio· Deinde ponit secundam dicens & uidemus maius agens agere in pacientia æqualia in eodem tempore magis q̃ agẽs mi/ nus agat in eadem:& agens minus agere minus in illa q̃ supple agat in eadẽ agens maius·est igr̃ scda suppõ qñ aliquod passum patit̃ a maiori & a minori agẽtibus:magis patit̃ a maiori q̃ a mi/ nori:ita ut impoßē sit æqualiter pati ab utroq.& addit·iii·& inqt & simlr paciẽs maius patit̃ ab agẽtibus æq̃libus min⁹ supple q̃ ab agẽte maiori:& paciẽs minus patit̃ ab agente æq̃li magis q̃ supple patit̃ ab agẽte minori·est igr̃ tertia suppõ lʒ idem agens agat in duo passa inæq̃lia: min⁹ tñ agit in passum æq̃le uel maius q̃ agat in passum min⁹·uel melius passum æq̃le paciẽs a pluri/ bus agẽtibus: magis patit̃ ab agẽte maiori q̃ ab æq̃li|uel minori:& magis ab æquali q̃ a minori Hæc·iii·suppõ·Deinde ponit·iiii·& inqt & tunc cõtingit ex hoc q. cũ ab agentibus diuersis pa/ ciant̃ diuersa paciẽtia:q. ꝓportio agentiũ ad agentia sit sicut ꝓportio paciẽtiũ ad paciẽtia|est igr̃· iiii·suppõ q̃lis ꝓportio est passoꝝ inter se talis est agẽtiũ·Sed qa hæc·iiii·suppõ põt eẽ falsa:& hʒ instantiã:ideo subdit·v·q̃ sequẽtem ex dictis:& inqt:quo mõ aũt ex his fundamẽtis positis:de/ claret̃ quod intẽdit declarare apparet sic:& ita subscribit·v·suppõnem:cũ·n·posuimus q. agentia æqualia agant in paciẽtia æqualia eadẽ actione eodẽ tẽpore : apparet ex hoc q. agentia æqualia quoꝝ ꝓportio ad inuicẽ est sicut paciẽtiũ ad inuicẽ|agant actiones æq̃les in tẽporib⁹ æq̃lib⁹ est igr̃·v·suppõ q. qñ est agẽtium & pacientiũ æqualis ꝓportio:actiones sũt æq̃les & in tp̃ib⁹ æq̃/ libus|& ſm ꝓportiones agẽtiũ atq; paciẽtiũ se sexcedẽtes·Sed occurres qa uĩ q.·iiii·&·v·suppõ nõ heãnt locũ nisi qñ agẽtia & paciẽtia sũt æqualia ſm ꝓportionẽ:& ita nõ erit regula ulis:unde inqt agẽtia·n·æqualia|& paciẽtia æqualia sunt hmõi·s·q. ꝓportio agentiũ ad inuicẽ est sicut pro portio pacientiũ ad inuicẽ quare suppões nõ unr̃ ulẽs·Rñdet & inqt sed tñ ista sunt in æqua ꝓ/ portione:alia ãt in aliis ꝓportiõibus:& cũ hoc uel hæ suppões appñt in uno mõ·i·spẽ modorũ ꝓportionaliũ:apparebit in aliis·q·d·q.·iiii·&·v·suppõ hʒ locũ in agẽtib⁹ & paciẽtib⁹:in qbus ẽ ꝓportio æqualitatis:ut dictũ est sed dʒ eodẽmõ intelligi in aliis spẽb⁹ ꝓportionis· Nam quãdo inter agentia & paciẽtia est consimilis ꝓportio geometrica:erit ĩ in effectib⁹:seu actionib⁹ erit cõ similis ꝓportio:uerbi causa:sit a agens ut·xii·& b agẽs ut·viii·& c agens|ut·vi·dicoq. si sint tria alia passa e uʒ f g cõsimilia in ꝓportione minoris inæq̃litatis:ut e ut·vi· f ut· iiii· g ut tria:actio ipsi⁹ a in e erit ĩsimili ꝓportõie ad actionẽ ipsi⁹ b in f & silr̃ ĩ aliis q̃re qñ inter agentia & pacientia est cõsimilitudo in ꝓportione:uel uniformitas proportionũ:ẽt in actionibus erit hæc uniformitas:ut patet deinde ponit sextam suppositionem: & inquit & cũ inquam ita sit:manifestum est q. quærenda est eius conuersa:& est q. agentia & pacientia: q̃ sup

agẽtia	paciẽ·
12 a	e 6
8 b	f 4
6 c	g 3·

ple agunt & patiuntur in temporibus æqualibus: sunt proportionalia: & dicitur hæc conuersa: pro quanto conuertitur in illam priorem: sequitur enim hæc agunt in æqualibus temporibus: igitur sunt proportionalia: & similiter ualet hæc patiuntur in temporibus æqualibus: igit sunt proportionalia· est igitur suppositio qualis est proportio inter passa: talis est inter agentia: probat hanc Auero· in terminis/ dicamus ergo quoniam ita est/ uerbi gratia ponamus duo agentia/ quorum alterum sit a : alterum autem sit b · & sint duo patientia/ quorum alterum sit c : & alterum sit d · tangit secundam partem casus & inquit & ponamus q totum c patiatur ab a : & totum d patiatur ab ipso b / in eodem tempore: & sit tempus g · dico ergo q proportio agentis ad agens est sicut proportio patientis ad patiens hoc est q proportio ipsius a ad ipsum b est sicut proportio ipsius c ad ipsum d : & econuerso: & hæc est suppositio: posito casu in terminis: probat illam/ & inquit & demonstratio eius est sic quia si proportio ipsius a ad b : non fuerit sicut proportio ipsius c ad ipsum d : sit ergo aut maior aut minor· Auerroes non probat illam esse minorem: sed illam non esse maiorem: quoniam eadem est ratio: & inquit si igitur proportio ipsius a ad b sit maior q̄ sit proportio inter c & d : quæ sunt passa: Secemus ex ipso a agente aliquid ut tantum quantum excellit/ ita ut illo ablato sit æquale ipsi b / & uocetur a h erit igitur proportio tempus a h ad b : qualis est inter c & d: quia iam facta est resecatio: quare passio siue effectus ipsius c ad a h : & ipsius d ad b erit in eodem tempore· Vnde ratio Auerois est sicut se habet c ad d ita a h ad b · ergo permutatim sicut d patitur ab ipso b in tempore g : ita c patietur ab a h in eodem g tempore: sed positum est c pati ab a in tempore g : & etiam c patitur ab a h in eodem tempore: quod quidem a h est agens minus ipso a : sequitur q idem passum uel æquale æquali in tempore patietur ab inæqualibus agentibus: quorum alterum maius: alterum minus erit: quod est contra secundam suppositionem: & ideo ut dicit Auerroes Aristoteles posuit q maius agit actionem maiorem in eodem tempore q̄ agat minus in idem patiens: quæ fuit secunda suppositio· Deinde Auero· declarat quomodo & quas suppositiões Aristoteles accepit ibi· Et Aristoteles quasi fuit contentus: & uult q Aristoteles non accepit has quinq suppositiones in forma: sed solum duas uidelicet primam & secundam: cæteras omisit: & addit q licet has omiserit: non tamen penitus omisit: cum partim posuit: & partim non: & ita potest dici q posuit illas Secundo addit q demonstrationem hanc etiam non posuit: sed fuit contentus positione istarum suppositionum: & non curauit componere rationem: quæ ratio procedit a cõmutata proportiõe/ ut fecimus: & Aristoteles omisit cõmutatam proportionem: quia solum deducit ad hoc q est uenire ad passum z : quod habet proportionem ad h qualem habet b ad d : & non progreditur ultra· Deinde Auerroes format rationem ibi· Cum enim permutauerimus· Vbi animaduerte q Auerroes accipit litteras omnino diuersas ab eis: quæ accepit in probatione quintæ suppositionis idest opposito modo: licet illas met: nam in quinta suppositione litteræ sunt a h / b / c / d / & tempus g : in demonstratione autem litteræ sunt a / b / d / h / z / sed agens fuit b : & agens aliud d : passa uero fuerunt a h z · In demonstratione quintæ suppositionis a & b fuerunt agentia c d patientia· At in ista proportione cõmutata: quam facit ad probandum primam partem minoris utitur quatuor litteris a h / b / c / d / iuxta q̄s arguitur: sit c agens uirtutis ut octo: & d agens aliud uirtutis/ ut quatuor: inter quæ erit proportio dupla: sitq patiens respõs c ipsi a h : & patiens respõs ipsi d sit h : Tunc arguitur a h est passum infinitum: & c agens in a : reseco ab a h unum aliud passum & sit h : in quod agat d : & tale h sit ut quatuor: & tunc reseco ab a h unum aliud passũ scilicet b / & sit in dupla proportione ad h : in qua erat c ad d · tunc arguitur sicut se habet c ad d : ita se habet b ad h : igitur permutatim/ ut se habet h ad d : ita b ad c : sed d agit in h in tempore g : ergo c aget in b in tempore g : sed tali tẽpore egit c in a h passum infinitum: igitur idem agens potest agere in duo passa quorum alterum est finitum/ & alterum est infinitum/ in eodem uel æquali tempore æqualem actionem: quod est contra suppositiones: & sic patet qualiter Auer· permutauit litteras: Tu uero rationẽ sic compone cætera quæ scribit Auero· sunt clara·

g

a h b


c d

Præterea neq infinitum ullo in tempore mouebit finitum· Sit enim infinitum in quo est a finitum autem b tempus in quo est g igitur d in g tempore minus ipso b mouebit· Sit illud z quod igitur est b z totum ad z: hoc est e habens rationem ad d Mouebit ergo e ipsum b z in tempo-

Præterea at uero

Quod
Sed
Alterare uerbū additū
Enim
at uero
Expositio·

re g finitum igitur atq; infinitum æquali in tempore alterabunt: quod quidem est impossibile: supponebatur enim maius in minori alterare: sed semper tempus sumptum idem faciet· quare nullum erit tempus in quo mouebit: non enim fieri potest, ut tempore infinito moueat aut etiam moueatur: finem enim non habet· Actio autem atq; passio habent·



Auero· hunc textum exposuit in commento præcedenti parte uidelicet illa· Et manifestum est ex his: Nos uero cū simplicio| & expositore dicimus q; Aristoteles probat cōuersam uidelicet q; infinitum ullo in tempore mouebit finitū & hoc proponit dicens præterea neq; infinitum ullo in tempore mouebit supple motu alterationis uel alia quauis motus specie finitum ipsum· Hæc est conclusio atq; intentio· probat quasi arguens quia si infinitum poterit alterare rem finitā: Tunc idem passum æquevelociter posset ab infinito & a finito alterari: probat autem consequentiam dicens sit enim infinitum in quo est a finitum autem qd alteratur: sit in quo est b & quoniam omne quod alteratur: in certo dato tempore alteratur: sit tempus supple in quo alteratur: id in quo est g b igitur alterabitur ab ipso a in g tempore· Ex hoc infert unum aliud ad propositum| & inquit igitur d supple agens mouebit aliquod aliud minus ipso b & sit illud z quod est minus ipso b· tenet consequentia quia per d Aristoteles intelligit aliquid ipsius a mouentis: & per z intelligit aliquid ipsius b moti· quare sequitur ipsum d mouere in eodem tempore z quod est minus ipso b moto· est igitur Secunda pars casus q; ponatur d unum agens finitum alterare unum passum minus ipso b quod sit z in tempore æquali uidelicet g & hoc ē bene possibile: quia per suppositiones in eodem tempore minus agit in minus: & maius in maius: & æquale in suum æquale· Tertio subintelligit q; sit unum aliud agens finitum quod se habeat ad ipsum d agens in ea proportione qua se habet b passum ad z quod quidem uocetur e Hoc stante patet q; e agens mouebit b possum finitum æquali in tempore quo d mouebat z nam æqualis est proportio agentium & passorum· sed d mouet z in tempore quo a infinitum mouet b passum ut in tempore g igitur e quod est agēs tercium finitū mouebit b passum finitum æquali in tempore quo illud mouebat a · Vnde syllogismus est ut z passum ad b z passum: ita d agens ad e agens: patet per casus positos: igitur permutatim| ut z ad d : ita b z ad e sed z mouetur ab ipso d in g tempore: igitur b z mouebitur in g tempore ab ipso e sed in g tempore b z mouebatur ab agente infinito igitur idem passum æquali in tempore alterabitur a duobus agentibus: quorum alterum est finitum: & alterum est infinitum· Inquit quod igitur est b z totum ad z idest quam pportionem habet b z ad z hoc est habens rationem supple d agens ad e quod est dicere ut z ad b z ita d ad e & supple tu: sed z mouetur ab ipso d in g tempore: igitur b z mouebitur ab ipso e in g tempore: & hoc inquit mouebit ergo e agens tertiū| ipsum b z passum primum in tempore g & tunc dat ultimum consequens dicens finitū igitur atq; infinitum æquali in tempore alterabunt supple idem passum uidelicet b z ipsum: qd quidem| ut inquit| est impossibile: supponebatur enim maius alterare idem passum in minori tēpore: & quia aliquis posset dicere tempus illud non esse g quo a mouet b sed esse aliud: addit sed semper tempus sumptum supple quod uis aliud idem faciet ad propositum: quare siue accipiatur g siue f siue quoduis aliud tempus: semper sequetur idem impossibile: & propterea infert quare nullum erit tempus in quo mouebit: nullum uidelicet determinatum: quia nec

hora:nec dies:nec annus·Sed dices concedo nullum esse tempus finitum quo a mouebit ipsum b sed bene esse potest tempus infinitum:agens enim infinitum non mouet nisi tempore infinito:contra obicit Aristoteles/& inquit non enim fieri potest ut tempore infinito moueat:aut etiā moueatur infinitum ipsum:quia tempus infinitum finem non habet:actio autem atq; passio habent supple finem:dictum est enim omnem alterationem fieri certo tempore : & nullam alterationem esse tempore infinito:ut patet sexto physicorum:patet igitur infinitam uirtutem in nullo tempore posse alterare passum finitum:quo uero ad uerba attinet debes scireq; Aristoteles in prima parte casus per b intelligit idem quod per bz in secunda parte casus· Nam in secunda parte casus z est aliquid ipsius b & ita ipsum b erat totum bz : & per consequens idem est b & bz in uerbis Aristotelis· Vnde Auer·inquit & ponamus aliud corpus·s·d qd agat in corpus bz finitum:in quod egit a infinitum in illo eodem tempore uidelicet c: necessario igitur erit actio d in minori uidelicet passo actione ipsius a cum d sit finitum: a autem infinitum quasi dicat quod d in alteram partem ipsius bz non in utranq; uerbi gratia:aut in partem b aut in partem z Deinde Auer·componit in textu rationem a permutata proportione/ut nos fecimus:uerum in a linea locat ah : est enim ah idem quod a ut diximus de bz & de b Arguit enim ut z ad bz ita d ad h uel e igitur permutatim ut z ad d ita bz ad h sed z patitur ab ipso d in c uel g tempore·igitur bz patitur ab h in g uel c tempore:sed in c uel g tempore bz patiebatur a toto ah : igitur idem passum patitur a duobus agentibus:quorum alterum est finitū: & alterum est infinitum·Quo autem ad uerba attinet:Aueroes inquit & proportio quæ cecidit in litteris in libro a quo transtulimus numerum est conuersa: posuit enim proportionem maioris pacientis ad minus paciens quia dixit in nostris libris ut bz totum ad z & ita posuit proportionem maioris pacientis ad minus paciens esse sicut proportionem minoris agentis ad maius agens·& hoc(ut dicit)non potest esse quia proportio maioris ad minus non potest esse ut proportio minoris ad maius:& tu intellige hæc Auer·dicta in libris suis:quia in nostris Aristoteles ponit proportionem maioris passi ad minus:& maioris agentis ad minus · tamen Aueroes inqt immo oportet ponere proportionem minoris pacientis ad maius paciens ut z ad bz eē ut proportionem minoris agentis ad maius agens:& postea cōmutare proportionē ab ipso z ad d & inferre ad proportionem totius bz ad e uel h & addit agens enim maius uidelicet e aut h est ignotum quod uult inuenire per proportionem:& ita Auero · uult q; syllogismus iste sit hoc pacto ut z ad bz :ita d ad e uel h igitur permutatim/ut z ad d ita bz ad e uel h sed z alteratur ab ipso d in g uel c tempore · igitur bz alterabitur ab ipso e uel h in g tempore·Sed hoc eodem tempore bz alterabatur a toto a h uel ae : igitur idem passum alterabitur a duobus agentibus:quorum alterum est finitum: & alterum infinitum·Ex quibus patet q; in textu nostro est transpositio omnino:quia text? noster procedit ab ipso bz ad z :& ab ipso e ad d & debet esse totum conuersum· Deinde Aueroes ibi hoc enim non contingit Aliquantulum digrediendo dubitare uidetur cōtra uerba Aristotelis:ait enim actionem & passionē habere finem:& non dicit:quæ sint illæ: & in quo genere·modo hoc dictum non contingit nisi in his quæ sunt præter motum situalem:& in localibus etiam in motis recte:& ita uidetur omnem motum habere finem solum de non localibus: & de localibus/de rectis tantum·Iam enim declaratum est q; primum mouens tempore infinito mouet:nam utilitas huius motus circularis æterni:quo mouet primum mouens : est cōtinuatio & perpetuitas essendi:quam res naturales acquirunt in specie:propter motum enim solis in obliquo circulo fiunt generationes & corruptiones/& æternitas in specie : quapropter necesse est ut motus ille sit infinitus·Quare dictum Aristotelis non est uniuersaliter uerum: quum ait nullum mouens mouere actione uel passione in tempore infinito· Respondet Auero·& inquit sed tamē declaratum est q; impossibile est ut tale mouens sit corpus:quoniam si mouens tempore infinito esset corpus:moueret in nullo tempore/ut dictum est in ultimo·viii·physicorum Ex his colligit intellectum uerborum Aristotelis & inquit intentabat enim q; impossibile est ponere corpus infinitum/ut moueret aliquod finitum in tempore infinito idest agere in idem numero tempore infinito:& ita uult q; loquatur in corporibus:& de motibus præter localem:quoniam(ut inqt) si generandum est:non complebitur sua generatio:& si afficiendum est:non complebitur sua q̄litas:& si mouendum supple motu augumentationis non perueniet ad finem / quē intentabat· & addit q; hoc sequitur in corpore cœlesti sicut & in aliis scilicet q; est impossibile ut corpus cœleste moueat aliquod ens ex his quæ sunt sub eo tempore infinito : uerbi gratia aliquod indiui/

Quæ Auero· com·lxv·

digressio aue·


duum.x.pñtorum.& hoc est uerum uniuersaliter de omni motus specie.Cœlum enim non põt aliquod indiuiduum.x.pñtorum alterare:uel augere:uel generare:uel localiter mouere tempore infinito.secus de motu cœli:quia motus cœli est actio:quæ non recipit affectiones idest terminos.Ex his patet intellectus uerborum Aristotelis intelligit enim nullum corpus infinitum posse mouere aliquod corpus finitum:quia nec tempore finito:nec infinito:& intelligit uniuersaliter quauis motus specie.quoniam nulla motus specie corpus infinitum potest mouere corpus finitum:quia nec tempore finito:nec tempore infinito:hæc ex Auero.Sed obicitur multifariam primo uidetur q. si esset corpus infinitum:illud ageret in corpus finitum:quia ut superius dicebatur:si infinitum esset:illud haberet rationem principii.modo principium dicitur per excellentiam de agente primo physicorum:igitur si infinitum esset.Illud haberet rationem agentis:& ita si esset:illud ageret in corpus finitum:Secũdo finitum potest agere in corpus finitũ:igitur a fortiori infinitum potest agere in corpus finitum:tenet argumentum primo loco a maiori. Secũdo quia infinitum uidetur ut totum respectu finiti. Tertio si infinitum esset:ipsum esset ens naturale.igitur esset actiuum:& per consequens posset agere Secundo dubitatur uidetur q. non sit uerũ dictum Aristotelis q. omnis actio & passio sit finita:primo quia octaua sphæra mouet cæteras:& tamen non actione uel motu finito.Secundo primus motor mouet cœlum:& non nisi actione infinita. Tertio dubitur quia uidetur aliqua alteratio subitaria:quia ut dicitur in libro de sensu:multociens aliqua alteratio fit uelox idest subitaria/ut exponit Alexander.Ad primam dubitationem solet dici simpliciter:q. si infinitum esset:nullam haberet actionẽ:& causa est quia omnis actio est a certa proportione agentis ad passum.Sed infiniti ad finitum nulla est proportio. Sed hæc sol' nulla est:quia si infinitum esset:illud esset uirtus & forma:& formæ atq; uirtutis est aliquid agere.igitur si infinitum esset:oporteret illud aliquid agere.Dico igitur aliter q. infinitũ esse implicat contradictionem quia ipso posito:sequitur ipsum agere:& ipsum nõ agere:agere quidem/quia est uirtus & forma:non agere uero:quia nulli potest esse ꝓportionale. ex his sequitur q. si infinitum esset:ageret:& non ageret.concedantur igitur omnes rationes:quæ probant infinitum si esset/ipsum agere.Ad secundam dubitationem Respondit Auer.q. octaua sphæra rapit secum omnes alias uirtute motoris in corporei:qui mouet octauam:& cæteras alias. Modo nos loquimur de actione corporis:non nisi quatẽus corpus.Ad tertiam patuit solutio septimo & sexto & octauo physicorum:nunc uero dicas alterationem aliquam fieri subito quo ad partes subiecti:non autem quo ad partes graduales:quæ successiue aquiruntur.Hæc de dubitationibus.

Dubita.
Tex.cõ.33.
Cõ.primo
Scda dubi.
Sol'prima
Confu.
Sol'propria

Etiam nec infinitum ab infinito pati aliquid contingit. Sit enim tam a q̃ b infinitũ. Tempus autem in quo passum est b ab a : sit in quo g d pars ergo infiniti in quo est e quoniam totum b non in æquali tempore passum est idem hoc ipsum passa est & quia supponebatur minus minori in tempore moueri:sit e motum ab a in d. Quod igitur d ad g d : ipsum e est ipsius b ad finitum. Hoc igitur necesse est ab a moueri a tempore in quo g d . supponebatur enim ab eodem in maiore atq; minore maius minusue pati quæcunq; diuisa sunt per temporis rationem.

Verbũ illud hoc ipsũ passa est:deficit ĩ codicib9 græcis.
Verbum etiam deficit.

Expositio.



Nunc Aristoteles probat infinitũ pati non posse ab infinito. & hoc proponit dicẽs etiam nec infinitum ab infinito pati aliquid contingit.Hæc est conclusio:probat hanc/& facit casum:& inquit sit enim tam a agens/q̃ b paciẽs infinitum : tempus autem in quo passum

sum est b ab a sit in quo g d ex hoc infert tertiam partem casus/& inquit pars ergo infiniti uidelicet ipsius b passi: in quo est e / quoniam totum b non in æquali tempore passum est idē supple ab ipso a hoc ipsum met passum est. & ita e patitur ab ipso a ex quo patiē ipsum b & quia supponebatur minus minori in tempore moueri: sit e motum ab a ipso in parte temporis uidelicet in d est igitur tertia pars casus q̄ b e pars passi infiniti paciatē in d tempore ab ipso a · Vltimo sumit q̄ sit unum aliud passum finitum quod sit pars ipsi9 totius b in tanta proportione se habens ad ipsum b e : in quanta se habet g d tempus ad d tempus: & supple sit illud f · Ex his infert hoc igitur scilicet f necesse est ab a moueri a tempore in quo est g d quasi dicat q̄ his stantibus sequitur ipsum b f Moueri in g d tempore: quia (ut inquit) supponebatur ab eodem in maiore atq; minore malus minusue pati quæcunq; diuisa sunt per temporis proportionem · quare si b patitur ab ipso a : in g d tempore & b e ab ipso a in d tempore: b f pacietur in g d tempore: & in hoc b totum paciebatur ab ipso a · igitur infinitum & finitum æquali in tempore pacientur ab a agente infinito: quod est impossibile. Aueroes autem mutans aliquo modo litteras/format rationem hoc pacto si corpus infinitum potest agere in corpus infinitum: sit agens infinitū a : passum uero infinitum sit b · & quoniam omnis actio est in tempore: sit tempus actionis c d · Vlterius accipio aliud passum resecatum ab ipso b : quod sit h · & quia a potest agere in b ipsum: a fortiori poterit agere in h : & cum h sit minus ipso b : a aget in h minori tempore: q̄ agebat in b : sit illud tempus minus d · proportio igitur c d ad d : cum sit finita: sit dupla: ulterius subtraho aliud corpus superans h in illa eadem proportione: in qua c d superabat d : uidelicet in dupla: & sit illud f : quod nec Aristoteles nec Auerroes nominat· Tunc arguitur qualis est proportio c d ad d : talis est proportio ipsius f ad h : quare si a agit in h in tempore d : a aget in f in tempore c d · sed idem a agebat in totum b in c d tempore. igitur idem agens aget in duo passa: quorū unū est finitum: & alterum infinitum: & in eodem tempore.

In nullo ergo tempore finito infinitum ab infinito moueri potest · In infinito ergo· sed infinitum quidem tempus finem non habet · Id autem quod motum est; habet ·

Ex his concludit conclusionem/& inquit in nullo ergo tempore finito īfinitum ab infinito moueri potest· Hæc est conclusio· Sed obicit dicens in infinito ergo: quasi dicat ergo si nō potest infinitum ab infinito moueri in tempore finito: mouebitur ne tempore infinito· Respondet q̄ nec sic moueri potest: & inquit sed infinitum quidem tempus finem non habet: est enim ratio infiniti carere fine· id autem quod motum est uel mouetur: habet supple finem : omnis enim actio uel passio finita est· quare nec tempore infinito potest infinitum a b infinito moueri: & sic patet cōclusio· Auer· autem nobiscum uult q̄ Aristoteles remoueat dubitationem : posset enim dici infinitum pati ab infinito: non quidem tempore finito: sed tempore infinito: & probat Auero· hanc dubitationem esse probabilem: unde inquit & hoc quod dixit habet sufficientiam idest probabilem rationem: quoniam cum posuerit paciens infinitum: contingit necessario: ut eius passio sit īfinita: nam ponere passum infinitum: & passionem eius finitam uidetur implicare contradictionem: eo enim ipso q̄ passum est infinitum: & agens infinitū/sequitur passionem esse infinitā: & confirmando rationem inquit & dicendum est ab aliquo q̄ ponens hoc idest ponens passum infinitum pati ab agente infinito passione infinita: petit principium idest utitur propositione per se nota: quæ est quasi principium: & q̄ utatur principio uel per se notis: probat: quia nulla differentia est dicere q̄ passum infinitum patitur passione finita ab eo quod poneretur illud passum finitum: & sic implicat contradictionem: quare rationabiliter dubitari potest· huius dubitatiōis ponit Aristoteles sol: ut uult Auer· reliqua patent· Animaduertendum q̄ ex impossibili sequitē utrunq; contradictoriorum: posito enim q̄ sit passum infinitum/& agens infinitum: sequitē actionem esse infinitam: & hoc ex parte agentis & pacientis: & sequitur passionem etiam esse finitam ex parte passionis: quia omnis passio uel actio est finita inquantum actio uel passio: & ita utrunq; sequitur ·

Si igitur omne sensibile corpus actiuam/aut passiuam/aut utranq; potentiam habet: impossibile est corpus infinitum sensibile esse ·

Quæ Auero· com· lxvi·

Expositio ·

Quæ Auero· com· lxvii·

Expositio. Secundum cõmenti expositionem hucusq; Aristoteles sumpsit & probauit hanc propositionem nullum corpus infinitum habet actiuam uel passiuam/aut utranq; potentiam. & hæc est minor & uult q. nunc ponat maiorem uidelicet omne sensibile corpus actiuam/aut passiuã/aut utranq; potentiam habet:& concludat conclusionem uidelicet q. impossibile est corpus infinitum sensibile esse. Deinde Aueroes exponit quid per sensibile corpus intelligit/ & inquit & hæc quidem propositio est q. omne corpus naturale aut est actiuum aut passiuum:aut utrunq; : & sic per corpus sensibile:naturale corpus intelligit:& dicitur corpus sensibile:ut expositor inquit ad differẽtiam corporis mathematici:quia corpus sensibile est naturale:quod inquantum huiusmodi natũ est mouere & moueri:sic igitur per sensibile corpus ĩtelligit naturale corpus. postea Aueroes ait propositionem maiorem patere sensui. quia corpus cœleste uidetẽ agere in ea quæ sunt apud nos Alia autem quæ sunt sub ipso cœlo:uidentur agere & pati insimul. quare patet omne corpus sensibile esse aut actiuum/aut passiuum/aut utrunq;. Deinde componit syllogismum dicens & componitur syllogismus sic in secunda figura:omne corpus aut est actiuum/aut passiuum/& nullum corpus infinitum est actiuum/aut passiuum. igitur nullum corpus est infinitum. Aliter per sensibile corpus exponit Auero. & inquit & intendit per sensibile:sensibile tactu. Sed contra:quia cœlum est sensibile:quod tamen non est tãgibile. Respondet Aristotelem locutum esse more antiquorum : qui cœlum & stellas posuerunt tangibilia: quia ignea/uel calida : aut ignem : antiqui enim posuerunt cœlum & stellas ignes:uel mistum igneum:in quo prædominatur ignis. expositor autem rectius per corpus sensibile:naturale corpus intelligit:quod dicitur sensibile ad differentiam corporum mathematicorum:quæ intelligibilia dicuntur. Inquit Aristoteles si igitẽ omne sensibile corpus actiuam/aut passiuam/aut utranq; potentiam habet. Hæc est maior sub intellecta minori:infert conclusionem/& inquit impossibile est corpus infinitum sensibile esse.

At uero quecunq; etiam corpora sunt in loco:omnia sensibilia sunt. non ergo corpus ultra cœlum infinitum erit. At uero neq; usq; aliquid. Omnino ergo extra cœlum nullum corpus erit. Nam si intelligibile quidem sit:erit in loco: extra enim & intus locum significant. Quare erit sensibile. sensibile autem nullum est non in loco.

Expositio. Sed contradicta obiciet quispiam:q. uidelicet detur infinitum corpus: non quidem sensibile sed intelligibile:non intra cœlum:quoniam omne corpus intra cœlum est sensibile:& ita posset dici esse corpus infinitum intelligibile extra cœlum:ut antiqui posuerunt uacuum quoddam. Obicit huic cauillo Aristoteles:& inquit at uero quæcunq; etiam corpora sunt in loco : omnia sensibilia sunt. Huius causam pulchre expositor assignat/quia locus non quæritur nisi propter motũ/ ut dicitur quinto physicorum non autem mouetur nisi corpora sensibilia & naturalia mathematica enim extra motum sunt patet igitur omne corpus:quod est in loco esse sensibile. Ex hac propositione infert/non ergo corpus ultra cœlum infinitũ erit:at uero neq; usq; aliquid idest neq; finitum quasi dicat patet ergo omnino extra cœlum nullum esse corpus. Hæc conclusio patet quia nec finitum:nec infinitum esse potest:& quod nullum horum esse possit:probat: nam si intelligibile quidem sit:erit in loco:per regulam quarti physicorum quam ponit dicẽs extra enim & itus locum significãt. Vltra sequitur illud esse sensibile/quoniam supple omne corpus in loco/ est sensibile. & quia quis posset dicere aliquod corpus sensibile non esse in loco:ut dicitur de octauo cœlo:addit sensibile autem nullum est non in loco. Quare cauillus nullus est. Sic igitur patet extra cœlum non posse esse corpus infinitum:Immo nec finitum:ut rationes probant. Aueroes uero in præsenti cõmento primo proponit intentionem & inquit cum posuit q. omne corpus aut est actiuum aut passiuum:& hæc propositio est accepta a sensu:& potest aliquis dicere q. corpus infinitum possibile est esse extra mundum:& q. illud neq; sit agens/neq; patiẽs: propter hoc uidetur mihi q. inducit hunc sermonem post illam demonstrationem. est igitur expositio Auerois:q. Aristoteles uelit remouere tacitam responsionẽ rationibus tactis: quæ est q. licet nõ detur corpus infinitum sensibile intra mundum:datur illud extra mundum: hoc pacto oẽs græci/ut Alexander/Themistius/& simplicius exposuerunt. Sed circa modum quo modo remoueatẽ responsio illa:non omnes dicunt eodem modo. Ideo Auero. primo narrat expositionem Themistii. Secunda ibi nisi intelligatur:ponit propriam:& in narrando Themistii expositionẽ primo recitat illam:deinde confutat ipsam. Themistius igitur/ut simplicius narrat ex textu refellit responsionem illam per tres syllogismos. primus est omne corpus quod est in loco : est sensibile.

Quæ Auero. com. lxix.

Omne

Omne corpus quod est extra cœlum/est in loco·igitur omne corpus quod est extra cœlũ est sensibile·Huius syllogismi secundum simplicium ponitur maior in textu:inquit enim quæcunq; et corpora/quæ sunt in loco:sunt sensibilia·hæc est maior·Minor autem non ponitur: sed illius ꝓbatio:cum inquit extra enim & intus locum significant·Secundus syllogismus est nullum corpꝰ sensibile est infinitum·Omne quod est extra cœlum est corpus sensibile · igitur nullum corpus extra cœlum est infinitum·Minor est conclusio primi syllogismi·maior uero fuit superius demõstrata/per hunc tertium syllogismum uidelicet omne corpus sensibile est actiuum/aut passiuum·nullum corpus infinitum est actiuum aut passiuum:igitur nullum infinitum est corpus sensibile·Ecce quomodo themistius per hos tres syllogismos remouit respõsionem illam·Deinde Auero·refellit hanc expositionem:& primo resumit quid secundum themistium habemus de his syllogismis:& inquit ipse autem Aristoteles uidetur secundum hanc expositionem non propalasse nisi duas propositiones:quarum altera est q̃ omne corpus quod est in loco:est sensibile:quæ fuit maior primi syllogismi:& non manifestauit secundam uidelicet omne corpus extra mundũ est in loco:nec illam uidelicet omne corpus sensibile est finitum · igitur secundum hanc expositionem de syllogismis clare habemus primam propositionem primi syllogismi· Deinde arguit contra ipsum:ubi debes scire q̃ in translationibus Aurois ponitur hæc propositio·Illic neq; est locꝰ obiicit modo Aueroes contra them·& inquit & illa propositio nõ habet cõmunitatem in aliquo cum prima:quæ dixit omne corpus quod est in loco:est sensibile:quasi dicat illam propositionẽ non habere cõmunitatem idest pertinentiam cum maiore primi syllogismi:quia nec est illiꝰ minor:nec conclusio·igitur ponitur superflue·Deĩde ponit propriam expositionem: & uult q̃ Aristoteles per propositionem illam quæ fuit maior primi syllogismi:intelligat eius conuersam: uidelicet omne corpus sensibile est in loco·cui si addetur illa propositio extra cœlum nullus est locus:concludetur in secunda figura q̃ extra cœlum non est corpus sensibile·uel aliter format syllogismum/& inquit & cum huic coniungetur q̃ si extra mundum est corpus:& omne corpus est in loco:concludetur q̃ si extra mundum est corpus:est in loco:& sic secũdꝰ modus est syllogismꝰ hypotheticus/hoc pacto si est extra mundum corpus sensibile:& omne corpus sensibile est in loco:igitur extra mundum est locus aliquis destruitur consequens:quia illic non est aliquis locus:& ita sequitur nullum corpus esse illic:& hæc uidetur eius intentio:sic igitur illa propositio nullus locus est illic:potest dupliciter ad syllogismum primum attinere:uel ut minor:& tunc oportet intelligere maiorem conuersam:uel ut destructio consequentis/& sic oportet componere syllogismum hypothetice:ut dictum est·Deinde Auero·assignat signum q̃ Aristoteles uoluit maiorem conuersam:quia dubitat circa hanc rationem/quæ dubitatio non haberet locum/nisi intellexisset eius conuersam:hoc est propter maiorem quæ est omne corpus sensibile est in loco: & ꝓpter maiorem hoc pacto conuersam Aristoteles dubitat:quia posset obici:quia illic est corpꝰ spirituale:& non est in loco·Ecce igitur quo modo hæc dubitatio habet hic locum tenendo illam conuersam·& uerba eius patent·Simplicius auctoritate Alexandri ait hanc propositionem nullus locus est illic:posse esse demonstratam:ut patet quia omnis locus est aut grauium: aut leuiũ: aut neutrorum corporum:cum nõ sint plura corpora:nec plura loca:nec plures motus · quare cũ extra cœlum nec sit graue:nec leue:nec neutrum:iure nullus erit illic locus · & potest/ ut inquit simplicius intelligi demonstrari postea:ut uidebitur·Hæc Auero·themistius:& simplicius · Sed hæc mihi uidentur superflua·primo quia illa propositio nullus locus est illic: non ponitur in codicibus græcis:& sic ratio Auerois contra themistiuʒ·nulla est·Secundo quia si quis uoluerit resoluere textum in syllogismos:resoluetur non hoc pacto:ut Auero·ait:sed ut diximus nos· Quæ uidentur auctori·

Est autem etiam sic logicalius eniti:neq; enim circulo moueri potest infinitum si est similare· quippe cum infiniti non sit medium · id uero quod circulo mouetur: circa medium fertur·Præterea etiam neq; in rectum ferri potest infinitum·oportebit enim alterum tantum esse locum infinitum : ad quæm secundum naturam mouebitur:& alterum tantum:ad quæm præter naturam · Præterea at uero

Nunc q̃ non detur infinitum proponit probare rationibus logicalioribus : & hoc inquit est autem etiam sic idest per alias rationes logicalius eniti:& dẽmonstrare·Quo uero ad uerba attinet uerbum logicalius græce est logicoteron:latine rationabilius:siue logicalius·& dixit logicalius comparatiue:& non logice/ad significandum q̃ rationes etiam primæ sunt logicæ: sed hæ:quas nunc ponet:sunt logicaliores:quatenus sunt cõmuniores·quia procedunt per propositiones cõ/ Expositio·

munes tam infinito mathematico: q̄ physico. & prima ratio componitur sic si infinitum esset: infinitum moueretur: sed infinitum non moueri potest: igitur infinitum non est. probatur minor: quia si posset moueri: aut motu circulari: aut motu recto. non circulari: quia tunc infiniti esset dabile centrum: uel medium: ueluti cœli datur centrum: quod est eius medium. modo infiniti nō datur medium: ut relinquit clarum: ex eo quia non datur circumferentia: quare infinitum circulariter moueri non potest. nec motu recto: quia siue mouetur secundum naturam: siue præter naturam: oportet dare duo loca: quorum alter esset: ad quem præter naturam fertur: & alter ad quē natura moueretur: ut in hoc libro est deductum. modo infinitum non potest duo loca habere diuersa: quia totum occupat: patet igitur q̄ si infinitum esset nec recto nec circulari motu moueretur: & ita ipsum esse est impossibile. Quo uero ad uerba attinet/ ait si est similare: & græce dicitē homiomeron: nam ubi infinitum esset dissimilare: & ex diuersis mixtum: esset alia ratio: primo enim probat non esse infinitum simplex siue similare: quia ex hoc patet non esse infinitum mixtum/ siue dissimilare: quia mixtum ex simplicibus constat: ut fuit deductum superius. Animaduertendum q̄ eiusmodi rationes dicuntur logicaliores: ut expositor ait: quia procedunt per rationes cōmunes infinito/ & secundum rationem physicam: & secundum rationem mathematicam: quia habere medium & extrema uel non habere competunt infinito ut est quid cōmune physico & mathematico infinito. Et hæc sentit Aueroes dicens hæc est alia demonstratio a prædictis & est logica scilicet quia est ex ueris propositionibus/ sed non propriis supple physico tantum: sed etiam mathematico. Sed occurres hæc ratio procedit uia motus: quæ est propria physico: dici potest q̄ licet procedat uia motus: tamen resoluitur ad medium cōmune physico/ & mathematico: habere enim medium & circumferentiam: & non habere cōmune est utriq; artifici. Deinde Aueroes ponit compendium rationis Aristotelis/ & inquit & compendium rationis suæ est q̄ si daretur corpus infinitum: aut esset circulare: aut rectum: & qualecunq; daretur: esset impossibile moueri: nam si esset circulare infinitum: non haberet medium/ circa quod ferretur: & q̄ nō haberet medium: probat aut quia omne habens medium habet extrema: & supple infinitum caret extremis: igitur caret medio. Aut quia circa medium reuoluitur corpus circulare: & ita circa aliquid finitum: modo omne quod circa finitum reuoluitur: est finitum: quare si infinitum reuolueretur circa medium: ipsum esset finitum: & non infinitum: & addit q̄ hæc secunda causa est magis propria supple huic scientiæ: q̄ prima: quia prima procedit per hoc quia caret medio/ & extremis: & ita est cōmunis mathematico & physico: secunda uero per hoc: quia caret medio circa q̄d reuoluitur: modo reuolui circa medium est proprium physico: & patet ipsum non posse esse circulare: quod uero nec rectum/ probat & inquit & si fuerit rectum & infinitum: necesse est ut locus in quo mouetur: sit maior eo: & ita erit unum infinitum maius altero. Secundo si esset rectum: oportet habere duo loca infinita: alterum in quo naturaliter moueretur: & alterum in quo ui moueretur: quod est impossibile. Ecce q̄ Aueroes in his uerbis fecit duas consequentias: prima est si daretur mobile infinitum motu recto: alterum infinitum esset altero maius: quam sic deduco q̄a ex sexto physicorum omne quod mouetur: semper fertur in spatio maiori se: omne enim q̄d mouetur: prius pertransit minus se: postea æquale sibi: & demum maius se. dabitur igitur spatiū infinitum maius corpore illo infinito. Secunda consequentia est/ si esset infinitum mobile motu recto/ darentur duo loca infinita: quorum alter esset extra alterum: consequens est falsum: quia ex quo illud est infinitum: totum occupat: & ita unus locus non potest esse extra alium: consequentiam deduco: quia si illud moueretur naturaliter ad unum locum: potest moueri uiolenter ad alium locum oppositum: omne enim quod naturaliter mouetur: potest uiolenter moueri loquēdo in motibus rectis. Deinde Aueroes ponens differentiam inter has duas rationes: distiguit de loco: & uult q̄ uno modo locus accipitur pro loco in quo mouet̄: & sic est spatium: in quo recta corpora feruntur: & hoc pacto sumit locum prima ratio. Nam si mobile recte daretur: esset spatiū dabile maius ipso mobili: ut deductum fuit. Alio modo accipitur pro loco in quæm fertur uel quiescit mobile: & sic loquitur secunda ratio: ubi enim mobile recte daretur: essent duo loca: alter ad quæm natura moueretur. Alter a quo moueretur: & ad quæm rediret uiolenter: & sic patent rationes.

Quæ Auero. com. lxx.
Optima
Dubi.
Sol'

Præterea siue natura habeant motum in rectum: siue ui moueatur: utroq; modo potentiam motricem infinitam esse oportebit. Nam quæ infinita uirtus est: infiniti est. & infiniti infinita. quare & id quod mouet infinitum erit. ratio autem est in his: quæ de motu: q̄ finitorum non habet infinitam potentiam: neq; infinitorum finitam.

finitam·Si igitur secundum naturam & præter naturam moueri contingit:erunt duo infinita:& quod mouet sic:& quod mouetur·

Secundo arguit q infinitum corpus non possit moueri motu recto:& inquit præterea siue infinitum natura habeat motum in rectum:siue ui moueatur:supple siue utroq modo:utroq mō potētiam motricem infinitam esse oportebit:est igitur consequentia: si aliquod corpus infinitū moueretur motu recto:oportet dare mouens infinitum/siue illud natura:siue ui moueretur· Deducit consequentiam:& inquit nam quæ infinita uirtus est:illa est corporis infiniti: & econtra corporis infiniti uirtus mouens est infinita:sic igitur consequentia patet/per hoc quia uirtus infinita non mouet/nisi corpus infinitum : & corpus infinitum non mouetur nisi a uirtute infinita· Quare si daretur mobile motu recto infinitum:mouens oportet esse infinitum : remittit autē se ad·vii·lib·physicorum/& inquit ratio autem est dicta in his quæ de motu uidelicet in·vii· physicorum:ubi dictum est q finitorum non est potentia infinita:neq infinitorū finita · demū epylogat rationem:& inquit si igitur secundum naturam & præter naturam ipsum infinitum moueri contingit:erunt duo infinita uidelicet & ipsum quod mouet sic motu recto:& quod mouetur: & ita dabuntur duo infinita:quod relinquit tanq̄ impossibile· Aueroes autem propter malas q̄s habebat translationes:aliter deducit consequentiam:est enim consequentia:si daretur corp9 mobile motu recto infinito:darentur duo infinita in actu·probat consequentiam : quia ubi daretur tale infinitum mobile recte:haberet duos motus/uiolentum uidelicet & naturalem: nam omne quod ui mouetur:etiam mouetur naturaliter:& econtra omne quod naturaliter mouetur:etiam ui moueretur:quare oportet habere duo mouentia:alterum a quo ui:& alterum a quo natura moueretur:igitur duo infinita mouentia:corpus enim motum infinitum non mouetur nisi a mouēte infinito· Verum hæc deductio pendet ex eius malis translationibus·Simplicius enim deducit ut nos deduximus· Vlterius Aueroes ponit differentiam inter hanc rationem:& rationem proximam:& ait in hac esse acceptam unam propositionem declaratam in physicis uidelicet q impossibile est corpus infinitum habere potentiam finitam : quia intendit per librum de motu:librum physicorum:ubi declarauit non posse potentiam finitam reperiri in corpore infinito:& sic uult q differentia sit ex usu propositionis prædictæ·Melius autem simplicius dicit q istæ duæ rationes differunt:quia prima deducit ad hoc impossibile q dentur duo loca infinita:quorum alter esset extra alterum·Hæc autem secunda deducit q dētur duo corpora quorum unum esset extra aliud·quare prima ratio procedit ex parte locorum·Secunda autem ex parte corporum· Dicitur autem hæc secunda ratio logica:quia procedit ex cōmuni proprietate infiniti corporis quod scilicet non habeat extra se aliud corpus æquale:& hoc uidetur physico & mathematico cōmune·Sed occurres quia non uidetur impossibile esse duo infinita alterius rationis : quorum alterū est corporeum:alterum uirtus extra corpus:ut est deus·Potest dici q impossibile ad quod deducit est dari duo corpora infinita:ut dicit simplici9 quoniam si daretur aliquod corpus mobile motu recto infinitum:illud non potest moueri nisi ab alio corpore:omne enim corpus motum motu recto:mouetur a corpore:secus de circulari:quare si corpus motum erit infinitum:corpus mouens erit infinitum:& ita dabuntur:duo corpora infinita:quod est impossibile · quia extra infinitum nihil est·

Expositio·

Quæ Aueroes com·lxxi·

Dubi·

Sol·

Præterea mouens infinitum quid est? Nam si ipsum quidem seipsum mouet : animatum erit·Hoc autem quo nam modo infinitum animal esse potest · Sin autem quid aliud sit ipsum mouens;duo erunt infinita;& mouens:& motum forma atq potentia diuersa ·

Sed obiciet quispiam dicens corpus infinitum moueri motu recto a se:& non ab alio corpore extrinseco:ceu animal mouet se a se:& sic non sequeretur esse duo corpora infinita · Contra obicit: & inquit præterea mouens infinitum quid est? Nam si ipsum quidem se ipsum mouet:animatū erit·hoc enim proprium est animalium:ut se ipsa moueant·quare sequeretur illud infinitum esse unum animal infinitum:quod impossibile esse ait hoc autem supple infinitum quomodo infinitum animal esse potest:omne enim Animal habet determinatam figuram: & determinatā proportionem partium ad totum:quæ infinito repugnant:patet igitur dici non posse infinitū mouere se·Propterea repetit rationem:& inquit sin autem quid aliud sit ipsum mouēs supple ab ipso infinito moto:redibit ratio tacta uidelicet q duo erunt infinita uidelicet & mouens corp9:& motum corpus diuersa forma hoc est specie:atq potentia:specie quidem:quia mouetur est actus

Expositio·

Quae Alex. & simplicius.

Quae Auero. com. lxxii.

motum potentia: potentia uero: quia mouens est potentia actiua: motum uero passiua. Alexander autem ut refert simplicius eodem modo expōit hunc locum: phylosophus enim probauit nō esse infinitum corpus: quia darentur duo infinita. ideo potest dubitari: q. non sequitur: nisi ubi infinitum poneretur inanimatum. Modo aduersarius dicet dari infinitum animatum: quod mouet se. Modo contra hoc arguit Aristoteles ut inquit Alexander: q. eo dato daretur animal infinitum: & Aristoteles non ostendit falsitatem consequentis. Sed Alexander & simplicius illam demonstrant: primo quia in libro de anima demonstratum est omne animal esse figuratum: cū animal sit corpus physicum organicum: & ita figuratum. Vnde in definitione animae dicitur q. est actus corporis physici organici. Secundo quia in omni animali partes habent certam proportionem ita ut oculus sit capite minor: & omnes partes minores toto. Vbi autem animal esset infinitum: partes nullā haberent ad totum rationem/nec inter se: quia tam caput q̄ oculus esset infinitus. Aueroes autem arguit syllogismo hypothetico hoc pacto. Cum omne quod mouetur: ab aliquo moueatur: quaeritur an mouens est animatum: aut inanimatum. non animatū: quia tunc esset animal infinitum. Si inanimatum: erunt duo corpora infinita uidelicet mouens & motum: quae differunt natura/ut dictum est idest specie. Quod si non differunt specie: tūc sequitur aliud impossibile uidelicet q. corpus mouens & motum erunt eiusdem speciei. & hoc ait: & innuebat per hoc aliud impossibile uidelicet q. si natura alicuius formae erit innata esse in corpore infinito: tunc natura formae erit eadem idest eiusdem speciei: quasi dicat si mouens & motum non differunt specie: forma eorum erit eiusdem speciei. Tenet consequentia quia diuersitas formarum arguit diuersitatem dimensionum & materierum: & igitur identitas formae arguet identitatē corporum. quare corpus mouens & corpus motum si non differunt specie: erunt eiusdē formae atq; speciei: patet igitur (ut dicit) q. si fuerit animal supple erit mobile perse: & econtra si mobile p se: erit animal: & propterea subdit si igitur fuerit rectum: contingeret ut sit aut animatum: aut inanimatum: & si animatum: erit animal infinitum: & si inanimatum: & fuerit rectum: contingūt: quae dicta sunt uidelicet ut sint uel duo loca infinita: uel duo corpora infinita: & ideo (ut ait) tacuit complures harum diuisionum: & non collegit illas ad syllogismum hypotheticum diuisiuū quia patet syllogismus de perse.

Verbū corpora suppletū est

Ferē est uerbum additū.

Si autem uniuersum non sit continuum: sed ut democritus dicit ac leucippus: corpora uacuo sint distincta: unum omnium esse motum necesse est. Nam figuris q. dem distingui. naturam autem ipsorum unam esse dicunt: quemadmodum si aurum unumquodq; seperatum esset. horum autem (ut dicimus) necesse est unum esse motum. quo namq; una glebba fertur: eo & uniuersa terra mouetur. & totus ignis atq; scintilla eundem ad locum feruntur. Quare si cuncta grauitatem habent. nullum corpus simpliciter leue erit. Si autem leuitatem; nullum graue erit.

Expositio.

Quidam (ut democritus & leucipus) infinitum concesserunt: sed non continuum: immo discretum per interpositionem uacui: dixerunt enim athoma idest indiuisibilia corpora non posse inuicem coniungi/nisi uacuo mediante. Obicit igitur contra hos/& ostendit non dari taliter infinitum: quia secundum horum positionem: sequitur omnium esse unum motum. Deducit consequentiam per dicta ab eis: quia uoluerunt haec indiuidua corpora infinita esse distincta inuicē solūmodo per figuras inquantum unum eorum est pyramidale: aliud sphericum: aliud cubicū: & id genus. tamen dicunt omnium eorum esse unam naturam: & per exemplum declarat quod dixerat: & inquit quemadmodum si aurum unumquodq; seperatum esset supple in plura ac infinita athoma aurea: horum autem (ut dicimus) necesse est unum esse motum: supple uelut omnium illorum corporum una est natura. & hoc exemplo adhuc magis declarat. quo nāq; una glebba fertur: eo & uniuersa terra mouetur: & totus ignis atq; scintilla ad eundem locum feruntur. q̄ ratio docet omnium illorum corporum esse eundem motum: quia eorum omnium eadem est natura. Ideo concludit quare si cuncta grauitatem habēt: nullum corpus simpliciter leue erit. Si autem cuncta habent leuitatem: nullum graue erit. non igitur datur infinitum discretum per solā uacui interpositionem distinctum: ut democritus & leucippus dixerunt. Auer. autem in praesenti cōmento primo ponit continuationem & inquit cum declarauit q. corpus infinitum impossibile est esse: hec fuit conclusio. repetit rationem sūmatim & inquit quoniam si fuerit tale infinitum: aut est simplex/ut aelemētum: aut compositum ut mixtum; & declarauit q. si fuerit mixtū: oportet

Quae Auero. com. lxxiii.

oportet dare q. in eo sit simplex aliquod infinitum in magnitudine/aut plura:uel specie infinita uel eadem specie:& numero infinita:Mixtum enim non potest esse infinitum nisi uel quia unũ simplicium componentium est infinitum:uel quia plura simplicia sunt infinita: & hoc uel quia sunt specie eadem:& numero ifinita:uel quia sunt specie infinita·aliter(ut ait)nullus modus esset propter quem compositum atq; mixtum esset infinitum·Deinde addit quid uelit nunc facere Ari·& inquit & quia aliquis posset dicere q. possibile est compositum mixtum esse infinitum ex corporibus finitis magnitudine/finitisq; specie:ita q. sint idiuiduo ac numero infinita:ut corpora athoma:quæ ponit democritus:ille enim posuit hæc corpora omnia eiusdem naturæ ac spẽi· Sed numero infinitas·Imo ponit illa uacui interpositione distincta:ideo incepit cõtradicere huic põi·hæc est continuatio:& intentio·deinde ponit Aueroes qualiter Aristoteles arguit contra hos:& primo sic:hæc athoma sola figura differunt:igitur non differunt specie:tenet argumentũ quia differentia accidentalis sola non est specifica·Vltra non differunt specie:igitur sunt eiusdez speciei:tenet consequentia ex constantia subiecti·Hæc enim specie non differunt & sunt: igitur sunt eiusdem speciei·Vltra igitur omnia hæc sunt eiusdem motus specie : & ita omnia uel erunt grauia:uel leuia:quare solum unum simplex corpus daretur:ita ut si illud sit leue: graue nõ erit· si graue:non erit leue·Deinde Auero·parte illa & hoc quod dixit:Intendit reducere opinionem horum ad contradictionem/ut themistius ait:quia ex hac positione sequitur unum ælementum specie tantum esse:& plura ælementa specie esse·Primum ualet:quia omnia hæc sunt eiusdẽ naturæ secundum eos·secundum uero:quia tres sunt motus specie:& ita plura simplicia specie·Vnde inquit & hoc quod dixit/uidelicet plura essẽ ælementa:& non sequitur positionem:quæ dicit hæc athoma esse infinita:sed sequitur positionem Aristoteles quæ dicit hæc athoma esse ælementa totius idest mundi:quia enim sunt ælementa mundi sequitur quatuor esse ælementa:& quintum corpus·& propterea extimatur q. non sequitur proprie eorum positionem : sed magis illud quod dictum est:quia sunt ælementa totius·habetur igitur una pars q. non tantum unum sit elementum·Deinde ostendit ex positione eorum:q. unum est ælementum:& inquit & hoc scilicet unum esse ælementum sequitur expositione eorum:quæ dicit illa athoma esse infinita numero: specie eadem·Nam cum fuerint infinita:nihil reperitur extra illa:nam extra infinitum nihil est & quia differunt figura tantum:ideo omnia sunt eiusdem speciei:& ita omnia sunt specifice unũ ælementum:& propter hoc dixit themistius in hoc loco conclusio quam intentabat concludere uz q. oia athoma essent unum ælementum:imo sequitur athomorum nãm non esse unam:quia ex quo sunt ælementa mundi:oportet illa essẽ ad minus quinq;: uidelicet quatuor corruptibilia: & quintum corpus:patet igitur illos sibi contradicere·

Præterea si grauitatem habent:aut leuitatem:ipsius uniuersi erit aliquid·aut ultimum:aut medium·Hoc autem est impossibile:ipso existente infinito·

Expositio·

Scdo arguit cõtra eosdẽ enthimematice:& inqt pterea si supple athoma corpora hñt grauitatẽ: ita ut oia essent grauia:aut leuitatẽ:ita ut oia essent leuia:ipsius uniuersi supple infiniti:cui⁹ sunt ælia interpõe uacui distincta:erit aliqd aut ultimũ supple si illa oia essent leuia:ad qđ mouerenẽ oẽ·n·leue mouet̃ ad ultimũ:quod est cœli cõcauum·aut erit mediũ:si illa athoma oia erunt grauia:ad qđ ipsa mouerent̃·destruit cõseques dicẽs hoc ãt est impoĩe ipso uniuerso existente infiniti:infiniti·n·neq; mediũ:neq; ultimum secundum naturam dari potest·patet igitur athoma ipsa nec posse esse grauia omnia:nec leuia sola·

Præterea oĩo ubi nõ est mediũ aut ultimũ:nullus erit latiõis locus corporibus hic qdẽ sursum:ille ãt deorsum·at hic si nõ sit:motus nõ erit·necesse est·n·moueri aut pter naturã:aut scdum naturã·hæc ãt definita sunt ,ppriis alienisq; locis·

Præterea &

Expositio·

Sed quia ,pxima ratio erat magis ad hominẽ:ideo simplr ostendit uniuersum non esse infinitum quia ubi uniuersum esset infinitum:illic non esset medium:quod est grauium locus:nec ultimũ: quod est leuium locus:Immo omnino sequitur ubi non est medium:aut ultimum:nullus erit lationis locus corporibus hic quidem sursum : ille ãt deorsum·at hic locus si supple nullus sit: motus non erit deducit : quia omne quod mouetur : aut præter naturam:aut ſm nãm mouet̃·Hæc aũt propriis alienisq; locis descripta sunt·nã ea mouent̃ nã:quæ ad ,ppria loca ferunt̃: ea mouentur præter nãm: quæ ad aliena loca mouent̃:patet igit̃ q. si uniuersum sit infinitũ:in eo nec erit medium:nec ultimũ·ubi nec medium:nec ultimum : nullus erit locus·ubi nullus locus:nullus

erit motus:quia nec naturalis: q eſt ad proprium locum:nec præternaturalis: qui eſt ad alienū locum·Quo uero ad uerba attinet: debes ſcire q. Ariſtoteles præſuponit eſſe deductum adhoc q. dato infinito nec eſſet ultimum:nec medium:& poſtea arguit ubi omnino nullum horum ſit: nullum locum eſſe:nec motum·Hunc textum igitur ſic intellexerunt Alexander: & ſimplicius·

Quæ Auero· cō·lxxiiii· Auerroes autem reſoluit hos textus in ſyllogiſmos & uis primi eſt in cameſtres ſic omne corpus aut graue:aut leue eſt contentum ab aliquo extrinſeco corpore:graue quidem/quia eſt in medio continetur a leuibus·leue autem quia eſt in ultimo:continet a cœlo·infinitum non eſt contentum ab extrinſeco corpore:igitur infinitum corpus nec eſt graue/nec leue·Secundo arguit Aue· ſi uniuerſum eſſet infinitum:illius nullum eſſet medium:& ita nec circumferentia: & ita nullus eſſet illic locus:& ita nec motus:cum omnis motus ſit ad locum· Vnde hæc propoſitio corpus infinitum eſt:in loco implicat contradictionem:quia ex prædicato infertur oppoſitum ſubiecti· & ex ſubiecto infertur oppoſitum prædicati:& probatur in cōmento : nam ſi corpus infinitum eſt in loco:ergo loco circumſcribitur:& ita erit finitum:quare ex prædicato infertur oppoſitū ſubiecti:item ſubiectum infert oppoſitum prædicati:nam ſequitur eſt infinitum:igitur nullo circumſcribitur:& ita non erit in loco·patet igitur propoſitionem hanc implicare contradictionem·

Præterea ſi ubi præter naturam manet aliquid : aut fertur : neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundum naturam:quod quidem ex inductione credibile eſt:neceſſe erit profecto non omnia aut grauitatem:aut leuitatem habere:ſed alia quidem habere:alia autem non·

Habeт̄ uerbū additum·

Expoſitio· Vltimo arguit:& facit talem conſequentiam:ſi locus præternaturalis uni:eſt naturalis alteri: ſequitur non omnia athoma eſſe leuia:aut omnia grauia:ſed quædam leuia:quædam grauia· Vnde inquit præterea ſi ubi præter naturam manet aliquid:aut fertur aliquid: neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundum naturam:quod quidem ex inductione patet: nam locus qui eſt leuibus præternaturalis:eſt grauibus naturalis:& econtra:ſi inquam ita eſt:neceſſe erit profecto non omnia aut grauitatem:aut leuitatem habere·Sed alia quidem habere:alia autem nō habere:unde ſyllogiſmus hypotheticus erit ſic:ſi erunt loca naturalis & præternaturalis : corpora erunt non eiuſdem naturæ:ſed ſunt loca naturalis & præternaturalis ; quia leuia deorſum uidemus præternaturaliter ferri·grauia uero ſurſum uiolenter moueri · item uidem9 grauia deorſum natura ferri:leuia ſurſum:ſequitur non omnia eſſe eiuſdem ſpeciei ·

Vniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe:ex hiſce perſpicuum eſt·

Expoſitio· Vltimo epylogat:dicens uniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe ſupple nec numero: nec magnitudine:ex hiſce perſpicuum eſt:ſupple rationibus naturalibus:& logicis·Auer·autem

Quæ Auerr· cō·lxxv· aliter præcedentem textum introducit:ait enim uidetur q. ſermo iſte eſt ad affirmādum quādā propoſitiones:quas diximus ante accepit enim q. omnis motus aut eſt a medio:aut ad medium· & aliquis poſſet dicere hoc eſſe uerum in motibus naturalibus:& non in accidentalibus ſiue uiolentis·nam ſuperius & inferius eſt loca motus naturalis:inferius quidem grauium· ſuperius aūt leuium:& ita ſequitur q. qui negat ſurſum & deorſum:negat motus naturales:non autem præter naturales:qua ratione dici poſſet infinitum moueri motu præternaturali : non autem naturali: quia ad ipſum eſſe ſequitur ſurſum & deorſum loca non eſſe:& ita ſequitur naturalem motū non eſſe:cum quo tamen ſtat eſſe motum uiolentum·Obicit autem huic cauillo Ariſtoteles ſecundū Auerroem:quia omnis locus præternaturalis eſt naturalis:& econuerſo omnis naturalis eſt præternaturalis:& intellige reſpectu diuerſorum nam cœli concauum eſt locus grauibus præternaturalis:leuibus autem naturalis·Medium autem eſt grauibus naturalis locus·leuibus uero præternaturalis:quare ſi eſſet corpus infinitum:illud moueri non poſſet:quia nō motu naturali: qa nullus eſſet locus aut ſurſum:aut deorſum:nec motu uiolento: quia eſſet locus uiolentus:igit̄ ille met eſſet naturalis:& per cōſequens eſſet aut ſurſum aut deorſum·Hæc de infinito ſcribit Ariſtoteles reliquum eſt ad cedere ad queſtionem de unitate & pluralitate mundorum·


Nunc autem & cur plures cœli non ſint:dicamus ; hoc enim conſiderandum diximus eſſe:ſi quis de corporibus uniuerſaliter demonſtratum eſſe nō arbitretur extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe·Sed ſermonem dumtaxat dictum eſſe putet de his corporibus:quæ indefinite ponuntur ·

Expoſitio· Nunc uero an plures numero cœli ſiue mundi ſint:uult agredi:duæ enim de mundo ipſo ut dicebamus eſſe poſſunt qōnes:& circa molem:an uȝ mole ſit infinitus:& circa numerum:utrū nūō

fint ipsi mundi infiniti:quod nunc proponit agere:hoc enim in octaua sūma præsentis libri tra/ctare proposuit:ut dixit Aueroes·Sed uidetur hæc questio quasi inutilis atq; superflua : declara/uit enim cœlum siue mundum omni ex parte esse mole finitum: extraq; cœlum nec esse uacuū nec plenum:hinc uidetur sequi unum tantum numero esse mundum:igitur præsens octaua sum ma de mundorum numero uidetur superflua·Respondet Aristoteles q; sermo dictus fortasse p/bauit extra mundum nullum esse corpus uacuum infinitum:& sic uidetur sermo ille solum locū habere de corporibus infinitis:at potest dici q; licet extra mundum non sint corpora infinita:ta men sunt alii mundi numero quidem infiniti:& plures:mole uero finiti · ut dixit anaximander Milexius thaletis discipulus:& anaximenis doctor·hic enim innumeros mundos esse suasit : & sic nunc de numero mundorum agredi non uidetur superfluum:cum ex determinatiōe questio/nis dictæ:adhuc non sit questio de numero mundorum soluta : quia cum illius questionis solu/tione/stat questio præsens·Inquit nunc autem & cur plures cœli siue mundi non sint: dicamus·Vranos enim apud græcos non tantum pro mundi parte : quæ est corpus cœleste/ accipi solet: sed etiam pro uniuerso·Quo uero ad uerba græca attinet uerbum illud nunc:græce ect quod licet sonet ad nos propterea uel qua propter:in nostro sermone sonat ut transtuli·posita in tentione soluit questionem dictam de inutilitate præsentis sūmæ:& inquit hoc enim considerā/dum diximus esse:si quis uniuersaliter de corporibus demonstratum esse non arbitretur extra mundum hunc nihil ipsorum esse posse:sed sermonem dumtaxat dictum esse putet de his corpo ribus:quæ indefinite ad inmensum ponuntur:& sic questio hæc est utilis supponendo solum es se probatum extra mundum non esse aliquod corpus infinitum·quia adhuc restat questio:si sint plures extra hunc mundi mole finiti·

Oīa itaq; & ui & natura·& manēt & ēt mouenť·Quo qdē in loco nō ui manēt:in eū sc̄dum naturā ferunť·& ad quē nō ui ferunť·in eo quoq; natura manent·Quo uero in loco ui manēt:ad eū ēt ui ferunť:& ad quē ui ferunť:in eo quoq; ui manēt·Præterea si hæc latio ui inest:contraria competet sc̄dum naturam·

Nunc de proposita intentione exequitur:& sumit suppositiones:prima est omnia mouentur & qescunt/& ui & ēt natura mouentur & quiescunt·Deinde hanc suppōem exponit: & inquit quo qdem in loco non ui manēt:in eum mouenť f̄m naturā:ut quia terra non ui manet in medio: ad mediū natura ferť·contra ēt ad quē non ui ferunť:in eo quoq; natura manēt· Quo uero in lo co ui manēt:in eū ēt ui ferunť:ad quē ēt ui ferunť:in eo quoq; ui manent: ut qa terra in concauo ui manet:in cōcauo ui ferť:contra ēt qa in cōcauū ui ferť:in cōcauo ēt ui manet·Hæc est declara tio primæ suppōis:nō sc̄da suppō/ut iuniores autumāt·Sc̄da suppō cuicūq; hæc latio ui cōpetit: eidē latio illi cōtraria natura cōpetet:ut qa mot⁹ e medio terræ ui cōpetit:iccirco mot⁹ad mediū nā sibi cōpetit·Hæc est sc̄da suppō·Aue·uero primo quo ad uerba græca attinet uult Ari· sūpsis/se cœlū p uniuerso mūdo:nā apud græcos ut dixim⁹ uerbū uranos ut Ari·postea textu cō·xcvi· dicet cōsueuit sumi trifariā:p uniuerso mūdo:p nexu oīum cœlo:p primo mobili:qd apud pe/ patericos est orbis stellifer⁹·Quo uero ad ordinē qōnū uult qōem de mundo nūo eē post qōe; de finitate·cui⁹ ordinis cām afferre ur/ex eo qa scito q; mūdus sit mole finit⁹:mox surgit appeti/tus scire an nūo sit finit⁹ & un⁹ tm̄:ubi·n·primo nō sciret esse mole finitū:hæc qō nō emergeret qa si eēt infinit⁹ occupās oēm locū uerū & polēm atq; imaginariū/pculdubio: nō esset necesse q̄/rere de mundo nūo·igiť soluta qōe prima:emergit sc̄da apud appetitū rōnale· Addit tm̄ q; hæc sc̄da qō est nobilior & difficilior prima·nobilior quidē rōe obiecti qa imediate ducit ad unitatē primi motoris·difficilior uero primo ex pte modi pcedēdi : nā prima qō absoluta fuit demōe a priori:hæc āt demōe a posterio ri·Sc̄do primā absoluit plurib⁹ demōib⁹·hūc uero paucioribus⁹· est ēt difficilior ex pte nr̄a:qa primā qōem qsi sensu terminam⁹ at q; extra mūdū hūc nō sit ali⁹ mūdus:nō sensu cerni pōt· Ad/dit ho oēs has suppōes eē pse notas & uti pricipiis sensilis·Hec ex cōmē·Sed circa lr̄am emergit dubitatio:qa nō uř uerū oīa & moueri & qesceř/& uiolēter & nālr·prio nō de deo:q est de nūo oiu;·Sc̄do nō de corporib⁹:qa cœli mouenť tm̄:& nō qescūt:& si mouenť:nō uiolēter moueri pn̄t·dici pōt uerbū Ari·eē audiē dū p̄sse u; de corporib⁹:& nō de oibus:sed solū infra orbem lu/narm cōten tis·at si uis ipsum fusius intelligere:subdisiunctione audiendū est:ut placet Auero·



Expositio·

Quæ Auero· cō·lxxvi·


Dubi·pri·

Sol'

Seda dubi. Secundo dubitant: quia motus terræ supra hemisphærium nostrum uidelicet ab a per b in c est uiolentus glebbæ terræ: contrarius autem ab ipso c per b in a non esset naturalis. dici potest uel q. ille ab ipso c per b in a non est illi contrarius: quia circulari non est circularis contrarius: aut q. forte illi contrarius est rectus deorsum Aut si est in orbe cœli erit nõ naturalis terræ ab ipso motu totius cœli. Vel si est infra globum lunæ uerbum Aristotelis est uerum in motibus simplicibus: qualis non esset ille terræ supra illum hemisphærium sub luna.

Si adhoc itaq; medium illinc ui terra fertur: hinc illuc secundum naturam ferretur: & si hic terra non ui manet: etiam huc illinc sane ipsa ferretur: unus enim corporis una est secundum naturam latio.

Expositio. His sumptis arguit primo sic si plures essent mundi ut a b plures essent terræ ut o o. destruatur consequẽs: sed nõ possunt esse plures terræ. igitur nec plures mũdi. probatur minor: quia ubi essent plures terræ: aut terra in hoc nostro mundo manet secundum naturam: aut ui. Si quidem ui hic manebit: ad illũ natura ferretur per suppositiones: igitur altera terra superflua ac uiolenta. at si hic



secundum naturam manet: illa huc mouebitur: & illic uiolenter stabit: & ita illa frustra ac superflue esset. Inquit si adhoc itaq; medium illinc ui terra fertur: hinc illuc secundum naturam ferretur & sic hæc terra uiolenta hic/atq; superflua: & si hic terra non ui manet: sed naturaliter: etiam huc illinc sane ipsa ferretur: & sic ibi uiolenta esset/atq; superflua. igitur non possunt esse plures terræ: & sic patet minor: & quia quis dicere posset terram hinc illuc natura ferri: contra etiam illinc huc ferri natura: addit unius enim corporis una est secundum naturam latio: & sic hi duo motus non possunt competere uni naturæ. hic est intellectus uerborum Aristotelis: non ut iuniores intelligunt. Aueroes autem utitur syllogismo sic si sint plures mundi/& terra unius ad medium alterius mouetur: tunc terra uiolenter ferretur ad medium: & naturaliter recederet a medio. Hoc est impossibile: igitur & antecedens. Deducitur consequentia. nam terra unius mouetur naturaliter ad medium alterius cum sit unius speciei cũ illa: & sic naturaliter recederet a medio nostro: & uiolenter accederet ad medium illud: quia uiolenter accederet ad concauum cœli: per qd fertur in medium illud: & sic uiolenter accederet ad illud medium. Hæc Aueroes: tamen probatio nostra est optima.

Quæ Auero. cõ. lxxvii.

Præterea cunctos mundos ex eisdem corporibus constare: quæ sunt eiusdem naturæ: necesse est. corporum etiam unumquodq; eandem uim habere rursus necesse est. ut terram ignem & ea quæ inter hæc sunt. Nam si ea quæ hic & illic sunt: æquiuoca sunt: hoc est non eadem forma dicuntur: uniuersum etiam: quæm mundum appellant: æquiuoce dicetur. perspicuum igitur ipsorum aliud e medio: aliud ad medium aptum esse suaptenatura ferri: quippe cum ignis omnis eiusdem est speciei: & unumquodq; etiam cœterorum. ueluti etiam eæ partes ignis quæ hoc in mundo sunt.

Expositio. Non hic nouam & secundam affert Aristoteles rationem: ut iuniores autumant: sed cauillum ad uersus primam refellit: potest enim prima ratio hunc in modum cauillari: q. nec terra illa ad hãc nec hæc ad illam ui aut natura fertur: quoniam sunt terræ alterius speciei: & moueri suaptenatura ad suum medium aptæ. Obicit nunc Aristoteles: Quod si ita esset: tunc corpora illa: ex quib9 ille constaret mundus: & corpora hæc: ex quibus hic noster constat: alterius essent speciei: & ita mundi ipsi etiam alterius erunt speciei: quod est contra anaximandrũ & democritum: qui plures esse mũdos fatentẽ eiusdẽ spẽi: ut sub hoĩe plures hões nũo. Primo ꝓpõit ueritatẽ rei cõtra cauillũ; Scdo illã ꝓbat ducens ad inopinabile: & inqt præterea cũctos mundos ex eisdẽ corporibus constare: quæ sunt eiusdẽ naturæ: necesse est: corporꝫ ẽt unũquodq; eandẽ uim hr̃e rursus necesse ẽ; ut oẽs terræ oẽs ignes: & oĩa cœtera hñt. est igĩ ueritas q. illa & hæc corpa sũt eiusdẽ spẽi. deinde

hac ueritate proposita: probat illam ducendo contra positionem & ad inopinabile: & inquit: nã si ea quæ hic & illic sunt: æquiuoca sunt: hoc est non eadem forma dicuntur: uniuersum etiã: quẽ mundum appellant: æquiuoce dicetur: quod est præter illorum opiniones: & sic duxit ad inopinabile. hoc confutato/epylogat ueritatem dictam/& uim rationis recapitulare uidetur: dicens: perspicuum igitur ipsorum aliud e medio: aliud ad medium aptum esse suaptenatura ferri: quippe cum omnis ignis cum omne igne eiusdem est speciei: & unumquod etiam cæterorum cũ suo simili: ueluti etiam eæ partes ignis quæ hoc in nostro sunt mundo sunt eiusdem speciei: & sic cauillus nullus: & ratio dicta efficax.

Insuper etiam hæc ita sese habere necessario iis ex suppositionibus patet: quas de motibus prius dedimus. Nam & motus ipsi finiti sunt; & unumquodq; elementorum per unumquæmq; motuum dicitur.

Confutauit cauillum probando illa corpora & hæc eiusdem esse speciei ducens ad inopinabile: nunc idem probat ratione ex dictis suppositionibus uigorata/hoc modo: Quot sunt motus simplices specie: tot etiam corpora simplicia sunt: & esse possunt. Tres sunt tantum motus specie: ad medium grauium: e medio leuium: circa medium corporum neq; grauium neq; leuium. igĩt omnia corpora siue mundi sint plures: siue unus erunt specie tria: & ita terra illa/& hæc eiusdẽ sunt speciei: & in cæteris idem inquit insuper etiam hæc ita sese habere necessario iis ex suppositionibus nunc patet: quas de motibus prius ad uenandum quintum corpus dedimus. Nam & motus ipsi specie finiti sunt; & unumquodq; elementorum per unumquemq; motuum dicitur/atq; speciem sortitur: ut dicebatur. Ambigerent forte iuniores: quia Aristoteles arguere debet demõstratiue: & tamen ducit ad inopinabile: & sic uidetur dialectice disputare. Innuit Auerroes solutionẽ dicẽs & hæc propositio non fuit manifesta per se: sed acquiritur demonstratione: & sic nõ modo ex concessis: sed etiam ex demonstratione propter quid demonstratur. corpora namq; siue uni⁹ sint mundi: siue infinitorum omnia in tres naturas diuiduntur pro numero trium motuum: qui specie differunt u; e medio/ad medium/& circa medium: & sic hanc rem probat demõe ex cõcessione: & demõe simpliciter est autem mediũ ut inquit ob corpus cœleste: nam sic desinitur medium: q. est e quo lineæ ductæ ad circũferentiam sunt æquales. Sphæricũ est: est pp medium: quia sphæra est circulus e cuius medio ad circũferentiam oẽs lineæ ductæ sunt æquales. ecce q. medium & sphæricum sunt quodãmõ ad aliud: & mutuo referunť: & sic unũ pp aliud est. Dicit tertio q. eiusmodi duæ rões: qbus unitatẽ mundi ꝓbat: drñt: quia prima ex concessis est ab aduersariis: scda ex necessariis. Scdo prima est notior: secunda efficatior: uerũ secunda uirtute ac implicite & in potẽtia continet in prima: tñ in calce textus eã explicabit. Tu uero ex iis potes ad formã respõdere. Hæc Aue. ad dubitationẽ. Theologi uero nostri & sectæ Aue. tenent q. deus plures põt facere mundos: & non mõ plures: imo hũc quẽ fecit augere in melius: & tunc ad rõnem Ari. respondẽt negando terrã illius ad medium nr̃um: aut ecõtra moueri: qa terra non pro sui ipsius nã ferť: sed pro ipsius opificis uoluntate & ordine: Nã ut est rei ueritas oẽ ens citra deũ est cõtingẽs: atq; nihil necessariũ ṗter deũ: qua rõne fit ut terra nõ necessario adhoc uel illud ferať mediũ: sed ad illud: ad qd ipsam ferri de⁹ præcõcipit: aut rõne æterna cõstituit. Hæc theologi & sapiẽ: aduersus hos Aue. non arguens: excusat se asserens officiũ & hon⁹ cõtradicẽdi theologis cõuenire methaphysico: cui⁹ uirtus est destruere uerba sophistaꝝ: uocat ãt theologos sophistas: qa tenent opposita principioꝝ scientiæ naturalis. Sed re uera Aue. ignorans huius ueritatis cõfutationem: in hæc prorupit. Tu uero cõfutationes nr̃as cõtra eum lege in lib. destru. destru. quæ licet fuerit iuueniliter & minus perite dictæ: sunt tamen acutæ: & inuentione plene.

Quare si mot⁹ iidẽ sunt: & elẽta sint eadẽ ubiq; necesse ẽ. partes igiť terræ quæq; ĩ alio sunt mũdo ad hoc mediũ aptæ erũt ferri. & ignis ẽt q ibi est: ad hoc ultimũ. at impossibile est. Nam si hoc eueniet: sursum quidẽ terram suo in mũdo: ignẽ uero ad medium ferri necesse est. Simili rõne & terram quæ est hic e medio secũdũ naturam ferri alterius mundi mediũ petentem necesse est: propterea q. ipsi mũdi inter se talem habent posituram.

Ex iis q̃ nũc dixit colligit suppõem: q̃ cauillus elidebať: & inqt q̃re si mot⁹ eidẽ sunt/& eiusdem spẽi: & tres: ẽt elẽta sint eadẽ ubiq;: & tria spẽ necesse ẽ: hæc ẽ suppõ: & cauilli cõfutatio. deĩde syllogizat epylogãdo dictũ syllm: lz hic illũ alia forã cõficiat: tñ in re un⁹ est: & sylls cõponiť sic quæcũq; sunt eiusdẽ spẽi cũ elẽtis hui⁹ mũdi: mouenť ad loca ad quæ hæc mouenť; ut aliq ad mediũ

Expositio.

Quæ Auero. cõ. lxxviii.

Põ theolo:

Quæ Auero. cõtra theolo.

Expositio.

huius:aliqua ad ultimum huius utpote concauum huius:aliqua circa mediū huius. Sed ælementa alterius mundi pro nunc declarata sunt unius & eiusdem speciei cum elementis huius. igitur mouentur ad loca:ad quæ hæc elementa mouentur:ut aliqua ad medium huius / aliqua ad ultimum huius:aliqua circa medium huius. huius rationem dat ex dictis conclusionem tantum / & inquit partes igitur terræ:quæcq in alio sunt mundo adhoc medium aptæ erunt ferri : & partes ignis etiam:qui ibi est:ad hoc ultimum sunt aptæ ferri. hæc est syllogismi conclusio. Deinde destruit illam ut inferat oppositum antecedentis:& inquit at impossibile est : Nam si hoc eueniet: sursum quidem terram suo in mundo:ignem uero ad medium ferri necesse est. Nam terra illa ad hoc nostrum proficiscens medium:sursum peteret. ignis uero ad ultimum istius:deorsum proficisceretur. simili ratione & terram quæ est hic e medio secundum naturam ferri alteri⁹ mundi medium petentem necesse est. propterea q. ipsi mundi talem habent posituram : ut conuexa eorum iuxta iaceant / hoc modo ut medium unius distet a medio alterius:sic ut terra non possit ad medium alterius moueri quin recedat a sui medio uersus extremum eius. Debes scire primo q. syllogismus ad impossibile interdum est propter maiorem:interdum propter minorem: interdum ꝑpter utrasq:aliquando uero ob fundamentum e quo præmissæ per plura intermedia proficiscuntur. & hoc modo est hic Aristotelis syllogismus:nam eius impossibile non est imediate propter præmissas:sed ob fundamentum e quo præmissæ per manus emergūt:uidelicet quia plures sunt mundi & eiusdem speciei. Secūdo debes scire q. dicta ratio quatuor modis potest cauillari:primo respondendo hæc & illa elementa specie differre. qua ratione non est necesse ut terra illa ad hoc medium uel hæc ad illud feratur. Secundo respondendo medium huius & medium illius specie differre:quo etiam fit ut terra illa non adhoc feratur medium:nec hæc ad illud. Tercio respondēdo media hæc naturali differentia differre:quæ sufficit ut ipsæ terræ non moueanť indifferenť: ut enim naturalis ethiopum locus est clima primum:& non quartum : sic quocq medium huius est naturalis locus istius terræ:illud autem illius. Quarto respondendo hæc media nimium distare:quæ intercapedo causa est:ut illa nec ad hoc medium:nec hæc ad illud feratur. hi sunt omnes cauilli:quorum primum Aristoteles hactenus refellit:cœteros uero suo loco refellem⁹. Quo uero ad uerba attinet Aueroes obseruat uerbum illud suum: quod græce est :latine etiam proprio:quia posset quispiam dicere quor Aristoteles dixit terram esse aptam moueri sursum in suo mundo:uidetur enim q. incongrue adiecit suo:quia neuter mundus erit suus: quuз sit ipsa moueri apta ad quæmlibet. Præterea uidetur ut ille e quo moueť sit suus:nō hic ad quæm mouetur:igitur male dixit ad suum. ait Aueroes Aristotelem non inepte adiecisse suum:quia cū posuerimus ipsum esse de natura istius:iste erit suus mundus necessario : ita ut ambo habeantur pro propriis omnibus:sunt enim eiusdem speciei:ideo hic mundus est terræ illius : & ille terræ istius:& sic illa terra potest dici moueri illinc ad suum si mouetur ad nostrum mūdum. Sed hæc consideratio non habet locum:si textus bene transferatur:aliter enim ut uidistis uerbum illud suum sonat:q̄ Aueroes intelligat. Vltra tamen Aristotelis rationem probat Auero. omnes mūdos esse unum mundum / primo quia si plures essent mundi:tunc non essent sursum & deorsum secundum naturam:sed solum ad nos:tenet consequentia:quia ælementa mouerentur indifferēter ad omnem positionis differentiam / sursuз uidelicet & deorsum:igitur nullus locus erit eis determinatus:& sic nec sursum nec deorsum naturalia. Secundo principaliter sequeretur q. natura elementorum in motibus esset una:ueluti est natura animalis:nam ut animal moueri potest secundum omnem pōis drām:sic quocq ælementa. & tunc in mūdo ipso nō inuenirenť dræ pōis naturales / nisi rōe habita ad nos:ceu in colūna. Hæc Aueroes. Sed ultra hæc potest aliquis cauillare fingendo ignem mundi nostri ferri solum ad circumferentiam alterius : & non peragrare ꝑcentrum. Dici potest q. siue ualeat syllogismus de igne:siue non:de ipsa terra est omnino impossibilis. Præterea ignis ille saltem ad medium alterius accedet secundum quid:quia simul cum terra sui mundi transibit circumferentiam:& ueniet ad orizontem illius:& sic secūdum quid ad medium accedere uidetur. Hæc de ratione.

Insuper etiam aut ponendum non est corporum simplicium in cœlis pluribus eādem naturā esse:aut si eandem esse asseramus:mediū ipsum unū:atq ultimū unū facere necesse erit. Quo qdē absurdo eueniēte:uno plures eē mūdos impossibile ē.

Videtur Ari. dictum syllogismuз nunc hypothetice diuisiue cōficere:qđ nos aīaduertētes textū trāstulimus copulatiue:ut uides:& pōt sylľs bifariam intelligi uno mō ad uerbū : alio modo ad sensum magis. Ad uerbū quidē sic componiť:aut elīa plurīū illoꝝ mundoꝝ sunt eiusdē spēi: aut

Qualis sylľs ad impoſe.

Cauilli aduersus rōnem Aristo.

Quæ Auero. cō. lxxix.

Dubi.
Sol'

Expositio.

alterius speciei·non alterius:tum quia est præter illorum opinionem:Tum quia plures q̃ tres essent motus species/ut dictum fuit·Si uero ælementa sint eiusdē spēi: oꝫ dicere unum tm̄ esse medium:unū ultimū/aliter terra ascēderet:ignis quoq; descenderet·quo qdem absurdo cōcesso:uno plures eē mundos impole est· Hæc ad uerbū· Ad sensum uero syllis erit:si plures sunt mundi aut erūt excentrici:& hoc intendit per ælia esse alterius naæ:aut concentrici:non pōt dici eos eē excentricos:qa tunc terra ascenderet:& ignis descenderet ut longa orone fuit explicatum · Si uero sunt cōcentrici:erit unum oium eoꝝ medium:& unum similiter ultimū:quo quidē illato:impossibile erit plures esse mundos· Hæc ad sensum·Aue·uero præsentem textum ita intelligit:ut Aristoteles colligat ꝑmissas & conclusionē/ordineq; has in simul/ut cōsiderator recte iudicet circa eas: ueluti iudex & sensus:quoꝝ nullus de absentibus iudicat·Quæ interpraetatio nō conuenit (ut mihi uī)uerbis Aristotelis:nisi forsasse suis translationibus:de qbus nihil ad me· Vlteri⁹ in fine cōmenti colligit ꝓpositiones:in quibus Ari·se firmauit:quaꝝ prima est partes mundoꝝ necessario sunt eiusdem spēi·Secunda est:q; orizon siue ultimū & medium partium quæ sunt eiusdem naturæ est unum nūo· Tertia est q; cū mediū fuerit unum nūo:& ultimū siue orizon unus nūo:mundus erit unus nūo·Ex iis pn̄t conficī sylli:primus partium mundoꝝ eiusdē spēi mediū est unum nūo:& ultimum est unum nūo per secundam propositionē:partes mundoꝝ sunt eiusdem spēi:per primā propositionē:igitur partium oium mundoꝝ est idem medium & unm orizon·Scds syllogismus:quorūcunq; unum est medium & unū orizon:unus est mundus·per conclusionem proximi syllogismi·Oium mundorum & partium illorum unum est medium & un⁹ orizon per dictū syllogismum·igitur oēs mundi sunt unus nūo mundus:hæc Aue·& non imperite:quibus ex dictis patet hanc propositionem plures sunt mundi esse falsam impossibilem:qa ex ipsa sequuntur cōtradictoria:sequitur·n·primo plures sunt mundi:igitur non unus: & sequitur mundi sunt plures: gitur unus est mundus·ut iis syllogismis nunc patet·Dixi falsam impossibilem:quia duplex est falsum:aut falsum possibile:ut nauale bellum est:hoc enim de in esse falsuꝫ est:sed de possibili potest esse:& propterea hoc posito in esse non sequitur impossibile primo priorum·Aut falsum impossibile ut equum uolare:nam ex ipso posito sequuntur contradictoria·& huius generis est propositio illa·

Quæ Auero. com·lxxx·

Propōes ari· Prima Secunda Tertia

Qualis ꝓpō est plures sūt mundi·

Enunciare uero aliam simplicium esse naturam,si minus aut plus propriis e locis ipsa distent:alienum est a ratione · Quid enim refert dicere ut tanta longitudine an tanta distent? Tanto enim different ratione magis:quanto plus distant· formā uero eandem habent·

Textus presens pōt intelligi uno mō:q; quidam dixissent hanc nostrā terram e terra illa spē distare:atq; in natura differre:qm̄ locorum intercapedine differunt·hi·n·sunt qui drām rerum nāscuntur ex locoꝝ distantiis:quod quidē Mathematicoꝝ fuit pō: qui asserunt Saturni stellam spē differre a stella Veneris loci drā atq; distantia:ut ēt Aue·narrat in·xii·methaphysicæ com·xliiii·Obicit aūt Aristoteles huic cauillo:& inquit quid·n·refert dicere ut tanta longitudine:an tanta distent?quasi dicat nihil quo ad rerum essentias ac formas·Tanto·n·different rōe siue motuum supputatione magis:quāto plus distant:illud·n·mobile:qd e longiori loco mouetur/ uelocius fertur·formam autem eandē hn̄t·hæc est una expō·Hæc expō nulla est: licet uerbis multū cōsonet:primo qa ex illa nihil fructus habemus plus iis:quæ antea dicta sunt · Secundo quia tā cauillus hic cōfutatus est/ex eo quia tm̄ tres sunt motus spē· Tertio qa ante Ari· nullus hanc rōnem abstulit:quia oēs fatebanẽ mundos similes·Melius dici pōt q; cauillus sit terrā hanc non ferri illud in mediū:nec illam hoc in nr̄um locoꝝ nimia intercapedine·cui obicit Ari·locoꝝ intercapedinem non auferre motum:imo augere motum:quia uelocius fertur mobile distans: q̃ proximum ut sensus docet·Qui cauillus fuit quartus ut textibus proximis enumerauimus · Inquit enunciare uero aliā simpliciū supple illius mundi esse naturam ita ut nō moueanẽ in mediū nostrum:si minus aut plus propriis e locis ipsa distent:alienum est a rōne·est igitur sensus qd dissonum est rōni dicere ea corpora non habere naturā ut ferantur mō quo nr̄a feruntur ad medium nostrum locoꝝ interuallo nimio:& hoc probat quid·n·Refert dicere ut tanta longitudine : an tanta distent· Tanto enim differt rōne magis hoc est motuū uelocitate & supputatione: quanto plus distant·formā uero eandē hn̄t:& sic respōsio nulla fuit:& hæc expō mihi placet : prima·n· seipsa refellitẽ:nemo·n·dubitat unā glebbā terræ positā in concauo nostri mundi:& aliam in cētro eiusdem speciei non differre:& sic est facilis confutationis : & non Aristotele digna·Aueroes

Expositio·

Confu·

Alia expō

Quæ Auero· com·lxxxi· uero uidetur quasi aliter exponere· Aristoteles enim qua antiquos intulit si plures sunt mundi tunc unum simplex ut terra moueretur duobus motibus contrariis uidelicet sursum & deorsum· est igitur cautius apud Aueroem primo negando consequentiam:quia illa terra suum in mediũ tantum fertur:non autem in nostrum:quia suo medio proprior est:nostro uero remotior·Secundo quia non est inconueniens unam terram specie/non numero moueri motibus contrariis:si sit composita:& non simplex:ut in proposito:nam terra est composita ex natura terræ & apropinquatione suo medio:& sic hæc & illa uidentur quasi compositione & specie differre:hi sunt cautilli ut uult ipse:quibus Aristoteles obicit:quia motus non differunt specie:nisi quia corpora differunt natura & specie essentiali:quo modo non est in proposito:nam illæ terræ differunt compositione accidentali:quia siue propinquitas & remotio sint relationes:siue dimensiones:semp sunt accidentia:& sic accidentali differentia differunt ueluti hæc & illa glebba·Hæc Aueroes: Quæ quantum uerbis conueniant: Tu diiudica·

Dubi·Aue· Sed dubitabis fortasse utrum propinquitas & remotio uarient motuum speciem:

Sol' cui Aueroes respondet:& inquit & debes scire q; apropinquatio & remotio non faciunt differentiam nisi in motibus rerum:quarum mouens est extrinsecum secundum apropinquationem & remotionem a mouente·In quibus uerbis talem innuit distinctionẽ q; motus duobus modis fiunt aut ab intrinseco:aut ab extrinseco·Mouetur quidem terra ad medium a motore intrinseco utpote a forma·Ferrum uero a magnete attractione·Tunc in tali motu attractione propinquitus motoris & distancia uariant motuũ speciem·Nam magnes propior ferro sursum collocatus motum efficit ferri sursum·Si proprior sit ferro deorsum:efficit motum deorsum:modo hi motus differunt specie:at in motu terræ talis motuum differentia esse non potest:ut perspicuum est omnibus·

Quæ Auero· contra anti· Ex iis Aueroes infert contra antiquos & bene q; elementa non mouentur ab extrinseco:sed ab intrinseco:hoc syllogizat sic omnis motus ab extrinseco uariatẽ specie appropinquatione & distantia a suo motore·Sed motus elementorum non uariantur specie apropinquatione & remotione·igitur non sunt ab extrinseco·

Replica Sed adhuc ambiges: quia terrã moueri a se uidetur perse notum:quia naturam esse principium motus & quietis est perse notum igitur male probauit illam Aristoteles·

Sol' pro responsione debes scire q; de motu terræ fuerunt uariæ apud antiquos positiones:& pro modo duæ:una dixit terram moueri attractione: quæ fit a maiori parte eius:quo modo mouetur glebba e concauo ad totam hanc nostram molem·Alia dixit terram moueri a motu cœli:quia imaginantur terram fuisse simul cum cœlo factam: & sic cũ cœlo in orbem cæpit moueri:quia uero de natura motus orbicularis est pellere ad medium: hac ratione in medium terra pulsa fuit·Tunc ad dubitationem dici potest Aristotelem probasse terram moueri ab intrinseco non quidem demonstratione simpliciter:sed ad antiquos qui hoc perse notum non intelligebant:


Quod terra nõ moueaẽ attractione· Tamen Aueroes aliquantulum e textus limitibus euagans probat terram non moueri attractione quæ fit a tota terra:primo quia tunc glebba moueretur ad totam terram:ubicunq; illa esset:quod est contra sensum·Secundo quia motus glebbæ esset uti Motus ferri ad magnetem:quod est impossibile:quia moueretur motibus contrariis: quibus concludit

Quod nec attractiõe: nec expulsione· terram nec moueri attractione facta a loco:nec attractione facta a tota terra· Itemq; nec expulsione facta a motu cœli:uel alterius·

Qd nõ attra· non quidem ab attractione:quia hoc est fere perse notũ atq; primis principiis propinquum:quod tunc patet:cum causæ attractionis patent·Secundo qa Aristoteles ubiq; fugit res quibus extimatur elementa moueri attractione·

Qd ñ expul· Non expulsione uero:qa impossibile est inuenire corpus naturale:cuius motus non sit naturalis ab intrinseco: dicitur·n· naturale a natura/& natura est principium motus·Secundo quia motus elementorum est perse: igitur non ab extrinseco·Hæc Aueroes digrediẽdo·

Dubi· in lrã Sed circa litteram emergit bona difficultas·



nam totum Aristotelis impossibile est:q; datis pluribus mundis: tunc idem corpus specie accederet ad proprium locum:& recederet & sic motibus contrariis uidetur moueri · Modo hec uidetur necessarium:nam quando ignis e medio nostri mundi ad concauum a fertur:recedit ipse a concauo b : nam recedẽdo ab ipso c cẽtro:recedit ab ipso b concauo cœli · igitur accedit ad suum locum:& recedit ab illo:& ita uidetur ipse contrariis motibus ferri·

Sol' Dici potest q; Aristoteles habet pro impossibili ut idem corp? numero naturaliter accedat ad suum totalem locum: & recedat ab eodem totali loco·at q; accedat & recedat secundum diuersas loci partes:non est impossibile Aristotelis·Hæc de ratione Aristotelis·

At uero

At uero aliquæm esse ipsorum motum necesse est:perspicuum enim est ipsa moueri·Sed utrum ne omnia etiam contraria ui moueri dicemus? An quod omnino moueri aptum non est:id ui moueri impossibile est·

Prima suppositio fuit q omnia corpora mouentur & quiescunt/& quæ mouentur ui & naturaliter mouentur:& quæ etiam quiescunt ui & naturaliter quiescunt:Mouet itaq nunc dubitationẽ contra hanc suppositionem:& ait e a uniuersaliter moueri nemo dubitat: quia perspicuum est p se:sed hæc est dubitatio utrum omnia illa etiam si sint inter se contraria dicantur ui moueri : & hoc inquit at uero aliquæm esse ipsorum motum naturalem necesse est:perspicuum enim est ipsa moueri perse:& ita suppositio quo ad primam partem est perspicua : quo uero ad secundã inqt omnia ne igitur etiam contraria ui moueri dicemus·Hæc est dubitatio : nemo enim ambigit ea naturali moueri motu:sed dubitatio ẽ:utrum moueri possint omnia ui:sumpsit enim omnia moueri & ui & naturaliter·Soluit & inquit an quod omnino moueri aptum non est : id ui moueri impossibile est:& per hoc uult habere econtra q omne id quod est aptum moueri hoc est quod est naturaliter mobile:est ui mobile:& sic si non est naturaliter mobile : non est ui mobile· & si est naturaliter mobile est ui mobile:& tu intellige in his inferioribus : quæ proprie naturaliter sunt apta moueri:nam cœlum naturalitate æquiuoca dicitur naturaliter mobile ut dictum est· *Expositio·*

Nunquid igitur si est aliquis motus secundum naturam eorum quæ eiusdẽ sunt speciei:necesse etiam sit ut unumquodq eorum ad unum numero locum moueatur:ueluti ad hoc medium·atq ad hoc ultimum? An si ad eadem specie : plura autem numero : (propterea q & singula plura quidem sunt : specie uero non differunt:) non huic quidem partium tale:huic autem non tale:sed similiter omnibus idem accõmodabitur:easdem enim specie omnes esse constat:numero autẽ quamuis e quauis differre·

Consequenter mouet aliam dubitationem ut alium contra rationem dictam refellat cauillum· & est utrum partes siue corpora eiusdem speciei:si mouentur:debeant moueri ad eundem locum numero:ut omnes terræ ad idem numero medium:omnes ignes ad idem numero concauum· est autem hæc dubitatio rationalis:quia dici potest ad rationem illam terram numero suum in locum numero ferri:hanc in suum:quia differentia naturalis locorum atq numeralis sufficit : ut quælibet ad suum feratur·Respondet per syllogismum hypotheticum sic si omnia mouentur ad eadem specie loca:plura tamen numero:omnia mouentur ad eadem numero:ut omnes terræ ad idem numero medium:omnes ignes ad idem numero concauum · consequentia probatur quia singulæ terræ numero differunt:& non specie:propterea omnes idem numero intendunt · Inquit an si ad eadem specie loca:plura autem numero supple ferantur:(propterea q & singula ut singulæ terræ plura quidem sunt numero:specie uero non differunt:)non huic quidem partium tale medium:huic autem non tale:sed similiter omnibus idem numero medium accõmodabitẽ· Addit ne quis dicat illa specie & numero differræ:eadem enim specie omnes illas partes esse cõstat apud omnes illos:numero uero quamuis e quauis differræ·Quarum omnium est idem numero locus:Aueroes quo adhoc q Aristoteles duas moueat questiones:sapide sentit · Sed peccat primo quia uult Aristotelem quærere primo utrum omne corpus naturale habeat motum naturalem:uel uiolentum:hoc enim uerbis græcis nullatenus conuenit:ut omnibus patet · Secundo peccat:quia uult Aristotelem mouere secundam questionem ibi si autem aliquid : & ut soluatur textu illo dico autem hoc:Iam patuit in nostris translationibus non esse ut inquit: propterea in expositionibus huius uiri non multum considerem:nec dicerem nunc Aueroem habuisse animatum Aristotelis:si daretur ingressus/& regressus animarum : ut in molliori ætate prædicere solebam·haurio enim nunc aquam ex proprio fonte:& non suppetias peto alienas· Tu uero intende nostras expositiones/magis q̃ illas Auerois:sunt enim aut magni simplicii/ aut diui Alexandri plerumq/aut ex aliis græcis pericioribus · nec confidas translationibus ueteribus : sunt enim adeo uerbum obseruantes:ut nullibi ferre sensum seruent:plerumq enim qui uerbis pariliter addicuntur/a sensu milies secedunt· *Expositio·* *Quæ Auero· com· lxxxii· & ·iii·*

Hoc autem ideo dico:quia si partes quæ hic sunt:& partes quæ sunt in altero mũdo inter se similiter se habent:etiam ea quæ hinc est sumpta nullam differentiam ad earum partium ullam habet:quæ in alio est quopiam mundo magis q̃ ad ea

rum aliquam quæ in hoc est; immo eodem sunt modo. quippe cum inter se specie non differant.

Expositio. Solutionem datam nunc exponit: & syllogizat illam sic ut pars terræ ad partem terræ eiusdem mundi: ita tota terra unius ad totam terram alterius. Sed una pars mouetur ad eundem locũ numero cum qualibet parte: igitur tota ad eundem numero mouebitur cum tota. Inquit hoc autem ideo dico: quia si partes quæ hic sunt: & partes quæ sunt in altero mundo inter se similiter se habent: ut supple omnes in unum numero locum ferantur. ut omnes huius ad unum numero locũ huius. omnes illius ad unum numero locum illius: etiam ea pars quæ hinc est sumpta nullã differentiam ad earum partium ullam habet: quæ in alio est quopiam mundo magis q̃ ad earũ aliquam: quæ in hoc est. Imo eodem sunt modo: quippe cum inter se specie nõ differant: & sic recte dictum est omnes terras unum numero locum intendere, atq; ad unum tantum proficisci. Aueroes autem credit Aristotelem presenti in textu soluisse secundam quæstionem: quod non credo: nam Aristoteles uerbum illud græce :quod latine sonat dico autem: semper addit: cum aliquid obscurum uult exponere. Sed quicquid uelit ipse: ideo quam Aueroes ex suis translationibus nãcisciitur: uidetur efficacissima: & sic compono: si plura sunt loca: quia plura sunt uel possunt esse corpora locata: Tunc in hoc nostro mundo plura erunt media numero: plura quoq; concaua atq; ultima: tenet consequentia: quia hic sunt plures glebbæ terræ: quæ sunt plura corpora locabilia: plures etiam ignis partes etiam quæ sunt plura corpora locabilia: quæ inter se non differunt plus q̃ tota hæc terra a tota illa. Sed destruo consequens, sic sed non sunt plura media: nec plura concaua. igitur oppositum antecedentis non si plura sunt locata numero: plura loca erunt numero. Hæc ex cõmento: & satis pulchre colligi possunt. Sed hic est dubitatio quia nõ uidetur simile de terris huius nostri mundi: & de uniuersa terra hic: & uniuersa ibi. Nam omnes terræ huius sunt unum continuum: ideo sunt in eodem loco. at hæc & illæ sunt discontinuæ: preterea loca sunt diuersa. Dici potest Aueroem accepisse partes terræ huius discontinuas: ut sunt uidelicet glebbæ diuersæ: quarum una ponatur in cœli ortu: alia in cœli culmine: alia in cœli occasu: alia in cœli imo: sic enim illæ in mundi cardibus collocatæ omnes mouentur ad unum numero locum: & sic ratio stat.

Quæ Auero. cõ. lxxxiiii.

Dubi.

Sol'

Quare aut has suppositiones ammouere: Aut medium unum, & ultimum unum esse necesse est. Quod si sit: iis eisdem signis: eisdemue necessitatibus & unum dũtaxat cœlum esse: & non plures necesse est.

Expositio. Iis cautillis confutatis: solutisq; tot dubitationibus, nunc quasi epylogando dictam rationem recapitulat hac syllogismi forma. Quare aut has suppositiones quas fecimus necesse est ammouere: aut necesse est medium omnium mundorum esse unum numero: & ultimum etiam unũ numero. Sed cum suppositiones illæ non sint ammouendæ: erit igitur omnium mundorum unum numero medium: atq; unum numero ultimum: & sic erunt omnes orbes concentrici: & per consequens unus numero orbis siue mundus. & hoc inquit quod si sit supple unum numero mediũ, atq; unum numero ultimum: iis eisdem signis, eisdemue necessitatibus, & unum dumtaxat cœlum siue mundum: & non plures esse necesse est. Hæc est conclusio. Quo uero ad uerba græca attinet uerbum illud ammouere græce est ,quod latine sonat mouere: tamen sensus est ut diximus. Sed dubitat Aueroes: quia hic syllogismus Aristotelis est probabilis scilicet uerificare rem: cum non inueniatur ei contradicens: igitur non conuenit demonstratiuis doctrinis. Respondet Aristotelem hoc fecisse iuxta suam consuetudinem, qui semper inducit sermones probabiles post demonstratiuos, quia Aristoteles utitur illis duobus modis aliquando ad excitandum ut cum arguit pro utraq; parte: & sic ordinat illos ante demonstratiuos. Aliquando ad confirmandum, ad ostendendumq; ea quæ dixit esse conuenientia etiam rebus dialecticis: & sic utitur illis in fine post demonstratiuos. Veluti fecisse uidetur hic. Hæc ex cõmento. Sed hæc non sunt ad propositum: Aueroes enim credit talem rationem esse probabilem: & esse aliam rationẽ a dicta: & errat: nam hæc ratio est illa & ex illis signis illisq; necessitatibus ut inquit Aristoteles. Quare hæc ratio est omnino demonstratiua ut prima: cum nullo modo a prima dfat.

Quæ Auero. cõ. lxxxv.

Confutatio rõnis auero.

Esse autem aliquid quo ferri terra est apta, atq; ignis: perspicuum etiam est ex aliis: omnino enim id quod mouetur ex quodam mutatur in quodam. atq; hæc uidelicet ex quo & in quod specie differunt.

Animaduersione

Animaduersione dignum dictam rationem supposuisse unumquodq; corporum simplicium p/prium habere locum in quem uti in finem fertur·& tunc quod dixit:uidetur absurdum uidelicet q; terra illa moueretur ad medium nostrum·Sed democritus cuius positio est plures esse mundos:ait omnia a casu euenire/propterea illa terra mouetur in illud medium:hæc in nostrum:nõ propter finem/ sed temere & casu:iccirco Aristotelis ratio nulla est·Huic igitur obicit Aristoteles & probat unumquodq; corporum simplicium suaptenatura moueri ad aliquem locum perse intentum atq; finitum·& hoc proponit dicens esse autem aliquid quo ferri terra est apta: atq; ignis perspicuum est non modo ex iis:sed etiam ex aliis dictis in aliis locis naturalis phylosophiæ:& syllogismus componitur sic omne quod mouetur de quodam in quodam / quatenus illa differũt specie:mouetur ad locum determinatum non casu/sed propter finem omne quod mouetur:mouetur de quodam in quodam quatenus illa differunt specie:igitur omne quod mouetur fertur ad aliquem locum proprium ut in proprium finem· De ratione tangit maiorem & residuum perspicuum est· Expositio·

Præterea mutatio omnis est finita:ut id quod conualescit ex morbo proficiscitur in sanitatem:& id quod increscit ex paruo in magnum assurgit:igitur id quod fertur etiam ex quodam in quodam procedit·fit namq; hoc ex loco ad locum·

Videtur mihi q; Aristoteles hic probet idem secunda ratione:propterea uerbum illud con/firmatiue latinum feci:& tunc ratio est omnis mutatio finita est : quod fertur mutatur:igitur latio est finita hoc est de loco determinato in locum determinatum:ponit maiorem & inquit præterea mutatio omnis est finita:hæc est maior:hanc inductione probat:& inquit ut id quod conualescit:ex morbo proficiscitur in sanitatem:& id quod increscit ex paruo assurgit ad magnum: & similiter in cœteris· Tunc adde minorem:sed quod fertur/mutatur:dat conclusionem igitur id quod fertur etiam ex quodam in quodam procedit:dico ex quodam in quodaʒ:quatenus fit hoc ex loco ad locum·& hoc modo uidetur secunda ratio:& satis textui conuenit· Expositio·

Oportet rursus etiam ipsa ex quo & ad quod aptum est ferri specie differre : nam neq; quod sanatur quouis pergit:neq; quod mouetur : quo uult mouet · igitur & ignis & terra non ad idefinitum feruntur·sed ad opposita:qualia quippe sunt sursum & deorsum quæ loco opponuntur·ut sint ipsa lationis fines·

Potest hic constitui tertia ratio:propterea confirmatiue uerbum illud transtuli:& tunc componitur sic:omne quod fertur inter terminos specie differentes fertur·ignis & terra feruntur:igitur inter terminos differentes specie feruntur·Inquit rursus etiam ipsa ex quo & ad quod aptum est ferri/specie differunt·probat inductione:nam neq; quod sanatur quouis pergit / sed de contrario in contrarium:neq; quod mouetur quod uult mouetur:sed de contrario in contrarium:adde minorem/sed ignis & terra feruntur· Tunc dat conclusionem/& inquit igitur & ignis & terra non ad infinitum feruntur:sed ad opposita:idem enim est ferri ad opposita:& ferri non ad infinitum· explicat autem quæ sint illa opposita inter quæ ignis & terra feruntur : & inquit qualia quippe sunt sursum & deorsum:quæ loco opponuntur/ut sint ipsa lationis fines:& sic confutatus est democriti cauillus iis tribus rationibus·at si uidebitur tibi textum aliter intelligendum esse: iudicium tuum non recusabo·Aueroes autem ex toto textu unum facit syllogismum sic:ignis & terra & alia simplicia sunt transmutabilia:omne transmutabile transmutatur de contrario in contrarium·Igitur ignis & terra transmutantur de contrario in contrarium· Vltra omne transmutabile de contrario in contrarium est finitæ transmutationis·ignis & terra transmutantur de contrario in contrarium·igitur ignis & terra sunt finitæ transmutationis·Quæcũq; sunt finitæ trãsmutationis habent loca naturalia ad quæ transmutantur secundum naturam·ignis & terra sunt finitæ transmutationis·igitur habent loca naturalia ad que transmutantur secundum naturam· & tunc sequitur syllogismus dictus ut omnes partes uniuscuiusq; corporis eorum moueantur ad eandem partem·Hæc Aueroes & sapide:uerum si in textu unus erit tãtum syllogismus a primo ad ultimum ut Aueroes uult:multa erunt superflua:ut patet : & propter hoc ne nos faceremus aliquid superflui in illo:fecimus tres syllogismos uertentes non nullas græcas particulas ad insuetum modum traducendi. Expositio· Quæ Auero· cõ·lxxxvi·

Et cum motus qui in orbem fit·opposita quodam modo habeat·ea quæ diametrãtur· Toti uero nihil contrarium sit:fit etiam ex his ut motio quodam modo inter

uelocitas simili ratione accresceret in infinitum· Qua ratione euenit ut nihil ad infinitum proficiscatur· Aueroes uero textum exponit ut nos fecimus/uult enim q. Aristoteles hac coniectura probet nihil moueri ad infinitum:quia quanto est propius loco suo/tanto uelocius fertur· igitur si infinitum distaret/in infinitum uelocius ferretur:& si in infinitum uelocius ferretur:esset infinitum graue uel leue·hoc tanq̃ impossibile relinquit·istae consequentiae omnes patent per regulam topicam:nam si cum aliquanta propinquitate stat aliqua uelocitas:cum dupla propinquitate stabit dupla uelocitas:igitur cum infinita propinquitate stabit infinita uelocitas·simili ratione deduci potest de grauitate:nam si cum aliquanta uelocitate stat aliquanta grauitas: cum infinita stabit infinita:& econtra deduci potest·Sed dubitabis quoniam ut dicitur sexto physicorum spatium infinitum non potest pertransiri/nisi tempore infinito·Igitur mobile semp distabit aequaliter a loco:quoniam mobile per infinitum distans ab aliquo loco:quantumcunq; in infinitum apropinquabitur:semper restat adhuc infinitum per definitionem infiniti:igitur nunc in infinitum uelocitabitur·Debes scire q. ex falso impossibili sequuntur duo contradictoria:alterum perse: alterum quasi per accidens·Modo haec propositio motus rectus naturalis fit in spatio infinito est falsa impossibilis:ideo sequitur perse:q. nunq̃ complebitur:per accidens uero q. complebitur: quia omnis motus rectus est finitus·ad formam igitur dico aliud esse concessum ut sequens·aliud absolute:absolute quidem motum rectum factum in spatio infinito esse terminatum est negandum: ut uero sequens est concedendum:& sic patet sol'·Digreditur tamen Aueroes mouens questionē nam Aristoteles fecit unam suppositionem q. uidelicet motus naturalis quanto loco est propior tanto uelocior:& ex hac uidetur inferre grauitatem esse infinitam·dubitat nunc Aueroes q. illa suppositio non est necessaria ad concludendum grauitatem esse infinitam:sequitur enim grauitatem esse infinitam:solo concesso q. aucta uelocitate augetur grauitas : igitur illa suppositio non prodest ad syllogismum·Aristoteles enim probat graue non moueri in infinitum: quia tūc grauitas cresceret in infinitum:modo haec consequentia potest deduci sine illa suppositione:solo uidelicet illo q. aucta uelocitate/augetur grauitas·Respondet q. tam cum illa q̃ sine illa sequitur ratio Aristotelis:sed cum illa deductio est clarior:ualet enim uelocitas crescit in infinitum : igitur grauitas·tamen non scitur uelocitatem crescere in infinitum/nisi sumatur leue aut graue quanto loco uicinius est/tanto uelocius mouetur:igitur ad illationem nihil prodest : sed bene ad probationem minoris quae est positio antecedentis uidelicet q. uelocitas sit infinita·& q. illa consequētia ualeat sine illa suppositione patet:quia effectus crescit ad crementum potentiae:ideo si uelocitas erit infinita:potentia motiua ut grauitas & leuitas erit infinita·Haec Aueroes Ex iis patet processum ab infinitate uelocitatis ad infinitatem uirtutis esse quia ab effectu ad causam:econtra uero esse propter quid a causa ad effectum·Secundo sequitur q. syllogismus litterae apud Aueroem est hypotheticus sic si graue aut leue moueretur in infinitum:graue & leue efficerentur infinita· consequens est impossibile·igitur & antecedens·consequentia deducitur:quia si mouerentur in infinitum:uelocitas cresceret in infinitum:& si haec cresceret in infinitum: grauitas etiam : & sic ratio patet·Haec ex cōmento·

Quae Auero· cō·lxxxviii·

Dubi·

Sol'

Qō Auero·

At uero neq; ab alio:neq; ui(ut asserunt quidam)extrusum sursum alterum eorū fertur:alterum deorsum·Tardius namq; maior ignis sursum/& maior terra deorsum moueretur·At huius contrarium nunc cernimus: ignis enim maior / & terra etiam maior uelocius semper proprium locum petit·Neq; etiam prope finem uelocius pergerent : si ui extrusioneq; Mouerentur: omnia enim quae sic mouentur:cū longius ab eo quod uim attulit/distauerint:tardius profecto feruntur · atq; unde ui pulsa sunt:illuc non ui/feruntur·Quo fit ut iis consideratis fides sumi possit de iis quae diximus satis abunde·

Demum & perentorie remouet ultimum cauillum circa rationem:ubi debes scire q. de motu elementorum fuerunt duae positiones:una uoluit q. elementa ipsa ferantur ab impetu quodam sibi tributo a generante/imaginantur enim q. generantes tribuant elementis impetum siue uirtutem talem ut aliud ad nostrum dirigatur medium/aliud ad illud:& sic soluitur ratio Aristotelis per hanc positionem·Alii dixerunt omnia elementa habere unum motum specie: fieri tamē motus diuersi extrusione ut in hominum coetu fit:ubi omnes eundem locum petunt: uerum homo pollentior debiliorem extrudit:unde ille cogitur moueri ad altum locum:sic dixerunt in elemētis/omnia uidelicet moueri ad unum locum/sunt enim diuersi extrusione imbecillioris: ut ignis

Expositio·

aerem extrusit:aer aquam:hæc demum terra:tamen omnia unum appetunt motum:& sic nō sequitur terram unius moueri ad medium alterius:cum non suaptenatura moueatur: sed extrusione. Huic cauillo obicit Aristoteles:& primo refellit primam:& inquit at uero neq; ab alio utpote ab agente uim & impetum imprimente:& hoc contra primam. neq; ui (ut asserunt quidam) extrusum sursum alterum eorum fertur:alterum deorsum:quo ad secundam positionem : refellit primam:& syllogismus est si elementa mouerentur ab impressione agentis maior ignis & terra maior tardius peterent loca propria. hoc consequens est falsum/igitur & antecedens. inquit tardius namq; maior ignis sursum/& maior terra deorsum mouerentur : at nunc contrarium cernimus:ignis enim maior & terra etiam maior uelocius semper proprium locum petit. Hæc contra primam. Deinde arguit contra secundam & syllogismus est:quæcunq; extrusione mouent prope finem tardius feruntur/& unde cœperunt moueri appetunt redire : sed elementa prope finem non tardius mouentur/neq; appetunt redire unde moueri cœperint. igitur non mouentur extrusione. Inquit neq; etiam prope finem uelocius pergerent:si ui extrusioneq; mouerentur: deducit & addit maiorem dicens omnia enim quæ sic feruntur/cum longius ab eo/quod uim attulit/ distauerint:tardius profecto feruntur/atq; unde ui pulsa sunt:illuc non ui : sed proprio impetu feruntur:& apetunt redire:ut terra quia pellitur a centro ui:ideo reddire appetit ad centrum. deinde adde minorem/& habes syllogismum. demum epylogat primam rationem:& sermo perspicuus. Hæc Aristoteles. Aueroes uero uelle uidetur Aristotelem in hoc textu eam positionem confutasse/quæ ait terram moueri ui a motu cœli : & uult Aristotelem hanc positionem confutasse duabus rationibus. prima est hypothetica a destructione consequentis sic:si elementa mouerent̄ uiolenter:terra maior tardius moueretur in fine:& terra minor uelocius. Hæc patet per descriptionem motus uiolenti. at contrarium uidemus. igitur antecedēs est impossibile. Sed aliquis huic syllogismo obiciet:quia fieri potest ut maius graue æqueuelociter moueretur ut minus graue: quando ab inæqualibus uirtutibus mouerentur. Ita ut maius a minori/& minus a maiori/ moueretur. Cuius Responsionem Aueroes innuit hæc esse intelligenda quando ambo mouentur ab una eademq; uirtute. quod aduersarii concedunt:quia ponunt omnia elementa ab uno moueri constringente numero. nam licet alterum constringat alterum:omnia tandem ab uno motu cœlo extruduntur:& sic ratio nulla. Secundo idem probat:& componit syllogismum ad impossibile sic quæcunq; ui mouentur quanto proprius suo sunt principio tanto ueIociora sunt:quanto fini uicinius:tanto tardius Sed elemēta per eos ui feruntur. igitur prope principium uelocius/prope uero finem tardius mouebuntur:conclusio impossibilis est:& non pro maiori: quia perse nota est. igitur pro minori. Hæc in prima figura. ostensiue uero in secunda sic : quæcunq; ui ferunt̄ in principio uelocius/in fine tardius feruntur. elementa non in principio uelocius & in fine tardius ferruntur:igitur non ui mouentur. Addit tamen q; Aristoteles ponit hunc in forma hypothetica:cuius illatio siue continuatio perse nota est:& potest declarari per syllogismum in prima figura. Illa maior uidelicet q; uiolenter mota prope finem tardius/prope principium celerius feruntur:ab Aueroe probatur:& inquit & ipse dedit causam propter quam motus uiolentus quanto magis apropinquauerit suo fini/tanto tardius mouetur : quæ causa est remotio ab agente extrinseco:omne enim agēs forcius agit in partem propinquam q̄ in remotam:ut sensu patet. Hæc ex cōmento. Græci expositores quærunt causam cur id quod naturaliter fertur:prope locū uelocius fertur:de qua questione:licet in secundo huius disputabimus : tamen ut græcorum morem imitemur:aliqua attingamus. Hyparchus metapontinus astronomus : qui suas considerationes de stellis & mundo perfecit apud rodum causam huius assignauit ex parte mouentis per uiolentiam/ex eo quia quo magis elongatur motus:eo minus de uirtute remanet mouentis: qua ratione tardior fit prope finem uelocior prope principium:in fine autem remictitur in tātum ut finaliter graue ipsum sursum non amplius fertur : sed incipit moueri deorsum ob remissionem eius quod remansit de uirtute mouentis uiolenti:quæ quanto magis ac magis remictitur : tanto magis ac magis contrarius motus intenditur. Hæc hyparchus. Hunc liparius expositor Aristotelis etiam secutus est/hoc in loco. Obicit autem huic Alexander & bene:quia hæc ratio est particularis solum in his quæ naturaliter mouentur post motum uiolentum. non autem habet locum in his quæ naturaliter mouentur:cum generarentur extra sua loca propria:ut si lapis esset genitus in media aeris regione. Iamblicus & alii platonici ut octauo uidimus phyficorum assignant causam ex quantitate medii/per quod fit motus:utpote aeris:qui minus resistit: quanto plus proceditur in motu naturali:quia minor est:& ideo minus potest impedire motum naturalem. Hanc etiam causam uisus est Aristoteles assignare in libro problematum : licet illi libro non multum credendum

[Margin notes: Quæ Auero. cō. lxxxix. — Replica — Qō — Pō hyparci liparii. — Confutatio — Pō Iamblici]

credendum sit:cum problematice soluat questiones·Sed etiam hanc confutant Alexander & simplicius:quia non minus ualeret in motibus uiolentis/q̃ naturalibus: in quibus contrarium experimur·Secũdo argui potest forcius/nam moueatur m mobile naturaliter uersus c locum sibi naturalem per spacium a b c :& uolo q. cum m deuenit in b r mobile eiusdem speciei & naturæ cum m incipiat simul moueri cum illo eodẽ m: & patet q. cicius m deueniet ad c q̃ r :ubi tamen spacium b c utri esset æquale·igitur non quantitas medii tantum causa est maioris uel minoris uelocitatis·Expositor primus propter hæc tenet causam illius esse ex eo quia quanto corpus graue magis descendit:tanto magis confortatur grauitas eius propter propinquitatem ad proprium locum·& hæc uidetur Alexandri solutio·Sed uidetur falsa:quia si graue prope locũ penderetur:non inueniretur grauius se ipso a loco remoto: V biq; enim æqualiter ponderabit·Soluit græcus quidam expositor:q. prope locum grauius esset corpus:eius tamẽ maior grauitas sensu non perciperetur:cogit namq; argumentum illic esse in re maiorẽ grauitatem:non tamen q. sensu percipi debeat·Sed hæc responsio cuiusuis sit:friuola est: uidetur enim maior grauitas in descensu maior percipi prope locum: q̃ remotius: nã si pareretur caput græci prope/magis frangeretur:q̃ remotius si pareretur:ut docet obseruatio·ꝓpter hæc cum Alexandro & expositore sentio:ideo graue celerius moueri prope locum: q̃ remotius:quia eius grauitas est maior:siue quia est confortata:& accreta/atq; aucta·Illud tamẽ cum eis non sentio/q. causa illius confortationis sit sola loci uicinitas:quia ubi unum mobile nõ motum esset tardius moueretur ab eodem termino e quo q̃ moueretur aliud mobile prius motũ ab eodem:ubi tamen essent æque propinqua·Ideo animaduersione dignum q. duplex est grauitas:altera quidem naturalis:quæ graui ipsi ex generatione datur ab agente naturali mediante eius forma octauo physicorum cõmen·iiii·agens quantum dat de forma : tantum dat de consequentibus formã/mediante forma·Altera uero est accidentalis siue aduenticia:quæ a causis graui ipsi accidit extrinsecis·quæ etiam a non nullis impetus appellatur:& sapide·Huius rei causæ: non sunt sola loci uicinitas ut Alexander & expositor uidentur sentire:sed(ut mihi uidetur sũt tres:prima & præcipua est ipsum mobile:quod per suam formam est sic moueri aptum·Secunda causa & dispositiua est loci uicinitas·Mobile enim uicinitate loci disponitur ad huius grauitatis generationem·Tertia causa & instrumentaria & sine qua non:est motus naturalis: quo mouetur: & loco apropinquat:atq; sine quo non posset accidentalem illam grauitatem consequi : cuius signum est:quia postq̃ quieuit:non est grauius q̃ præerat·Ex iis apparet solutio questionis : uidelicet quare mobile prope finem accelerat:huius enim causa est : quia fit accidentaliter grauius : quod confortari in grauitate uocat expositor·Sed tunc emergit difficultas obiter utrum hæc accidentalis grauitas sit eiusdem speciei cum illa naturali:uidetur enim primo aspectu q. sic qa motus illarum eiusdem speciei sunt:igitur & ipsæ formæ eiusdem speciei sunt· In cõtrarium uidetur q. non quia grauitas accidentalis dependet a causis differentibus specie a causis grauitatis naturalis·Modo si causæ differunt specie:etiam effectus differunt specie octauo physicorum cõmen· xlvii·Sed hoc est problema neutrum:potest enim teneri utrunq;:quia in accidentibus idem specie esse potest a causis differentibus specie:ut calor specie idem potest esse a motu/& a lumine/& a calore·Tu uero transmictẽ ad tempus rem hanc·Secundo quærunt utrum datis pluribus mundis & excentricis terra unius moueretur ad medium alterius· Respondet Albertillus de inesse illam terram non moueri ad hoc medium:tum quia nec naturaliter/nec uiolenter: tum quia cælum esset penetrabile:tum tercio quia inter ambos mundos mediat uacuum: & sic graue per uacuum moueretur attamen de inclinatione terra illa esset moueri apta adhoc medium:quia & terra illa cum hac est eiusdem speciei:& locus cum loco·& quia hoc est impossibile: ideo plures mũdos esse est impossibile·Sed errat hic uir:nam Aristoteles probauit de inesse terram unius ferri ad medium alterius:cuius signum est:quia remouit omnes cauillos contra hoc·Secundo si de inclinatione terra illa est moueri apta:aliquando mouebitur/aliter frustra esset inclinatio ipsa· Dicerem igitur iuxta regulas logicorum : q. multum refert aliquid concedere secundum sui qualitatem:& concedere ut sequens:equum enim habere halas non est concedendum secundum sui qualitatem/quia est impossibile:sed bene ut sequens:si ponitur ipsum uolare:& hoc uult dicere Aueroes septimo physicorum cõmen·ii·q. aliter est loqui de ueritate hypotheticæ·& aliter de ueritate consequentis : ut etiam logici omnes exclamant·Tunc dicerem terram illius moueri ad hoc medium numerum/non esse concedendum secundum sui qualitatem / propter illas tres rationes Albertilli:est enim secundum sui qualitatem falsum & impossibile · ut uero sequens ad

[Diagram: a m / b r / c]

Confutatio·
Rñsio Tho·
Replica
Rñsio simpl·
Confu·
Propria põ
Difficultas obiter occur·
Sol·
Scda qõ
Põ Albertil·
Confu·
Propria rñsio

posse intelligi a pluribus intelligentibus·Simplicius authore āmonio præceptore uelle uī Ari· Rñsio simpl·
supposuisse ex pria pbta primū finē pmā formā|ac primū efficiēs eē idē in sbto:& ita p3 talē fi/
nē nō posse poni pter motores qsi aliū ab oib9·Alii uero dixerūt q̄ cōcesso adhuc illo fine extri/ ali·Sol'
seco:nihilomin9 nō pn̄t eē plures primi motores agētes de pari atq; ex æquo illū appetentes &
intelligentes:essent·n·tales omnes eiusdem spēi:& ita materiales|& corruptibiles:& sic licet un9
finis possit appeti e pluribus motoribus:nō tamen æqualiter & de pari:sed ordine quodam·cu/
ius expositionis est expositor noster:& hoc forte uoluit balbutire Auero·dum ait in illis esse idē Expō auero·
intellectionem:& quod intelligitur:nam deus est qd ab oībus intelligitur:& deus est sibi & om
nibus intellectio·Nam cœteri intellectus ipsum deū desiderāt & intelligūt p essentiā ei9:tūc sup
plendū est idē nō posse æqliter in abstractis a mā a plurib9 intelligi:qa tūc eēnt æqles pfectiōe:
& sic spē idē:nūo drn̄tes:& ita mäles·at in mälibus reb9 ut in hoibus idem pōt intelligi & ama
ri a pluribus nūo drn̄tib9|spē cōuenientibus:qa sunt mäles & corruptibiles:ubi nihil phibet tales
intelligētes corrūpi·Hæc fortasse Aue·Quærit utrū in sbartis separatis pn̄t plura indiuidua eē eius Questio·
dem spēi:ut plures nūo dii:plures nūo Gabrieles·Ioānes Rn̄det q̄ non:& in hoc nemo dubitat Pō Ioānis
in scola peripatetica:sed qbus rōnibus hoc demōstret:est dubiū nō paruū·Ioānes assignat duas
rōes·prima est:qa in seperatis a mā non est plus uno indiuiduo sub eadem spē·nam cā multidis
numeralis sub eadē spē est ma·igit̄ quæ nō sunt in mā:nō pn̄t esse plura nūo sub eadē spē per cō/
uersionē per contrapositionem·& hanc rōnem tetigit Aue·in cō·Scda rō est quia indiuidua sunt
plura nūo sub eadem spē ut sunt sub accidentibus diuersis·igit̄ quæ nō recipiūt accīa nō possunt
eē plura nūo sub eadem spē per conuersionem ēt per contrapōem·Hæ sunt rōes Ioānis:& pipate
ticæ·Sed Auicēna in eius methaphysica has rōes confutat·primā quidem:qa mā est principium Obie·Auicē·
spēi:est·n·pars qditatis & spēi·igitur est nimis cōe principiū:& ita non pōt esse principium quo
indiuiduū sit unum nūo·Scdam uero refellit qa accīa sunt posteriora sba:& hæc accīa posteriora
hac sba:qm̄ hoc accidēs recipitur in hac sba:& ita illa fuit prius una nūo:& postea recepit acci/
dentia indiuidua·Aliā obiectionē facit Ioānes cōtra se:quā uide·& sic rōibus Auicēnæ rōnes hæ
uīr friuolæ·ppea Auicēna uult oē indiuiduū esse unū nūo ppria hypothese: ut enim species est Pō Auicēnæ
spēs propria drā ultima specifica:sic indiuiduū est unū nūo ppria drā indiuiduali:quæ ab Auicē de pricipio|i/
na hypothesis dicitur ubiq;:hæc·n·nec est accidens:sed antecedens oia accīa:nec sba|sed modus diuiduois·
substantiæ:ut drā hominis non est hō formaliter|Sed modus hois·Qua rōne aliq uocant eam Pō quorundā
hecceitatem:qua socrates est hic:& Plato ille·& saluādo dicta Ari·ubiq;:uolunt hypothesim hāc
peripateticę dici materiam totius:quæ cōtrahit formā totius ad esse ultimum subiectile ut longis
considerationibus in eorū questionibus explanāt·Tūc alia uia nanciscunt̄ unitatē primi: & cu/
iuslibet intelligentiæ sumūt·n·de mente Ari·in sempiternis qcqd est posē esse necessariū ut·iii·
auscultationis physicæ diximus:& cū deus sit sempitern9 oē posē est ibi in eo actu:quare nō pn̄t
plures dii eē:qa deo deficeret pfectio alterius dei:cui9 ipse est capax·& sic nō oē posē esset actu in
eo·tu uero lege suas cōsiderationes in hoc·Sed hæc Auicēnæ pō:& illorum non est peripatetica: Confu·
& in hoc non dubito:q̄q̄ ipsi enitant̄ ostendere pōem hanc esse Ari·& bonorū peripateticorū: & pōis auicēnæ
hoc mihi sufficit:tn̄ ut satisfaciam aliquibus cōtra illam solitus sum arguere multis rōnibus:nūc
aūt sufficiant tres·prima est: ois differentia qua indiuidua enumerant̄ finita uel infinita:tot aut
tanta:est quantitas aut quantitati attinens·Nam finitum & infinitum quanto congruit ut dici/
tur in primo physice auscultationis·Sed per differentias indiuiduales indiuidua sunt finita uel
infinita|tot aut tanta·igitur differentiæ indiuiduales sunt quantitates|aut quanto attinentes·
Minor est perse nota·Nam per differentias specificas non dicuntur finitæ uel infinitæ species:
sed perfectæ aut imperfectæ·Vnde & Plato dixit q̄ descendere a specie ad indiuidua est ire ad
chaos & infinitum·Secundo indiuidua denominantur plura numero: aut igitur numerositate
transcendenti·aut numerositate prædicamentali·non transcendenti:quia illa est essentiarum &
entium:& sic conueniret speciebus|& essentiis:quo modo non sunt ipsa indiuidua·Si uero nu/
merositate prædicamentali:tunc indiuidua essent numero discreta|sed numerus discretus causa
tur ex diuisione continui: igitur indiuidua sunt numero plura diuisione continui: & hoc uolo·
Tertio tunc indiuidua nō drent accidentalr̄:quod est cōtra oēs peripateticos:& ipsos met·dedu
citur:quæcunq; drn̄t aliquibus differentiis:quæ antecedunt oia accīa:nō pn̄t differre accidētalr̄
ut oibus patet·sed indiuidua drn̄t hypothesibus:quæ p ipsos antecedūt oia accīa·igr̄ non pn̄t dif
ferre accidentaliter·Hæ rōnes satis sunt nūc contra fundamentū eorū·Illud uero quod addunt ut
q̄ sempiternitas sit principiū quo unumquodq; sempiternum est unū nūo in sua spetie: non est
cōmune:Aue·n·secundo huius cō·xlix·uult omnes orbes esse eiusdem spēi: & tn̄ sunt sempiter/

ni. præterea corruptibilitas non est cã multiplicationis indiuiduorum in eadem specie: sed p eos hypothesis/ siue hecceitas. igitur non sempiternitas est cã unitatis indiuidui sub eadem spẽ: sed ca

Põ propria

rentia mãæ. propterea pipatetice loquendo uĩ mihi quod principiũ fundamentale: quo indiuidum est unum nũo/ & diuersum numero ab alio eiusdem spẽi est materia affecta dispositionibus qualitatiuis & quãtitatiuis. Materia. n. sola esset principium remotum: sed materia his affectionibus contracta est principium quare indiuiduũ est unum in se: & diuisum in numero a quodlibet

Pro solutiõe

alio eiusdem speciei. Sed pro solutione ad rationes Auicẽnæ debes scire q. dispositiones illæ qualitatiuæ & quãtitatiuæ præcedunt indiuiduũ siue formam indiuidui: & secunẽ: præcedunt quidem prioritate mãæ ad formam/ & in genere cãæ materialis. secũtur uero ordine effectus ad causam formalem siue effectricem: ideo in quocunq; priori subiectum erit illis prius: illæ erunt subiecto priores: sed diuersis ordinibus: subiectum quidem prius prioritate efficientis siue formæ ad materiam: illæ ordine materiæ ad formam: quia dispositiones reducuntur ad genus causæ mate

Solu. rõnum

rialis. Tunc patet solutio ad rationes Auicẽnæ: ad primam dicerem: q. licet mã attineat ad spẽm: tñ materia affecta illis disputationibus attinet ad indiuiduum. Ad secundam dicerem accidẽtia: quæ non disponunt materiam pro introductione formæ/ præsupponere indiuiduum unum numero: at accidentia quæ disponunt materiam præcedũt & secunẽ indiuiduũ rõe diuersa ut dictũ est: & sic rõ nulla. Hæc raptim mihi uĩr nũc: alias fortasse diligẽtius mãm hanc examinabimus.

Insuper etiam perspicuum fiet cœlum unum esse necessario nobis hoc modo considerantibus. Nam cum tria sint elementa corporea: tria etiam erunt elemẽtorum loca. unus quidem eius corporis. qui subsistit. is uidelicet qui circa medium. alius autem eius quod in orbem fertur: qui quidem ultimus est. horum tertius is est: qui medii est corporis. In hoc enim corpus esse necesse est id quod supereminet. Nam si in hoc non est: extra erit. Sed hoc est impossibile. quippe cum aliud quidem grauitate uacet. Aliud grauitatem habeat: atq; locus eius corporis quod grauitatem habet: inferior sit: si quidem in medio sit is locus: qui grauis corporis est.

Expositio.

Hactenus de rationibus methaphysicis: nunc ad rationem tertiam accedit: & cõponitur sic ignis est in loco medio inter locum grauium & cœlorum. igitur non est alius mundus. circa hanc rationem Aristoteles primo proponit unam suppositionem/ & inquit insuper etiam perspicuum fiet cœlum unum esse necessario nobis hoc modo considerantibus. hæc est conclusio: quam proponit. Deinde sumit suppositionem/ & inquit nam cum tria sint elementa corporea: tria etiã erunt elementorum loca: unus quidem eius corporis/ qui subsistit is uidelicet qui circa medium: & hic est locus grauium. Alius autem eius corporis: quod in orbem fertur: qui quidem ultimus est: & hic est omnium cœlorum. Horum tertius is est: qui medii corporis: & hic est locus ignis. Est igitur suppositio q. tres sunt loci pro numero trium elementorũ/ imus uz grauiũ: sũmus cœlorũ: medius leuiũ uz ignis. Tũc arguit: ignis ẽ in loco horũ medio tm. igr̃ un⁹ est mũdus. anñs pbat: nã si in hoc nõ est: extra hũc erit. Sed hoc est impõle: qa nõ põt poni in loco cœlorũ: qa ille est corporũ quæ nec grauia sũt/ nec leuia. nec i loco grauiũ. qa solũ graue ẽ in medio. restat ut solũ ponatur i horũ medio. Inqt sed hoc ẽ impõle. qppe cũ corporũ aliud qdẽ grauitate uacet ut cœlũ: & hoc i supmo residet loco. aliud grauitatẽ habẽt: & hui⁹ loc⁹ im⁹ sit: tñ utit̃ uerbis obscuris dicẽs atq; loc⁹ ei⁹ corporis qd grauitatẽ hz: inferior sit: si qdẽ in medio sit: is loc⁹: q grauis corporis est. & ita non põt eẽ ignis extra locũ mediũ: qa nõ in supmo: qa ille est cœlorũ. nõ in imo: qa ille est grauiũ/ ut supposuit: & sic pz anñs. Ex hoc uult hr̃e eẽ unũ mũdũ tm: qa si eẽt alt⁹: in illo eẽt ignis: & tũc ille ignis nõ esset in medio horũ duorũ locorũ: imo extra oĩa hæc loca: ut pz Alex. ãt syllogizat sic corpus leue nõ põt eẽ extra hũc mũdũ: qa aut illud erit supra nr̃o mũdo: aut sub nr̃o mũdo. si supra nr̃o mũdo: igr̃ leue erit supra cœlũ. qd falsum ẽ: cũ cœlũ sit extremũ. si sub mũdo: igr̃ ignis erit infra graue: & ita leuia erũt sub grauib⁹. igr̃ oz eẽ in horũ medio: & sic uolo: & tunc lege lr̃am iuxta formã Ale. qa põt sic legi. In hoc. n. loco medio necesse ẽ id corp⁹ eẽ: qd supeminet. igr̃ null⁹ ali⁹ mũdus eẽ põt: pbat̃: qa si sit ali⁹ mũdus: tũc in hoc medio loco nõ est tm̃: sed ẽt extra: tunc ignis erit extra: sed hoc est impõle: qa nõ põt eẽ supra cœlo: nec infra cœlũ: pp rões dictas. oz igit̃ ut sit in horũ medio: & sic un⁹ tm̃ est mũdus. & hoc mõ nõ anñs: sed cõsequẽtiã pbauit uel sic in hoc. n. loco medio necesse ẽ id corp⁹ eẽ qd supeminet uz ignis: & supple i nullo alio. igr̃ un⁹ nũo mũdus Qd nõ in alio: pbat̃: qa nõ supra hoc: nec ifra. igr̃ ut pri⁹: & sic est pbatio anñtis. tu uero cõsidera.

At neq; præter naturam sibi accõmodabitur ille locus: competet enim alii secun

dum naturam·at nullum aliud est·In medio ergo esse necesse est·huius autem ipsius·quæ nam sint differentiæ:posterius dicemus· de corporeis igitur ælementis: quæ nam sint·& quot:& quis cuiusq; locus:insuper etiam quot omnino multitudine sint ipsa loca:ex iis quæ diximus perspicuum est·

Refellit cauillum:posset enim statim aliquis dicere ignem esse in aliquo loco extra hunc mundum præter naturam·Obicit contra & inquit at neq; præter naturam sibi acõmodabitur ille locus extra hunc mundum:comperet enim alii corpori præter omnia ælementa secundum naturam:quia omnis locus præternaturalis uni est naturalis alii·at nullum aliud est corpus in rerum natura præter omnia ælementa·In medio ergo esse necesse est·& sic ratio dicta locum habet/& efficatiam·Deinde se excusat:& inquit huius autem ipsius mundi quæ nam sint differentiæ: posterius dicemus·ut in secundo cœli·Demum epylogat:& sermo suus patet· Animaduerte q; uerba Aristotelis sunt ualde obscura:& non possunt clariori forma syllogizari/ut per expositionem patuit·Quo uero ad uerba attinet/Aueroes per elementa non ea corpora ex quibus alia fiunt:intelligit:sed quibus nullum corpus est prius:& sic cœlum elementum esse potest· Alii uero cœlũ esse elementum aiunt uniuersi qua ratione corporea adiecit:ad differẽtiam materiæ· Sed statim Aueroes mouet Questionem quia non uidetur uerum q; hæc tria cœlum/leue/& graue sint in loco·quia non possunt esse in loco nisi essencialiter ut Aristoteles & Alexander dixerunt: at cœlũ per accidens est in loco·igitur suppositio falsa·Respondet Aueroes & dicit primo q; in physicis dictum est cœlum non esse in loco:quia sumptum ibi fuit extra cœlum nihil esse:quod nunc est demonstratum·Dicit secundo q; qui ponit plures mũdos:cogitur tenere cœlum esse perse in loco:quia cogitur dicere uacuum:in quo cœlum est·Dicit tertio q; dicentes mundum esse unũ: coguntur dicere extra ipsum nihil esse·dicit quarto q; cum fuerit iis additum illud quod in quarto physicorum est dictum/uidelicet q; corpus extra quod nullũ corpus est:non est in loco:& sit hic dictum cœlum esse corpus extra quod nullum aliud corpus est:dabitur cœlum non esse in loco· Tunc ad formã dicit Ari·accepisse cœlũ esse in loco ſm põem aduersariorũ:est igitur suppositio tria sunt loca:quæ dupľr probať:tum qa tria sunt elta:& hæc probatio est in lr̃a:tum quia tũc nõ ad eundem locũ moueret̃ pars & totũ·patet quia ubi terræ plura essent loca : totum põt mouerí ad a locũ:glebba ad b locũ·Ex hac suppõe arguit Aue·non plura sunt loca q̃ tria : igiť un⁹ tm̃ mundus·nã ubi plures eẽnt:pn̄t eẽ plura loca:q̃ tria·Quo uero ad alia uerba attinet · Aue·p locũ grauiũ:intelligit cõcauã aeris supficiẽ:in qua oĩa grauia ipsa cõtinent̃ : & ppea Ari·dixit:q circa mediũ est:nã cõcaua aeris supficies:quæ loc⁹ est grauiũ/circa mediũ est· & p locũ supremũ: intelligit spatiũ:qd intelligiť e cœlo prio usq; ad·viii·qd regio cœlorũ dr̃:& hæc sunt sapide dicta:ait ẽt posse intelligi p tertiũ locũ concauũ ultimi corporis puta lunaris:qa oĩa quæ sunt infra illud sunt eẽntialiter in loco:& in hoc erũt oĩa leuia/ut ignis & aer·& oĩa hæc pn̄t cõuenire nr̃æ lr̃æ:cætera uero nõ·debes scire q; illã lr̃am·Hui⁹ ãt ipsi⁹:quæ nã sint dr̃æ:posteri⁹ dicem⁹·Aue· intelligit huius ipsius·i·corporis leuis:nã postea ut ait subdiuidet in aerẽ & ignẽ : qd signãter de leui corpore se excusat:ut Aue·ait qa graue eẽ duplex uz aquã & terrã est pse notũ ad sensum·at leue eẽ sectũ in duo est rõe Inuentũ:qd hac rõe pbat qa ut Alex·ait ignis ille est æquoce dict⁹:& ita pur⁹/& nõ uisilis:& sic rõe inuẽtus:sunt aũt adhoc tres rões prima ex eo qa cõbinatio ex calido & sicco eẽ põt·Scda qa extremũ cõtrariũ est in rerũ nã ut terra·igiť ignis·Tertia qa oẽs ignes sursum petũt:igiť ibi est cõgregatio igniũ:ut ẽt pbať mare eẽ:qa oẽs aquæ petũt mare· Aĩaduerte tñ ut diceť in quarto: q; ille ignis ẽ æquoce primo quo ad actũ primũ:qa est purus:hic mixt⁹· Scdo quo ad actũ ſz:qa ille uiuificãs rõe lumis:qd nobis mutuať a stellis·Hic uero nr̃ mortificat Hæc ex cõmento·sed attende:q; hæc sunt benedicta:sed nõ ad Ari·aures: nam Ari·p uerba illa nõ ignem:sed mundũ intelligit:cui⁹ dr̃as in·ii·huius dicet:qd rõabiliter se excusando ait: nã fecerat mentionẽ de extra:& sursum/& cæteris id genus·ppea hæc Aue · expõ est remota a mente Ari·& nõ mõ in hoc errauit in lr̃a ista:sed in multis aliis:ego uero collegi utilia ad textum·

Expositio· Quæ Auero· com·xci· Questio Sol· Error auero·

Quod autem unus dumtaxat sit mundus·sed nec etiam plures fieri possint : insuper etiam quod perpetuus sit·cum neq; sit corruptibilis·neq; genitus:dicamus primo de ipso dubitantes·

Hactenus q; nõ sint plures mũdi trib⁹ rationibus psuasit:nũc q; plures esse non possint:de nouo dubitat·facit aũt hoc qm̃ falsum est duplex ut dicebamus:falsum posse/& falsum impossibile·põt aũt esse aliquid falsum:& esse possibile ; ut nauale bellũ est: ur̃ falsum/sed possibile:& ita aliquis

dicere posset ut empedocles plures esse mundos esse falsum de inesse:quia semper est unus de inesse:tamen fieri posse plures successione & generatione:ut foenix semper est una:plures tamen esse possunt successione & generatione·propterea proponit nunc probare nec posse esse plures· Addit insuper etiam q. perpetuus sit cum neq; sit corruptibilis/neq; genitus· Nam licet istud tractabitur in alia summa:ipsum tamen hic proponit:quia haec perscrutacio facit ad problema de unitate mundi:quia si mundus non est corruptibilis/nec genitus/tunc erit unus tantum / & de inesse/ & de possibili·proponit tamen disputare de hoc/ut ueritas magis elucescat ex solutione dubitationum tertio methaphysicae·Haec de intentione·

Videbitur itaq; profecto si hac ratione considerauimus fieri nō posse ut ipse unus &idem dumtaxat sit·Nam cunctis rebus:quae & a natura & ab arte fiunt/atq; cōficiuntur:aliud est ipsa perse ipsam forma : & quae cum materia mixta est· ueluti sphaerae forma aliud est:& aurea/atq; aenea sphaera : & circuli rursus aliud est ipsa forma:& aeneus circulus atq; ligneus : quippe cum sphaerae aut circuli quod quid erat esse assignantes/non aurum / non aes in ratione afferemus : cum haec de illorum substantia non sint·at si aut aeneam/aut auream definierimus : etiam si praeter singulare quicquam aliud intelligere aut sumere non possumus · (Interdum enim hoc accidere obstat nihil : ut si unus dumtaxat circulus fuerit sumptus ·) non minus sane aliud est esse circuli & huius circuli. Et illud quidem forma · hoc autem in materia forma erit ac singulare·

Expositio · Prosequitur Aristoteles:& primo syllogizat mundorum multitudinem :·deinde soluit questionem·de primo supponit q. aliud est forma coeli ut forma:& aliud forma coeli ut in materia:& syllogizat sic in omnibus sensilibus & singularibus:quae aut arte conficiuntur/aut natura fiunt:aliud est forma per se ipsam sumpta:& forma ut in materia mixta·Sed coelum est sensile atq; singulare a natura aut arte·igitur in coelo aliud est forma perse ipsam sumpta / & forma ut in materia· Circa hanc rationem primo proponit id quod uult principaliter syllogizare/& inquit uidebitur itaq; profecto si hac ratione considerauerimus fieri non posse ut ipse mundus unus & idem sit solū Deinde sumit maiorem syllogismi dicti:& inquit nam cunctis rebus quae & a natura fiunt:& ab arte cōficiuntur:aliud est ipsa perse ipsam forma/& quae cum materia mixta est · Hanc maiorem probat primo exemplis mathematicis:deinde ratione·Exemplis quidem mathematicis propter duo:& quia res mathematicae sunt certissimae:& quia manifestum est perse in illis: q. in ratione earum non ponitur sensilis materia & inquit ueluti sphaerae forma aliud est: & aurea/atq; aenea sphaera:& circuli rursus aliud est ipsa forma/& aeneus circulus atq; ligneus · Haec sunt exempla· Deinde rationem affert:& inquit quippe cum sphaerae aut circuli definitionem (quae dicitur qd quid erat esse)assignantes:non aureum non aes in ratione afferemus:cum haec uidelicet aurum & aes de illorum substantia non sint·at si aut aeneam aut auream definierimus:subaudi tu illa addemus·Sed dices utrum quando singulare est unum tantum in sua specie: in illo differat forma: & haec forma uniuersale & particulare·quiditas & indiuiduum·Respondet etiam si praeter singulare quicquam aliud intelligere aut sumere non possumus(interdum enim hoc accidere obstat nihil:ut si unus dumtaxat circulus fuerit sumptus:& ut de facto est de una foenice/& uno sole: & caeteris id genus:)nihil profecto minus aliud est esse circuli & huius circuli: & illud quidem forma perse ipsam/hoc autem in materia forma erit ac singulare·Sic igitur dato q. unum numero tātum sit sub specie indiuiduum:nihil tamen minus adhuc in ipso differt forma secundum se considerata:& haec forma·Haec est maior syllogismi·Animaduersione dignum Aristoteles pro tanto hunc confutasse cauillum/quia aliquis praeuenire posset de mundo : q. ipse est unus numero in sua specie:ideo in illo non differt forma perse ipsam sumpta : & haec forma·& ideo non recte exponit S·Thomas hunc locum intelligens quo ad modum diffiniendi·

Cum igitur coelum sensile sit:Singulare erit profecto:sensile enim omne in materia existit·

Expositio · Nunc ponit minorem:erat enim minor syllogismi sed coelum est sensile & singulare & in materia·nunc ponit hanc minorem:sed non hoc ordine:sed inquit cum igitur coelum sensile sit:singulare erit profecto:sensile enim omne in materia existit·fecit autem minorem hoc modo ut det in

telligere ex uno sequi alterum:q. hæc tria uidelicet singulare|sensile | & esse in materia sunt con/uertibilia·& in hoc Aristoteles sumpsit minorem|& illius probationem·

At si sit singulare:aliud nimirum erit esse cœlum, & cœlum simpliciter · est ergo aliud hoc cœlum, & simpliciter cœlum·atq; hoc est ut species & forma : illud ut cum materia mixtum ·

Nunc syllogismi conclusionem infert uidelicet q. in cœlo aliud sit forma perse ipsam sumpta|& forma in materia concepta·Verum epylogat uim totius syllogismi: ut discipulus facilius illi as/sentiatur:nam longius sumpsit propositiones:& inquit at si cœlum ipsum sit singulare|sensile & in materia constitutum:aliud nimirum erit esse cœli indiuiduum|& simpliciter cœlum uniuer/sale·est ergo aliud hoc cœlum|& simpliciter cœlum:atq; hoc uidelicet cœlum simpliciter est ut species | & forma | illud uidelicet esse cœli est mixtum cum materia· Hæc est conclusio & totius syllogismi epylogus· Expositio·

Sed quorum forma quædam atq; species est,eorum aut sunt,aut plura singularia fieri possunt·Nam si sint(ut quidam autumant)formæ: hoc accidere necesse est· sin nihil sit Talium seperatum:non minus idem accidere necesse erit · in omnibus enim iis quorum substãtia in materia est,plura esse atq; infinita uidemus ea quæ sunt eiusdem speciei·Quare aut plures sunt cœli:aut plures esse possunt:ex iis igi tur sumet quispiam & esse plures cœlos,& etiam esse posse· Expositio·

Ex primo syllogismo accepit cœlum esse formam in materia:nunc huic addit aliam maiorẽ sic sed quorum forma quædam aut species est in materia:eorum aut sunt|aut plura singularia saltem successione fieri possunt:erit tunc conclusio q. aut cœli plures actu sunt:aut plures esse poterunt· Hic est syllogismus principalis:cuius minorem ex primo nactus est syllogismo: maiorem ex po nit nunc dicens|sed quorum forma quædam atq; species est|eorum aut sunt:aut plura singularia esse possunt·ut fœnix:quæ licet sit una:tñ plures esse possunt·Hæc maior:quæ debet legi suspẽ/siue usq; ad cõclusionem:deinde hanc maiorem declarat tam fm opinionẽ Platonis: qui formas siue spẽs autumat sensilium seperatas|q̃ fm positionẽ Herculeoꝝ atq; peripateticoꝝ | quæ nullã formam seperatam ponit·fm Platonem quidem:quia ubi idea seperata concedat̃: cum illa sit ue luti exemplar sensilis rei:& unum exemplar esse potest multoꝝ exemplatorum: possunt saltem plura esse indiuidua eiusdem speciei·fm Herculeos uero:quia si non concedatur seperatio forma rum:nihilominus plura indiuidua esse possunt eiusdem speciei: quod pro modo sensus testimo/nio aprobat:quia in omnibus formis:quæ cum materia concipiuntur:sic cernimus· Inquit nam si sint(ut quidã autumant)formæ e materia ipsa seperatæ:hoc accidere necesse est:quatenus uni us exemplaris esse possunt plura exemplata·Sin nihil sit talium seperatum|non minus idem ac/cidere necesse erit:quod sensus astipulatione oñdit & inquit in oĩbus·n·iis|quoꝝ substantia i ma teria est|plura esse atq; infinita uidemus ea quæ sunt eiusdem spẽi·Et hoc rõne ẽt patet primo ut expositor sentit:qa cum mã signata non sit de rõe spẽi:rõ spẽi põt indifferenter saluari signata in hac & in illa:& ita plura pñt esse indiuidua eiusdẽ spẽi·Scdo quia mã ipsa est multiplex ptãte:q̃/re si forma est in mã:possunt eiusdem spẽi formæ esse in eadem mã·Demũ suspensionẽ finies con clusionẽ subscribit dicens quare aut plures sunt cœli:aut plures esse pñt· Tunc epylogat & inqt ex iis igit̃ sumet qspiam & esse plures cœlos si oĩs forã in mã actu est in pluribus materiis:& plu res cœlos esse posse:si nõ actu|sed ptãte forma in mã plura quærat indiuidua· Hæc est qõ Arist· oium|ut mihi uĩ|difficillima·quod ẽt Aue·testatur ex eo'qa hæc qõ fecit dubitare Galienum·& debes scire q. Auerroes sũmatim rõnem qõnis format alio mõ:& põt lr̃æ conuenire:licet remote· ordinẽ uero in uerbis Ari·nullatenus pcepit·ppea uerba exposuit cõfuse:cuius expõi nõ est con fidendũ:quicqd tñ sit:Syllogismus eius est hoc mõ·oẽ corpus naturale & sensile componitur ex mã & forma:cœlũ est corpus naturale ac sensile igit̃ est compositum ex materia & forma· Secun dus syllogismus huic sub acceptus est | oẽ compositũ ex materia & forma aut actu sub eadem spẽ multiplicatur:aut est multiplicari possibile·Sed p conclusionem præcedentis syllogismi cœlum componit̃ ex materia & forma · igitur aut actu sub eadem specie multiplicatur: aut multiplicari potest·Maior huius secundi syllogismi declaratur ab Aueroe:quia forma quo forma apta est præ dicari & esse in pluribus:nam ulitas ipsa est ratione formæ·Indiuidualitas uero rõe mãæ·Modo hæc est uniuersalis definitio uʒ prædicari & esse in pluribus·forma autem ipsa est uniuersale siue

Declõ Maio·

Quæ Auero· com·xcii·

subiectũ siue fundamentũ uniuersalitatis: & sic forma cœli est aut esse põt in pluribus materiis. Vocat autem Auerroes formam subiectum siue fundamentum uniuersalitatis: primo quia est fundamentum similitudinis & conuenientiæ: in qua consistit uniuersalitas ipsa. Scdo qa est fundamentum intelligibilitatis: oẽ·n·intelligibile ob formã eius intelligit: cum eius materia impediatur cognitio. Tertio qa est per se cã essendi· at mã est p se cã priuationis/ p accidẽs uero essendi: sunt & aliæ cãæ: sed hæ sufficiunt. Maior syllogismi primi fuit q̃ oẽ sensile atq; naturale cõponit ex materia & forã: & in hac laborat Aue·p totũ cõtẽtũ: ubi debes scire: q̃ rerũ aliæ sũt pe nit⁹ intellectiles / ceu foræ puræ / de⁹ uz & intellect⁹ orbiũ· aliæ sensiles oĩo / ut cõposita singularia: quo sũt singularia· aliæ intellectiles & sensiles ut cõposita ex materia & forã: nã rõne materiæ sunt sensilia· rõe uero formæ sunt itelligibilia atq; uniuersalia· Quib⁹ uerificat maior uz q̃ oẽ corpus sensile cõponit ex mã & forã: materia qdẽ: qua reddat sensile· forã uero / q̃ reddat intellectile. Sed iuniores rõnabiliter dubitauerunt: ur·n·q̃ materia nõ sit cã sensibilitatis / esset·n·ipsa magis sensilis pp quod nãq; unũquodq; tale est: illud magis tale erit· Scdo / oẽ quod sentitur mouet sensum· sed mouere & agere est rõe formæ· igit non rõne materiæ / sed rõe formæ res sentit· Sunt q nõ imperite sentiũt aliud eẽ rõem sentiẽdi / & cõditionẽ rei sensilis: rõ·n·sentiẽdi est forma: qm ipsa est rõ assimilãdi & agẽdi in aliud· cõdicio uero mouẽtis & sensilis ẽ materia: primo qa materia ipa reddit corp⁹ quãtum· Scdo qa ipsa reddit sensile indiuiduũ· Tertio qa eadẽ reddit corp⁹ qle· hæc·n· tria uz quãtitas / singularitas atq; qlitas cõditiões sũt mouẽtis & rei q̃ sentit secus est in ipsa intellectione: nã forã est rõ & cõditio mouẽdi itellectũ: qa ipsa est uniuersale: & rõ & cõditio: qua ipa res intelligit: & tũc ad primã p3: ipsa·n·materia nõ est cã: qua res sentit: sed cõditio sine qua nõ· ad fm p3 sol ipsa·n·forã est rõ sentiendi: & materia cõditio: uerũ licet forã sit rõ / & materia conditio: neutra tñ sentit: illa·n·rõ sentiẽdi insensilis est· Hæc ãt cõditio eius: qd sentit: quæ nõ sentit·

Expositio. Qualia uero sint ea quæ extra cœlum sint: nunc ostendit. & hoc non iniuria: nam ex hoc fere patebit: quæ sit mundi forma: si deus ipse (ut aliqui putant) sit uniuersi forma. & quia hæc ex dictis sequitur: rem hanc perfecit per formam illationis. declarat autem primo qualia non sunt illa. deinde qualia sunt. & hoc rationabiliter: quia negatio est cognitione prior affirmatione, maxime quando res est difficilis cognitu. aut quia illa qualia non sunt cognoscũtur: qualia uero sunt, aut non cognoscuntur: aut cum difficultate: & dicit quia probatum est supple extra cœlum non esse locum: sequitur ut illa quæ ibi sunt: non sint in loco: rursus quia probatum est extra cœlum non esse tempus: sequitur illa nõ senescere in tempore. Tertio quia supra ultimam lationem nulla est mutacio: sequitur ut illa non sint mutationis participia. Illa igitur quæ ibi sunt: nec in loco sunt: nec in tempore: nec mutatione participant. Animaduersione dignum hæc de illis posse declarari alio modo: q̃ ex dictis. Ea namq; quæ hic sunt: in loco esse uidentur: quia sunt corpora. sunt quoq; in tempore: quia materiam habent atq; contrarium. mutantur uero quia priuationi miscẽtur. At cum illa nec corpora sint: nec materiam uel contrarium habeant. Nec priuationi miscentur: erunt igitur loci, temporis, ac omnis mutationis expercia. Qualia igitur illa non sint: iis modo patet.

Sed nullis alterationibus, nullisq; passionibus prorsus subiecta, optimam atq; sufficientissimam uitam ducendo omne æuum absoluunt.

Expositio. Hactenus qualia non sint: ex dictis conclusit: nunc uero qualia sint: non ex dictis: sed ex aliis expositis addit, & inquit sed nullis alterationibus, nullisq; passionibus siue morbis prorsus subiecta, optimam atq; sufficientissimam uitam ducendo, omne æuum absoluunt. Hæc autem tria nõ ex his: sed ex aliis patent: nullis enim alterationibus nullisq; passionibus subiciuntur: quatenus illa non sunt materiæ atq; contrario permixta ut terracea ipsa animalia possident autem optimam uitam, quatenus sũme appetibilem. Sufficientissimam, quatenus nullo indigent aut pro uitæ conseruatione: aut pro illius uitæ operum executione: habent etiam uitam æternam, quaten9 omne æuum rerum absoluunt. Etiam ex dictis patere potest: sunt enim alterationis expercia: qa non sunt in loco: omne enim quod alteratur, est in loco. Morbis non afficiuntur: quia tempore non senescunt. uitam habent optimam: quia ei nihil miseriæ miscetur. sufficientissimam qa nullo bonorum eget nec fortunæ, nec naturæ, nec animi. differunt autem æternitas, æuum, & tempus

pus ut quarto physicæ auscultationis sumitur·quippe cum ab æternitate æuum/ ab æuo tempus proficiscatur·Quo fit/ut quia uita illorum omne æuum atq; omne tempus absoluat:ideo sit pœnitus æterna·

Diuinitus enim nomen hoc pronuntiatum est a priscis:finis enim qui uitæ uniuscuiusq; continet tempus:cuius nihil secundum naturam est extra:æuum uniuscuiusq; est nuncupatum·per eandem etiam rationem·& uniuersi cœli finis: & finis qui tempus totum infinitumq; continet·æuum est·a semper essendo nuncupatione sumpta immortale atq; diuinum·

Remouet cauillum:posset·n·obici uitam illorum non absoluere omne æuum:quippe cũ æuum sit etiam ipsius cœli mensura:quam uita illorum excellere non potest·Respondet q; æuum põt sumi ꝑ mensura uniuscuiusq; rei adæquata:qua quidem rõne tempus·lxx·annoꝝ esset æuũ hoĩs: uel spatium·ix·annoꝝ esset æuum canis·Aut potest sumi proprie pro cœli mensura: quæ & ipsi cœlo æquatur/& omne tempus continet·& hæc potius sempiternitas/a semp essendo est nuncupata:q̃ æuum·ad propositum cum dictum est uitam illorum absoluere omne æuũ: accipit̃ æuũ pro tempore cuiusq; rei adæquato:& non pro cœli sempiternitate:quæ est coæqua uitæ illorum Inquit diuinitus enim nomen hoc uꝫ cui pronunciatum siue distinctum est a priscis·finis enim siue mensura/qui uitæ uniuscuiusq; continet tempus:cuius nihil ſm nãm est extra/æuum uniuscuiusq; est nuncupatum:& sic æuum uno modo sumit̃ pro spatio temporis: quo aliquid æquate naturaliter uiuit:per eandem ẽt rationem & uniuersi cœli finis:& pro idest finis qui tempus totum infinitumq; continet alia ratione æuum est/dico alia ratione a semper essendo nuncupatione sumpta ĩmortale atq; diuinum:ita ut sempiternitas dici debeat·ad propositum sumendo æuũ primo modo:sic uita illorum absoluit omne æuum·Sed secundo modo accipiendo æuum: sic illorum uita non absoluit omne æuum:quia non æuum cœli:cum sit illi æquatum· Quo uero ad uerba græca attinet/uerbum illud æuum græce est quod nõnulli interpretes sempiternitatem latine dixerunt·uerbum uero absoluũt/græce est quod etiam illi latine dicunt perficiunt iuxta quorum translationem erit sensus:sed nullis alterationibus/ nullisq; passionibus prorsus s btã/optimam atq; sufficientissimam uitam ducendo in tota sempiternitate perficiunt hoc est uiuunt/atq; degunt:& q; illa degant in sempiternitate:authoritate probat antiquorum:qui ipsum siue ipsam sempiternitatem bifariam sumunt:aut pro mensura cuiusq; æquata:aut pro cœli mensura:quæ proprie dicitur sempiternitas a semper essendo: & ĩ hac illa degunt/atq; uiuunt/quatenus per hanc agunt atq; operantur:& in hunc modum simplicius ipse exponere uĩ/quem expositor noster sequitur·Ego autem latine dixi æuum: quod Aueroes in suis translationibus seculum habet:& non inepte: & tunc quo nam modo textus sit exponendus:ex iis patet·Sed quæres quid Aristoteles per id quod est extra cœlum intelligit:cũ ait illud neq; esse in loco / neq; in tempore / nec in mutatione· Respondet Aueroes authoritate themistii Alexandrum intellexisse & primam causam/& orbem ultimum & supræmũ & utroq; modo exponendo/Aueroes asserit Alexandrum recte dixisse: & hoc nititur exponere: & de prima causa/& de supræmo orbe·de prima causa quidem:quia primam causam collocat Ari·primo continenti siue supræmo cœlo:quia eius motio apparet illic prius·propter quod Ari·in·viii·physicæ auscultationis asserit deum esse in conuexo sphæræ siue in supræmo orbe· Ecce quo nã modo peripatetici locant deum per operationem:de quo postea dicemus: tũc si intelligit ꝑ illud quod est illic:primam causam:patet illam nec in loco esse:quia extra cœluꝫ nullus est locus· nec in tempore:quia extra cœlum non est tempus·Nec in mutatione: quia extra cœlum nullus est motus·Si uero orbem intellexerit:patet primo ipsum non esse in loco:quia omne quod est in loco continetur e corpore:at extra orbem non est corpus·Secundo patet ipsum nõ esse in tempore: primo quia ipse est causa tempus:igitur non est in tempore·Secundo quia non terminatur tẽpore:cum perduret semp:& ita prima causa & orbis quo ad has conditiones non differunt· Ex iis obiter Aueroes concludit ad mentem Alexandri orbem siue mundum esse æternum atq; non in mutatione constitutum & hoc per conuersionem per contrapositionem hoc modo omne generabile & corruptibile tempore terminatur: igitur omne non terminabile tempore est non genitum· Sed cœlum est non terminabile tempore / igitur ingenitum · Hæc quo ad conditiones negatiuas · Quo uero ad affirmatiuas : uidetur quod neque orbis neq; prima causa alteratur: uel patiatur·cum ambo sint sine materia & contrario: & tunc per id quod est supra lationem si exponatur de prima causa; intelligit supra omne motum tam rectum quam

Expositio·

uerboꝝ expõ

Quæ Auero· com·c·

M

orbicularem:& hoc melius intelligit̃:& si exponat̃ de orbe intelligit̃ per latione/motũ rectum. Scdo ur̃ q ambo uiuãt uita optima/lʒ aliter ut supplendũ est. nã deus uiuit p essentiã: quo modo aiam uiuere diceremus. orbẽ uero participatiue:quo mõ aial uiuit. Ecce quo nã mõ Aue. oia hæc & de deo/& de orbe uerificauit ꝑ opinione Alex. Sed expositor refellit expoẽm Alex. & ostẽdit illã nõ posse intelligi de orbe. Primo qa Aristo. excludit oẽm trãsmutatione ab eis quæ illic sũt. mõ orbis nõ excludit̃ ab oĩ trãsmutatione. Scdo ait ea quæ sunt extra cœlũ nõ esse in loco:sed nihil est extra se. igr̃ nõ de orbe. iii. Ari. ait illa optime uiuere:hoc ãt nõ ur̃ cœlo inesse. nã cœlũ uiuit p unionẽ aiæ ad corp⁹/& sic uiuit q̃si participatiue. iiii. ait illa hr̃e uitã sufficientissimam. mõ cœlum talẽ uitã nõ hʒ:nõ. n. uiuit sufficiẽter:qa mouet̃ pp bonũ eius:& ita uiuit egẽdo. pp hæc expositor forte simplici authoritate oia illa eẽ dicta de intelligẽtiis asserit: qd ea rõne magis pʒ: qa græca lr̃a est pluraliter scripta:& nõ singulariter:& ita nõ de orbe tm̃/nec de deo solũ: sed de oibus illis substanciis Ari. ur̃ intelligere. Sed siqs afficeret̃ expõe Alex. aiaduertat:q cœlũ uiuit & intelligẽtia uiuit:cœlũ. n. uiuit pticipatiue. intelligẽtia p eẽntiam. Tũc Ari. p illa in plurali intelligit oẽs orbes/principe supræmo tanq̃ optimo & pfectiori:oẽs. n. uiuũt:participatiue tñ. aut intelligit oẽs intelligẽtias:principe prima cã:hæ. n. p essentiã uiuũt: Tũc ad rões/ad primã diceret Ari. excludere oẽm mutationẽ corruptiuã. Ad scdam p extra itelligit negatiue/hoc est nõ intra:& hoc mõ orbes sunt extra cœlũ hoc est nõ intra mundũ siue cœlũ. Aut dicendũ orbes esse extra cœlũ:qa nõ secunt̃ conditionẽ eoꝝ:quæ sunt intra cœlũ:sunt uero ibi/hoc. in cõuexo oium elementoꝝ. Ad. iii. diceret orbes optime uiuere rõne habita ad aialia terracea:quæ paruo tẽpore uiuũt. nõ aũt optime uiuere rõe habita ad substãtias illas:quæ per essentiam uiuunt. Ad quartã diceret illa uiuere sufficienter:qa nullo exterius egent ꝓ ipsoꝝ præseruatione:cum quo stat illos egere aliquo ꝓ motu:& sic Alexander defendi põt.

Vnde & ipsum esse atq; uiuere aliis quidem clarius:aliis uero obscurius communicatum est.

Hactenus q̃ sbæ illæ uiuãt uita optima/sufficientissima/atq; pfectissima declarauit: hinc infert ipsum eẽ & uiuere esse cõicatum oibus aliis rebus:lʒ non eodẽ mõ:sed aliis quidẽ clari⁹/ aliis uero obscuri⁹. ut sit syll'ŝ iste ab eo qd uiuit optime/& est pfectissime:cõicatuʒ est esse & uiuere aliis oibus/ut a calido per essentiã cõicat⁹ est calor aliis oibus p participatiõnẽ. ti. methaphysicæ. Sed illa uiuũt uita optima:& sunt res pfectissime:ppea infert un̄ & ipsum esse atq; uiuere aliis quidem clari⁹:aliis uero obscuri⁹ cõicatum est dixit aũt hæc:qa res sunt induplici dr̃a: aliæ qdem quarũ esse & uita est æterna ſm indiuiduũ:ut orbes:& intellect⁹:& his clarius hoc est pfecti⁹ uiuere & eẽ ab illis deriuatũ est cũ ipsa sint:quæ illa participẽt:& nõ in suo simili: Aliæ uero quaꝝ eẽ & uiuere est æternũ ſm spẽm/ut aialia & stirpes:& his deriuatũ est esse obscuri⁹ ac imperfectius cum in suo simili uita & eẽ participare uñr. Sed siue sic siue sic oẽ defluit ab illis:quæ aut p essentiã uiuũt aut pfectissima & sufficiẽtissima uita existũt. Aiaduersione dignũ apud Alexã. posse ẽt intelligi ut colorat Aue. ẽt de orbibus:inest. n. eẽ & uiuere maxime & pfectissime orbib⁹/ potissimũ ei q motu ferẽ diario/inde aliis generabilibus deriuatũ est eẽ & uiuere:sed non mõ eodem: cum aliis clarius sit cõicatum ut aialibus:quæ uiuũt uita simili illis / maxime hoẽs: qui uiuunt intellectu. Aliis obscurius/ut stirpibus & eẽtis:quæ uitæ parũ hñt. eẽta quidem quatenus sunt partes reꝝ uiuentium. stirpes aũt quatenus uiuũt uita imperfectissima & uili.

Et enim ut in externis circa diuina sentẽtiis persæpe rationibus omne diuinum necessario intransmutabile esse declaratum est. primum ipsum atq; sũmum: quod ita se habeat:astipulatur dictis.

Nunc ea quæ illis præbuit/manifestat:& primo præponit illa/addens excusationem sui. Scdo ea declarat. Illa itaq; ꝑpositiones & sui ipsius excusationem addens:Inquit & enim ut in externis circa diuina sententiis persæpe rõibus siue disputationibus oẽ diuinum necessario eẽ intrãsmutabile declaratũ est:primũ ipsum atq; sũmũ quod ita se hẽat:astipulat̃ dictis: & ita incendit ꝓbare illud esse intrãsmutabile:cui⁹ excusationẽ ꝑponit/ex eo qa alibi illud est ẽt dictũ. Quo uero ad uerba attinet aiaduersiõe dignũ ut ex simplicio colligi põt/Duo apud pħos eẽ genera dogmatũ: Alia nãq; dogmata erãt:q̃ mltitudini scolariũ tradebant̃/& iunioib⁹/& ꝓuectis:& hæc agræcis dicebantur encyclia phylosophemata. Alia uero erant acutiora:quæ prouentioribus tradebantur. Hæc syntagmatica/hoc est seria/ & ordinaria/uel acroatica hoc est auscultatoria dicebantur. In his igitur externis dogmatibus:quæ tradebantur omnibus / dictum est omne diuinum esse intransmutabile. Animaduersione dignum omne diuinum esse intransmutabile:quia non suble

Argumẽta expositoris contra alexan.

Defẽsio alex.

Expositio.

Expositio.

Dogmata duo ap pħos.

ctum motu:& primum:quia non subiectum tempori:& summum|quia non contentum loco·diuinum quia e materia seperatum·Hæc ab expositoribus tum græcis|tum latinis·Sunt qui encyclia intelligunt phylosophiam moralem:quam Aueroes uulgarem appellat:In morali enim scientia traditum est omne diuinum esse mutationis expers·Tu uero in his confide græcis·

Nequæ enim aliud præstabilius est:quod quidem moueret: esset enim illud porro diuinius ipso·

Nunc probat illud & primo sic quod non habet aliquid præstabilibus ipso: non mouetur ·diuinum illud & primum non habet aliquid præstabilius ipso· igitur non mouetur·de ratione tãgit minorem|& inquit neque enim aliud præstabilius est|quod quidem moueret·hæc est minor:esset enim illud mouens porro diuinius ipso|& ita non primum·Sed dices animal mouetur a calido:& tamen calidum non est animali præstabilius·igitur non oportet ut omne mouens sit præstabilius moto·dici potest animal moueri a calido per accidens|perse uero ab anima appetente frigidum pro cõmodo corporis·at si primum mouetur:oportet ut moueatur perse : quia non est uirtus in corpore·ut declaratum est in lib·viii·auscultationis physicæ· Expositio· Dubi· Sol·

Nequæ praui quicquam habet·neq; bonorum suorum aliquo indiget·

Expositor uult ut hæc sit secunda ratio ad idem:quæ sic componitur omne quod mouetur habet praui quicquam|atq; bonorum aliquo idiget·at primum & summum nihil habet praui| nullo quo q; bonorum indiget·igitur non mouetur·Melius dicerem nunc Aristotelem probare aliud attributum summo uidelicet q; uiuat uita perfectissima & sufficientissima·perfectissima quidem | quia nihil praui habet·Sufficientissima uero:quia nullo bonorum indiget:neq; fortũæ|neq; naturæ| neq; animi ut decimo ethicorum habetur·uita namq; illorum optima est:quia nihil praui habet hoc est miseriæ ad mixtum ueluti nostra cuius uoluptas est semper miseriæ iuncta·Sufficientissima:quia non indiget bonis naturæ:cum neq; aptus sit infirmari·nec fortunæ|cum diuitiis non egeat pro nutritione & æducatione:nec animi quia uirtutis sunt remedia uiciorum:at illic uicitis non subsunt·uidetur autem hæc expositio melior prima:tum quia Aristotelem facit uberiorem| Tum quia ratio prima friuola est·Sic enim probarem orbem non posse moueri : quia neq; praui quicquam habet|nec eget· Expositio· Expõ·i· Expõ·ii·

Et incessabili igitur motu rationabiliter mouetur:cuncta enim moueri desinunt : cum suum in locum uenerint·eius autem corporis·quod in orbem fertur·idem est locus equo incipit:& in quæm finit·

Demũ ex dictis infert orbẽ ipsum moueri a primo motore motu incessabili·ex dictis qdez: qa p̃batũ est primũ eẽ intrãsmutabile & optima uiuere uita·igr̃ intrãsmutabiliter ac incessanter mouet:est·n·mot⁹ ille uel uita sibi·Sed nõ mõ ex dictis hoc uult eẽ deductũ:sed p̃bat hoc rõne alia: cũcta·n· quæ desinũt moueri|eo desinũt:qa in sua loca ueniũt·at orbis nunq̃ in suũ uẽit locum| est·n·locus idẽ e quo incipit|& in quẽ finit·Aue·uero enitit̃ defendere Alex·q textũ de orbe exponit:uĩ·n·q; de orbe nõ recte dicat̃ eo nihil eẽ p̃stabilius:& sic uĩ Ari·loq de prima cã· Rñdet Aue·dupl'r primo intelligẽdo p motũ alterationẽ:& tũc uult Ari·uoluisse orbẽ nõ esse alterabilem|qa ipse est cã oium alterationũ·Scdo qa oẽ alterãs p̃se est p̃stabili⁹ alterato·mõ nullũ corpus est orbe p̃stabili⁹·Scdo rñdet Ari·p illa uerba nõ uoluisse orbẽ esse intrãsmutabilẽ: sed q; nulla ẽ cã prior:quæ ipsum alteret:posset·n·dici orbẽ esse alterabilẽ|qa est aliqd prius:e quo alterari põt Rñdet Ari·nullã talẽ esse posse:qa illa erit corruptibilis oĩs·n·corruptio fit a corruptibili:& oẽs alteratio fit a corpore·Orbe nullũ est corpus prius|nec cã prior corruptibilis· Scdo ait uerba illa & incessabili igr̃:de orbe meli⁹ eẽ dicta:nã orbis moueẽ·prima cã nõ moueẽ·dici põt pro Thoma:Ari·sic intellexisse & incessabili igr̃ motu rõnabiliter moueẽ supple oẽ illud qd e prima causa mouetur p̃se:& sic potest de prima causa id intelligi·Colligit Aueroes ex textu suo talẽ syllogismum omne quod mouetur|per infinita loca æterno tempore mouetur cœlum mouetur p infinita loca quia per infinitos situs: qui sunt loca formalia·vi·auscultationis physicæ : igitur æterno tẽpore moueẽ·Maior p3:qa nõ est maior rõ de uno q̃ de alio loco · non·n·rõabilius d3 quiescere magis in uno q̃ in alio·Supponit aũt in hac rõe sitũ eẽ locum|ad mẽtem Auicennæ : qui motum cœli situalẽ esse asserit:ut diximus in physicis|& in lib·destru·destru·disputatione·xiii·in sol·dubii quarti·Quo uero ad uerba Ari·attinet:uerbũ illud rõabiliter græce est latine ẽt logice dr̃·declarat aũt Aue·in calce suæ cõmẽtationis:quo nã mõ rationabiliter hoc est rõne logica cœlũ moueẽ motu incessabili|& nõ rõne demonstratiua· Nam Aristo·sic arguebat Quæ Auero· com·c· Quæ Auero· quo ad uerba com·c·

omne quod mouet̃ ab eodem loco in eundem locũ mouet̃ motu incessabili: at coelũ mouet̃ ab eodem loco in eundem locum. igitur motu incessabili. Quod aũt haec rõ sit logica ut dixit Aueroes eo patet qa non datur per cãm completam/non. n. Moueri ab eodẽ in idẽ est cã ut motus sit incessabilis/qa si ita esset in corpore finito & corruptibili eẽt uirtus ĩfinita: nã rota molẽdini mouet̃ ab eodem in idem: igr̃ mouet̃ motu incessabili: & sic eius uirtus esset infinita: qd est impõle: quia est corpus infinitũ: & ita haec rõ est logica/non demonstratiua. & ideo debet compleri hoc modo supponendo coelũ sumpte natura moueri ab eodem in idem & circa idem centrum. Tunc ratio Aristotelis completur sic omne corpus quod mouetur ab eodem in idem/per infinitos situs circa idem centrum suaptenatura/mouetur motu incessabili. coelum mouet̃ ab eodem in idem circa idem centrum per infinitos situs suaptenatura. igitur mouet̃ motu incessabili: & tunc cessat obiectio de rota: quia licet illa mouet̃ ab eodem in idem/& circa idem per infinitos situs/hoc nõ

Replica

est perse suaptenatura/sed per accidens ac uiolenter: & sic complet̃ rõ Aristotelis. Sed dices tunc ratio Aristotelis peteret/qa supponit coelũ suaptenatura moueri circa eundem locum nũo/& ab

Rñsio

eodem in idem: modo hoc negaret cauillator. pp haec probat Aueroes coelum suaptenatura moueri ab eodem in idem circa medium. Et primo per locum ab opposito/quia si non moueret̃ naturaliter: tunc uiolenter moueret̃: cuius contrarium est probatum in principio huius libri: & ita esset non perpetuus. qua rõne motor illius eẽt in mã genitus & corruptibilis/ut patuit. viii. physicae auscultationis. Secundo tunc sibi accideret labor: omne nãq; quod uiolenter mouet̃: uĩ cum labore moueri. Ex iis complet rõnem: q. uz ideo mouetur coelum incessanter: quia natura mobilis est innata nõ moueri uiolenter/nec quiescere naturaliter. Natura etiam motoris est nata mouere naturaliter: & non facere quietem: quare ex iis naturis ꝑficisceẽ non nisi motus perpetuus.

Quae S. Tho.

& ita patet q̃ sapide Aristoteles appellauit suam rõem logicam: & non demõstratiuam. Expõtor uero ait Aristo. hanc rõnem appellasse logicam: quia nõ ex necessitate concludit: põt. n. dici q. licet motus coeli nõ sit cessabilis ob naturã loci: cessat pp naturã uel uoluntatem motoris: q mouet quantum uult/& non quantum põt. & utroq; mõ est sapide dictum ut mihi uĩ: uerum de his diximus in. viii. physicae auscultationis haec ex cõmẽtationibus Auerois colligi possunt/ad textus nostri cõmentationem. Circa calcem huius capitis plures emergunt qõnes: Prima est utrum

Questiones
Prima qõ an extra coelum sit uacuum.

extra coelum sit uacuum/& uidetur q. sic primo quia coelum debet esse in loco: mõ in nullo nisi in uacuo esse uidetur. Secundo quia si quis esset in extremo orbe posset manum extendere. Tertio quia si duorum contrarioꝝ unum est in natura: alterum etiam erit in natura. Sed plenum & uacuum sunt contraria: & plenum est in natura. igitur uacuum. His rationibus obediunt stoici:

Põ stoicoꝝ

qui uacuum quod cenon uocant & extra coelũ: & imbibitum corporibus concedũt quibus etiaꝫ philoponus consentit: ex eo qa ut in paruo mundo: ita in magno est. Sed homo est compositus

Confu.
Alexãdri cõtra stoicos

ex uacuo & pleno. igitur in mundo & extra mundum uacuum erit. Alexander aphrodisius probat uacuum extra coelum non esse contra illos primo quia si esset/uel esset finitum: aut infinitũ. non finitum: quia non magis finiret̃ in una parte: q̃ in alia. nec infinitum: quia tunc esset infinite capax: & ita esset ociosa potestas eius: cum nunq̃ reciperet corpus infinitum. Secundo qa uniuersum uacuũ est unius rationis in toto & qualibet parte: & sic non magis reciperet corpus ĩ una

Confu.
rõnũ alexan.

parte q̃ alia. hae rationis sunt Aristotelis tertio auscultationis physicae: sed pace eorum uidentur friuolae: prima quidem: quia dato q. uacuum illud esset infinitum/eius tamen potestas non est ociosa: sufficit enim ut ipsius aliqua pars actu corpus aliquod subsciperet: esset enim ociosa/quãdo nec illud/nec illius aliqua pars corpus subsciperet. Secunda uero multo imbecillior: quoniã non a natura loci/nec locati locat in hac parte magisq̃ in illa: sed a uoluntate opificis. Solebamus pro

Confutatio.
stoicorum

pter haec aliter stoicos confutare: primo quia illa uacua dimensio/aut est eiusdem rationis cũ quãtitate praedicamentali: aut alterius. Si eiusdem rationis: cum illa praedicamentalis non possit esse absq; substantia: igitur nec illa. Si alterius sit rõnis: uoluntarium est: non uidetur unde sit differentia haec: definitio. n. quantitatis una est utriusq;: atq; affectio eadem ambarum. Secũdo si illud uacuũ esset: aut esset alicuius perfectionis aut nullius. non est dicendum illud nullius esse perfectionis: quia tunc nihil esset: ens enim & perfectum idem. Si aliquantae ꝑfectionis: igitur mundꝰ non esset perfectus ex tota sua materia constans. de esset enim sibi perfectio illius. Tertio arguit Aueroes quarto auscultationis physicae com. l. q. tunc talis dimẽsio esset s̃ba seperata: imo infiniti uigoris: s̃ba quidem seperata: quia uel in subiecto illa esset: uel nõ. si in s̃bto esset: tũc extra coelum eẽt corpus aliqđ sensile: in quo illa esset. Si uero nõ sit in subiecto: aut illa est apta esse in subiecto: aut neq; est in subiecto/nec apta nata est esse. si illa non sit in subiecto/& potest s̃bto inesse cum nunq̃ insit: esset eius potentia ociosa. si nec sit/nec apta nata sit inesse: igr̃ est substãtia abstra

cta & ita intellectus· & cum sit infinita substantia|tunc esset infiniti uigoris:quia in aliqua illius parte esset aliquis uigor:igitur in infinita parte maiore|erit infinitus·Quarto cū mundus eēt in illo uti in loco:tunc esset corporum & dimentionū penetratio·Hæ rōes nunc cōtra stoicos satis sint·Tunc ad rationes:ad primam Respondet Alex·casum esse impolēm:quia cœlū est æternū Sol'rōnū stoi· & nō penetrabile·aut quia nō est extra cœlū locus:in quē manus posset extendi· Sed replicabis Replica quia saltem esset illud imaginarium·Modo ex possibili imaginario|non debet sequi impossibile imaginarium·diceret Alexander q. tunc ēt imaginarium est uacuum esse extra cœlum:ut ille ca Sol' sus est imaginarius·Ad secundum Respondet Aue·iiii·auscultationis physicæ com·xliii·&·xlv non omne corpus esse in loco:sed solum rectum|sphæricum·n·ut sphæricum non limitat sibi lo/ cum:sed magis est circa locum·Ad·iii·dici pōt illam regulam non habere locum nisi in cōtrariis positiuis:& quæ sunt de perfectione mundi·Animaduersione dignum stoicos reduci posse in bo Interp̄tatio num : nam ut plenum ipsum corpoream naturam peripatetici appellant: ita eam naturam quæ pōis stoicoꝝ corpore uacat:cenon hoc est uacuū stoici dicunt·Vacare autem corpore est|aut cum potestate re cipiendi interdum illud:& hoc modo Plato nonnunq̄ materiam ipsam cenon siue uacuum uo/ cat:quippe cum ipsa sui essentia corpore uacet:potens tamen recipere corpoream naturam : & sic concedi potest uacuum esse intra mundum ut philoponus dixit:quatenus materia prima intra globum continetur lunæ·Alio modo uacare corpore est:quia nec corpus habet|nec est aptū ha/ bere:& hoc pacto uniuersam intellectualem naturam ueteres uacuum siue cenon esse dixerunt: quia uacat corpore:nec ipsum recipere potest:quam quidem naturam:cum non sub cœlo conti/ neatur:extra cœlum esse fatentur·Et hoc modo si intelligant stoici|recte sentiunt:ac cum peripa teticis·Hæc de uacuo·Secundo quærere solebam an spiritus illi cœlestes:qui uulgo angeli dicū/ De loco spiri tur sint in loco·& uidetur q. sic:quia Aristoteles ait illos esse ibi|& quādoq; ait eos esse extra cœ/ tuum qō·ii· lum·In contrarium est:quia omne quod est in loco est corpus·at spiritus illi non sunt corpus· Aliqui de loco ita sentiunt : uolunt enim locum esse uno modo circumscriptiuum:& hic corpo/ Pō aliquoꝝ ribus conuenit:& definitiuum:quo res ipsa ita hic definitur esse:q. non ibi:& hunc spiritibus at/ tribuunt·Hunc aiunt inesse illis per prius:q̄ agant:propterea illis conuenire asserunt: persuadēt Persuasiones positionem hanc:primo quia aliter spiritus ille frequenter nusq̄ erit·Ipso namq; non operāte fre/ quenter nullibi erit·Secundo tunc spiritus ille esset in toto cœlo:quia in illo toto operatur·Ter/ tio locus est in locato:sed cœlum non est in spiritu:igitur spiritus non locatur per cœlum|in quo agit·Vltimo Aristoteles in octauo physicæ auscultationis concludit deum esse in maximo or/ be:& utitur hac ratione ibi est:ubi operatur:sed operatur in cœlo maximo:igitur ibi est·Ex hoc arguunt:aut locus dei est alius ab eius operatione:uel ipsa operatio: si alius: habetur intentum: si idem:tunc peteret syllogismus:esset enim idem medium & conclusio · Hæ rationes pro illis physicæ dici possunt·at cœteræ:quæ sunt theologicæ theologis omittantur· Quicquid sit de ue/ Quod nō sit ritate positionis:hæc positio non est peripatetica:Aristoteles enim & Aueroes hic asserunt illas peripatetica esse ibi:quia illic operantur:& sic uolunt spiritus illos esse in loco per operationes:ut in secundo huius cō·xv·dicetur·Cui rei etiam diuus expositor ubiq; consentit·& deducitur:primo quia tūc cœlestis spiritus continuo locum mutaret:quia continuo subest alii atq; alii definitiuo loco:qua tenus cœlum alium atq; alium locum formalem mutat·Secundo peripatetici deū ipsum ponunt in loco:& non possunt ponere locum illius esse definitiuum | quia deus nullibi potest definiri : nisi per operationē sensilem:cū sit inmensus· igitur spirit⁹ per operationes locantur·Præterea lo/ cus hic definitiu⁹ nō est pipateticus:nam peripatetici omnem locum uolunt esse de prædicamē/ to quantitatis:atq; id quod ubi uocant relinqui ex loci adiacentia·hæc igitur positio non est pi/ patetica·& licet in quarto physicæ auscultationis multa diximus:debes scire tria esse in locatio/ Quæ ī loca· ne ipsa:locum qui locat:rem|quæ locatur:& rationem qua locus locat:& res locatur·Verbi cau/ sa in corporibus|locus est ultima corporis superficies·Res quæ locatur|est corpus ipsum· Ratio uero locandi est dimensio:& quia quæcunq; dicuntur in his:æquiuoce illis attribuuntur : ideo illa tria per quandā æquiuocationē illis tribuimus:& ita locū dicemus esse illoꝝ unicuiq; ꝑpriū qđ mouet cœlū:in quo operationem perficit·Rem uero quæ locat̄|dicimus esse spiritū ipsum:q orbi proprio tribuit̄·rōem uero locandi dicim⁹ esse uirtutē siue quantitatem uigoris: quanta spi ritus ipse agit:sed cum hæc uirtus:non nisi operatione manifestet̄:dicimus spiritus illos esse in loco per operationem:non quia operatio cuiusq; sit locus cuiusq;:sed quia per operationem ma/ nifestatur ratio locandi utpote uirtus : qua quisq; suo in orbe locatur· Tunc ad rationes illorum ad primam dicerem semper spiritum quæmq; esse in loco:quia semp suo in orbe operat̄·ut peri/ patetici sentiunt·Ad secundam dicerem concedendo spiritum esse in toto cœlo uti in loco cōi:at

ea in cœli parte uti in loco proprio:ubi maxime apparet eius operatio· Ad tertiam intellectus siue spirit⁹ potest accipi ut cœli anima:& sic est in cœlo:uel ut res locabilis:& sic cœlum est in spiritu/uti in suo contento· Ad ultimam patet solutio: Ari·n·per ibi intelligit cœlum maximum:ꝓbat·n·deum esse in maximo orbe:quia ibi apparet eius operatio/& sic aliud est locus dei/& aliud rō locandi:est·n·dei locus maximus ipse orbis·ratio locandi est operatio ipsa· Hæc de locis spirituum·

Qō·iii·ꝗ pluralitate mundorum· Tertio querūt utrum possint esse plures mundi:& licet hæc qō sit tacta:quia occurrūt noua:Iterum agredimur·arguit̄ q sic/primo si mundus est unus nūo in sua spē:tunc mundus erit indiuiduum quoddam·hoc est falsum:quia tunc erit ipse indiuisum:& diuisum a quolibet alio suæ spēi modo cum nullū aliud sit suæ spēi indiuiduū:ur̄ q nec ipse possit esse indiuiduus·Secundo si mundus esset unus nūo in spē:tunc eius forma esset indiuidua:& ita sensilis: omne·n·indiuiduū est sensile & hoc per mām· Tertio si eius forma esset indiuidua/nō posset esse pluribus in locis ut in ortu & occasu & cæteris id genus·Sed uni tm̄ loco primo methaphysicæ com·xxxi·iiii·materia mundi potest recipere plures formas:qa est in potētia ad infinitas eiusdem spēi: & forma mūdi potest recipi in infinitis materiis:igitur possunt esse plures mundi·

Pōes ueterū· Democritus & anaximes infinitos actu esse mundos contendūt·empedocles fuisse successiōe disputat· Plato plures eē posse ab unitate exempli afferant

Pō Aristo· Ari·uero instirit:primo:quia si plures essent mundi: tunc unū corpus simplex ut terra uel ignis moueret̄ motibus contrariis·Scdo primus motor est unus·igit̄ mūdus unus nūo·Aut ut simplicio placuit/oē mobile cuius primus motor/prima forma/finis prim⁹ est unum nūo:ipsum est unum nūo simpliciter·Sed ipse mundus est mobile cuius motor prim⁹ est forma prima/& finis primus·igitur est unus nūo in sua spē· Tertio mundus cōstat ex tota sua mā:igitur est unus nūo· Hæc Ari·contra antiquos·

Dubit· cōtra rōnes Aristo· Sed dubitat̄ contra rōnes Ari·contra primā quidem:quia data mundoꝝ pluralitate terra unius non pōt moueri ad mediū alterius· Tum qa tunc penetraret cœlum/hoc est impossibile· Tum secundo quia si perferaret cœlū:& relinqueret uacuū· Tum tertio quia anteꝗ ueniret ad mediū illius:a mediis elementis corrūperetur· Contra secundam uero primo quia forma illimitacior capacitate suæ mææ/non limitat sibi unā nūo materiam·Sed prima forma ut deus est illimitacior capacitate mææ mundi : igitur non limitat sibi illam nūo tm̄ mām·Secundo forma minus illimitata de facto plura indiuidua perficit/apud peripateticos ut intellect⁹:qui est unus numero omnium hominum: igitur forma illimitatissima ut deus perficit plures mundos·Qua ratione fit ut ratio Aristotelis secunda nulla sit: quia maior illius est uera/quotiens forma nō est capatior mā sua:contra tertiā:aūt nam per illam rōnē ꝓbare ꝫ unum tm̄ esse hoēm nūo:quia unusquisqꝫ hō ex tota sua mā nūo constat : & sic unus tantum erit nūo homo· Hæc contra rōnes Ari·

Solu·dubi· Sed breuiter Respondetur rōnes Ari·esse demonstratiuas·ad ea igit̄ quæ contra primā procedunt rōem patuit Sol'superius:& nunc breuibus dico:q aliud est aliquid concedendū ut sequens:& aliud per sui qualitatē· Terram·n·unius moueri ad mediū alteri⁹ non est concedendum ſm sui naturā ut dubitationes demōstrāt·Sed ut sequēs ad impossibile:quod concesserūt & posuerūt antiqui· Ad rōes contra scdam:aīaduersione dignū aliquam formam esse capaciorem alteri posse intelligi uno mō/quia actu plures materias perficit· Alio mō/quia pōt perficere/siue apta nata est perficere· Tertio qa suū subiectū præstantius ꝑficit· Tunc dicerent peripatetici deum esse formam intellectu perfectiorem/secundo & tertio modo:est enim & apta nata forma plures perficere/& præstantius ꝗ intellectus perficiat·& ita concedo deum esse formam illimitatiorem sua materia/& ipso intellectu:& ita ex parte sui possunt esse plures mūdi:sed defectu materiæ non est nisi unus numero mundus : & ita non est simile de intellectu & de deo:non enim intellectus plures perficit materias:quia sit illimitatior deo: sed quia non repugnat plures materias eius esse/nec desunt sibi materiæ:quas perficiat:deus uero non perficit : qa nec sunt/nec esse possunt plures· Ad rationes contra tertiam:dicendum q mundus constat ex tota sua mā nūo actu:quia oībus ex sui partibus quæ actu sunt:& ex tota sua mā specie:quia nec est nec esse pōt aliqua pars mundi extra eum·at unus hō nūo licet constet ex sua tota materia numero:non tamen spē:quia pōt esse aliqua hois mā : quam forma illius non perficiet : & sic est unus nūo:quia nihil sibi deest de numero/nec de specie· Hæc pro defensione rationum Aristotelis pro

Vnum nūo quot modis· Responsione ad rōnes in principio qōis debes scire q unū nūo interdū est ꝑ priuationē multitudinis:qua rōe ipsa mā prima est una nūo:quia sui ipsius essentia non est plures numero:ceu duæ aquæ sunt unū nūo priuatione oīum impedimentoꝝ:& hoc mō Aue· xii·methaphysicæ com·xiiii·ait mām ipsam esse unā nūo priuatione differentiaꝝ indiuidualiū · Est & aliud unū nūo ꝑ additionē siue positionem differētiæ indiuidualis/ qua rōe socrates est unus numero:quia addit speciei drām quandam indiuiduam siue illa sit materia signata/siue aliud id genus·Qua quidem

In se ipso indiuisum est: diuisum uero e quolibet sue speciei: Vnum uero numero per priuationē rursus bifariam est: aut per priuationem / cuius fundamentum est potentia: & hoc modo materia prima est una numero: quia ea priuatio qua ipsa est una numero: in potentia materiæ fundatur. Aut per priuationem cuius fundamentum est actus. & hoc modo intellectus hominis apud peripateticos est unus numero / deus / at singula intelligentiarum · natura quoq; specifica quotiens concipitur ut tantum ipsa. Et unum numero per priuationem: cuius priuationis fundamentum est actus: adhuc bifariam: aut per priuationem differentiarum actu tantum: & hoc modo quælibet natura specifica est una numero per priuationem: quia ut actu concipitur sine differentiis in diuiduis una numero dicitur priuatione: aut per priuationem actualem & potentialē: & hoc modo deus est unus numero: actu enim caret differētiis: quibus diuidatur / & potestate: quia eas habere non potest. Similiter & intellectus apud Auerroem hoc modo est unus omnium: quia nec habet numerales differentias: nec potest habere. Tunc ad rationes ad primam dico mundum esse unum numero in sua specie per actualem & potentialem differentiarum carētiam / & non per hoc quia sit in se unum: & diuisum e quolibet alio eiusdem speciei. Sic enim unum numero est socrates / aut plato per additionem differentiæ. Ad secundum patet etiam sol'. est enim deus unus numero per priuationem actualem & potentialem differentiarum: & non per additionem: & sic non est forma sensilis: per idem ad tertiam: loquitur enim Aueroes ibi de uno numero per additionem. nam unum numero per priuationem potest in pluribus essē. Ad quartū concedit̄ mundi formam possē plures materias perficere: est enim suapte natura illimitata ad illam / & ad infinitas. Sed ipsa mundi materia non potest perfici ab aliis formis: quia est in potentia secundum dimidium contingentis uidelicet ad esse tantum. Quare patet actu non esse plures mundos. Sed tunc emergit dubitatio utrum de contingenti possit plures esse mundos. Animaduersiōe dignū propositionem de in esse ut philon & philoponus dicūt primo priorū / nihil aliud esse nisi ꝓpōem de contingenti / quæ iam exiit ad actum: qua rōe fit ut oīs propō de inessē aliqñ fuerit contingēs Vnde euenit ut id quod actu nō est / & quo posito in actu sequit̄ impoſē: non pōt esse de contingenti: & ita si Ari. probauit hactenus non esse plures mundos actu: qa sequitur impoſē uz corpus idem simplex moueri motibus contrariis naturaliter: ēt illud idem nec de contingenti esse possē ubi namq; fieri possēt: eo posito in actu: nihil impoſē ꝓficisceret̄: & sic eius rō pōt de contingenti sic ordinari. Si contingeret plures esse mundos: contingeret plures esse terras nūo: si contingeret esse plures terras nūo: contingeret plura media mundorū esse: in quibus illæ essent: si contingeret plura essē mundorū media: contingeret terram unius moueri ad medium alterius: si contingeret terram unius moueri ad medium alterius: contingeret idem corpus simplex moueri nāliter motibus contrariis simul: ut deductum fuit totiens. Hoc ultimū consequens est impoſē: igit̄ impossibile est plures mundos essē. Ex hoc. S. Thomas noster ait nec esse plures mundos / nec fuisse nec esse possē ēt per potentiam dei: nā deus non pōt supra falsum impoſe: & si possit supra falsum possibile: ut oēs consentiūt catholici. Alii catholici sumūt nihil eē alicui nāle per eius formā / sed quatenus a deo uolitum. Terrā. n. dicunt moueri ad mediū: non qa est terra: ut arbitrantur peripatetici: sed qa e deo ipso uolitū est eam sic moueri: nec ignem calefacere dicunt / quia ignis: sed qa deus sic præconcipit & uult: qua rōne fit ut plures mūdos esse sic falsum possibile. nam terra unius nō moueret̄ ad medium alterius per nām / sed qa deus ita præconcepit & statuit. Mouebit̄ igitur quælibet ad suū medium: qa ita deus iussit: & ita nullū impossibile sequeret̄. Sed inter tantos nolo ut sues mineruā docere / nobis. n. sat sit locum mōstrassē: honus. n. sit theologis. Sed qm̄ uerba autentica sunt semp reducenda in bonū / ut iubet themistius: uideamus qd nam potuerint sentire ueteres de mundorū pluralitate. Mundus quadrifariam igitur est: alius intellectilis: quē plato angelicū uocat. Alius huic ꝓximus cœlestis: qui ex cunctis sphæris conficitur. Terti⁹ huic cōtingu⁹ sublunarius / siue elemētarius. iiii. ex oībus iis cōposit⁹: q & uniuersum dr̄. subordinanē āt mūdi isti trifariā: emanatione / finis adeptiōe / atq; cōtinētia. emanatiōe qdē: qa lz oēs una ecā ꝓficiscant̄ ut a deo: ordine tm̄ quodā emanarūt ut plato in timæo, & phedro ait: efluxit. n. e prio opifice prio angelic⁹: mediāte hoc uero efluxit 2o cœlestis: Mediāte uero hoc / rursus elemētarius emanauit. finis uero adeptiōe: nā lz oēs uno fruant̄ fine: angelic⁹ tm̄ imediati⁹ attigit: quo mediante cœlestis ille / fruit̄: quo ēt medio elemētari⁹. cōtinētia uero: nā quodlibet uni⁹ cōtinet̄ in alterius quolibet: quod anaxagoras fortassē balbutiuit dicens quodlibet esse in quolibet: uolens mundum esse in mundo. quo uero modo quodlibet sit in quolibet / supra diximus: Mundus uero ex oībus iis cōpositus: quæm uniuersum uocant Platonici: adhuc diuiditur: alius. n. est magnus: qui magrocosmus dicitur: & hic ex elementis / angelis / atq; orbibus constat. Alius paruus est ut

Vtrū poſē sit eē plures mūdos.

Pō. S. Tho.

Pō aliorum

Interꝑtatio d mūdorū pluralitate.

Quadruplex mundus

Mūdus cōpositus duplex

Quo nã mõ hõ est paruus mundus.

homo:qui microcosmus dicitur sunt enim in ipso homine omnia ea:quæ in magno spectantur. Quo quidem enim ad eius intellectum/mundus in eo est angelicus: quo uero ad eius humores quatuor:mundus est in eo elementarius:Quo uero ad membra corporis mundus est in eo cœlestis:nam pedibus capiti applicatis orbis fit quidam/sphæricus ut cœlum: cuius caput est initiũ/ arieti datum:collum Tauro:humeri Geminis:pectus Cancro:latera & stomachus Leoni:uenter Virgini.uertebræ & renes Libræ:Scorpio pudenda:coxæ Sagittario: genua Capricorno : crura Aquario:Piscibus pedes.Sunt quoq; & stellæ quinq;:Cor Sol:Cerebrum Luna : Lien Saturnus : Iecur Iupiter.Cystis uero fellea Mars/Venus testes ipsi:in quibus uis amoris residet: spirit9 Mercurius.Quo quidem igitur modo possit intelligi esse plures Mundos: & quo nam modo possint ueteres de mundorum pluralitate recte sentire:ex his modo perspicuum.

His autẽ definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus? & non interiturus. an interiturus sit mundus?

Expositio.

Hactenus de mundorum pluralitate perfecit:nunc de ipsius mundi genitura & obitu uult agere ut summam decimam agrediatur:sed quia hæc res est nouum negotium:idcirco primo sumit intentionem addens ordinem tam ea quæ iam dixerat:q̃ ad ea quæ dicturus est: insuper etiam causaz ordinis affert:inquit his autem definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus: & non interiturus/an interiturus sit supple mundus.per hoc quod dixit deinceps/dedit intelligere hanc intentionem sequi ad tractatum de mundorum pluralitate.ut Alexander innuit:Sed dices solutio huius quæstionis patet in hoc libro tam per ea quæ dicta sunt intractatu de cœli æternitate / q̃ p ea quæ dicta sunt in prossimo tractatu.igitur quæstio hæc uidetur superflua.Solutionem indicat Aueroes dicens q. quamuis res hæc ex dictis pateat:utile est ponere hãc quæstionem perse: ut res ipsa profectior sit:ac magis perspicua.

Dubi.

Quæ Auero. com.ci.

Sed prius cœterorum suspictiones transigamus.Nam contrariorum demonstrationes de contrariis sunt ambiguitates.

Expositio.

Quia proposita quæstio est difficilis ualde : habetq; pro utraq; parte patronos : idcirco in dicendis ordinem/assumit/& ait se uelle primo in dicta quæstione transigere suspitiones cœterorum:q in hac elaborarunt.huius rei necessitatem conatur assignare:& primo ob concitationem: quoniam ex rationibus pro contrariis positionibus emergũt ambiguitates.In nostra positione: & hoc ait nam contrariorum siue contrariarum opinionum demonstrationes sunt ambiguitates de cõtrariis positionibus:quas nos credimus.Quo uero ad uerba græca attinet/ uerbum illud suspiciones:græce est latine tum coniecturas/tum suspiciones:& merito positiones antiquorum suspitiones appellat:quatenus ex friuolis argumentis emergebant.

Præterea ẽt dicenda magis credentur : si litigantium:iura prius fuerit audita.

Expositio.

Secundo necessitatem assignat ex lege & officio boni iudicis : quia contraria iuxta se posita magis elucescunt:& magis auditis partibus sententia recipietur.Inquit præterea etiam dicenda magis credentur si litigantium iura prius fuerint audita:& sic prius debemus/recitare positiones & argumenta positionum : & postea sententiam afferre. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud & uerbum uerbo reddendo sensus est dubitantium sermonum/quod quia minus sonat transtulit uno uerbo/litigantium : est enim illud idem/& clarius. Adiecit autem hanc rationem:quia ut recte Aueroes ait plures sermones aduersariorum in destructione suarum rationum non sunt nisi ad uicendum:& non ad sciendum ueritatem uelut sophistæ faciunt.

Expositio. tõ.eodẽ.ci.

Insuper absentes condemnare minus profecto uidebimur. Iudices namq; non aduersarios.sed arbitros esse oportet.

Expositio.

Tertio necessitatem tradit ab honestate iudicis:& inquit insuper absentes condemnare minus p fecto uidemur:sed eos ac si præsentes:si auditis iuribus illorum sententiam afferamus. Iudices nã q; non aduersarios/sed arbitros esse oportet:tribus igitur ratiõibus debemus opiniones antiquorum:& rationes illarum prius transigere : tum quia prouocant nos . Tum quia sententia nostra melius credet: tum quia officium boni iudicis est non condemnare absentem multa habet Aueroes suis in translationibus: quæ Aristotelis sunt insomnia:propterea prætermictenda sunt.

Quæ errat Aueroes

Omnes igitur ortum ipsum esse asserunt : sed ortum quidem . alii sempiternum. alii uero interiturum:quemadmodum quoduis aliud eorum:quæ natura constãt. alii

alii uicissim interdum hoc, interdum alio modo in corruptione sese habere, idq; semper hoc fieri modo dicunt:ceu empedocles acragantinus:atq; heraclitus ephesius sentiunt·

Prosequitur nunc & narrat aliorum positiones:& primo inter eos narrat cõmunes conuenientiam:Secundo differentiam conuenientiam itaq; dicens inquit omnes igitur ortum ipsum esse aiferunt·Erat enim hæc cõmunis omnium phylosophorum ante Aristotelem consensus: quia ut Aueroes dixit supra cõ·xxii·primus græcorum qui mundi æternitatem præsumpsit publicare fuit Aristoteles:cuius positionem cum hereticam arbitrati essent athenienses: ferunt Aristotelem ueluti hereticum ab urbe pepulisse:ut Plutarcus narrat·Hæc est conuenientia: deinde afferens eorum differentiam/tangit tres positiones:& inquit sed ortu; quidem supple omnes consentientes:alii sempiternu; a parte post asseruerunt:ut primi in græcia uates orpheus/linus/ muse?/ & hesiodus:hi enim res diuinas poetice cecinerunt:quos & Mercurius trismegistus / & Plato / & apud Hebreos Moses/& nos christicole sequimur·Secundam positionem uero ponit dicens alii uero interiturum dicunt/quemadmodum quoduis aliud eorum/quæ natura constant/ut animalia & stirpes/atq; elementa:hæc enim hac corrumpuntur lege:ut nunq̃ reddeant· quam positionem democritici sentiunt·Deinde tertiam positionem addit dicens alii uicissim interdum hoc/ interdum alio modo in corruptione atq; ortu sese habere/idq; semper hoc fieri modo dicunt: ceu empedocles acragantinus/atq; heraclitus ephesius sentiunt·Aueroes autẽ reducit omnes de mundo positiones ad regulam: quia aut credi potest ipsum nec generabilem nec corruptibilem esse: & hæc est positio Aristotelis:qui primus inter græcos hanc protulit/q̃q̃ ex oculris chaldeo℞ uerbis excipi possit·aut credi potest ipsum esse genitum & corruptibilem:& hanc positionem anaxagoræ scripsit:sed ut puto translatoris est error:anaxagoras enim mundum generare ait per extractionem ab intelligentia/quæ nunq̃ cessat extrahere:propterea democrito simplicius dedicat illam·hanc quoq; substinere ait omnes leges:quod an sit:alias dicemus· Aut credi potest ipsum esse genitum:sed non corruptibilem:& hæc est positio Platonis in timaeo·aut fingi potest ipsu; genitum non fuisse:sed bene corruptibilem/hanc ait nullum sensisse:nisi quosdam loquẽtes suæ legis & ut dicetur postea plato etiam concessit·Qui si loquantur de possibili:ut q. deus potuisset facere æternum a parte ante & corruptibilem a parte post:non imperite sentirent:cum multi nostrorum theologorum id sentiant:& sic quattuor esse possunt de mundo positiones· Quæ Auero· com·cii·

Igitur ortum quidem esse:sempiternum tamen fore asserere:ex iis est:quæ improbabilia sunt·Ea namq; sola probabiliter ponenda sunt:quæ in multis, aut in omnibus esse uidemus· at de hoc contrarium accidit; cuncta si quidem orta, & occidi uidentur·

Refellit nunc positionẽ Platonis:quia cæteras persæpe confutauit:& postea confutabit & ostendit primo positionem Platonis nihil probabilitatis sepere·Nam ut primo dicitur topicorum ꝓbabile est quod aut omnibus aut pluribus uidetur·Modo de positione Platonis uidemus totum oppositum:nam uidemus omnia orta occidi:& aucta senescere·Quo uero ad græca uerba attinet uerbum improbabilia:græce est hoc est impossibilium:Sed accepit impossibile pro improbabili·Ideo inquit igitur ortum quidem esse:sempiternum tamen fore asserere:ex iis est:quæ improbabilia sunt:& quod ita intelligat:indicat id quod subdit·d·ea namq; sola probabiliter ponenda sunt:quæ in multis aut in omnibus esse uidemus·Nam hæc est definitio ipsius probabilis propositionis·at de hoc totum accidit oppositum siue contrarium: cũcta siquidem orta:& occidi uidentur:& supple aucta senescunt: & sic Platonis positio nihil probabilitatis habet·Animaduersione dignum probabilitatem positionis ut tradit Aueroes secundo physicæ auscultationis interdum ex parte rei proficisci:& hoc cum prædicatum positionis inest subiecto ꝓ omnibus uel pluribus:interdum ex parte nostra:ut cum apparet omnibus aut multis· Aristoteles igitur declarauit positionem Platonis nihil probabilitatis sapere ex parte rei:cum dixit se uidere oppositum in omnibus aut pluribus·non autem ex parte nostra: quia forsitan ex parte nostra positio Platonis est probabilior:cum sit multorum sapientum:& multo famosior illa Aristotelis:& hoc Aueroes sentit cum asserit positionem Platonis esse contra inductionem in omnib?: nam siquis in omnibus his quæ fiunt induxerit:reperiet omne ortum occidi·Sed ambigit Aueroes hæc propositio nullum genitum est sempiternum probatur inductione & demonstratione· igitur debet dici demonstratiua:& non sufficiens ut Aristoteles in barbaris translationibus ait/ Quid ꝓbalẽ· Quæ Auero· eodẽ cõ·cii· Dubi·Aue·

Sol' & in nostris probabilis. In hoc stat dubitatio Auerois. Respondet & uerba sunt obscura: sed suspicor eum uelle dicere Aristotelem assignasse generatim quæ sit dispositio siue positio credibilis: & quid incredibilis. & non de hac positione spectatim. Vbi animaduerte aliquid conuenire alicui sub ratione generis: quod sibi non conuenit ratione speciei: & sic hæc positio omne quod fit corrumpitur/ sub ratione generis est credibilis: quatenus uidetur in omnibus uel pluribus: sub ratione propria specifica est demonstratiua. & ita Aristoteles generatim assignauit quid sit credibile: ut habeat hanc positionem Platonis nihil credibilis habere. Tu uero considera/ nam uerba huius meliora non habentur.

Præterea quod non habet principium ita se habendi/sed aliter se habere prius per omne æuum fieri nequit: hoc & transmutari non potest: erit enim aliqua causa per quam quidem: si ipsa prius esset/aliter id sese habere posset: quod aliter sese habere nequit.

Expositio. Hactenus q. Platonis positio nihil probabilitatis habeat/per primam rationem ostendit. Nunc Secundo arguit contra illam/& syllogizat sic quod non habet principium aliquod quo aliter se habeat: imo aliter se habere prius est impossibile: omne hoc transmutari nequit: at mundus non habet principium quo aliter se habeat/imo aliter se habere est impossibile. igitur mundus transmutari nequit. probatur maior quia oppositum prædicati infert oppositum subiecti: quia dicere quod transmutari possit: est dicere quod habet principium quo aliter se habeat/ id quod aliter se habere nequit. Inquit præterea quod non habet principium ita se habẽdi: sed aliter se habere prius per omne æuum fieri nequit: hoc & transmutari non potest: hæc est maior. Quam probat dicens/erit enim aliqua causa qua quidem si ipsa prius esset: aliter id sese habere posset: quod aliter sese habere nequit: & sic ex ipsius prædicati opposito infertur oppositum subiecti: eo enim ipso quod esset transmutabile: haberet causam aliter se habendi: & tamen erat impossibile aliter se habere. Subticuit minorem propter breuitatem. Animaduersione dignum ut septimo methaphysicæ accipitur materiam esse principium intrinsecum quo compositum aliter se habeat: propterea omne id quod hoc principio caret: intransmutabile esse necesse est.

Quid est cã corruptionis apud Aristo.

Quod si mundus ex iis constet: quæ aliter prius sese habebant: si quidem semp sic sese habebant/neq; aliter sese habere possunt: genitus ipse profecto non esset. si uero est genitus: & illa uidelicet aliter sese habere posse: & non semper ita sese habere necesse est. Quare constituta dissoluentur: & dissoluta prius constiterunt. idq; infinicies aut sic se habet: aut poterat sic se habere. Quod si ita est: incorruptibilis sane non erit: siue ea e quibus constat/aliter sese habuerint interdum: siue aliter sese habere potuerint.

Expositio. Posset huic Aristotelis rationi obici ad minorem: nam ut plato sentit mundus præfuit in chaos quodam/postea deus reduxit eum ad ordinem: quæm ordinem nunq̃ amplius confundet: & ita minor syllogismi est falsa: constat enim mundus ex omnibus partibus ueluti ex materia: quibus compositis mundus generabatur. habet igitur principium & materiam: qua cœpit: & tamen nũq̃ definet. huic Responsioni obicit Aristoteles: & ita habebitur minoris probatio: & accipit illas mundi partes siue materias: e quibus constitit mundus: & quærit aut illæ partes aliter sese habebant tunc q̃ nunc. aut eodem modo nunc ut tunc. Si quidem eodem modo: igitur non est factus quia e materia semper eodem modo sese habente nihil noui proficiscitur magis nunc q̃ antea: si uero aliter sese habent tunc q̃ nunc: aut igitur necessario sese habent sic aliter tunc q̃ nunc: aut cõtingenter. Si necessario: igitur semper se haberent aliter tunc q̃ nunc: est enim necessarium semper ens ut dicitur primo priorum: & ita ille e quibus mundus constat: semper essent aliter sese habentia tunc q̃ nunc: quod non est intelligibile. Si autem contingenter: igitur possibile esse & possibile non esse sic sese habere: hæc enim est ipsius contingentis definitio primo priorũ. igitur ut partes illæ contingenter constiterunt: ita contingenter possunt dissolui: quoniam contingens est aut quod est & potest non esse. aut quod non est/& potest esse: Aliter enim natura contingẽs uerteretur in necessariam contra omnes regulas prioristicas. Quod si partes quæ constiterunt: possunt dissolui: mundus ipse corruptibilis est. quippe cum corruptio nihil aliud sit q̃ partium dissolutio. genitura uero partiũ constantia ut Plato sentit. Inquit quod si mundus constet ex iis: quæ aliter prius sese habebant: hoc ut dicebamus potest esse dupliciter: aut ita ut illa semper sic se habeant

beant:aut non semper sic se habeant:propterea inquit si quidem semper sic sese habebāt:neq; aliter sese habere possunt:genitus ipse profecto non esset:e materia enim semper eodem modo sese habente nihil noui proficiscitur. Si uero est genitus:& illa uidelicet aliter sese habere posse:& nō semper ita sese habere necesse est:propterea concludit quare constituta dissoluentur: & dissoluta prius constiterunt:idq; infinities aut sic se habet:aut poterat sic sese habere. Quod si ita est:incorruptibilis sane non erit/siue ea e quibus constat/aliter sese habuerint interdum:siue aliter sese habere potuerint:utroq; enim modo erit corruptibilis:nam corruptio est partium dissolutio:ut genitura erat illarum ordinata constantia:hæc est conclusio principalis. Aueroes autem licet non multum ad uerbum/rationes Aristotelis aliter inducit:& supponit duo: quorum primum est q; res carens potentia siue principio transmutationis:non potest aliquando transmutari: quod probat:quia aliter alteratio esset causa sui ipsius:nam si careret subiecto: oportet ut careat agente ut dicetur com.cxxiiii.& si caret subieto & agente:& ipsa fiat:non uidetur fieri nisi a se:& ita habetur intentum. Secundum est q; ea e quibus mundus constat/fuerunt sub dispositione cōtraria ad illam sub qua sunt nunc/& iterum hæc sub hac dispositione nunc constituta/erunt sub contraria dispositione:patet quia in tempore præterito fuerunt illa sub priuatione formæ mundi: & in tēpore futuro iterum sub priuatione eiusdem:probat hanc:quia nisi partes mundi ante temp⁹ genituræ fuissent sub priuatione: tunc non fuisset ex illa possibilis compositio. Tunc arguit materia mundi fuit in principio sub potentia ac priuatione ad formam mundi:& nunc est in potentia ad priuationem illius formæ igitur mundus est genitus/& corruptibilis: quare ut sua natura poterat constare:ita sua natura potest dissolui:est enim natura contingens eadem. Sed huic rationi obicitur primo quia tunc oculus cecus posset recipere uisum: quia antea potest recipere. Amplius tunc corruptum idem numero reddibit:ut socrates. Nam post mortem remanet materiam. dici potest hæc Aristotelis siue principia siue suppositiones/esse intelligendas quando omnia e quibus res ipsa constat/post illius corruptionem remanerent. Et hoc plato concedit. Nam omnia e quibus mundus constat/post illius corruptionem remanet: ut materia uidelicet omnia elementa:forma uero aut deus/aut mundi anima. Et sic apud Aristotelem est hoc principiū omne quo i incepit/desinit/iterumq; idem numero reddibit:si omnia e quibus constabat/remanēt: Sed si omnia non remanent:sed saltem materia:reddibit idem specie. Tunc restat saluare quor socrates non reddeat post mortem:cum & anima restet/& materia. Qui enim tenent animam rationalem esse corruptibilem/facile euadunt:dicent enim non remanere omnia:quia non remanet forma. Alii dicunt non redire Socratem:quia non remanent dispositiones & qualitatiuæ & quantitatiuæ:& hoc iterum friuolum est. Nam similiter mundus non rediret: quia licet & eius forma & materia restent:corrumpitur ordo/quo forma uniebatur materiæ:uti per quandam dispositionem/ut plato sentit. Alii dixerunt resurrectionem esse naturalem & possibilem ex parte partium essentialium:quia restant materia & forma constabiles. Sed defectu agentis naturalis/illa est impossibilis per naturam. Nec hoc est peripateticum:in omni enim natura ubi est possibile ab intrinseco est possibile ab extrinseco ut com.cxxiiii.dicemus. Aliter esset aliquod naturaliter ociosum. Propter hoc qui uolunt defendere animam rationalem esse immortalem apud Aristotelem/cum magna difficultate possunt sua principia saluare. Hæc postea melius dicentur. Vbi ostendemus posse etiam stare cum principiis Aristotelis:& respondebimus ad omnem cauillum:& tu scias q; hæc ratio est omnium difficillima ad probandum animæ mortalitatē apud Aristotelem & uidebis postea melius.

Quæ auero. com.ciii.

Obiectio

Sol'

Quomō intelligī oē qd īcepit/desinit

De ipsa resurrectiōe: deq; aiæ īmōtalitate.

Prima pō

Secunda

Confu.

iii. dispō

Confu.

Quāta est rei difficultas.

Præsidium autem quod inferre sibi tentauerunt aliqui eorum, qui incorruptibilem quidem esse, Sed genitum asserunt:minime uerum est. Aiunt namq; & se pinde ut hi qui picturata describunt:de genitura mundi esse locutos: non quia ortus sit ipsæ interdum:sed doctrinæ causa quia notius existit. si ut designationem uiderint factum.

Xenocrates qui est de positione Platonis:sibi & præceptori præsidium tentauit inferre: & eius breuiter Solutio est q; aliquid esse genitum ex aliquibus partibus/uerbi causa demum ex partibus:potest intelligi ut illa particula ex notat ordinem temporis:& hæc est genitura secundū ueram & propriam rationem dicta:& hoc modo cuncta artificialia:& omnia naturalia generant̄. præcedunt enim partes totius compositionem tempore. Aut potest intelligi ut particula illa ex notat ordinem naturæ ac causalitatis. Quo modo dicimus q; continuum ipsum fit ex partibus

Expositio.

Generari ex aliqb⁹ duplr

diuiduis: quia simul tempore sunt partes & totum: tamen partes praecedunt totum natura & causalitate: similiter oratio ex nomine & uerbo: & id genus: & haec dicitur generatio aequiuoce & multum metaphorice/potius enim deberet dici dependentia totius a partibus/q̃ generatio· Ad propositum dum Plato ait ipsum mundum factum esse suis e partibus: intelligit secũdum ordinem naturae & causae/& non temporis· Quod si plato dixit mundum esse factum ex partibus tempore praecedentibus: non est intelligendum/sic sensisse ut uerba sonant: sed sic dixisse/ut discipuli facilius discant· ueluti geometrae faciunt: qui pro faciliori doctrina triangulos describunt at caeteras figuras id genus: in quibus designationibus discipuli percipiunt partes esse priores tẽpore toto: & tamen in rei ueritate non sunt priores nisi natura & causalitate· Inquit praesidium autem quod inferre sibi tentauerunt aliqui de numero eorum: qui incorruptibilem quidem esse: sed genitum/asserunt: minime uerum est· aiunt namq; & se de mundi genitura esse locutos perinde ut hi qui picturata describunt in geometria· non quia ortus sit ipse interdum: sed doctrinae causa· quia nocius existit magisq; id discent: si ut designationem uiderint factum mundum ipsum·

Quae simpli· Haec Xenocrates· hinc emersit illud simplicii: quod Aristoteles non intellectui uerborum Platonis aduersatur: cum non aliud sentiat: Sed uerbis tantum: ne male deprachensa seducant animus a ueritate·

Quae alexã· Quid ipse· Alexander autem uoluit Aristotelem & uerbis/& intellectui contradixisse: & hoc mihi magis consonat: nam si solum uerbis obiceret: proculdubio solutione Xenocratis esset contentus: at nos uidemus ipsum etiam illi Responsioni acerrime contradicere·

Quae Auero· com·ciiii· Aueroes autem uult Aristotelem hic uelle contradicere exemplo quo plato utebatur in sua positione de genitura mũdi: eo enim exemplo persuadere entrebatur mundum ipsum esse genitum quidem: sed non in tẽpore: sed ab aeterno· & hoc approbat Auero· quia tempus sequitur motum coeli: ideo si mundus fuisset genitus in tempore: tempus fuisset ante tempus: & sic uelle uidetur Aueroes Aristotelem

Dubi· non põni: sed exemplo/quo utebatur plato/contradixisse· Sed dices si Plato concedit partes priores fuisse mundo: & omne prius & posterius sunt temporis differentiae· propterea quasi soluẽdo

Sol· Aueroes talem indicat distinctionem ꝗ esse aliquid alio prius est aut tempore: aut natura siue causalitate· Modo esse possunt aliqua aliis priora: & cum illis simul eẽ tempore: ut in rebus aeternis: & sic ad propositum dixit Plato partes mundi simul esse tempore cum mundo & ab aeterno: priores tamen causa·

Qualis haec auero· expõ· Sed quantum haec Auerois expositio graecis codicibus cõueniat: tu qui idem & phylosophus es & graecus: diiudica· Quãq̃ enim quae dicit uera sint: nemo dubitat haec esse aliena a uerbis Aristotelis·

Sed hoc (ut dicimus) non est simile· Nam in picturarum quidem effectione: si cuncta simul sint posita: idem accidit· at in horum demonstrationibus non idem· Sed impossibile est idem accidere· ea namq; quae prius posteriusue sũmuntur: sub contraria sunt: quippe cum ex inordinatis olim, ordinata processisse contendant· at ut idem sit ordinatum simul & inordinatum: fieri non potest·

Expositio· Refellit igitur nunc Aristoteles Responsionem Xenocratis: & declarat quod exemplum in picturis non est simile ad genituram mundi: & inter haec duas dissimilitudinis causas colligit: primo tamen proponit intentionem & inquit sed hoc (ut dicimus nunc arguendo contra Xenocratem) non est simile: uel magis ad uerbum: non est idem· Haec est intentio: deinde sumit primaz differentiam/& inquit nam in picturarum quidem effectione: si cuncta simul sint posita: uerbi causa: omnes partes simul sint in uniuersa pictura constitutae: idem accidit: hoc est partes non sunt uariatae nomine & ratione: latera enim trianguli & ante q̃ simul configurarentur: & cum simul sunt configurata: semper sunt lineae eaedem nomine & ratione· at in horum demonstrationibus: hoc est in demonstratione geniturae rerum uel mundi/nõ idem accidit: sed impossibile est idem accidere· Imo uariantur partes omnino: cuius causam affert dicens: ea autem / quae prius posteriusue in mundi ipsius genitura sũmuntur/ut omnia corpora sensilia: sub cõtraria sunt: hoc est mutata de dispositione disperata ad dispositionem disperatam· quippe cum ex corporibus sensilib9 olim inordinatis/ordinata processisse contendant: erant enim elementa & omnia corpora sensilia: confusa: nec aqua pura: nec ignis purus: nec aliquod illorum purum/sed omnia confusa/& imperfecta· at ut idem sit ordinatum simul & inordinatum fieri non potest: & sic partes mundi uidentur mutare speciem & nomen/partes picturarum minime: & haec est prima differentia·

Ordinatum Inordinatũ sub cõtraria· Quo uero ad uerba attinet: Aristoteles uocat ordinatum & inordinatum sub contraria: quoniam proprie non sunt contraria: cum sint relationes· Sed sunt sub contraria: quia tantam habent uim ut contraria ipsa·

praeterea

Præterea generationem atq; tempus seperare inter illa necesse est · at in picturis tempore nihil seperatur· Esse igitur impossibile simul ipsum sempiternum esse & genitum:perspicuum est·

Secunda differentia est:q. inter partes mundi:& mundum ipsum tẽpus & generatio interiacet: quia partes eius prius ortæ fuerunt in confuso:deinde tempore mundus ex illis partibus confu/sus fuit ornatus:propter quod cosmus dicitur/quasi ornamentum:& sic inter partes & mundum mediat generatio apud Platonem·In picturis uero non mediat tempus/nec generatio/cũ nõ pri us sint partes q̃ totum· Et si dices hoc est contra sensum:nam sensu uidemus partes præcedere de scriptione totum· Dici potest partes illas esse priores per accidens ut describuntur : sed ut conci/piuntur/sunt simul tempore·cum non oportet illas mutari de inordinatione ad ordinem:ut sunt mundi partes· Animaduerte q. hæc secunda differentia sequitur ex prima : nam si partes mundi prius fuerunt confusæ/& postea redactæ ad ordinem:ipsas esse tempore priores toto necesse est· Demum epylogat:& sermo patet· Aueroes autem inter picturæ designationem/ atq; mundi ge/nituram·tres colligit differentias·Prima est q. in mundi genitura:imo generatim in omni geni/tura/ut partes successiue generantur:ita & totum ipsum · ut etiam declarauit primo physicæ au/scultationis com·lxii·At in genitura figuræ partes non successiue ut totum generatur: figura·n· in indiuisibili consistit·Sed quo nam modo generatio sit successiua/quoue subitaria:omitto·Suf/ficienter enim disputatum est in libro de generatione/atq; in physicis·Secunda differentia est q. omnem generationem præcedit alteratio·at figuræ effectionem minime ad quantitatem enim non est alteratio· Tertia est q. elementa mixtum tempore præcedunt/& partes mundum simili/ter·at lineæ minime figuram ipsam præcedunt·nam cum lineæ sunt:ipsa figura est: & ecõtra cũ figura fit:etiam lineæ sunt·Sed dices nonne linea uidetur reperiri actu ante figure generationeȝ: ut patet in puluere·Dici potest indiuisibilia esse non possunt nisi quatenus sunt in rebus diuisibi libus·& ita non ante figuram:id uero quod geometræ describunt:non linea est: Sed lineatũ cor pus·Ex iis colligit Aueroes rationeȝ subtilem:quæ sic componitur aut genitura mundi ex parti bus est similis effectioni figuræ secundum rem:aut secundum doctrinam · Non secundum rem: ut ex iis differentiis patet:erit enim generatio mundi cum simultate generationis partium / qđ est contra rationem generationis:& contra ea quæ dicta sunt·si uero secundum doctrinam: tunc genitura mundi erit temporaria ceu illa figuræ· Respondebat Xenocrates concedendo illa am/bo esse similia in re quantum ad aliquid:puta quantum adhoc q. mundus dependet a partibus: & q. partes sunt non tempore:Sed natura priores:& sic illius generatio non est proprie dicta: sed magis debet dici dependentia quædam·Contra obicit Aueroes primo quia tunc Plato non dif/ferret ab Aristotele:& sic Aristoteles habet:quod uult·Secundo quia plato simpliciter inqt mun dum fuisse genitum· Modo generatio cum perfertur:intelligitur pro mutatione facta in tempo/re:cum generatio non nisi cum difficultate intelligatur de dependentia· Tertio omnis relatio acquiritur propter acquisitionem noui fundamenti nouæq; rei absolutæ·at cum ordo sit relatio/ & inordinatio similiter:igitur si mundus est translatus de inordinatiõe ad ordinem mutatur in aliquo absoluto:& sic est genitus uera generatione:Hæc colliguntur ex com·cv· Aueroes præte rea com·cvi·ob suas malas translationes / ut mihi uidetur/nihil ad uerba Aristotelis ait·Sed qc/quid sit de expositione uerborum Aristotelis:in uerbis eius colliguntur ut mihi uidetur tria: pri mum sunt duæ rationes contra Platonem:quas Aristoteles non sentit:& prima est quæcũq; sunt in loco ac tempore reperiuntur actu aliquando priora eo : quod ex iis componitur·ea e quibus mundus fit:quia ut dicit sunt corpora existentia in actu/contingit ut sint in loco & tempore:igi tur sunt priora mundo·Secunda ratio Auerois quæ innata sunt reperiri in tempore/ aliquãdo re periuntur in tempore priora suo mixto·nam ut dicit quod innatum est reperiri in tempore/non inuenitur sine tempore·Sed partes mundi sunt innatæ reperiri in tempore : igitur sunt priores mundo·econtra est de lineis rebusq; abstractis:non enim possunt reperiri in tempore nec in lo/co:propterea si sunt priora suo mixto:non nisi secundum esse & naturam sunt priora· & sic in ge/neratio figuræ partes non nisi natura præcedunt figuram·propterea addit q. si Plato uoluit dice re cum dixit mundum esse genitum/ipsum dependere ex partibus:quæ præcedunt ipsum eẽ & natura:uerum dixit·Sed uerba sua hoc non sonant·Quare aut peccat recedẽdo a ueritate/aut ma le docet·Sed hæ Auerois rationes friuolæ sunt aduersus Platonem·Nam omnes essent cõtra Ari stotelem· Aristoteles enim concedit elementa & corpora sensilia e quibus ipse mundus est / eẽ in loco & tempore:ut procedit prima ratio:& tamen non concedit illas tempore debuisse mũdum

Expositio · Dubi· Sol' Quæ auero· com·cv· Dubi· Sol' Rõ Auero· Cauill⁹ Xẽo· Cõfu·auero· Quæ Auero· com·cvi· Rões contra Platonem Prima Scda rõ Rñsio ad rõ/nes auero· cõ tra Platonẽ·

præcedere· Amplius concedit mundi partes esse innatas reperiri in tempore ut procedit secũda ratio: & tamen non concedit esse prius tempore mundo· & propterea dici potest partes eas e quibus mundus constat/reperiri in tempore & loco/& esse aptas reperiri / non quidem secundum se ipsas totas: quia sic sunt perpetuæ: elementum enim secundum se totũ est perpetuum ut dicitur secundo de generatione sed secundum quid atq; secundum partes: quia sic quodlibet elementum est generabile & in loco certo· Mundus itaq; apud Platonem & Aristotelem non ex elementis constat: quatenus considerantur secundum partes: sed quatenus considerantur secundum totum & sic rationes illæ Auerois friuolæ sunt· Secundo debes scire ex uerbis Auerois q; partes mundi & partes figuræ non eodem modo se habent: quia partes mundi quatenus sunt entia sunt alicui⁹ qualitatis hoc est formatæ: quarum formam ducunt per ordinatione mundi & ita componuntur ex qualitate/siue forma/& quali siue materia & subiecto: omne enim elementum componitur ex materia & forma: quæ ratio docet ut partes illæ cum constent ex partibus uidelicet quali & qualitate sint prius genitæ ex aliquo quod se habet ut forma/& aliquo quod se habet ut materia: postea mundus ex illis constat· at in figuris non est ita: non enim partes illius componuntur ex qlitate & quali: cum quelibet pars sit simplex· & tu intelligas q; si Aueroes uelit quia partes mundi hoc est elementa sunt composite ex materia & forma: ideo tempore sint prius genitæ mundo: errat: quia non secundum tota sunt genita: sed secundum partes: non enim omne compositũ ex materia & forma/est genitum in tempore: nisi aut secundum totum/aut secundum partes· at si uelit saltem illas esse genitas secundum partes: uerum dicit: quia per hoc partes mundi differunt a partibus figuræ: illæ enim generantur saltem secundum partes· hæc nec in parte/nec in toto· Sed licet hoc modo sit benedictum: nihil tamen contra Platonem/ut uisum est· Tertium quod colligitur ex uerbis Auerois/est obiectio contra Theologos Obicit enim sic: si mundus generat aut ex ente: aut ex non ente: quod est priuatio entis· Si ex ente: igitur ante mundum præcessit ens: & sic non fuit ipse simpliciter genitus· Si ex non ente: aut ex non ente essentialiter: aut accidentaliter: non ex non ente essentialiter: quia tunc non ens reciperet ens: hoc enim est aliquid fieri ex alio essentialiter ut scilicet recipiatur in illo ut in materia· Si accidentaliter ex non ente: igitur essentialiter ex aliquo ente: & sic ante mundum aliquid fuisset ut prius· Sed debes scire Aueroem supposuisse omni potentiæ actiuæ respondere passiuam/& econtra: & propterea non potest intelligere mundum fieri nisi aliquo præsupposito· Nos autem tenemus potentiæ actiuæ limitatæ bene respondere passiuam: quia hæc cum sit limitata/agit secundum partem non simpliciter: at potentiæ actiuæ illimitatæ tenemus non respondere passiuam: quia potentia talis agit simpliciter ideo hæc ratio friuola est: non enim mundus apud nos generatur: sed ex nihilo a potentia illimitata creatur·

Margin notes: Quales mundi partes · Interpretatio eius quod auer· ait · Quid auero· contra theo· · Sol'rõis auer·

Constituere uero mundum uicissim atq; dissoluere · nil aliud facere est: q̃ ipsum quidem sempiternum parare: sed formam mutantem· Quemadmodum si quis interdum corrumpi· interdum generari eum arbitretur: qui uir ex puero exq; uiro puer fieret·

Expositio· Hactenus quædam de Platonis positione: Nunc uult refellere positionem empedoclis / & heracliti: & primo positionem empedoclis: deinde illam heracliti: demum ad Platonem reddit: Quãtum uero ad primam partem: primo exponit quid sonant uerba empedoclis: hoc enim necessarium fuit: quia cũ empedocles poetice scripserit: uerba habent amphibologicũ sensum· & inquit cõstituere uero mundum uicissim atq; dissoluere/ut empedocles facit: nihil aliud facere est/q̃ ipsum quidem sempiternum parare uidelicet quo ad subiectum & substantiam· Sed formam suam mutantem· hoc est ordinem/& dispositionem· Rem hãc per quoddam simile declarat: & inquit quẽ admodum siquis interdum corrumpi interdum generari eum hominem arbitretur: qui uir ex puero/exq; uiro puer fieret· Nam in tali huius hominis mutatione semper remanebit idem numero homo subiecto & substãtia: sed disposione/ac accidente differt· Hæc est interpræctacio uerborum empedoclis·

Patet namq; si elementa inter sese conuenerint: non quemuis · sed eundem ordinẽ: eandemq; effici constitutionem ·

Expositio· Probat talem esse sensum uerborum empedoclis: & primo per rationem· Secundo ex iis quæ ipse ait· Quantum ad primum ratio sic componitur: omne quod redit idem numero in pristinam dispositionem: non potuit esse secundum substantiam atq; subiectum/corruptum: ubi enim fuisset corruptum:

corruptum:non potuisset redire ad eandem dispositionem:quia sic corruptum redire t idem numero:cui⁹ oppositum determinabitur in libro de generatione·at mundus idem numero redit ad pristinam dispositionem·ut ipsi aiunt igitur non est corruptus subiecto ac substantia· huius uim minoris narrat:& inquit patet namq; si elementa inter sese conuenerint ornatu & positura / non quæmuis/sed eundem ordinem/eandemq; effici constitutionem:quæ prius erat: & sic idem numero manens reddit ad pristinam dispositionem·

Praeterea & secundum ipsos qui hanc sententiam dicunt · Hi namq; utriusq; dispositionis contrarium ipsum causam esse aiunt · Quare si totum quidem corpus continuum permanens interdum hoc-interdum illo disponitur modo atq; præornatur: Totius uero constitutio mundus est atq; cœlum:nó mundus perfecto: sed eius dispositiones generantur-atq; corrumpuntur ·

Nunc ostendit sensum illum esse bene datum ex iis:quæ ait empedocles: & inquit præterea & secundum ipsos qui hanc sententiam dicunt:hi namq; utriusq; dispositionis uidelicet cõfusionis & ornatus/contrarium ipsum causam esse aiunt·nam ornatus causam aiunt esse discordiam:confusionis uero concordiam·Ex hoc sequitur ipsos sensisse mundum nõ s bam & s btm mutasse: sed accidens/nam concordia & discordia non s bæ sunt causæ:sed accidentis:& ita patet tum ratiõe/ tum ex uerbis eorum sensum illum esse bene assignatum·Ex iis ostendit & concludit q. potius oppositum sequitur ad positionem empedoclis uidelicet q. mundus sit æternus: q̃ quod fit tact⁹ & ita habetur intentum·& hoc inquit simul conclusionem & rationem epylogans· Quare si totum quidem corpus ipsius mundi continuum permanens s bto & s ba/interdum hoc interdum illo disponitur modo atq; præornatur: Totius uero constitutio siue ornatus mundus est atq; cœlũ non mundus profecto/sed eius dispositiones generantur & corrumpuntur:est enim mundus elementa ipsa/atq; sensilia corpora:quæ s bto & s ba sunt æterna apud eum·dispositione uero mutabilia:& ita mundus est æternus/non corruptibilis uel generabilis: cum generatio & corruptio non ad accidens/sed ad s bam sint·Et hunc textum pauci·intelligunt· Aueroes autem ex malis translationibus/quas habebat:parum textus intelligit:sed quicquid sit de uerbis: ipse uult Aristotelem contra empedoclem tale fecisse enthymema/si mundus concordia generaretur & corrũperetur/atq; discordia/ut empedocles sentit· Tunc mũdus esset æternus substantia & subiecto:solumq; accidente corruptibilis·Nam solum mutaretur de forma in formam hoc est de dispositiõe in dispositionem·& esset æternus in substantia·Vlterius uerba textus obseruat·uerba enim non quæm uis sed eundem ordinem & reliqua:græce sunt & latine sonat non qui uis·In ueteribus translationibus erat non contingens ordo fit· In arabicis uero erat/non fiunt ex eis dispositiones diuersæ:& tunc apud arabes est sensus:q. cum elementa conuenerint ad inuicem:non fiunt dispositiones diuersæ·Modo quid Aristoteles sentiat/nemo dubitat:qui græcum sapit:sed Aueroes uult hæc uerba reducere in bonũ: & primo exponit quid per dispositiones Aristoteles intelligit:& uult per dispositiones posse intelligi formas substantiales:& tunc sensus est q. cum elementa conuenerint ad inuicem:non fiunt dispositiones diuersæ idest formæ & substantiæ diuersæ quia non substantia/sed accidens uariatur· aut uult per diuersas dispositiones esse intelligendum infinitas:ut sit sensus q. cum elementa conuenerint nõ generantur dispositiones diuersæ idest infinitæ in specie:quia dispositiones illæ erunt eædẽ specie & diffinitione quæ semper iterantur in elementis secundum reciprocationem:& q. non eẽnt infinitæ specie:probat:quia tunc quælibet dispositio de numero illarum simpliciter esset corruptibilis:quia dum corrumperetur:nihil suæ speciei remaneret/nunq̃ q; rediret· Quæ ratio docet apud empedoclem mundum in substantia esse æternum secundum numerum · In accidentibus uero secundum speciem·Et redit causam quare hoc Aristoteles subiecit: & inquit Aristotelẽ hoc dixisse quia si accidentia eius non essent æterna:posset dici ipsum aliquo modo esse corruptibilẽ saltem in accidentibus nec numero/nec specie redituris·Addit tamen esse necesse accidentia illa esse æterna specie:cum sint opposita & reciproca supra elementis·Hæc Aueroes· Quæ quantum litteræ sonent:tu modo intelligis·Secundo obseruat alia uerba:in suis enim translationibus habebat totius autem mundi dispositio mundus & cœlum est·non utiq; mundus generabitur & corrumpetur:sed dispositiones ipsius:in quibus uerbis innuit ipso in mundo esse tres compositiones:aliam quidem ex elementis loco materiæ:& sua forma:siue forma illa sit deus siue anima:siue quæuis res· Aliam in parte qualibet ut ignis est compositio ex propria materia ac forma:hæc

Expositio·

Quæ Auero. com·cyii·

enim compositio potius est in partibus q̄ in ipso:& iuxta has uult intelligi illud Aristotelis cuȝ dicit totius autem mundi dispositio mundus & coelum est:sumit enim dispositionem pro totius compositione:uel pro compositione in partibus reperta. Aliam uero compositionem arbitratur in elementis ut sunt mixti mundi partes:qua congregantur:& de hac intelligit cum ait nō itaq; mundus generatur & corrumpitur/sed dispositiones hoc est cōgregationes ipsius:quæ in elemē tis repertuntur. Multa addit:quæ non sunt utilia:nec possunt applicari ad uerba nostra: propterea prætermitto. Ex iis accipitur magnum argumentum ad probandum animam rationalem esse corruptibilem:aliter homo in morte non corrumperetur substantialiter: & arguam ut Aristoteles contra empedoclem sic omne compositum cuius partes essentiales remanent/ ipsum in substantia non mutatur/sed in accidente/sed hominis partes essentiales post mortem remanent: igitur homo non substantialiter corrumpitur:sed solum accidentaliter. Sed hoc argumentum friuolum est:& est solutum bene in libro de intellectu. & infra dicemus:quia de hoc intendo loqui.

De aiæ imortalitate.

At uero mundum ipsum omnino ortum corruptum iri/atq; non redire/ si sit quidē unus:impossibile est. Nam antea q̄ ortus esset:cōstitutio præcedens ipsum semp erat:qua quidem non facta:ipsum mutari fieri non posse dicimus.

Expositio. Nunc refellit positionem democriti:& primo narrat illius impossibilitatem:Secundo eam deducit:de primo inquit at uero mundum ipsum postq̄ est omnino ortus corruptum iri / atq; non redire/si sit quidem unus:impossibile est. Hæc positionis est democriti impossibilitas q̄. uidelicet sit ex omni parte genitus & corrumpatur non rediturus si ipse sit unus. Secundo deducit hanc impossibilitatem:& sumit ante mundi ortum præcessisse compositionem quādam uidelicet elemētariam:qua uidelicet omne elementum erat compositum:qua quidem compositione non præsuposita/ipse mundus fieri nequibat. est igitur asumptum ante mundum præcessisse corpora elemētaria in actu necessario ut materia mundi. & hoc ait nam anteq̄ ortus esset: constitutio præcedēs ipsum semper erat hoc quædam erant præconstituta ut materia:qua quidem non facta & præsuposita ipsum mutari fieri non posse dicimus. Hoc est asumptum Aristotelis. Ex hoc uult habere talem syllogismum contra democritum:omne quod generatur ex aliqua materia præsuposita/ impossibile est/si sit unum/ipsum corrumpi non rediturum. Nam qua ratione illa materia præerat/ante compositionem:sic restabit post corruptionem/nam corruptio est reditus ad pristina pricipia:& si restabit:aut erit ociosa:aut redibit ad pristinam formam. Addo minorē ex uerbis Aristotelis:sed mundus generatur ex aliqua materia præsupposita:& est unus. igitē impossibile est ipsum corrumpi non rediturum. Hæc ex iis uerbis uoluit intelligere:licet sint difficilia ualde.

Sylls̄ Arist.

Sin uero mundi ipsi sint infiniti:contingit magis. Verum tamen hoc etiam si fieri possit nec ne:ex iis patebit:quæ postea dicentur.

Expositio. Nunc declarat cur dixit mundum corrumpi non rediturum esse impossibile si sit unus: & inqt sin uero mundi ipsi sint infiniti:contingit magis: hoc est illud non esset impossibile:quia posset unus mundus corrumpi in alium. & ille adhuc in alium:& sic in infinitū:at ubi mundus sit unus & sit ortus ex aliqua materia præsupposita corrumpi non potest ipse non rediturus: nisi illa materia esset ociosa. Sed quia hæc res est etiam ambigua data mundorum infinitate:addit uerum tamen hoc etiam si fieri possit nec ne:ex iis patebit:quæ postea dicentur:dicentur autem hæc postea in libro de generatione. aut forte per hoc intelligit angentitum uel ne hoc enim postea dicetur. Ex iis quæ dicit hic Aristoteles patet solutio ad eam rationem quæ cōtra immortalitatē animæ conclusit naturalem resurrectionem. esset enim resurrectio quando unus numero homo tantum esset:at quia plures:sic resurget secundum speciem:& non secundum numerum apud Aristotelem:sic enim non erit frustra quicquam:cum saluetur in specie unio. Hæc contra democritum.

Quæ Auero. com. cviii. Aueroes uero contra democritum aliter rationem format: & sua ratio ut mihi uidetur consistit in duabus suppositionibus:prima mundus genitus est ex quibusdam:quæ de contingenti potuerunt esse mundus:& quæ de inesse erunt quandoq; mundus:& quæ poterunt non esse mundus de contingenti postq̄ fuerint:hæc patet quia una est potentia ad opposita: omnis enim propositio de inesse primo fuit contingens esse:postea uero de inesse:& de contingenti non esse. Secunda omne possibile quandoq; erit:aut saltem ipso posito in esse nullum sequitur impossibile:aliter possibile reuerteretur impossibile. Tunc arguitur ea quæ prius fuerunt ante esse mundi: potuerunt esse mundus antea. deinde fuerunt actu mundus/demum redibant ad non esse mundi:& cū illa sint eadem numero remanentia postea:igitur poterunt esse iterum mundus:cum sint illa eadem

dem ex suppositionibus·Sed replicabis:quia per hæc eadem deducerem Socratem post mortem rediturum esse:quia restant illa met:quæ antea poterant esse Socrates·Rñdet q, rediret quando esset unus numero:& nihil aliud suæ speciei·Sed quia sunt plures homines: ideo redit idem non numero:sed idem specie·Hæc ex cōmento colligi possunt ad propositum Aristotelis· De ipsius mundi inceptione in·viii·auscultationis physicæ multa diximus·Nunc uero illud nō ignorandum theologum a nāli phō in hac re non conuenire:naturalis·n·phus non absentit alicui ꝓpōi: nisi cuius ueritas aut patet imediate ex sensibus:aut colligitur per rationem ex sensibus deductā: aut quæ perspicua est solo terminorum intellectu·Qua ratione fit ut ipse cogatur dicere nihil incipere posse nisi ab ente: cum per concordiam omnium sensuum patuerit omne quod fit fieri ex ente·Visu quidem:quia album non nisi ex nigro uel medio·Auditu uero quia graue non nisi ex acuto uel medio:odoratu:nam suaue ex austero uel medio·gustu : quia dulce ex amaro aut medio:tactu quoniam calidū ex frigido aut medio:& sic quia in illa omne quod fit:ex ente fit:omnes concordant sensus:propterea uti principium sumitur a naturali phylosopho·Theologus autem superiori lumine illustratus illa concedit:quod ex reuelatione accepit modo non sit sensibus repugnans/aut contra sensum:& quia accepit mundum incepisse de nouo : & hoc non est contra sensus/ea enim inceptio quam fieri ex ente ait sensus/est quæ aut est alteratio/aut non sine alteratione:ideo mundum cœpisse credit:non quidem per alterationem uel cum alteratione : sed per creationem ex nihilo·Hæc enim creatio nec est conueniens sensibus:nec contraria sensibus / sed supra sensus transcendens·Hæc pauca pro nunc satis sint· de mūdi icep·

Sunt enim aliqui quibus fieri posse uidetur:ut & ingenitum aliquid corrumpatur & genitum incorruptibile permaneat·ut in timæo : Illic enim cœlum quidem ortum esse·non tamen corruptibile sed reliquo semper fore tempore dicūt· ad quos naturaliter quidem de cœlo solum est dictum · Si uero de omnibus uniuersaliter considerauerimus:de hoc quoqꝫ erit manifestum·

Expositio huius loci non patet:ideo debes scire q, in textu præcedenti se se restare dicere utrum hoc sit possibile uel ne:cum enim explicasset positionem democriti:& dixisset non esse possibile mundum corrumpi non rediturum si sit unus:& declarauit cur dixit si sit unus : statim subiecit: uerum tamen hoc etiam si fieri posset nec ne:ex iis patebit/quæ postea dicentur· Modo per hoc intelligere potest an infiniti sunt mundi:& tunc refertur ad ea quæ dicentur in tertio huius & in libro de generatione:& si sic intelligatur:Aristoteles nunc post q̄ refellit positiōes istoꝝ reddit ad illam Platonis:& ita illud uerbum·n·non redit cām:sed nouum incohat sermonem : aut pōt intelligere per illud pro nomen hoc:an mundus sit genitus & incorruptibilis uel corruptibilis: & tunc Aristoteles nunc reddit causam:quare res hæc reuocatur in ambiguum:& inquit sunt·n· aliqui quibus fieri posse uidetur/ut & ingenitum aliquid corrumpatur ceu chaos illud siue materia illa informis:quæ fuit ingenita & mundi genituraꝫ præcessit corrumpatur/in mundi genitura:quia perdit confusionem suam/atqꝫ informitatem:& ita concedit Plato æternum a parte ante posse corrumpi a parte post·ut de materia illa informi patet:& genitum incorruptibile permaneat ut de mundo in timæo dicunt:Illic enim cœlum quidem ortum esse/non tamen corruptibile sed reliquo semper fore tempore dicunt:& ita duo Plato cōcedit:quorum primum est aliqd æternum a parte ante desinere:& aliquod æternum a parte post incepisse·Deinde ordinat se ad sequētia/& declarat quantum est sibi contradictum:& quantum restat sibi contradicere : & inquit ad quos siue contra quos naturaliter siue rationibus naturalibus/& non methaphysicis/est contradictum:superiore enim tractatu solum cœlum ipsum esse æternum:quia caret contrarioqꝫ est probatum:& sic est contradictum in parte:cum cœlum non mundus sit totus/sed mundi pars·Si uero de omnibus uniuersaliter considerauerimus : de hoc quoqꝫ erit manifestum · quasi dicat q, restat nunc probare de uniuerso mundo ipsum non esse genitum/nec corruptibile· Hæc de ordine·Aueroes uero ait Platonem duo concessisse/quorum primum est aliquod æternum habere potentiam ad corruptionem:quod nunquam corrumpetur/ut in timæo asserit de ipso mundo· Secundum est esse aliquod æternum a parte ante : quod postea corrumpetur : Et hoc uerificat Aueroes de potentia materiæ Mundi / quæ æterno tempore præcessit formam eius : quæ tamen in aduentu formæ corrumpitur·Hoc alii concedunt in cæteris compositis:potentia·n·

Expositio · Quæ Auero· com·clx·

respectiua in aduentu formæ desinit: quæ antea fuit ipsa æterna: nos uero uerificauimus rem hãc de illa materiæ informitate atq; confusione: quæ æterno tempore antea præcessit: & tamen in genitura mundi corrumpitur. & hoc est magis ad uerba Platonis. Quo uero ad uerba attinet Ari. in translationibus barbaris dixit positionem Platonis esse innãlem: Quod Aue. ait esse propter duo. Tum primo quia eius oppositum patet inductione: omne. n. quod generatur corrumpetur | aut ꝑ maiori parte. Scdo quia Plato debuit primo disputare an possit aliquod gẽitum esse æternum | & postea descendere ad mundũ: ulia. n. præcedunt particularia cognitiõe. cum propositiones particulares nec sint essentiales nec perse: sed contingentes | & extra artem: igitur hæc põ est omnino in naturalis: & quia eius oppositũ patet per rationem nãlem: & quia nõ nãli ordine processit ab ulibus ad particularia. Hæc aũt quæ hic dixit Aue. non conueniunt uerbis græcis: propterea sunt uana.

Primum autem diuidendum est: quo nam modo genita atq; ingenita corruptibilia quoq; ac incorruptibilia dicimus. Nam cum aliqua multipliciter dicãtur: nullaq; in sermone seruetur differentia: mentem confuse sese habere necesse est: si qs ut indiuisibili eo utatur: quod multifariam diuiditur. Incertum nãq; erit per quã ipsorum naturam id accidat quod dictum est.

Expositio. Hactenus de positione antiquorum in quæstione præposita: at nunc ꝓpriam positionẽ uult prosequi: & sumit primo quædã: Quorũ primum est quot modis dicanẽ gẽitum & ingenitum | corruptibile ac incorruptibile: & proponit intentionẽ spectatim: & cãm intentionis | & inquit primum ãt diuidendum est: quo nam mõ genita atq; ingenita | corruptibilia quoq; ac incorruptibilia dicimus. Hæc intentio. huius rei cãm affert: & inqt nam cum aliqua multipliciter dicanẽ | nullaq; in sermone seruetẽ significatuũ drã: sed ꝓferantur nulla præmissa distinctione: mentem audientis confuse sese hr̃e necesse est. Cuius ẽt cãm subdit si ꝑ quia quis ut indiuisibili eo utiẽ: quod multifariam diuidiẽ. Incertum nãq; erit per quã ipsorũ significatuum nãm siue spẽm | id accidat: quod dictum est | idest sequaẽ id quod infereẽ: igitur ante qõis determinationẽ debemꝰ præmictere quotiens hæc dicunẽ. Aiaduersione dignũ ut primo topicorũ capite. xiiii. habeẽ quotiens aliquid diuiditur est utile & ad manifestationẽ positionis | & oppõis: & utile ne fiat syllogismus ſm nomẽ | hoc est ne aliquis paralogizet: & pp hæc duo Ari. uult illa esse prædistinguenda: & ad euitandã confusionẽ | & ad sciendum ꝑ quam nãm accidat inconueniens dicendũ. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud aliqua: non est in græco: sed sic habeẽ nam cum multipliciter dicantur: & reliqua: ideo Aue. intelligit locum hunc duplr̃ | aut supplendo dictiones: ut sit sensus: nã cum aliquæ

Quæ Auero. com. cx. dictiones multipliciter dicanẽ | & reliqua: aut supplendo subiecta qõis propositæ: ut sit sensus nã cum hæc uƷ genitum ingenitũ corruptibile & incorruptibile multipliciter dicanẽ: & reliqua: & utroq; mõ ut mihi uř uerbis conuenit græcis. Hæc Ari. ac Aue.

Dicitur itaq; ingenitum uno modo si sit nunc aliquid: quod antea non erat sine generatione mutationeue ut ipsum tãgi atq; ipsum moueri aliqui dicunt. Inquiunt enim ipsum tangi atq; moueri generari non posse.

Expositio. Prosequitur: & distiguit primo ipsum ingenitum: & primus modus respectu generationis: nam quoties aliquid fit | & non ꝑ modum quo generata fiunt uƷ transmutatione & motu: talia dicunẽ primo modo ingenita siue ingenerabilia. Solum namq; pro tanto quia non fiunt per modũ eorũ quæ generantur. Inqt dicitur itaq; ingenitum uno mõ si sit nunc aliquid ut animal | uel album: quod antea non erat sine generatione & mutatione: ut ipsum tangi atq; moueri aliqui dicunt ingenita esse: aiunt enim ipsum tangi atq; moueri generari non posse: quia non fiunt per modum quo cœtera fiunt. Hic est primus modus.

Alio modo si generari uel ortum esse aliquid possit: non tamen sit. nam hoc ea ratione ingenitum dicitur: quia oriri potest.

Expositio. Secundo modo aliquid dicitur ingenitum si generari uel ortum esse aliquid possit: non tamẽ sit dudum ortum: ut si a possit oriri animal | uel album: nõ dum sit ortum: & redit cãm quare hoc dicatur ingenitum: & inquit nam hoc ea rõne ingenitum dr̃: quia oriri põt: igitur secundo mõ dr̃ ingenitum per priuationẽ actus generationis: ut qa non est actu genitum: sed põt generari: quo modo factꝰ in utero meæ uxoris dicereẽ ingenitꝰ: qa actu gñatiõis priuaẽ. Hic est scdus modus.

Alio modo si aliquid factum esse impossibile sit: ita ut interdum sit interdum non

sit·at impossibile bifariam dicitur:aut enim quia non uerum est ortum esse posse: aut quia non facile:nec cito nec bene fieri potest·

Tertio modo ingenitum uult dici quod impossibile est fieri:dico fieri quo modo aliquid genitũ interdum est interdum non est·& hoc modo mons aureus est ingenitus siue ingenerabilis:caret enim potentia generationis·Addit tamen hunc modum posse diuidi in duos nam impossibile bifariam dicitur:aut enim quia non uerum est ortum esse posse ut mons aureus dicitur ingenit⁹: aut quia non facile/nec cito/nec bene fieri potest·Quare omnes modi sunt tres: quorum si terti⁹/ diuidatur in duos:omnes erunt quatuor:horum sufficientia sic sumi potest: nam ingenitum ne/gationem siue priuationem dicit/aut igitur ingenitum negat modum generationis/aut rem ipsam quæ est generatio:si quidem modum·erit primus modus ingeniti·Si uero negat ipsam generationem:aut negat actum/aut potentiam·Si quidem actum:erit Secundus modus· Si negat potentiam:aut negat simpliciter ut sit impossibile generari:aut secũdum quid ut sit difficile/ uel nõ cito/uel non bene generabile ecce omnes modos ingeniti· Sed referamus quæ Aueroes dicit in declaratione horum modorum:primo igitur debes scire ad ueram generationem tria requiri primum ut res exeat de potentia ad actum·Secundum ut præcedat alteratio ante talem exitũ·Tertium est ut fiat in tempore saltem per accidens·Ex hoc sequitur quod id quod fit sine iis tribus/ dicitur ingenitum:& hoc per priuationem conditionum requisitarum ad ueram generationem· & hoc modo tactio & mutatio fiunt/similiter & relationes· Secundo sequitur ut tale ingenitum dicitur similitudine ingenitum/non uere:quia tale postq̃ est potest non esse:igitur genitum fuit sed pro tanto dicitur ingenitum/pro quanto non fiebat secundum omnes cõditiones eorum quæ uere generantur·Sed mox dubitat Aueroes:quia non uidetur hoc genitum nisi apud suum non esse·Ideo potest quæri utrum tale dicatur ingenitum tempore entitatis:an tempore priuationis: an utroq; modo· Themixtius inquit tale esse ingenitum utroq; tempore:quia utroq; tempore caret conditionibus eorum quæ uere generantur·Hæc Aueroes quo ad primum modum·Sed quæritur utrum motus incipiat esse per motum atq; generationem:uidetur q; sic motus incipit esse p exitum de potentia ad actum:igitur per motum·Amplius q; per generationem:etiã arguo:transmutacio rei de non esse ad esse est eius generatio·Motus incipit per talem transmutationẽ igitur per generationem·pro solutione dici potest ut Auicena sentit q; aliquid esse uel generari est aut quia ipsum est quod generatur:aut quia ipsum est quo aliud generatur: ulterius Auicẽna quinto suæ methaphysicæ talem ponit regulam q; in denominatiue talibus/standum est ad ea quæ formaliter sunt talia:& quia physica corpora denominatiue sunt motibus mobilia:generatione uero generabilia:igitur motus se ipsis met generantur:& sic nõ per motum: nec per generationem incipiunt:Sed sat est ipsos esse quibus alia incipiũt·Hæc de primo mõ· Secundo debes scire q; in textu barbaro scdus modus sic describiẽ/ingenitum est quod nõ est:possibile tñ esse per ueras generatiõis cõditiones: poniẽ igitur scdum Aue·illa particula poßẽ tñ esse ad drãm ingeniti tertio mõ:quod dr̃ impoßẽ fieri:nam tale ingenitum scdo mõ dr̃ ingenitum scdm quid : quia p̃ tẽpore sui non esse·Sed obicit Aue·qa ur̃ tale ingenitum concidere cũ genito dicendo textu p̃ximo igr̃ distinctio non erit p oppposita·Rñdere ur̃ q; tale ingenitũ concidit cum genito : tñ scdm diuersa dimidia:qa ingenitũ quidem dr̃ scdm dimidium non entis:genitum uero scdm dimidium entis qa ad esse hȝ potentiã:ex hoc infert q; Ari·enumerauit hunc scdm modum cũ aliqua affirmatiõe addendo poßẽ tñ esse:hoc·n·ur̃ quædam affirmatio:quã quidem addidit / qm̃ hoc ingenitum dr̃ quodam mõ idem generabili·Scdo dubitat nam cũ ea quæ generenẽ primo mõ scdm rem generentur:lȝ non scdm modum:quare nõ dedit duos modos uȝ inuicem oppositos/ut fecit de genito & ingenito scdo mõ·Rñdet qa tale ingenitũ p priuationem conditionũ:tam tẽpore esse:q̃ tẽpore nõ esse semp caret dictis cõditionib⁹ gñationis:igr̃ ea enumerat ingenerabilia: quæ aliqñ sũt ingenita ut tẽpore non esse:aliqñ genita ut tempore esse nam de his qõ erit Platonis· Hoc p̃bat authoritate themixtii·Hæc Aue·de Scdo mõ·Tertio debes scire q; tertius modus apud Aue· est quotiens aliquid est ens in quo non est mã neq; potentia ad esse/& ad non esse/ ut æternum ipsum:tale·n·caret mã & potentia ad utrunq;:ideo dicitur ingenitũ:& hanc intentionẽ dicit Ari· sentire ibi ut quãdoq; quidem & reliqua:quam addidit ut indicet hic ingenitum sumi pro eo qd est/& nunq̃ fuit poßẽ generari uel corrumpi:ut æternũ:ad drãm impoßis rei ut hippocentaurus est & id genus·Qua rõne ait nõ bene Themixtiũ intellexisse:qa sumpsit scdo modo ingenitum p impoßi generari/motus/ex eo quia impoßẽ sub diuisit per impoßi oĩo/& p difficili:qd nõ esset/ nisi ingenitũ sũpsit p impoßi:& p̃pea Themixtius reduxit hos oẽs in tres:ut patet eius reductio·

Expositio·

Quæ Auero· com·cxi·

Dubi·

Sol·

so & quod non bene senserit Themistius: arguit:probat: primo quia omisit modum famosum: uidelicet ingenitũ pro æterno. Secundo ommisit illud quod est ad propositũ:ingenitũ.n.p æterno/est ad ppositũ. Tertio ommisit ingenitum p eo quod non est / pōt tñ esse cum facilitate: igit diuisio themistii est diminuta tribus modis.ppea Aueroes enumerat oẽs modos.nam oẽ ingenitum aut dr̃ tale:quia non p ueras cãs generationis:aut uere:si quidẽ primo modo erunt duo primus modus:& id quod nõ actu est:sed pōt esse cum difficultate:hæc.n.diuidunt non uere:quia quantũ ad rem generantẽ:quo uero ad modum nõ:nam primus modus dr̃ per hoc qa simplr̃ caret conditionibus gñatorũ. Difficile uero genitu hʒ:sed paucas. si autem aliquid dr̃ ingenitum uere: hoc est aut qa non est:potest tñ facile esse:aut qa non esse / nec pōt esse ut dr̃ ipsum impossẽ: aut qa est:non tñ incepit:nec desinet:ut æternũ:quo modo dr̃ triangulum hr̃e tres esse ingenitũ: qa nunq̃ fuit nouũ:& sic sunt quinq; modi:& sic dicas:q, tunc Aristoteles esset diminutus:Responsionẽ innuit q, Aristoteles sub uniuersali ratione dedit intelligere oẽs hos:nam sub tertio enumerauit impossibile & necessarium:& sub secundo enumerauit facile/& difficile:sub primo enumerauit ipsum tantum. igitur tãtum quinq;:quos Aristoteles non distinxit propter breuitatẽ. Hæc Aueroes:quæ quantum textui conueniant:tu uides.

Simili ratione & ipsum genitum/uno quidem dicitur modo/si aliquid sit posterius/quod prius non erat:siue per generationem/siue sine generatione sit interdum quidem ens:interdum uero non ens. Alio uero modo si possibile sit:siue ueritate siue facilitate ipsum possibile sit definitum. Alio autem modo si generatio sit ipsius ex eo quod non est ad id quod est:siue iam sit/modo per generationem sit: siue & nondum sit/modo esse possit.

Expositio.

Hactenus quot modis ingenitum dicatur:nũc quot modis ipsum genitum: & inquit simili rõne & ipsum genitũ/uno quidem dr̃ modo si aliquid sit posterius:quod prius non erat:& hoc siue per generationẽ uerasq; cãs generationis sit mõ ens/rursus non ens:siue sine generatione/ uerisq; causis generationis.pʒ igitur in hoc primo mõ asseri actualem interpraetationẽ: non tñ per determinatum modum incipiẽdi/quẽ generatio ipsa significat: & sic genitum primo mõ id est quod est

Quæ auero. com.cxii. genitum & prius nõ erat siue per generationẽ/siue non. Et hoc sentit Aue.ait.n. Ari. in uno sermone comphendisse duo opposita duobus modis ipsius ingeniti:erat.n.uno mõ ingenitum:qd non p ueras cãs poterat generari ut tactiones & motus Alio mõ quod non erat: sed p ueras causas poterat generari:nũc his duobus modis ponit unũ modũ oppositum dicens esse illud primo mõ genitum quod est nunc & prius non aut p ueras cãs generationis:& hoc contra s'm modũ ingeniti:aut sine ueris causis:& hoc cõtra primum modum.& huius cãm innuit:quia genitum hoc primo mõ est illud quod est in actu postq̃ fuit in potentia.ppea opponitur utriq; illorum. Hæc Aue.ex quibus dat unũ & idem posse dici generabile & ingenerabile:ut tactiones: & motus & relationes:hæc quatenus nũc sunt/& prius non erant:genita dicuntur:quatenus uero sine causis generationis sunt:ingenerabilia dicuntur. Addit tamen melius intelligi generabile tẽpore esse: ingenerabile uero tẽpore non esse siue primo siue secũdo sumantẽ mõ. Hæc de primo mõ. de secũdo inqt alio uero mõ si possẽ sit:siue ueritate siue facilitate ipsum possẽ sit definitũ:& sic hic secũdus modus differt a primo:qa hic secundus asserit possibilitatẽ inceptionis:primus aũt asserit inceptum eẽ:conuenit tñ:quia hic est absq; determinato mõ incipiendi:ueluti primus: & ita s'm hunc modũ asseritẽ possibilitas inceptionis absq; determinato mõ incipiendi: qua rõne fit ut possit distingui in duo s'm distinctionẽ potentiæ. Hæc de scdo mõ:de tertio aũt inqt alio mõ si gñatio sit ipsius ex eo qd non est ad id qd est/siue iam sit/modo p generationẽ sit:siue & non dum sit/mõ eẽ possit:& sic s'm hunc tertiũ asseritur nõ tm̃ inceptio sed incipiẽdi modus: licet possit diuidi i duo quaten⁹ aut est aut esse pōt id quod hoc tertio incipit mõ. Debes scire q, duo sunt inceptio & modus incipiendi p generationẽ determinatus. Primus modus limitat sibi inceptionẽ/ & nõ modũ incipiendi. Secundus nec inceptionem nec modũ incipiendi. Tertius & inceptioneʒ/ & modum

Replica incipiendi:& sic patet quo nam modo differunt:& si dicitur q, tertius modus uidetur non limitare sibi inceptionem/quia ait siue iam sit:siue non dum sit dici potest fortasse quod per non sit intelligit complete:ut sit sensus siue iam sit omnino complete:siue sit/sed non dum complete:& sic

Sol

Replica

Quæ Auero. eodem com. patet differentia horum modorũ.& sic dicitur q, hic tertius modus continetẽ sub primo ut nemo dubitat. Rñdet Aue.uno modo hoc esse cõcedendum:nã primus modus est cõis scdum incipiendi modũ.at hic est determinatus scdum incipiẽdi modum. Themi.aliter dixit:uoluit enim Ari.

per hunc tertium modum illum intelligere | quo quædam necessario oriuntur: ut solet dici cras orietur sol. hic.n. ortus necessarius est:& sic differt a primo mō. Sed refellit hanc responsionē: qa id qd necessario generaē:non fit per præuiam alterationem:& ita non est ad propositum. Ari.n. loqtur de generabili per præuiā alterationem.& debes scire q; duplex est generatio|altera quidē per præuiā dispositionē ac alterationē:& hæc qa est in tempore:pōt impediri in illo medio tempore. Alia æquiuoce dicta|quæ est sine præuia alteratione|ut dependentia quædam:& hæc non potest impediri. Aristoteles loquitur de prima | & non de secunda. propterea male themistius. Hæc Aueroes.

Insuper etiam corruptibile & incorruptibile similiter dicuntur. Nam si aliquid prius est:posterius uero non erit aut contingat non esse, siue per corruptionem mutationemue siue sine corruptione corruptibile hoc dicimus esse. Præterea & illud quod per corruptionem interdum non esse potest: corruptibile esse dicimus. Insuper etiam aliter corruptibile dicimus quod facile corrumpitur:quod quidem aliquis profecto interibundum dixerit.

Hactenus de genito deq; ingenito:nūc de corruptibili atq; incorruptibili: & primo de corruptibili. Vbi debes scire ut lapide notat expōtor duo eē incorruptiōe ueluti ēt duo erāt in ipsa gnōne. alterū est ipsa rei definitio. Alterū uero modus definiēdi|u3 p cās & cōditiones uere corruptorum ideo tres facit modos|& inqt insup ēt corruptibile & incorruptibile simlr multifariā dicunē:nā si aliqd prius est:posteri⁹ uero nō erat:aut cōtingit nō eē|siue p corruptionē mutationemue|siue sine corruptione|corruptibile hoc dicim⁹ eē:& sic primus modus est p indīam modi desinendi:qa est tam eorū:quæ desinūt p corruptionē|q̄ eorū quæ desinūt sine corruptiōe: debes scire q; cōtingens eē enūciaē per ppositionē de futuro|ut nauale bellū erit:& p propositionē de præsenti| Sed de mō contingēti:ut cōtingit nauale bellū esse:ut dr̄ in lib. de interptatiōe:& qa corruptibile est cōtingēs nō esse:ppea dixit si aliqd prius est|posteri⁹ uero nō erit:denotat.n. illud eē cōtingens p propōnem de futuro adiecit ēt|aut cōtingit nō esse:ut denotet p propōnem de pn̄ti de mō contingentis. Hæc de primo mō. de secundo uero inqt p̄terea & illud qd per corruptionē interdū nō esse pōt corruptibile dicimus:& sic scdus modus est p limitationē modi desinēdi qa est solū eorū: quæ p corruptionē desinūt:qua rōe ur̄ hunc modū esse uti spēm primi modi: aut saltē quid limitatius eē. Hæc de scdo. de tertio inqt insup ēt aliter corruptibile dicimus:qd facile corrūpit. Hic tertius addit ad primū limitationē modi desinēdi:qa est eorū quæ desinūt per corruptionē: & addit ad 2m:quia est eorū quæ facile intereūt:quod qdē hac rōe pfecto aliqs græce dixerit|bene uel facile corruptibile latine|qd uno uerbo latine dixim⁹ interibundū:& sic p3 hos tres modos se hr̄e p adiectionē. Nā primus est p indīam modi desinēdi:cū sit tam eorū quæ p corruptionē desinūt ut aīalia & elta:q̄ eorū quæ desinūt sine corruptiōe ut relationes & tactiones siue motus. Scdus est p determinationē modi desinēdi|qa est solum eorū:quæ desinunt p uerā corruptionē. Tertius adhuc magis p determinationē modi desinēdi:qa est dumtaxat eorū | quæ per uerā & facilē desinūt corruptionē. Sed dices cū in corruptione duo sint desitio ipsa: & modus desinendi ut in gnatōe duo erant inceptio & modus incipiendi: Quare ut in gnabilib⁹ distinxit tā penes inceptionē|p actum & potentiā:quam penes modum non sic incorruptione etiam distinxit & per desionem ad actum & potentiam & modum desinendi ut fecit. Solum enim per modū desinendi distinxit. Dici potest esse loquendum ut plures: quia uero Hoc est corruptibile in lingua græca non uenit ad usum| nisi pro re quæ est | & potest non esse: ideo non distinxit in actum & potentiam: id enim quod corruptum est|non idest corruptibile in illa dicetur lingua:sed hoc est corruptum. propterea corruptibile non per potentiam & actum distinxit: sed per indifferentiam modi desinendi. Aueroes uero primo declarat causam quor corruptibile per uerum desinendi modum dicatur corruptibile:& arguit per locum a minori:nam si corruptibile sine modo desinendi dicitur corruptibile:igitur corruptibile per modum desinendi magis dicetur tale. Secundo per exemplum themistii declarat quid est illud quod est corruptibile per modum desinendi:& ait id esse corruptionem magni fluuii secundum translationem de loco ad locum: fluuius.n. corruptibilis est secundo corrumpendi modo. Tertio ait q; licet ipsum corruptibile sit duplex|facile & difficile: solum sumpsit corruptibile facile: quia est plus in usu:uidet enim omne fere corruptibile esse quasi facile tale: quoniam ad non esse minora requiruntur ut dicitur secundo Topicorum. Vltimo

Expositio.

Dubi.

Sol.

Quæ Auero. com. cxiii.

Aueroes in cõmento horum modorum sic ponit numerum: nam corruptibile dicitur de corrupto in actu, & in potentia: si in actu, hoc dupliciter, aut per ueram & propriam generationem: ut elementa generantur, aut ad generationem alterius, quod per se generatur, ut elementa. Si uero dicitur de corruptibili potentia, hoc est dupliciter: aut facile: aut difficile. Hæc Aueroes. Sed pace sua hæc sufficientia est ad modos corruptibilis: quos ipse finxit, & non quos Aristoteles enumerauit. error enim uenit ex malis translationibus.

q̃lis aue. expõ

Etiam de incorruptibili eadem est ratio: aut enim sine corruptione interdum quidem est: interdum uero non est. ceu tactiones ipsæ. propterea q̃ prius erant, & postea non sunt sine corruptione. Aut id quod cum nunc quidem sit ens: ipsum tamẽ impossibile est non esse, uel non fore aliquando.

Expositio. Hactenus de corruptibili: & de incorruptibili nunc transigit: & rursus diuidit ipsum in tria: primus modus sumitur per negationem modi desinendi: quatenus est eorum: quæ desinere quidem possunt secundum rem: Sed non per modum desinendi: & hoc inquit etiam de icorruptibili eadẽ est ratio: aut enim sine corruptione interdum quidem est: interdum uero non est: ceu tactiones. propterea q̃ prius erant & postea non sunt sine corruptione. Hic est primus modus: & de secũdo inquit aut id quod cum nunc quidem sit ens: ipsum tamen impossibile est non esse, uel non fore aliquando. & hoc modo æternum est incorruptibile: nam priuat rem, & omnem modum desinendi.

Tu enim es nunc, & tactio etiam est nunc: corruptibiles tamen estis: quia erit aliquando tempus: quando nec te esse, nec hæc tangere uerum erit dicere.

Expositio. Soluere uidetur dubium circa dicta Aristoteles: nam omne quod est dum est, impossibile est nõ esse: igitur omnia sunt hoc modo incorruptibilia. Soluit q̃ omnia dici possunt necessaria sub cõditione uidelicet dum sunt: & sic omnia incorruptibilia ex conditione uidelicet dum sunt: tamẽ sunt possibilia absolute sumpta: & hoc inquit tu enim es nunc & tacto etiam est nunc: & sic necessaria ac incorruptibiles ex conditione. corruptibiles tamen estis supple absolute: quia erit aliquãdo tempus: quando nec te esse, nec hæc tangere uerum erit dicere: & ita sunt absolute possibilia: necessaria tamen ex conditione: & sic patet ad dubium.

Maxime uero proprie incorruptibile dicitur: quod quidem est, non potest autem sic corruptum esse. ut & nunc sit, postea aut non sit aut non esse contingat. Vel & cum sit ens nondum corruptum, postea contingat non esse.

Expositio. Quia sumpsit incorruptibile dici dupliciter: & de æterno: quod simpliciter est incorruptibile: & de eo quod est dum est: docet nunc de quo horum maxime proprie dicitur, & uult maxime dici de eo incorruptibili, quod simpliciter est impossibile corrumpi: ut deus. Sed p̃ intellectu litteræ debes scire ipsum corrumpi uel ipsum corruptibile bifariam apud aliquos exponi. Vno mõ per affirmationem de præsenti, & negationem de futuro, ut nunc Socrates est, & post hoc non, erit, uel potest non esse. igitur corrumpitur uel est corruptibilis. Aut per negationem de præsenti & affirmationem de præterito: ut nunc non est uel potest non esse, & antea fuit: igitur socrates corrumpitur uel est corruptibilis. Vult igitur maxime proprie incorruptibile dici per negationem definitionis, tam primo q̃ secundo modo exponendo. Et hoc inquit maxime uero proprie dr̃ incorruptibile: quod quidem est non potest autem sic corruptum esse, ut nunc sit postea aut non sit aut non esse contingat & sic per negationem definitionis primo modo expositæ. uel & cũ sit ens nondum corruptum, postea contingat non esse: & sic per negationem defitionis secundo modo expositæ: & sic maxime proprie incorruptibile erit ipsum æternum.

Dicitur etiam incorruptibile: & id quod non facile corrumpitur.

Expositio. Tertio incorruptibile uult dici: quod non facile corrumpitur: ut mons: & serpens: & id genus.

Quæ Auero. com. cxiiii. Aueroes uero sumit horum numerum sic incorruptibile uel est quod est & non potest non esse: & hoc dicitur æternum. aut quod est & potest non esse, & hoc dupliciter, aut sine causis corruptionis: & sic est primus modus. Vel per causas corruptionis: & hoc dupliciter aut facile: aut difficile. Sed q̃ sit ad uerba Aristotelis hæc sufficientia: tu intelligis.

Dubi. Sed quæres quo nam modo ipsa corruptio desinat esse: aut per corruptionem: aut sine corruptione.

Sol' Iam patet salutio: ipsa enim corruptio non corrumpitur denominatiue, ut nec albedo est alba: sed formaliter & per se ipsam ut albedo est alba.

At si hæc ita sese hēant:cōsiderandū est quo nā mō possibile atq; impoſe dicimus· Nā & qđ ꝓpriissime incorruptibile dr̄·ex eo ꝓfecto definit̄:qa impoſe est corrū-pi:neq; īterdū eē(neq; interdū nō esse pōt·Insup ēt ingn̄abile dr̄ impoſe & qa sic generari nō pōt ut prius qdē nō sit:posterius uero sit:ceu diametrū cōmēsurari·

Hactenus de generabili corruptibili:ingenerabili & incorruptibili:nunc de possibili & impossibili:& primo proponit intentionem:secundo rationem intentionis:tertio prosequitur:& in proponendo intentionem dat intelligere ordinem ad dicta:& inquit at si hæc ita sese habeant: considerandum est|quo nam modo possibile atq; impossibile dicimus·Ecce intentionem & ordinē· assignat rationem ex iis quæ primo topicorum capite duodecimo dixerat ibi enim dictum est ad sumendum quotiens aliquid dicitur|utile est inspicere ad definitiones & partes illius : arguit igitur|hæc ponuntur in definitione eorum quæ accepta sunt:igitur post tractatum de illis|restat tractari de his·& sic restat uidere quotiens hæc dicantur · Antecedens probat : & inquit nam & quod propriissime incorruptibile dicitur:ex eo profecto definitur : quia impossibile est corrūpi: & ex eo quia neq; interdum esse|neq; interdum nō esse potest : & sic incorruptibile propriissime sumptum uidelicet quod erat necesse esse|siue æternum|per ipsum impossibile definitur·Deinde q; etiam ingenerabile per idem definiatur ostendit:& inquit insuper etiam ingenerabile dicitur & quia sic generari non potest ut prius quidem non sit:posterius uero sit ceu diametrum cōmensurari constat:& sic ingenerabile per impossibile definitur : & per oppositum corruptibile & generabile per possibile ipsum definiuntur:hoc quidem per possibile nō esse ut corruptibile: illud uero per possibile esse ut generabile:igitur & de impossibili & possibili rationabiliter restat dicere post illa· Aueroes autem laborat in explanando quor Aristotelis dixit æquale| siue temperatum naturaliter indefinitione ingenerabilis:& eius labor est uanus : quia illud uerbum non est in codicibus græcis:& ideo ponderat:quod non est Aristotelis:sed est id quod dicit p insōnium· — Expositio· — Quæ Auero. com·cxv·

Siqd igit̄ ad stadiā centū moueri pōt:aut pōdus attollere:ad sūmū semp assignamus·ueluti centum tollere talenta·atq; centum p stadia inambulare ·

Proposuit se dicturum de possibili|deq; impossibili:nunc prosequitur:uerum debes scireq; poſe uno modo sumitur ut est propositionis mā:qđ idem ualet|quod contingens: & hoc mō est habitudo terminoꝝ s bti & prædicati:qua rōe differt ab inesse|atq; necessario inesse:ut in primo priorum diximus:& hoc modo poſe diuiditur in poſe:quod sequitur ad ueꝝ siue necessarium | & ad falsum quod esse pōt:& de tali poſi|siue impoſi|non loquitur hic Ari·Alio mō sumitur poſe ut sumit̄ a potentia|ut·ii·de interp̄tatione dr̄:quo mō dicimus aliqd esse poſe regi|quod est impossibile militi|ut debellare regnū possibile est regi:& militi nō·& de hoc mō possibili uel impossibili loquitur Ari·nunc:& qm̄ hoc est duplex dictum a potentia actiua:& dictum a potentia passiua: ideo primo docet possibile dictū a potentia actiua|Scđo remouendo dubiū docet poſe a potētia passiua·de primo inqt siquit igr̄ uel aīal|uel quoduis aliud ad stadia centū moueri pōt | aut pondus attollere:ad sūmum semp assignamus:ueluti centū tollere talenta|aut centū per stadia inambulare:& sic potentia actiua terminatur atq; cognoscitur per maximum in quod pōt· Debes scire q; potentia definitur p actum : actus uero per obiectū:& quia ab excellentiori obiecto cognoscitur maior uis potentiaq; rei:iure per maximum ipsa potentia definiri debet· — Expositio·

Quāuis & partes quæ citra sunt:possit:si & excessum possit: quare ad excessum· atq; finem definiri oportet potētiā ipsam nā igitur id quod pōt tot p excessum · ēt ea quæ citra sunt necesse est posse·ut si centū talenta leuare:& duo posse: & si p cētum stadia ambulare pōt·& p duo ambulare posse·potentia itaq; excessionis est·

Remouet tacitū cauillū:posset·n·dici potētia quælibet:quæ pōt in mai⁹:pōt ēt in minus·igitur nō tm̄ per mai⁹ ipsa definit̄:sed ēt per minus:ubi·n·solum p maius ipsa definiret̄:uideret̄ solum ipsam posse in mai⁹·Soluit & inqt quamuis & partes quæ citra sunt possit:si & excessum possit: quare ad excessum atq; finē definiri oꝫ potentiam ipsam·Cuius cām indicat: quāuis in græco uī̄ concludere:sed uis est reddere cām:& inquit nam id quod potest tot p excessum:ēt ea quæ citra sunt necesse est posse:ut si centum talenta leuare:& duo posse leuare necesse est · & si per centuꝫ stadia ambulare potest:& per duo ambulare posse necesse est · Potentia itaq; excessionis est·Sic igitur uult p excessum esse definiendā:qa in excessu continent̄ minora·hui⁹ rei pōt assignari cā ex quodam simili|nam ut magnitudo molis determinat̄ per maximū ut quātitatē tricubiti non — Expositio·

per bicubitum definimus: nec ratiõe3 hominis si assignamus pro sensile / sed per rationale: sic magnitudo uigoris per maximum definire oportet: minora enim in eo continentur. Ex iis patet Aristotelem actiuam potentiam definisse non omnem / sed mutabilem: quædam enim potentia est imutabilis ut illa dei tantum in mouendo orbem maximum: & quia hæc mouet illum imutabiliter / ita ut nec maius / nec minus possit mouere illo: ideo hæc nõ definitur per maximum / nec minimum. potentia uero quæ mutabiliter mouet nunc minus / nunc maius / definitur & cognoscitur esse alia atq; alia maior per maximum eorum quæ potest. Secundo debes scire q. potentia potest dupliciter definiri absolute / & sic est principium agendi uel patiendi. & hoc modo spectat ad methaphysicum. Alio modo comparatiue respectu alterius potentiæ / qua ipsa aut maior aut minor dicitur: & sic cognoscitur per maximum / nam si maximum quod potest altera: sit maius eo quod altera potest: una potẽtia est etiam altera maior: & hoc modo Aristoteles describit. Tertio debes scire q. potentia propterea non definitur per minora in quæ potest: quia talia possunt minui in infinitum / modo per infinitum nihil scitur: nec definitur / propterea per maximum & non per minimum definitur. Vnde ex uerbis Auerois duæ rationes colligi possunt: quibus potentia debeat definiri per excessum: prima quia defectus minuitur in infinitum: & per infinitum nihil cognoscitur. Secundo quia eo modo potentia cognoscitur: quo differt ab alia per magis & minus. Sed potentia differt per magis & minus a potentia per maximum: igitur per maximum definitur.

Quæ Auero. com. cxvi.

Præterea & si eorum quæ per excessum dicuntur: tantum aliquid impossibile est: etiam plura impossibilia sunt. qui namq; mille stadia peragrare non potest: is profecto neq; mille & unum poterit.

Expositio. Vt possibile de quo erat intentio dicebatur a potentia: sic impossibile denominatur ab impotentia siue defectu: docet igitur nunc definire impotentiam: & uult ipsam cognosci per minimum eorum quæ non potest: & redit causam / quia procedere licet in excessibus ad infinitum: & per infinitum nihil cognoscitur. & hoc inquit præterea & si eorum quæ per excessum dicũtur tantum ut mille stadia peragrare est aliquid impossibile respectu impotentiæ deambulatiuæ socratis: et plura impossibilia sunt: ut mille / & unum / & mille & duo: & sic in infinitum. & hoc inquit qui namq; mille stadia peragrare nõ potest: is profecto neq; mille & unum poterit: nec mille & duo / nec mille & tria: & sic in infinitum: igitur impotentia non per excessum: cum non detur / cognoscitur: sed per minimum eorum: quæ non potest: potest etiam ex Aueroe colligi alia ratio: quia taliter est impotentia definienda: qualiter differt ab alia per magis & minus. Sed differt ab alia per minimum eorum quæ non potest: dicitur enim una impotentia altera uel maior uel minor si minimum eorum quæ non potest est maius uel minus altero minimo alterius.

Quæ Auero. com. cxvi.

Nihil tamen nos perturbet finis eorum quæ potest aliqua potentia / si id quod ꝓprie possibile dicitur per finem excessus definiatur: forsitan enim dicet quispiam / id quod dictum est non necessario ita esse. qui namq; stadium uidet: is non & magnitudines eas quæ citra sunt uidebit. Sed potius econtra: qui punctum uidere potest: aut paruum audire sonum: is & maiorum sensum habebit. Verum nihil refert ad rationem: definiatur enim exuperatio ipsa aut in potentia / aut in re ipsa. id enim quod dictum est perspicuum est uisio siquidem ea sit quæ per minus. Velocitas uero quæ per maius excellit.

Expositio. Mouet contra se dubitationem: ex cuius solutione patebit / quo nam modo passiua potentia terminatur: & primo proponit illam dicens nihil tamen nos perturbet finis eorum quæ potest supple aliqua potentia ut uisus uel auditus: uel id genus / supple si ille finis per minimum & non per maximum describatur. dico nihil perturbet si id quod proprie possibile dicitur per finem excessus ut patuit definiatur: causa turbationis esse potest contrarietas / definitionum: quam subscribit & inquit forsitan enim dicet quispiam id quod dictum est / non necessario ita esse: qui namq; stadium uel quid tale uidet: is non & magnitudines omnes quæ citra sunt uidebit: cum sit dare minimum uisile. Sed potius econtra qui punctum uidere potest: aut paruum audire sonum: & maiorum q̃ sit punctum / uel q̃ sit paruus sonus / sensum habere potest. Respondet & inquit uerum nihil refert ad rationem qua definiebatur ipsum possibile per excessum: definiatur enim exuperatio ipsa semper / aut in ipsa potentia aut in ipsa re. Nam quo modo libet finiatur: semper per excessum

sum definitur:& hoc subdit dicens id enim quod dictum est/perspicuum est/quia semper seruatur excessus:uisio si quidem ea sit:quae per minus definitur·uelocitas uero quae per maius·debes sci/re q. tam potentia actiua/q̄ passiua determinantur per maximum atq; excessum·Nam uisiua est altera maior cuius uisio est maior/motiua altera maior cuius motus est uelocior:igitur ambae p excessum operum definiuntur non tamen eodem modo:nam in passiuis excessus est a parte po/tentiae:quae patitur/est enim uisio aquile maior:quia potest uidere minus:In actiuis uero contra est per maius:quia potentia regis maior est illa militis:quia potest in maius:& ita utraq; per ex/cessum cognoscitur:licet in passiuis excessus sit a parte potentiae/in actiuis a parte obiecti· Quae ratio docet potentiam passiuam debere cognosci per minus:& ita praedictam rationem non de/struit haec obiectio:cum illa sit data de actiua/deq; possibili denominato ab actiua potentia : & hoc dixit Aristoteles uisio siquidem ea sit:quae per minus:& ita ex parte potentiae· Velocitas au tem quae per maius excellit:& sic ex parte rei:est enim uisio opus potentiae uisiuae / ut uelocitas opus potentiae motiuae·

His uero definitis·dicendum est quae secuntur:si itaq; quaedam sunt possibilia es se & non esse:quoddam tempus maximum & essendi·& non essendi definitum sit necesse est·(dico autem rem esse posse aut non esse posse in uno quoq; praedica/mento·ut hominem aut album aut tricubitum aut aliud id genus·) Nam si non erit aliquod quantum definitum sed semper proposito maius:cuiusq; ratione nihil mi[illegible]s dicatur:idem sane uno tempore infinito erit possibile esse ; altero tempore inf[illegible]o possibile non esse·quod quidem est impossibile·

Potentia ut dicebatur:quaedam dicitur respectu operis:& haec quo nam modo cognoscatur : de/clarauit:alia est respectu esse uel non esse:& quia est ea qua aliquid potest plus uel minus durare ideo per ipsius temporis excessum declarabitur:& primo proponit intentionem & inquit iis ue/ro definitis dicendum est ea quae secuntur deinceps·Haec est intentio· Deinde prosequitur/& p/ponit unam hypotheticam:uidelicet si aliqua esse & non esse possunt : eorum terminus erit per maximum tempus:in quo esse possunt:& hoc inquit si itaq; quaedam sunt possibilia esse/ & non esse:quoddam tempus maximum & essendi/& non essendi definitum sit necesse est·cuius hypo/theticae cum ponitur antecedens:erit positio consequentis/q. cuiusq; rei sit maximum tempus du randi siue essendi & non essendi·Haec Aristoteles deinde declarat in quibus haec determinatio locum habeat:& uult hanc determinationem locum habere in omni praedicamento:& hoc adie cit:ne quis credat tempus perdurationis solum in animalibus esse constitutum: nam quidam di/xerunt montes & ualles esse perpetuas:ideo subdit in omni praedicamento esse constitutum ter/minum suae durationis/tam ad esse/q̄ ad non esse·Deinde redit causam eius quod dixit & arguit per impossibile & inquit nam si non erit aliquod quantum in ipso tempore essendi uel non essen di definitum/sed quocunq; dato ac proposito semper maius:sic q. non sit deuenire ad unum ma/ximum cui⁹ comparatione nihil aliorum quibus potest durare res ipsa sit minus:idem sane uno tempore infinito erit possibile esse/altero tempore infinito possibile non esse : quod quidem est impossibile:nam ut dicetur erunt duo tempora infinita aequalia : sed hoc quo nam modo sit im/possibile:quoue sequatur:posterius dicetur saepe·Sic igitur patet possibile esse & possibile non es se terminari per maximum tempus·Quo uero ad uerba attinet:ambiges utrum eadem sit poten tia qua aliquid possit pati siue qua dicatur possibile pati/& qua possit esse uel non esse:& uidetur q. sic:nam materia est potentia qua unumquodq; possibile potest esse & non esse:& haec est potẽ tia passiua:qua unumquodq; potest pati·Dici potest q. materia ipsa ratione habita ad formam/ est potentia essendi & non essendi·Ratione uero habita ad agens est passiua : & sic est idem/sub iecto/ratione differens·Haec quo ad uerba·Sed circa rem dubitatur contra primam regulam/qua dicebatur potentiam actiuam terminari per maximum/quia si ita esset:tunc non quilibet exces/sus nec quaelibet proportio maioris inaequalitatis sufficeret ad motuȝ:quod est falsum / primo qa tunc daretur motus tardissimus/uidelicet ille quo a potentia moueret b resistentiam exces/su minimo:quo sufficit·Secundo quia tunc rei successiuae daretur ultimum:nam signatis a agẽ te:& b resistente:uolo q. crescat resistentia ipsius b usq; quo excedatur ab ipso a excessũ minimo: & simus in illo instanti/uel imediate post illud adhuc mouebit:uel nõ mouebit/si mo uebit:illae non fuit minimus excessus:cum sub minore illo a adhuc moueat b si non moue bit:tunc illud est ultimum motus·Contra secundam regulam:quae dicit impotentiam termina/

Expositio·

De maximo & minimo·

ri per minimum eorum quæ non poteſt:nam ſigno maximum in quod poteſt potentia a / qđ ſit b : & ſigno minimum quod non poteſt eadem potentia a : reſpectu: cuius dicitur in potentia:& ſit c : tunc arguo:aut hæc ſunt æqualia:aut in æqualia·ſi æqualia:tunc a potentia poteſt in utrunq;:& ſic b non dicetur minimum quod non:cum in illud poſſit: ſi in æqualia: certum eſt q; c non eſt minus ipſo b : quia tunc a poſſet in b & c· quicquid enim poteſt in maius/poteſt in minus·Si uero maius ſit ipſum c ipſo b : aut exceſſu diuiſibili:aut indiuiſibili:non eſt dicendum exceſſu indiuiſibili:quia per indiuiſile nihil excedit·ſi ſit exceſſus diuiſibilis/ſit ut duo:& cum poſſit diuidi:adhuc ipſum a poteſt mouere b ipſum/ & aliquid maius: modo ſit minus ipſo c · utpote ipſum b cum illo plus exceſſus uidelicet cum uno plus:& ſic ipſum b non fuiſſet maius·Contra tertiam arguo/quæ dicit potentiam paſſiuam terminari p minimum:nam accipio illud minimum:quod mouet illam potentiam paſſiuam:uel excellit illam/uel eſt æquale:uel minus:non æquale nec minus/quia nec ab æquali/nec minore prouenit actio·ſi maius:& cum non ſit maius in re indiuiſibili:erit maius in re diuiſibili : & ita ut prius poteſt minus illo mouere eandem/ut ſi illud minimum fuiſſet ut quatuor/& reſiſtentia ſiue potentia paſſiua ut tria:poſſet minus illo minimo dato utpote ut tria cum dimidio unius mouere illã eandem·Contra ultimam dubitant:quia ſi daretur maximum tempus eſſendi:tunc rei permanẽtis daretur ultimum ut deductum eſt·Secundo rei permanentis datur primum non eſſe : igitũ nõ datur maximum tempus quo eſſe poteſt·Illud enim primum non eſſe/eſt minimum eorum:quibus eſſe non poteſt·Tertio tempus quo ſocrates mortuus non eſt/eſt infinitum/igitur non maximum:ſimiliter quo ſocrates non fuit ante generationem fuit infinitum·igitur nec eſſendi nec nõ eſſendi tempus maximum dari poteſt·Hæ ſunt fortiſſimæ quæſtiones contra Ariſtotelem·Circa hæc debes ſcire:q; tam ab Ariſtotele:q̃ ab Aueroe/cœteris græcis expoſitoribus:colliguñt hic quatuor regulæ de potentiarum terminatione·quarum prima eſt/potentia actiua terminatur p maximum quod ſic:atq; per ipſum cognoſcitur quanta ſit : hoc eſt per id quod inter omnia quæ ſic poteſt aut mouere/aut afficere/eſt maius·Secunda impotentia actiua ſcitur quanta eſt per minimum in quod non poteſt:hoc eſt per id:quod eſt minimum eorum in quæ non poteſt·Tertia potentia paſſiua ſcitur quanta eſt per minimum a quo poteſt pati/hoc eſt per id quod inter omnia e quibus poteſt pati eſt minimum·Quarta eſt poſſibilis eſſe / atq; poſſibilis non eſſe eſt maximum tempus:hæc colliguntur craſſa minerua ex uerbis Ariſtotelis· Iuniores uero potentias actiuas definiunt per minimum in quod non:nam pondus æquale potẽtiæ eſt minimum quod non·potentias uero paſſiuas per maximum a quo nõ poſſunt pati· Conſimiliter aiunt potentiã ad eſſe/& non eſſe terminari per minimum in quo non:& ſic tenent quatuor/ quæ uidentur contraria Ariſtoteli & expoſitoribus:pro iunioribus tamẽ ſunt rationes dictæ:quæ ſunt fortiſſimæ/ nec poſſunt ſolui leuiter·Nonnulli aiunt Ariſtoteles & Iuniores idem ſentire· Nam Ariſtoteles intellexit actiuas potentias ſciri per maximum citra quod poſſunt & hoc aliqui appellant minimum/quod non·paſſiuas autem per minimum ultra quod non pñt : quod illi appellant maximum in quod non pñt : & ita de maximo & minimo tempore:uolunt enim eſſe dãdum maximum citra quod omnis res poteſt durare:& hoc eſt minimum per quod non poteſt durare· Hæc expoſitio uidetur deficere propter duo:primo quia Aueroes expræſſe uult actiuas terminari per maximum quod ſic:& paſſiuas per minimum quod ſic · Secundo quia eſt contra exempla Ariſtote·de directo·Simplicius quoq; expreſſe idem aſſerit·Propterea dici poteſt potentias actiuas & paſſiuas terminari per maximum uel minimum in numeris integris/non autem in numeris cum fractionibus:& hæc conuenit uerbis Ariſtotelis & ſimplicii/& omnium perip; ateticoℝ· Iuniores uero locuntur de maximo & minimo cum fractionibus:& conſilium hoc non diſplicet Solitus etiam eram dicere cum Aueroe alibi ut ſexto phyſicæ auſcultationis com · xv·& ·xxxii· & alibi:q; ſecundum conſiderationem naturalem regulæ Ariſtotelis ſunt ueræ· naturalis enim phyloſophus omnia conſiderat ut ſenſilia atq; ſenſu notantur·Mathematicus conſiderat per imaginationem quicquid poteſt cogitari·quæ ratio docet ad imaginationem mathematici regulas Iuniorum habere locum·Tunc ad rationes ad primam dico potentiam actiuam terminari p maximũ ſenſile:& dico q; licet quilibet exceſſus ſufficiat ad motum/ut motus abſtrahitur a ſenſu:non tamen ſufficit ad motum ſenſu notabilem:& ita cõcedo eſſe motum tardiſſimum: quo nullus notabiliter tardior ſentiri poſſet·Similiter concedo dari ultimum quo aliqua uirtus mouet aliquaʒ reſiſtentiam motu ſenſu notabili·non tamen ultimum ſimpliciter quo uirtus mouet reſiſtentiã aliquam quouis motu·Ad ſecundum dico potentiam actiuam terminaei per maximum notabiliter ſenſile/impotentiam per minimum notabiliter ſenſile quod non:& concedo hæc eſſe diuerſa:

Marginalia: Regulæ de potentiis · Prima regula · Secunda · Tertia · Quarta · Põ Iuniorum · Nonnulloℝ conſilium · Conſu· · Scda Rñſio · Alia nřa ſol'

sa: & illud minimum quod non esse maius maximo quod sic: ex quo non ultra sequitur illud nõ fuisse maximum/nam fuit maximum apud sensibilem notam: licet non maximum secundũ rem concludit igitur argumentum illud non esse secundum rem: cum quo tamen stat illud esse maximum apud sensum· Ad tertiam dic eodem modo: potentia enim actiua terminatur per minimũ quod non: & passiua per maximum quod non in consideratione mathematica: non autem in cõsideratione sensili/ac naturali per idem ad obiecta contra quartam/concludunt enim non dari maximum secundum rei naturam/licet sit maximum apud sensibilem considerationem: & ad ultimum debes scire q· aliter est dari maximum possibilis non esse/& maximum tempus non essendi similiter maximum tempus essendi/& maximum tempus possibilis esse· Unde concedo non dari maximum tempus non essendi: quia illud aperte post est infinitum: sed bene datur maximum tempus possibilis non essendi: nam omnis res quæ potest non esse: uenit ad maximũ ipsius: quo ipsa fuit sub possibili non esse· Similiter datur maximum tempus possibilis esse: quia deuentendum est ad ultimum tempus: in quo cessat potentia essendi/& est res ipsa: & tu intellige ut supra secundum considerationem naturalem/non secundum rem in se· Hæc nunc mihi uidentur/licet aliter scripserim in libro de generatione· Sed cum nihil certi habuerim in scientia naturali: ego scribo ut uenit in buccam· Mutantur enim opiniones secundum tempora ut dixit empedocles·

Principium uero hinc sumatur: impossibile enim atq; falsum non idem significãt· Impossibile namq; & possibile, atq; falsum & uerum uno modo ex suppositione sunt· ueluti triangulum duos rectos habere impossibile est, si hæc sint· etiam diameter cõmensurabilis erit, si hæc sint. Sunt autem alio modo simpliciter & possibilia & impossibilia & uera & falsa· Non est igitur idem falsum aliquid esse simpliciter & simpliciter impossibile·

Expositio·

In omnibus Aristoteles ut studiosus geometriæ seruat ordinem geometricum· geometra namq; primo terminorum definitiones sumit· Secundo suppositiones constituit· Tertio cõclusiones deducit· Aristoteles igitur hactenus sumpsit terminorum definitiones: nunc suppositiones constituit: quarum prima est falsum & impossibile non sunt idem· sed quia hoc potest esse falsum: ideo declarat hæc quatuor uidelicet falsum & uerum/possibile & impossibile posse sumi ex suppositione: & sic falsum & impossibile/potest esse uerum & possibile: ut equum habere alas est falsum & impossibile/tamen posito q· uolet/erit uerum & possibile ex illa suppositione· Alio modo illa possunt sumi absolute: & sic falsum/non est impossibile simpliciter: multa enim falsa sunt possibilia ut sedentem currere est falsum: sed possibile· Hæc est prima suppositio· Inquit principium uero hinc sumatur: impossibile enim atq; falsum non idem significant: hæc est suppositio· Sed quia potest hæc suppositio esse falsa/& potest esse uera: subscribit distinctionem & colligit in quo sensu sit uera & in quo sit falsa: & inquit impossibile namq; & possibile & falsum atq; uerũ uno supple modo ex suppositione sunt: ut equum habere Alas/est uerum ex suppositione si uolat: & hec ait ueluti triangulum duos rectos habere est impossibile si hæc sint: uidelicet si triangulum sit q̃drangulum: nam sit posito illo: triangulum non duos rectos habebit: & diameter cõmensurabilis erit constæ: si hæc sint: uidelicet q· diametri ad constam sit proportio tripla/aut quadrupla: & sic ista uno numero sumuntur ex suppositione: sunt autem alio modo simpliciter & possibilia & impossibilia & uera & falsa: & sic secundo modo accipiuntur simpliciter: & hoc igitur modo non est idem falsum aliquid esse simpliciter/& simpliciter impossibile· Hæc est suppositio·

Te namq; dicere stare falsum est quidem: sed non impossibile· Similiter & eũ qui citharam quidem pulsat: non autem canit: canere dicere falsum est quidem: sed nõ impossibile· Simul uero stare atq; sedere & diametrum esse constæ cõmensurabilem: non modo falsum est: sed etiam impossibile·

Expositio·

Videtur nunc Aristoteles quasi probare quod dixerat: & simul exponit: q· quidem probet: patet per illud uerbum namq;: quod causam redit: exponit uero: quia falsum uult esse in plus q̃ impossibile: si quidem omne impossibile sit falsum: & non econtra· Inquit te namq; dicere stare/falsum est quidem: sed non impossibile: similiter et eum qui Citharam quidem pulsat: non autem canit: canere dicere falsum est quidem: sed non impossibile: & ita falsum est in plus q̃ ipsum possibile· Simul uero stare atq; sedere & diametrum esse constæ cõmensurabilem/non modo falsum

est|sed impossibile:Sic igit̃ falsum uidetur uti genus ad possibile:& impossibile | possibile enim uidetur falsum:& impossibile etiam ; & sic patet ratio eius quod dixerat | & declaratio quo nam modo differunt.

Non igitur idem est supponere falsum ac impossibile. impossibile siquidem ex impossibili accidat.

Expositio. Ex prima illa suppositione infert secundam uidelicet q. non est idem supponere falsum & supponere impossibile:impossibile si quidem ex impossibili accidat. at ex falso non semper impossibile:cum ut dictum est|sit & falsum possibile|& falsum impossibile.

Sedendi itaq; atq; standi aliquid simul potentiam habet:quia quando habet illam & alteram habet. Verum non ut simul sedeat atq; stet:sed in alio atq; alio tẽpore.

Expositio. Iterum ex dictis infert tertiam suppositionem|uidelicet q. licet aliquid possit simul habere potẽtiam ad duo opposita:nunq̃ tamen potest simul habere illa opposita| sed in alio atq; alio tempore:quia licet possit esse in simultate potenciarum:non tamen in potentia simultatis. Inquit sedẽdi itaq; atq; standi aliquid simul potentiam habet:quia quando habet illam | & alteram habet: uerum non ut simul sedeat atq; stet:sed in alio atq; alio tempore. Hæc est tertiam suppositio. Ex

Vnde ars obligatoria. iis quæ Aristoteles dixit hic accipitur : id quod logici dicunt esse falsum duplex uno modo impertinens:quod uidelicet sui qualitate est falsum|& hoc uocant falsum simpliciter. Alio modo falsum sequens expositis : quod uocatur falsum ex suppositione : simili modo distinguere possumus de necessario|impossibili uero & contingenti:qua ratione apud Aristotelem aliquod falsum est concedendum:quod simpliciter est negandum: ut te esse in roma | si ãmisisti te esse Ro-

Quæ Auero. com. cxix. mæ:quare qui negat artem obligatoriam:non peripatetice sentit. Animaduerte tamen q. Aueroes ex uniuerso hoc textu facit duas suppositiones:quarum prima est falsum esse duplex falsum uidelicet possibile|& falsum impossibile:ita ut sit ipsum falsum ueluti genus ad possibile & impossibile. Secunda est q. qualis in actibus est successio|talis & impotentiis:cum enim aliquid recipit unum contrarium cessat potentia ad illud:& surgit potentia ad alterum: at cum recipit alterum cessat potentia ad illud:& surgit rursus ad aliud:& hoc fit alternatim secundum successionem : &

Confu. Aue. sic uult Aueroes nihil simul posse habere duas potentias ad contraria. Sed pace Aueroіs dixerim nec expositio uerbis Aristotelis conuenit:nec rationi:non uerbis quidem: quia Aristoteles fecit ut uisum est tres suppositiones:amplius hæc secunda non inuenitur in illius uerbis : Immo contrarium illius. non rationi uero:quia temperatum ut tepidum habet duas potentias simul ad cõ-

Expõ suppositionis Aue. traria. ut ad calidum & frigidum. Et tu debes scire q. expositio Aueroіs nullatenus uerbis Aristotelis conuenit|ut uisum est:Id autem quod dixit ipse de potentiis potest esse uerum:quando illæ potentiæ sunt ad contraria ĩmediata. Ari. autem loquitur de contrariis mediatis.

Si igitur aliquid plurium potentiam habeat tempore infinito:non est hoc in alio atq; alio tempore. sed simul. Quare si aliquid quod tẽpore infinito existit: corruptibile est:illud ut non sit potentiam habet. Si igitur id quod tempore infinito est ens:sit possibile non esse:simul nimirum erit atq; non erit actu. Igitur falsum quidem euenit sane:quia falsum supponebatur. nam si id impossibile non esset: etiam id quod euenit impossibile profecto non esset. Omne igitur quod semper est: simpliciter incorruptibile est.

Expositio. Iis sumptis syllogizat:& syllogismus est hypotheticus hoc modo si aliquid quod tempore infinito est ens|sit corruptibile:illud habet tempore infinito potentiam non essendi. Vltra illud potẽtiam non essendi tempore infinito habet:igitur actu simul est & non est. at consequens est impossibile:igitur & antecedens. Circa rationem primo resumit ultimam suppositionem: & inquit si igitur aliquid potentiam plurium habeat tempore infinito:non est hoc in alio atq; alio tempore:sed simul sumpsit enim idem habere potentiarum simultatem:& non potentiam ad simultatẽ hac suppositione resumpta:syllogizat|& inquit quare si aliquid quod tempore infinito existit: corruptibile est:Illud eodem tempore infinito ut non sit potentiam habet. Vltra si igitur id q̃d tempore infinito est ens:sit possibile non esse illo infinito tempore : simul nimirum erit atq; nõ erit actu:ut declarabitur postea. Destruit consequens:& inquit igitur falsum quidem euenit sane quia falsum supponebatur:nam si id quod supponebatur impossibile non esset:etiã id quod euenit impossibile non esset:& ita antecedens est impossibile:quia ultimum consequens est impossibile.

sibile.Omne igitur quod semper est:simpliciter incorruptibile est. Et sic habetur syllogismus.
Aueroes autem in cõmento tribus modis rationem Aristotelis deducit/primo sic si æternum po Quæ Auero.
test non esse:interdum illud non erit:aliter possibile illud fuisset frustra:& si non erit interdum/ com.cxx.
tunc tempore infinito non erit:& ex quo tempore infinito ponebatur esse: igitur eodem tempo/
re erit ens:& non ens.Secundo deducit & syllogismus sic componitur ut dicit hoc demonstran/
do mundum est corruptibile.Hoc demonstrando eundem mundum est æternum : igitur in ter/
tia figura aliquod æternum est corruptibile.Hæc conclusio est contra definitiones ipsius corrup
tibilis & æterni:igitur aliqua propositionũ est impossibilis:& nõ minor:igitur maior: & sic ipse
mundus non erit corruptibilis.Tertio sic omne quod fuit non ens/postea ens: iterum quandoqꝫ
erit non ens.Sed mundus fuit non ens postea ens apud Platonem.igitur aliquando erit non ens
Maior declaratur quia esse & non esse sibi mutuo succedunt:igitur & potẽtiæ ad illa:igitur ut ad
esse sequitur non esse/& econtra:sic ad posse esse sequitur posse non esse & econtra: & ita eiusmo/
di potentiæ sibi mutuo succedunt ut actus.His rationibus dici potest mundum anteq̃ ad actum Rñsio
poneretur fuisse in potentia ad esse:ac adueniente ipso esse:cessat potentia ad illud:& non surgit ad rõnẽ ari.
potentia ad non esse nam per aduentum actus essendi/ipse adeptus æternitatem:& hanc respon/
sionẽ tradunt non nulli Theologi de rationali anima:quæ antea fuit sub non esse : & postea a
deo adepta est æternitatem:huic Responsioni obicit Aueroes:primo quia tale æternum est non Obiectio
possibile non esse per te:igitur impossibile non esse ab æquiualenti ad æquiualens.Vltra est im
possibile non esse:igitur necesse esse/simili ratione.Vltra necesse esse:igitur semper ens: hæc.n.
est definitio necessarii.& ita in nulla differentia temporis non ens:& ita non fuit non ens. Am/
plius arguit accipiatur tempus quo mundus steterit sub non esse:aut tale tempus ante mundi geni
turam est finitum:aut infinitum.Si infinitum:igitur tempus/non essendi / & tempus potentiæ
essendi erit unum:igitur in eodem tempore erit ens & non ens:quoniam tempus potentiæ unũ
est ac omni ex parte infinitum:at si tempus essendi & tempus non essendi sunt finita ac diuersa:
igitur quodlibet illorum erit finitum:& ita alternatim erit nunc ens/nunc non ens. Debes scire Rões Ari.in
q̃ omnes istæ rationes substentantur in duobus:quorum primum est omne possibile fieri quan/ qb⁹ fundanẽ
doqꝫ in actu:ut iam in suppositionibus sumptum est:dictum enim est falsum possibile differre a
falso impossibile:quia falsum possibile quandoqꝫ erit:at falsum impossibile nunq̃ erit . Secundũ
omne id quod est infinitum per tempus infinitum una ex parte perse/est infinitum omni ex par
te.Nam ex quo perse est infinitum:non magis ad unam:q̃ alteram partem erit tale:aut igitur ad
ambas partes tale est:aut ad neutram. his enim sumptis / rationes omnes Aristotelis & Auerois
sunt efficaces.Sed contra hanc secundam suppositionem.Obiciunt:nam potentia materiæ est in Obiectio.
finita a parte ante:& tamen non est infinita a parte post:cum in aduentu formæ cessat ipsa:& sic
non oportet omne infinitum una ex parte esse infinitum ex omni.Soluit Aueroes hanc / primo Sol'Auero.
d.talem potentiam esse infinitam omni ex parte/ratiõe habita ad subiectum remotum:quod est
prima materia:ratione uero habita ad subiectum propinquum uidelicet ad materiam proximaꝫ
erit utraqꝫ ex parte finita ut etiam sentit ipse duodecimo mathemaphysicæ com.xi.Sed dices tũc Replica
eadem res erit æterna:& non æterna:ut potentia materiæ:hoc autem impossibile est tam abso/
lute q̃ comparatiue.Secundo in aduentu formæ cessat omnis potentia quæ præerat in materia:
igitur non remanebit aparte post.Fortasse propter hæc Aueroes aliter ait:& uult potentiam ma alia aue.rñsio
teriæ respectiuam esse æternam a parte ante per accidens:quia genita infinita præcesserunt / in/
ter quæ fuit ordo per accidens ut dicitur octauo physicæ auscultationis com.xv.Tunc ad formã
diceret secus esse de æterno a parte ante:& æterno a parte post:nam æternum a parte ante potest
esse per accidens:quatenus per accidens potuerunt præcedere infinita:at æternum a parte post:
non est nisi per se:quia non est tale nisi per priuationem causarum facientium corruptionem : &
sic tale perse:& ita ratio non est ad propositum.Hinc emergit error hominum ut Aueroes addit:
quia enim uiderunt potentiam respectiuam posse esse æternam a parte ante : & desinere a parte
post:credidere a simili posse quicquam esse æternum a parte post : & factum a parte ante : quare
cum illa potentia ad esse est infinita a parte ante:poterit etiam potentia ad non esse infinita esse
a parte post.Hoc autem ut dicit non est simile:quoniam per accidens esse potest quicquam æter
num a parte ante:nihil autem esse potest æternum a parte post:nisi perse : & hinc error illorum
proficiscitur:quia non distinxerunt inter esse tale perse:& tale per accidens.Ad propositum igĩ
omne infinitum ex una parte perse/est infinitum omni ex parte perse:quia cum tale perse sit infi
nitum:& per se & de omni sint idem/atqꝫ secundum q. ipsum:erit tale infinitum omni ex parte/
& sua natura infinitum:& ita utro latere:& hoc modo est mundus:ipse enim mundus si est æter/

nus a parte post:cum sit tale perse:nihil ipsum præcessit|nec perse|nec per accidens:& cum sit primum corporum:nec a parte ante eius generatio potuit impediri:nec eius corruptio a parte post ideo est æternus omni ex parte. Hæc Aueroes in præsenti cõmento. Circa hæc quærunt utrum aliquod æternum possit esse corruptibile|siue utrum omne corruptibile necessario corrumpetur & uidetur q. non:primo nam partes centrales terræ sunt corruptibiles: & tamen nunq̃ corrumpentur:cum illis non possit aplicari contrarium. eadem quoq; ratio fieri potest de partibus ignis iuxta concauum cœli constitutis. Secundo motus cœli est æternus|& potest non esse ut duodecimo methaphysicæ com. xli. sentit Auer. Tertio lumen solis est corruptibile:& tamẽ nunq̃ corrumpetur. Quarto secundum Aristotelem non omnia necessario eueniunt:ut in libro de interpraetatione uisum est:igitur non omne generandum necessario generabitur:nec aliquod corrũpendum necessario corrumpetur. Præterea dubitatur contra rationes Aristotelis:primo quia socrate existente albo| potest fieri niger:ponatur igitur in esse:tunc idem erit albus & non albus. consequens est falsum impossibile|igitur argumenti Aristotelis forma nulla est. Secũdo dici posset de sensu diuiso æternum posse non esse. de sensu uero composito non potest æternum non esse: ut logici tradunt. Tertio dici potest secundum ueritatem mundum esse corruptibilem: & quando dicitur ponatur inesse q. corrumpatur:casus non debet amitti:quia repugnat posito: est enim positum mundum esse æternum. In questione hac Iuniores omnes consentiunt determinationem Aristotelis non habere locum|nisi in substantiis. In substantiis enim omne æternum a parte ante est æternum a parte post|& nihil in substantiis esse potest æternum & corruptibile. at in accidentibus determinationem Aristotelis locum non habere aiunt ut argumenta cogunt de motu & lumine. Huius rei coniectura|quam ipsi non dicunt|esse potest:ex eo quia substantia est æterna per priuationem causarum corruptionis:ut enim substantia est corruptibilis ex eo q̃a habet causas suæ corruptionis uidelicet materiam & contrarium:ita est æterna per harum causarum priuationem:& sic in substantia nihil æternum potest esse corruptibile:esset enim sine causis corruptionis:& cum causis corruptionis:at accidentia ipsa multas ob causas esse possunt æterna:interdum quia eorum subiectum est æternum ut mot⁹ cœli|qui sui ex parte corruptibilis est: sed a parte subiecti est æternus:atq; a parte agentis Interdum per priuationem causarum corruptionis ueluti dimensio ipsa materiæ:quæ quidem quia caret contrario: ideo est incorruptibilis: & ita non est simile de substantiis:& de accidentibus. nam in substãtiis omne corruptibile uno modo est corruptibile omni modo : cum non nisi uno modo substantia corruptibilis fit: at in accidentibus potest accidens merito contrarii esse corruptibile ut motus ratione quietis alia ratiõe erit æternum uidelicet subiecti & motoris:quibus maior pars questionum deletur. Sed hæc Solutio uidetur stare non posse:primo per uerba Aristotelis superius|ubi accepit uniuersaliter in omni prædicamento esse maximum tempus signandum:quo aliquid potest corrumpi: ubi Aueroes com. illo. cxviii. uoluit in omni prædicamento corruptibile fore corrumpendum. Secundo ratio Aristotelis uidetur contra hos de accidentibus ut de substantiis:sic si aliquod æternum potest desinere esse|siue sit substantia|siue sit accidens:igitur habet potentiam ad non esse: aut igitẽ tempore finito uel tempore infinito:& arguatur ut prius : & quicquid dices tu de accidentibus dicam ego in substantiis pro Platone. Tertio Aristoteles & Aueroes infra com. cxxxviii. sumũt omne perpetuum uniuersaliter secundum indiuiduum esse necesse esse:quorum rationes perquire. Demum Aueroes idem sumit in accidentibus in secundo huius com. xv. ut uidebitur:propter hæc uidetur mihi uniuersaliter esse dicendum tam in substantiis q̃ accidentibus nullum æternũ posse esse corruptibile|nec corruptibile quicquã esse æternum. Amplius omne corruptibile necessario corrũpet̃ | & omne generabile necessario generabitur in se uel sibi simili : dico uel sibi simili:quia non est simile de corruptibili & generabili:omne nãq; corruptibile de necessitate corrumpetur:at potest esse aliquod generabile:quod non necessario generabitur : ut forma animalis:quæ esset infinito tempore postea generanda. cuius differentiæ causam dedit Aueroes ex eo: nam corruptibile est perse tale:at generabile per accidens potest impediri secundum indiuiduũ: satis est ut non impediatur secundum speciem. Hæc peripatetice dicerem. Tunc ad rationes|non nulli ad primam ex ignorantia logicæ negant album posse esse nigrum: nam omne possibile ut dicunt apud Aristotelem necessario erit. Sed isti non sunt reprehensiõe est digni|nam Aristoteles dixit expræsse sedentem currere esse falsum quidem:sed possibile:& ita interdum erit propterea debes scire q. secus est loqui in possibilibus secundum tempus æternum: aliter & in possibilibus secundum tempus finitum:possibile enim æternum determinatur ad unum: at possibile nouum est contingens ad quodlibet illorum:ideo ratio Aristotelis ualet contra Platonem : qui di/

Marginal notes: Qõ optima (beside "aliquod æternum possit"); Sol' Iuniorũ (beside "enim positum mundum"); Confu. (beside "Solutio uidetur stare"); Põ propria (beside "hæc uidetur mihi"); Solutiones rõnũ ad primũ sol' aliquorũ. Confutatio. Propria sol' Auero. (beside "satis est ut non impediatur" to "bus secundum tempus finitum")

xit æternum posse corrumpi tempore infinito· Hæc responsio est Auerois infra com·cxxiiii· Ve rum hæc solutio non est ad formam: propter ea dicerem secundum peripateticos omne possibile posse poni inesse ut ex eius definitione colligitᷣ: uerum interdum potest poni in esse in eodem tē pore subiecto constituto sub eadem forma quæ præfuit: interdum in diuersis temporibus in hac enim potest socrates esse albus: ipso sub eadem forma constituto: uerificatur pro uno & eodem tē pore esse socratem & album: at dicendo sedentem possibile est currere: non possumus ponere in esse pro eodem tempore sub eadem forma: sed est sensus q abiecta sessione | id quod sedet curret: & ita pro diuersis temporibus ex iis ad formam: si enim æternum potest desinere siue eodem tempore siue diuerso aliquando desinet: & ita solutio patet ad primam: per idem ad secundā· Ad tertiam eodem modo tollitur: nam nulla præcessit obligatio· Nam Aristoteles non contra obli gationem: sed contra positionem insterit: & ita si æternum potest non esse aliquando non erit | si ue eodem | siue alio atq alio tempore· & si Plato ex obligatione concesserit mundum esse æternū non debuit concedere posse non esse: nam ex hoc concesso sequitur repugnans· Modo nullum re pugnans posito & concesso debet ammitti uel concedi· Hæc ad rationes contra demonstrationē Aristotelis· Nunc ad rationes contra ueritatem in se: ad primam de partibus terræ & ignis mi ror recentiores: qui nescientes solutionem ad illam: multa blacterizant: concedunt enim aliqd esse corruptibile: quod nunq̄ corrumpetur· & hoc quia potentia ad priuationem non debet redu ci ad actum: sed bene potentia ad esse: quia est ad perfectionem: potentia enim ad ipsam priuatio nem frustari potest· Sed hæc sunt directe contra Aristote· & Aueroem: qui uniuersaliter uolue re omne corruptibile quandoq corrumpi non modo secundum idem specie: sed secundum idem numero· Propterea debes scire q Aristoteles mouit & soluit dictam dubitationem de partibus cē tralibus atq partibus ignis iuxta cœlum constitutis in libello de longitudine & breuitate uitæ | capite tertio: ibi namq ait omne corruptibile quandoq fore corrumpendum: & ita partes centra les terræ non a continente corrumpentur: sed uenient ad locum suæ corruptionis per accidens: aut ex ordine uniuersi: aut ex eo quia terra ex una parte consumitur plus & uersus illam mouetᷣ tota ut uniuersi medium teneat: & inde interdum partes centrales fient circumferentiales: & eo dem modo de partibus ignis: ignis enim ex una parte corrumpitur: & inde ne detur uacuum cæ teræ succedunt: & tandem quæ erant remotæ ab ipso aere: proximæ fient· Ad illud de motu & lumine: dictum est: nam hæc continue generantur & continue corrūpuntur: & sic sunt alia atq alia: hoc enim ait Aueroes in elementis: nam est æternum elementum omne secundum totum: attamen continuo est aliud atq aliud secundum partes· de dimēsionibus etiam patet: sunt enim æternæ secundum essentiam: at secundum esse continuo sunt aliæ atq aliæ ut in libro de substā tia orbis diximus· Ex iis patet primo omne corruptibile quandoq corrumpi· Itemq nullū æter num posse esse corruptibile· Secundo patet ratio Aristotelis: nam ubi æternum esset corruptibi le: æternum posset non esse per definitionē corruptibilis: & si posset non esse: quandoq nō erit: nam suppositum fuit esse maximum tempus tam potentiæ ad esse: q̄ potentiæ ad non esse: & ita tale æternum quandoq non erit: & cum erat æternum: erat in tempore infinito ens: & si in tem pore infinito ens: in omni differentia temporis futuri ens: & quia erat corruptibile & in quadam differentia temporis non ens per deducta: tunc in illa temporis differentia erit non ens: & ens: non ens quidem: quia iam in illa fuit deducta potentia ad actum: ens uero quia erat in omni dif ferentia temporis ens: & per consequens in illa: quare simul ens & non ens· at cū illud consequēs sit impossibile: primum quoq antecedens erit impossibile· & ita nullum æternum est corrupti bile· Debes scire q hæc questio utrum omne corruptibile de necessitate corrumpetur: aut omne generabile | necessario generabitur: est impertinens huic rationi Aristotelis siue sic siue nō: ratio Aristotelis est efficas: pro illa enim sufficit supponere: q omne corruptibile corrūpatur aut in sui indiuiduo: aut in sui specie: similiter omne generabile generetur: aut in sui indiuiduo aut in sui specie: secundo supponere mundum de mente Platonis esse unum numero in sui specie· Ex iis fa cile ratio deducitur mundus est corruptibilis | igitur aliquando corrumpetur aut in sui specie: aut in sui indiuiduo: non in specie: quia non sunt plures mundi in eadem specie: igitur idem numero mundus quandoq corrumpetur: & ultra tunc idem erit & non erit secundum numerum: & de ductio patet· Similiter deduci potest de generabili· erit enim ipse quādoq aut in specie | aut in in diuiduo genitus: & ita idem quod prius· Ex iis sequitur quomodolibet soluatur prima quæstio: semper rationem Aristotelis ualere· Hæc nunc mihi uidentur·

Qualis sol' Auerois

Alia sol'

Nota h plēra

Simili ratione etiam ingenitum erit· Nam si genebile est; aliquo in tempore ipsum

non esse possibile erit· Siquidem corruptibile id sit: quod prius quidem non erat: nunc autem est· Aut quod nunc quidem est: potest autem aliquando posterius nõ esse· generabile uero id quod prius non esse poterat· at non est tempus aut finitũ aut infinitum in quo id quod semper est: non esse possit· & enim finito tempore esse potest: infinito siquidem & in tẽpore esse potest· non igitur contingit idem unũ q; & semper ens & esse & non esse posse·

Expositio· Hactenus probauit æternum non posse esse corruptibile: nunc uult probare q æternum non sit genitum siue generabile: & duo facit: primo probat sempiternum non posse non esse: secundo probat sempiternum non posse semper nõ esse: quo ad primam partem arguit ut supra ut de corruptibili: hoc modo si æternum potest esse genitum: æternum quandoq; fuit nõ ens ut ex definitione ipsius geniti patet: fuit quandoq; non ens: igitur certa differencia temporis fuit nõ ens: sed tale est æternum: igitur omne differencia temporis fuit ens: & ita in illa qua fuit non ens [illegible] fuisset ens: qua ratione simul idem erit & non erit: & hæc ratio ut diximus fundatur in illa una suppositione omne æternum quod per se limitat sibi tempus infinitum una ex parte: limitat sibi illud omni ex parte· Inquit simili ratione etiam ipsum æternum ingenitum erit: hæc est intentio: & hoc probat & inquit nam si genitum erit uel si generabile est: aliquo in tempore ipsum non esse possibile erit: deducit per definitiões quas sumpsit & inquit si quidem corruptibile id sit: quod prius quidem non erat: nunc autem est aut quod nunc quidem est: potest autem aliquando posterius non esse· generabile uero id quod prius non esse poterat: & sic patet illa consequentia uidelicet si æternum aliquod est genitum: illud quandoq; non fuit· Destruit consequens & inquit at non est tempus aut finitum aut infinitum in quo id quod semper est non esse possit· Addit tamen q quicquid est uel potest esse tempore infinito est uel potest esse tempore finito: quicquid enim potest esse in omni tempore esse potest in qualibet temporis differentia: & ex hoc uult habere si illud sempiternum sit semper ens: etiam a parte ante fuit semper ens & ubi a parte ante est semper ens: tunc idem simul est atq; non est: esset enim a parte ante quia sempiternum & in omni tempore ens: non esset autem: quia genitum & quodam tempore non ens: & ita illud consequens est impossibile propterea concludit oppositum antecedentis & inquit non igitur contingit idem unumq; & semper ens esse & non esse posse: nullum ergo sempiternum est genitum uel generabile· Hæc Aristoteles·

At uero nec negatio contingit uidelicet ut non semper sit· impossibile igitur est & semper aliquid esse & corruptibile esse· pariter quoq; nec generabile· nam si duo sint termini: quorum posterior sine priore esse non potest: si ille inesse alicui non possit: etiam posterior eidem inesse non poterit· Quare si id quos semper est non potest aliquando non esse; impossibile est & generabile esse·

Expositio· Hactenus probauit æternum non posse esse genitum: nunc probat q non possit non semper esse· Debes scire q ipsi semper esse duo opponuntur alterum est posse non esse: Alterum uero posse non semper esse· Aristoteles igitur remouit a semper ente primũ: probauit enim semper ens non posse non esse· Nunc remouet secundum & probat semper ens non posse non semper non esse immo q semper ens necessario & semper sit: & primo proponit intẽtionem & inquit at uero nec negatio contingit illa opposita uidelicet ut non semper sit: dicebamus enim hæc opponi semper esse & non semper esse: & ita nunc remouet secundum: uidelicet q semper ens: non possit nõ semper esse· Hoc autem non alia ratõe uult esse probatum: nisi ea: quæ paulo ante tacta est: erit enim idem simul ens & non ens· Ex iis epylogando & aliquid addendo concludit impossibile igitur est & semper aliquid esse: & corruptibile esse: & hoc quo ad primam rationem: pariter quoq; nec generabile: & hoc quo ad secundam rationem· Ad hoc uero utrunq; addit rationem: quæ nõ est tacta sub hoc modo: licet in re sit illa met: & inquit nam si duo sunt termini: quorum posterior sine priore esse non potest: si ille prior alicui inesse non possit etiam posterior eidem inesse nõ poterit: uerbi causa ut quoniam animal & homo sunt termini ordinati secundum prius & posterius & homo nulli inesse potest nisi eidem animal insit: propterea cui nõ inest animal: eidem nec potest homo inesse· Hæc sumatur ut maior: cui subaudi tu minorem sed possibile esse & non esse & corruptibile & generabile ita se habent: quod possibile esse & non esse est prior & cõmunior & ipso corruptibili & ipso generabili omne enim corruptibile est possibile esse & non esse: & nõ au

tem

tem econtra·Similiter omne generabile est possibile esse uel non esse:& non econtra: aut saltem si nullus horum sit altero cōmunior:erunt conuertibiles secundum consequentiam·Ex iis sequitur q si id quod est semper ens non possit non esse hoc est si ipsi sempiterno non inest possibile esse & non esse:impossibile est & generabile esse:& corruptibile esse:& sic patet epylogus cum noua ratione:licet non differat in re a cœteris·Aueroes autem inter has rationes uidelicet eam qua probauit nullum æternum esse corruptibile:& hanc qua probat æternum non esse generabile/ talē sentit differentiam:q prima ducit ad illud inconueniens q si æternum est corruptibile: in eo est potentia infinita ad corruptionem:hoc autem ducit ad inconueniens sub diuisione : uidelicet q in eo erit potentia ad corruptionem finita uel infinita:& tunc colligit ex iis uerbis q ut actus potentiarum sunt in compositis:sic quoq potentiæ ad illos:& ita ut actus sibi succedunt in eodē / ita potentiæ:& intelligit de potentiis ad contraria inmediata:ut dictum est:sed quicquid sit de ueritate rei:hæc expō non conuenit textui:Art·enim nullam in his rationibus facit differentiam:nisi quia prima processit a parte ante·Secunda uero a parte post·Quærunt hic utrum omne generabile de necessitate generabitur:& licet questio sit impertinens ut uides : Aristoteles enim probauit æternum non posse esse genitum:quia tunc aliquando fuisset non ens: & ita aliquādo ens & non ens:tm̄ arguitur ad illam:nam si omne generabile necessario generaretur:tunc omnia euenirent necessario:contra Aristotelem ubiq·Tenet Ioānes in questionibus omne generabile necessario generari:& omne corruptibile necessario corrumpi:persuadet hanc positionem primo p simile:nam ut corruptibile ad ens:ita generabile:sed omne ens corruptibile necessario corrumpetur:igitur omne ens generabile necessario generabitur·Secūdo ratio Aristotelis potest ualere de generabili ut ualet de corruptibile:arguit enim si aliquando corruptibile nunq̄ corrumpetur : idē simul est/& non est:eodem modo arguitur si aliquod generabile nunq̄ generabitur : idem simul esset/& non esset:esset quidem:quia omne possibile aliquando est/nō esset autem:quia nunq̄ generabitur·Tertio arguit semper ens ꝑm Aristotelem est necessarium ens : igitur semper non ens est necesse non esse:semper enim ens & semper non ens sunt contraria:& sic necesse esse/& necesse non esse sunt contraria:ultra semper non ens est necesse non esse igitur est impossibile esse:quia necesse non esse & impossibile esse conuertuntur æquipollenter · Ex hoc potest argui sic si non oē generabile necessario generaretur:posset esse aliquod generabile quod nunq̄ generaretur: sit illud a : arguo modo sic a nunq̄ generabitur:igitur a semper non ens·Vltra semper non ens:igitur necesse non esse:necesse non esse:igitur impossibile esse:impossibile esse:igitur a non generabile est:& erat generabile:igitur idem erit generabile & non generabile·hoc consequens est impossibile:igitur primum antecedens:& ita oē gn̄abile qn̄q generabitur·Hæc Ioannes·Sed uir iste delirat:primo pōt aliqua forma esse generabilis:quæ nunq̄ generatur ut forma ad quam mā est in potentia ꝑ infinito tēpore futuro post hoc tempus nostrum:igitur non oē generabile necessario generabitur· Scdo si omne generabile necessario generaretur:gn̄atio non posset impediri:& sic inter cās gn̄ationis & rem genitam esset ordo eēntialis/& necessarius/& nō per accidens ut dixit Aue· ultimo oīa necessario euenirent: qd Ioānes non potest euitare:licet multa dicat ꝑ respōsione huius·ꝑpea debes scire q duplex est semp ens duplexq semp nō ens:est·n·aliqd semp ens pse:qd qdē est tale p sui nām:& qa nihil pōt esse tale p sui nām/nisi p priuationē cārū corruptionis/ut māæ & cōtrarii ideo oē tale est necesse esse· Aliud āt est semp ens p accn̄s:ut potentia māæ ad formā in infinitum post gn̄andam:hæc·n·potētia est p accidēs semp ens/ꝑ quāto impeditur i sui exitu ad actū ex successione infinitarum formarum futurarum in mā:inter quas nō est ordo necessarius:& tale semp ens nō est necesse esse:imo sui nā est cōtingens esse:sed p accidēs semp ens:simili rōe duplex est semp nō ens/aliqd perse tale:ut illud quod pse esse nō pōt per priuationē cārū potentiū ipsum generare ut hyppocētaurus & mōs aureus:& tale cū sit perse tale est necesse nō esse/& impossibile esse · Aliud est semp nō ens p accn̄s:ut forma quæ in infinito tēpore post eēt gn̄abilis:hæc·n·p accn̄s est semper non ens/qa impeditur ab infinitarum formarum successu in eadē materia : inter quas est ordo cōtingēs & p accn̄s·Ex iis sequitur oē gn̄abile p se:necessario generari aliqn̄:similiter oē corruptibile pse necessario eē corrūpēdū:cū qbus stat aliqd eē gn̄abile p accn̄s:qd nūq̄ gn̄abitur:aliqd corruptibile p accn̄s:qd nūq̄ corrūpetur·Sequitur ulteri⁹ si mūd⁹ fuit gn̄abilis:necessario fuisse genitū/si āt corruptibilis necessario fore corrūpēdū·Nā cū nō possit impediri eius siue gn̄atio/siue corruptio:necessario fuissent deductæ ad actū·Tūc ad rōes Ioānis:ad primā pꝫ solō:nō·n·oē corruptibile necessario corrūpetur:nec oē gn̄abile necessario gn̄abitur/sed solū est uerum de his pse:nō p accn̄s·Ad scdum rō Art· cōcludit de pse corruptibili:nā corruptibile pse:est qd pse pōt nō eē:& ita qn̄q nō erit/ & sic nō potest esse sempiternū:quia tunc in aliqua dr̄a temporis idem erit/& non erit· & cā deductionis

Quæ auero· com·cxxi·

Qō

Ioannis sol

Consu·


Propria pō

Sol'rōuꝫ Ioā·

est quia omne possibile non esse perse debet reduci ad actum in specie/& in indiuiduo. at corruptibile per accñs non oportet ut reducat̃ ad actum/nisi in aliquo suæ spẽi:similiter cõcludit de pse generabili:non aũt de p accñs generabili. Ad. iii. patet sol:concedo. n. a esse generabile/ & nunq̃ generari per accidens:& sic concedo ipsum esse semp non ens p accñs: & per cõsequens nõ oportet esse necesse nõ esse/& impose esse. Vnde ut semp ens per accñs nõ est necesse esse:sic semp nõ ens per accñs non est necesse nõ esse. Hæc de qõne.

Cum autem negatio quidem eius quod est semper possibile esse, sit id quod non semper possibile esse existit:contrarium autem sit id quod semper possibile non esse est:cuius quidem negatio est non semper possibile non esse: negationes ambo℞ eidem inesse necesse est:esseq; medium eius quod semper est, atq; eius quod semp non est:id quod esse & non esse possibile est.

Expositio.



Secundam rõnem uult nunc cõficere: & supponit mediũ inter semp pose eẽ: & semp pose non esse:esse: pose esse/& pose non esse: & hoc ,pbat (ut mihi uĩ sit) mediũ semp polis eẽ/& semp polis non esse/est non semp pose nõ esse/ nõ semper pose esse; sed q̃nq; pose esse/est non semp pose non esse: & q̃nq; pose non esse est non semp pose esse: igitur q̃nq; pose esse & q̃nq; pose non eẽ sunt mediũ semp polis eẽ: & semp polis nõ esse. Inq̃t cum aũt negatio quidẽ eius quod est semp pose esse/sit id quod nõ semp pose esse existit: nihil uerius contradicere: q̃ per negationẽ præpositã. contrariũ aũt sit id quod semp pose nõ esse est:cuius quidẽ negatio ẽ nõ semp pose non esse:cũ inquã ita sit:negationes ambo℞ illo℞:quæ sunt sub cõtrariæ eidem inesse necesse est:nã sub cõtrarie simul ueræ sunt:esseq; medium eius quod semper est/atq; eius quod semper nõ est:id quod esse & nõ esse pose est:& sic habet̃ suppõ. Debes scire q. ex iis exorit̃ alia figura: ut semper ens/ semper nõ ens sunt cõtraria. non semper ens:nõ semper nõ ens sub cõtraria. nam ex possibili sequitur esse:& ex impossibili sequitur non esse. Secundo debes scire q. propositiones de aduerbio semper æquipollent uniuersalibus secundum tempus:ut semper ens æquipollet illi in omni tempore ens:& semper non ens:illi in omni tempore non ens:aut in nullo tempore ens. Sub contrariæ autem æquipollent partibus secundum tempus:ut non semper ens illi aliquando ens: at nõ semper non ens:illi a liquando non ens:& sic patet ordo harum propositionum.

Vtriusq; namq; negatio quandoq; est, si non sit semper: quare & non semper non ens, erit quandoq;:& quandoq; non erit:atq; erit non semper possibile esse uidelicet. quia quandoq; est ens. atq; etiam non ens. Idem igitur erit possibile esse & nõ esse:quod quidem & medium est utrorumq;.


Expositio.

Probat nũc suppõem sumptã:& rõ ẽ nõ semper ens:& nõ semper nõ ens sũt illo℞ media:at q̃nq; ens ẽ nõ semper nõ ens:& q̃nq; nõ ens ẽ nõ semper ens:igr̃ q̃nq; ens & q̃nq; nõ ens sunt media. hui⁹ sumit minorẽ & inq̃t utriusq; nãq; negatio q̃nq; est:si pro q̃a nõ ẽ semper:& tu itellige singulã referẽdo singulæ:ut negatio semper entis:est q̃nq; nõ ens negatio semper nõ entis:ẽ q̃nq; ens: & sic p3 minor:ex hoc cõcludit minorẽ/& inq̃t q̃re & nõ semper nõ ens/erit q̃nq; ens:& q̃nq; nõ erit:atq; erit nõ semper pose eẽ u3/q̃a q̃nq; est ens atq; q̃nq; nõ ens. Tũc dat cõclõnẽ & inq̃t idem igitur erit pose esse & nõ esse:quod q̃dẽ & mediũ est utrorumq;:& sic patet dicta suppõ. Ex uerbis Aue. potest aliter ratio formari:nã formatur hoc modo cõtrario℞ negationes sunt mediũ q̃dã. at semper eẽ/& semper nõ eẽ sunt cõtraria:igitur ho℞ negationes sunt mediũ. Huic conclusioni sub

Quæ Auero. com. cxxii.

acciplo/sed non semper non ens & non semper ens/itemq; qñq; ens & quandoq; non ens sunt illorum negationes:ut diximus:igitur sunt medium hæc possunt colligi ex uerbis eius: licet non expræsse: & si dices negationes harum omnis homo est animal/nullus homo est animal nõ sunt medium:quia sunt ambæ falsæ·Dici potest illud intelligi de contrariis quæ diuidunt ens secundum uerum & falsum:hoc est de contrariis:quorum unum est uerum/alterum falsum : quod etiam Aueroes innuere uidetur· Dubi· Sol'

Ratio auté uniuersalis hæc est:Sint enim a & b nulli eidem possibilia inesse a uero aut c & b aut d cuilibet insunt·Cui igitur neq; a neq; b inest:ei c d cuilibet insint·necesse est·at id quod inter a b medium est:sit e id enim quod neutrum contrariorum est:medium est illorum· Ambo igitur uidelicet c d q; eidem inesse necesse est·Nam aut a aut c cuilibet inest:quare & ipsi e ·Cum igitur a illi impossibile sit inesse: c illi inerit eadem est & in ipso d ratio·



Expositio·

Nunc probat illud in terminis uniuersalibus ad omnem materiam: & uidetur eius ratio hæc a quibus ambo contraria remouentur : eiusdem ambæ illorũ negationes competũt : de quolibet·n· alterum contradictoriorum dicitũ : sed ab e ipso ambo contraria remouentur ut a & b : igitur ambæ illorũ negationes uidelicet c d cõpetunt q̃re e est c & d : & ita non semper ens/ & non semper non ens : & sic quandoq; ens/& quãdoq; non ens· Inquit ratio auté uniuersalis hæc est:sint enim a & b nulli eidem possibilia inesse:& ita sint contraria: horũ negationes sint ad a ipsum c :ad b uero ipsum d: a uero aut c cuilibet insunt :& b aut d cuilibet insunt : cum sint contradictoria · Cui igitur neq; a neq; b inest : ei c d cuilibet insunt necesse est·est igitur maior e quo remouẽtur a & b contraria/ei insunt c d negationes illorum:at id quod inter a & b medium est:sit e id enim quod neutrum contrariorum est:medium est illorũ est igitur minor sed ab ipso e remouentur a & b contraria· Tunc dat conclusionem & inquit ambo igitur uidelicet & c & d eidem inesse necesse est · Repetit rationem ; & inquit nam aut a aut c cuilibet inest:cum sint contradictoria:quare & ipsi e aut a aut c inerit·Cum igitur a illi impossibile sit inesse : c illi inerit : eadem est & in ipso d ratio : ut de c & a: quia d & b sunt contradictoria etiam · Et ita patet e ipsum esse & c & d · & ita quandoq; ens/& quandoq; non ens·& per consequens id quod est non semper ens / & non semper non ens est quandoq; ens & quandoq; nõ ens·ut propoluimus· Quo uero ad uerba attinet/debes scire q; Aristoteles dixit ipsi e competere d & c si ab eodem remouenẽ ambo a & b: nam ubi ambo illa non remouerentur:non oportet hæc ambo inesse:ut quoniã e cœlo ipso ambo illa non remouentur:est enim cœlum a hoc est semper ens: ideo cœlo nõ insunt hæc ambo:sed illud e quo remouetur alterum illorum:& ita sibi inest d hoc est non semper non ens:quia ab eo remouetur b hoc est semper non ens:& inest a hoc est semp ens hæc enim ambo subalterna competunt sibi· Aĩaduersio·

Igitur nec id quod semper est·neq; id quod semper non est·generabile aut corruptibile est·Præterea perspicuum est & si generabile aut corruptibile sit·non semper esse·simul namq; erit possibile semper esse·& possibile non semper esse·at hoc

ostensum est prius esse impossibile.

Expositio. Ex iis concludit & syllogizat propositum: & dat duas conclusiones uz conuersam & conuertentẽ prima est neq; semper ens, neq; semper nõ ens est generabile uel corruptibile syllogizatur ex dictis sic omne generabile & corruptibile est e hoc est, quandoq; ens & quandoq; non ens, siue nõ semper ens, & non semper non ens. at semper ens & semper non ens nõ sunt e. igitur nec sunt generabile, nec corruptibile: & hoc inquit igitur nec id quod semper est, nec id quod semper nõ est: generabile aut corruptibile est. Hæc est conclusio: cuius syllogismus patet ex dictis. Deinde concludit conuertentem uidelicet nullũ generabile nullumq; corruptibile semper est, aut semp non est: & hoc patet simili syllo: nam nullum semper ens, nullũq; semp non ens est e hoc est quãdoq; ens, & quandoq; non ens. at & generabile & corruptibile est e igitur generabile & corruptibile non est semper ens, nec semper nõ ens. Inquit præterea pspicuũ est & si generabile & corruptibile sit e ipsum non semper esse: & non semper non esse. Simul namq; erit pose semper esse, & possibile non semper esse: at hoc ostẽsum est prius esse impossibile: & ita perspicuæ sunt ambæ ille ex

Põ aliquorũ, & d rõali aia. iis quæ supposuit. Sunt qui faciunt differentiam inter semper ens: & æternum a parte post similiter semper non ens: & æternum a parte ante non ens. Concedunt. n. aliquid esse æternum a parte post ut rationalis anima: & hæc nec est semper ens nec semper non ens. Similiter informitas materiæ quæ generationem mundi pcessit est æternum non ens a parte ante: non tamen semp non ens: & tunc concedũt aiam rõalẽ esse qñq; ens, & qñq; non ens: qñq; non ens quidẽ: ante uz q̃ fuisset: qñq; uero ens, postea q̃ est: & hoc uolũt Ari. non contradicere hic: nam ipse tantũ pbat nullum semp ens, nullũq; semp non ens esse generabile uel corruptibile: & econtra nullũ gnabile uel corruptibile esse semp ens uel semp non ens: & hoc concedunt: aia. n. rõalis est qñq; ens a parte post in oi tempore & in nullo tẽpore a parte ante. hæc igr̃ dicunt ad saluandũ rõalem aiaz

Quæ Auerc. com. cxxiiii. esse æternã cũ rõibus Ari. sed de his uidebimus in fine. Hãc obiectionẽ Auc. tangit in com. põt n. dici rõi Ari q. illa est ex sufficientibus & pbabilis: nã posẽ est ut aliqd sit genitũ: & nunq̃ corrumpat̃. Simil'r esse põt non ens semp in præterito: & semp ens in futuro. Illud aũt quod Ari. pbat est semp ens in oi differentia tẽporis tam præteriti q̃ futuri nõ esse generabile: neq; corruptibile. Cũ quo tñ stat aliquid esse sempiternũ in futurũ & esse genitũ: aliquod esse æternũ in præterito: & esse corruptibile de futuro. Quare cũ rõe Ari. stat rõnalem aiam esse factã, & æternam a parte post. Vult Aue. hãc obiectionẽ remouendã esse p primã demõem: accepit. n. in prima demõstratione qd oẽ id qd perse sibi limitat æternitatẽ pro aliquo tẽpore: illã sibi limitat p oi tempore: dico pse: quia p accñs ob impedimentũ põt aliquod limitare sibi æternitatẽ, pro uno tẽpore, ut potentia materiæ p præterito: quã non sibi limitat perse p oi tẽpore: & hoc mõ intelligitur ppõ Ari. oẽ æternũ perse, oi ex parte est æternum: & tunc patet eius conclusio: est enim nullum

Digressio auero. eodẽ com. æternum perse est generabile nec corruptibile. Obiectio uero ablata est: nam informitas potentiæ: & id genus sunt æternæ per accñs. pp hæc notat Aue. esse impossibile ut aliquid habeat potentiam ad esse: uel nõ esse infinitum in præterito sine futuro: uel in futuro sine præterito: & tu intellige perse. nam ut dixi per accidens esse potest, ut de potentia materiæ diximꝰ: probat hoc primo quia tunc infinitũ reciperet addictionẽ: imo sequit̃ q. reciperet addictionẽ: & non reciperet. reciperet quidẽ: qa uel futurũ præterito: uel præteritũ futuro adderet̃: non reciperet uero: qa ex quo id limitat sibi infinitũ tempus perse: uidetur sibi limitare illud oi ex parte: & sic nõ posset sibi fieri additio. Scdo infert in tali sempiterno simplr̃ non posse eẽ potentiã ad esse: nec potentiam ad nõ esse: qa tunc sil' & semel eẽnt actiones ambaũ potentiarũ hoc est quia tunc illud esset, & non eẽt: deducit̃ quia semp cũ potẽtia unĩꝰ cõtrarii stat alterũ cõtrariũ: ut cũ posse esse ægrum stat sanum eẽ: cũ posse uero esse sanum stat egrũ: succedunt. n. sibi potẽtiæ ut ipsi actus: igitur si in sempiterno esset potentia ad esse: secum esset non esse siue priuatio ipsius esse: & quia in eo est potentia ad nõ esse: etiam secum esset esse: igitur simul in eo essent esse & non esse. Sic igitur in sem-

Cauillus piterno simpliciter nulla est potentia. Ex iis remouet cauillum: posset enim dici aliquod esse æternum a parte post & habere potentiam ad non esse: siue ad corruptionem: Nam cum actu cõtrario stat potentia contrarii: & ita cum esse stat potentia ad non esse: igitur cum esse sempiterno

Confu. stat potentia ad non esse sempiterna. Contra obicit: primo quia duæ potentiæ essent in eodem uidelicet ad esse & non esse: hæc consequentia tenet p id qd dixit: qa æternũ pse ex una parte est æternũ ex oi: & sic si hz potẽtiã ad nõ eẽ qñq; nõ erit: & erit qa sempiternũ: igit̃ hẽ potẽtias utrasq; ad eẽ quidẽ: quia non erit: ad nõ esse uero quia erit. Secundo saltem sequtur ut potentia ad non

Sol' p Platõe esse sit frustra: quia nunq̃ reduceretur ad actum perse. Deinde Aueroes pro Platone Respondet.

& uult mundum ab intrinseco esse corruptibilem: sed ab extrinseco ratione agentis non potest
corrumpi·ex eo qa aut non est agens aptum ipsum corrūpere·uel si est/utpote deus:ipsum nō cor
rumpit:qa sapiens non destruit opus suū·Aut quia deficit continuū/quo tale agens mundū cor/
rumpat:aut qa non corrumpet̃ oīo:quia mundū fecit hac lege/ut non corrūpatur oīo·Qua rōne
dici pōt mundum ab intrinseco rōe materiæ esse corruptibile/defectu agentis corrumpi nō pos/
se:& hoc mō si mundus poneret̃ inesse corrupto:seqtur falsum impoſe:non qdem ex parte mate/
riæ:sed ex parte agentis·Cōtra obicit Aue·& primo sumit talem distinctionē poſe duplex ab in Confu·
trinseco ut rōe materiæ:& ab extrinseco rōe agentis uel contrarii·Tūc arguit si mundus est cor/
ruptibilis:aut potētia ab extrinseco & ab intrinseco:aut potētia ab intrinseco/ & nō ab extrinse/
co:aut potentia ab extrinseco & nō ab intrinseco:nō est dicendū ipsum esse corruptibile utraq;
potentia:qa sic aliqñ corrūperet̃ contra Platonē·Si uero dr̃ posse corrūpi ab intrinseco:sed nō ab
extrinseco:cōtra definitionē poſis hoc uĩ·nam aliqd esset poſe:quod nunq̃ esset : imo ipsum esse
est falsum impoſe:si·n·esset corruptibilis ab intrinseco:posset poni inesse corrupto: aut igit̃ a se:
uel ab agente:nō a se sine agēte:igit̃ ab utroq;:aliter nō posset poni inesse:cōtra definitionē eius
quæ est poſe est quo posito inesse/nullū seqtur impoſe:si uero dr̃ ipsum posse corrūpi potentia ab
extrinseco & nō ab intrinseco:Contra nā oē poſe ab extrinseco est poſe intrinsece:cuilibet·n·po
tentiæ actiuæ correspōdet passiua·uñ ait Aue·q; ſm ueritatē hæc duo cōuertunt̃ poſe ab intrin/
seco & poſe ab extrinseco:qa oē poſe ab extrinseco est poſe ab intrinseco:& ecōtra: similiter & oē
impoſe ab extrinseco est impoſe ab intrinseco:cuilibet·n·potentiæ actiuæ respondet passiua: &
ecōtra·Verū est hæc dr̃a:nam oē poſe ab extrinseco apparet eē poſe ab intrinseco : & ſm rem est
poſe ab intrinseco·Cōtra uero non apparet:lʒ sit:est·n·oē poſe ab intrinseco poſe ab extrinseco:
licet extimet̃ esse aliquod poſe intrinsece ex se:quod non est poſe ab extrinseco ut dicit Auicēna
de ipso cœlo:de ipso tñ impoſi est totū oppositū oē impoſe ab intrinseco est impoſe ab extrinse/
co:ecōtra uero nō apparet:qa extimat̃ aliqd esse impoſe ab extrinseco:quod est poſe ab intrinse/
co:at tñ hæc cōuerti ſm rem:qa oē poſe respectu agentis est poſe respectu pacientis: & ecōtra oē
poſe respectu pacīetis est poſe respectu agentis·Sic igit̃ dici non pōt esse poſe ab intrinseco rōne
materiæ/& defectu agentis non esse poſe:ut hac ratione est deductum · Confirmat hanc eam ra/
tionem loco a contrario:nam possibile & impoſe sunt cōtraria:igitur si oē impossibile ab intrin/
seco est impoſe ab extrinseco:per locum a contrario oē poſe ab intrinseco erit possibile ab extrin
seco igit̃ si mundus est poſis ab intrinseco:mūdus est poſis ab extrinseco:& sic responsio Platonis
est nulla:& qa hæc rō quæ dicit̃ ſcdo topicoꝝ cōsequētia in ipso:est loc⁹ topicus:dixit rōnē Ari·
quæ fuit p̣ definitionē poſis eē firmiorē·Addit tñ hūc locū habere uim demōts/qñ prædicatū an
tecedētis est uere contrariū consequētis:& ſbīm ſbīo:ut est in ꝓposito impoſe·n· & poſe opposi/
ta sunt:& esse tale ab extrinseco & ab intrinseco sunt ſbīm cōtrariū ei quod est nō esse tale ab in
trinseco nec ab extrinseco·Ideo sequit̃ impoſe ab intrinseco est impoſe ab extrinseco:igit̃ poſe in
trinsece est poſe ab extriseco:sunt·n·prædicata ꝑdicatis/& ſbīa subiectis cōtraria: igit̃ loc⁹ neces
sarius:sic igit̃ patet Responsionem Platonis esse nullā:cū·n·mundus sic poſis corrūpi ab intrin/
seco:pōt aliqñ esse corruptus ab intriseco:pōt aliqñ esse corruptus:ponat̃ inesse : quia poſe ē quo
posito inesse/nullū sequit̃ impossibile:igit̃ uel a se ponit̃ inesse : uel ab extrinseco: non a se:quia
nihil corrūpit se:si igit̃ ab extrinseco:habetur ipsum esse possibile corrūpi utroq; modo/& ab in/
trinseco:& ab extrinseco:& hoc uoluit Aristo·uidetur namq; implicatio contradictionis ut ali/
quod sit possibile intrinsece:& non ab extrinseco:quia tunc esset possibile: & non posset poni in
esse·Hæc sunt quæ ex cōmento colliguntur·Ex iis patet confutatio trium positionum : dicunt Confu·pōnū
enim nō nulli cœlo inesse materiam eiusdē rationis cum materia generabiliū:& esse in eo potē/ Prima pō
tiam ad corruptionē ex parte intrinseca:Sed defectu contrarii non corrūpetur : patet hanc posi/ Confu·
tionē non esse peripateticā:nam si cœlum pōt corrumpi ab intrinseco:etiā ab extrinseco ratione
contrarii uel agētis corruptiui poterit corrūpi·Omne namq; possibile ab intrinseco est possibile
ab extrinseco secūdum peripateticos·Alii dicunt primū motorem ut deū esse infiniti uigoris in Scda pō
agendo:defectu tamen materiæ non agit uel agere potest infinitum:est enim ille effectus infini
tus possibilis quidem ab extrinseco:non autem ab intrinseco:Patet etiam nec hoc esse peripate/ Confu·
tice dictum:licet sit uerum·Nam omne possibile ab extrinseco est possibile ab intrinseco: & om
ne impossibile ab intrinseco est impossibile ab extrinseco:quare si effectus infinitus est impossi/
bilis ab intrinseco: etiam ab extrinseco erit impossibilis : & si possibilis sit ab extrinseco : etiam
ab intrinseco erit possibilis·Alii ad mentem Aristotelis contendunt rationalem animam in/ iii·pō
cepisse a parte ante : esse uero æternam a parte post · Nec hoc uidetur peripatetice dictum · Confu·

Confutatio. nam cum anima rationalis sit possibilis desinere ab extrinseco/si deus uellet: etiam erit possibilis desinere ab intrinseco. mō non est peripatetice sentire esse aliquod utroq; modo posse: & aeternū quauis ex parte. utrum uero possit defendi cū dictis Ari. aiae rōnalis perpetuitas: posterius dicemus.

Defensio pla. Sed qcquid sit de iis: plato defendi pōt. nam pōt teneri mundum incepisse per creationē ut tenemus nos. Verū in hac creatione duo consideranda sunt mundi ipsius productio: & producti mundi ornatus: deus. n. Mundum fecit confusum/deinde ornauit: quod moses septem diebus esse factum scribit: & hoc mō informitas praecessit ornatū. Tunc ad rōnem concedo mundum incepisse: & sui natura esse posse non esse: uoluntate tñ opificis esse aeternum. Ad primā oē illud qd sibi limitat infinitudinē temporis suaptenatura una ex parte: limitat sibi illā omni ex parte: concedo: & cum dr mundus limitat sibi perse suaptenatura infinitudinem tēporis a parte post: nego hanc: hanc. n. nāciscitur e uoluntate opificis: & non ꝑpria natura: nā ut dicit Plato in timaeo sua natura solubilis est: sed uoluntate primi opificis aeternus. Ad confirmationem Aue. dico q illa probat mundum esse posse esse/& posse non esse ab intrinseco & ab extrinseco: mundus. n. pōt corrumpi ab intrinseco: & deus ipsum pōt destruere/imo redigere in nihil: ut nos tenem9: sed sua uoluntate limitata ad cōseruando ipsum est aeternus. Ad secundum rōnem Ari. patet solo: Aue. n. dixit illam non ualere nisi robure primae rōis: illa n. probauit nullum sempiternum oī ex parte esse aut generabile/aut corruptibile: & nullum generabile aut corruptibile esse aeternū oī ex parte: & hoc concedo. attñ inter semper ens/& semp non ens: esse pñt media ens qñq; & nō ens quādoq;: itemq; aeternum a parte post factum a parte ante/& aeternum a parte ante & factum a parte post: quare rōnes Ari. usq; huc contra Platonē non demonstrant ut peripatetici credunt.

Verū igit si qd & igñabile fuerit/atq; ens: id sempiternū esse necesse sit. simil'r ēt si aliqd sit incorruptibile/atq; ens. Dico āt in gñabile & incorruptibile: ea quae proprie dicunt. Ingñabile qdē/id qd nūc est/prius uero nō erat uerū dicere nō eē. Incorruptibile uero id qd nūc ē: posteri9 uero nō erit uerū dicere nō eē. An si haec mutuo sese cōsequunt hoc pacto ut & ingñabile sic incorruptibile/& incorruptibile ingenerabile: ipsum ēt sempiternū utrūq; cōsequat necesse est. & si ē aliqd ingenerabile: & si est aliqd incorruptibile: sit cōtinuo sempiternū necesse est.

Expositio. Circa ea quae antea dixerat: mouet qōnem/utrum si aliquid sit ingenerabile atq; ens/id sit sempiternum. Similiter ēt si aliquid sit incorruptibile atq; ens quaeritur utrum sit sempiternū uel ne. Adiecit aūt atq; ens: qm̄ ex negatiua non seqtur affirmatiua/nisi cum cōstantia sbti: nō. n. ualet a est ingenerabile: igitur sempiternum: nisi addatur a est ingenerabile atq; ens: igitur sempiternum: hyppocentaurus. n. est ingenerabilis/non tñ sempiternus: & quia multis modis sumptum est ingenerabile & incorruptibile: ne sit solutionis uel qōis obscuritas: exponit/quonam mō sumit illa in qōne: & inquit dico āt ingenerabile/& incorruptibile ea quae proprie dicuntur. ingenerabile qdem id quod nunc est/prius uero non erat uerum dicere non esse. Incorruptibile uero id quod nūc est/posterius uero non erit uerū dicere non esse: & sic patet qōnis titulus. Soluit hāc qōnem hypothetice/& inqt an si haec se se consequunt hoc pacto ut & ingenerabile sit incorruptibile & incorruptibile ingenerabile: ipsum etiā sempiternum utrunq; consequat necesse est. & si est aliqd ingenerabile/& si est aliquid incorruptibile: sit continuo sempiternum necesse est. Est igitur solo hypothetica hoc mō si ingenerabile & incorruptibile conuertunt: necesse est sempiternum praedicari de utroq;. de pōne antecedentis statim disputabit: ut sciamus an sit ponendū consequens.

Quae Auero. com. cxxv. Aue. uero hunc textum non quaestionarium facit: sed illatorium: creddit. n. Arist. ex modo dictis inferre conclusiones: quarum prima est ingenerabile est aeternum: secunda incorruptibile est aeternum. Tertia ingenerabile est incorruptibile & ecōtra. & hanc expōnem uī secta re expositor noster: & in fine cōmenti colligit rōnem talem: cum aliqd praedicatur de duob9 cōuertibiliter: necesse est illa duo conuerti: ut si a de b & c praedicatur conuersim: b c necesse est conuerti: in prioribus. n. dictū est: quotiens tres termini sylli conuertunt inter se/ꝓpō quae est cōclio in terminis cōuertiē. Hinc emergunt duo sylli: primus oē aeternum incorruptibile. Ingenerabile eternum. Ingenerabile incorruptibile. Scdus oē aeternum ingenerabile. Omne incorruptibile aeternū. oē incorruptibile igenerabile: haec. n. est cōclōnis cōuersio. Haec est expō

Cōfu. expōis Aue. Auerois generatim. Sed haec expositio non conuenit uerbis graecis: in graeco enim codice ita scribitur

& uerbum uerbo reddendo sensus est igitur ne si & ingenerabile/ens tamen: id necesse est sempi/


ternum esse? Ecce quo modo uerba sunt quæstionaria:& non illatoria:& si sunt illatoria:nõ sunt conclusionis illatoria:sed quæstionis:quæ ex dictis emergit·

At uero hæc ita esse ex ipsorum definitione patet·Et enim siquid corruptibile est: generabile esse necesse est·Aut enim ingenerabile:aut generabile est·at si ingenerabile est:incorruptibile esse supponitur· Insuper etiam si quid generabile est: id corruptibile esse necesse est·Aut enim corruptibile:aut incorruptibile est· at si incorruptibile sit:ingenerabile esse supponebatur·

Nunc disputat de positione antecedentis utrum uidelicet ingenerabile & incorruptibile conuertantur:& supponit duo:primum est una hypothetica uidelicet q. si ingenerabile & incorruptibile conuertuntur:necesse est generabile & corruptibile conuerti·Et hoc inquit at uero hæc ita esse ex ipsorum definitione patet· Tamen probat suppositionem quo ad ambas partes: & inquit & enim siquid corruptibile est:generabile esse necesse est:probat aut enim ingenerabile/ aut generabile est nõ datur medium·at si ingenerabile est:incorruptibile esse supponitur: & sic idem erit corruptibile & incorruptibile·quare si corruptibile:id generabile est·Hæc est prima pars suppositionis·De secũda inquit insuper etiam si quid generabile est:id corruptibile esse necesse est:probatur ut prius:quia aut corruptibile/aut incorruptibile est·at si incorruptibile sic: ingenerabile esse supponebatur:& sic idem generabile esset & ingenerabile·Et sic igitur si ingenerabile & incorruptibile conuertuntur: patet generabile & corruptibile conuerti: & sic patet hypothetica: quæ fuit prima suppositio·Debes scire q. in uerbis Aristotelis potest fieri consequentia in ipsis hoc modo:ingenerabile est incorruptibile/igitur generabile est corruptibile:& econtra incorruptibile est ingenerabile:igitur corruptibile est generabile:cõuertuntur igitur hæc quæmadmodum opposita:ut enim oppositum in opposito:ita propositum in proposito·Aueroes autem eandem suppositionem probat per regulam prioristicam: dicitur enim ibidem q. quotiens fuerint duo termini oppositi contradictorie diuidentes uerum & falsum:idest ita oppositi q. de quolibet est alter uerus/alter falsus: Tunc si aliquis alius terminus conuertitur cum uno illorum:tunc contradictorium primi conuertetur cum contradictorio secundi·modo ad propositum generabile & ingenerabile diuidunt omne ens:similiter & corruptibile & incorruptibile:igitur si incorruptibile conuertitur cum ingenerabili·corruptibile conuertetur cum generabili·Hæc ex cõmen· Expositio· Qualis uis rationis Arist· Quæ Auero· com·cxxvi·

Præterea si mutuo se se non consecuntur incorruptibile atq; ingenerabile:neq; ipsum ingenerabile:neq; ipsum incorruptibile sempiternum sit:necesse est·

Seda suppõ est si mutuo nõ sese cõsequnt̃ ig̃nabile atq; icorruptibile:neq; ipsũ ig̃nabile/neq; ipm icorruptibile sempiternũ esse necẽ ẽ· Hæc suppõ põit̃:nec alr̃ ꝓbat̃·nã pse nota ẽ oĩbꝰ:& maxĩe Platõi:cõtra quẽ uult obicere·Quo nã uero mõ hæ suppões ad ꝓpositũ faciãt:ex dicẽdis colligi põt· Expositio·



Sequi ãt hæc se se mutuo· ex eo perspicuum est: quia generabile & corruptibile se se mutuo consecuntur· hoc uero & ex antea dictis patet: est enim id mediũ semper entis atq; semper non entis: quod neutrum sequitur· Tale autem est generabile ipsum atq; corruptibile: utrũq;·n· definito tempore quodam & esse & non esse potest· Dico autem quodam tempore si utrunq; esse & nõ esse:aliquanto tempore potest·

Declarauit ex suppositione generabile & corruptibile conuerti:nunc simpliciter iis suppositionibus stantibus/illud probat·& quia ex hoc probato:demonstrabit ingenerabile & incorruptibi-


le conuerti: proponit hæc/ & inquit sequi autem hæc uidelicet ingenerabile & incorruptibile se se mutuo ex eo perspicuum est: quia generabile & corruptibile se se mutuo cõsecuntur. Sic igitur intentio est probare ingenerabile & incorruptibile sese mutuo sequi: per hoc quia generabile & corruptibile mutuo sese consecuntur. Deinde sequitur & probat generabile & corruptibile se se mutuo sequi ex antea dictis: & syllogismus est: medium semper entis & semper non entis sibi ipsi conuertibile est: hoc enim nemo dubitat idem uidelicet conuerti secum. Sed generabile & corruptibile est medium semper entis & semper non entis. Neutrum enim est igitur sibi ipsi conuertibile: & sic omne generabile est generabile & corruptibile & omne corruptibile est generabile & corruptibile. Inquit hoc uero ex antea dictis etiam patet: est enim id medium semp entis atq; semper non entis: quod neutrum sequitur hoc est quod per negationem se se habet ad ambo. Tale autem est generabile ipsum atq; corruptibile: utrunq; enim definito tempore quodam & esse & non esse potest. Exponit quid per definito quodam tempore intelligit: & dico autẽ quodam tempore si utrunq; & esse & non esse aliquanto tempore potest: ut per cẽtum annos/ uel mille: uel aliquanto id genus: & sic de ratione minorem & illius probationem habemus. Sed dices Aristoteles declarauit generabile & corruptibile conuerti: ex eo quia ingenerabile & incorruptibile conuertuntur. Nunc declarat econtra ingenerabile & incorruptibile conuerti per hoc quia generabile & corruptibile conuertuntur: igitur petitio principii/ & circulus. Respondet Auerroes & inqt & non est petitio principii atq; circulus: quoniam propositiones quibus utitur in una/ non utĩ in alia: nam prima ostensio fuit hypothetica. Hæc est categorica ac simpliciter: declarauit enim primo generabile & corruptibile conuerti: si ingenerabile & incorruptibile conuertuntur: nunc declarat quia generabile & corruptibile conuertuntur: ideo ingenerabile & incorruptibile conuertuntur. Hæc ex Aueroe.

Dubi.

Quæ Auero. com. cxxvii.

Si igitur aliquid aut generabile: aut corruptibile sit: Id illorum medium esse necesse est: sit enim a ipsum semper ens. b uero semper non ens. c generabile d corruptibile. c itaq; inter a & b medium esse necesse est. Illorum.n. ad neutrum ultimum tempus est: in quo aut a ipsum non erat. aut b ipsum erat. generabilis uero aut actu aut potestate necesse est esse: tempus ultimum: at ipsorum a & b neutro modo tempus est ultimum. Tempore igitur quodam & definito & erit omnino & non erit ipsum c similiter dicendum est de ipso corruptibili d generabile igitur ac corruptibile medium est: se se igitur mutuo secuntur generabile & corruptibile.

Expositio.



Cōsequenē uideamus qd Plato senrit de mūdi genitura: & utz rōes Aristi· ualeant contra Platonē· Alexāder aphrodisiº magnus pipateticus Platonis uerba intelligi cōtendit ut iacent ueluti & Ari· illius discipulus interpraetatus est: ppea circa mūdi genituram imaginatº est de mēte Platonis ante illius gnationē præcessisse chaos seu informē materiā per tēpus infinitum antea: Quod postea ab ipso oium rez opifice reductū fuit ad ordinē atq; ornatū· Quæ ratio docet mundū non incepisse de nouo: Sed ab æterno fuisse adeo pductū licet indistincte atq; cōfuse: postea uero in tēpore non mūdi ipsius productionē fuisse/ sed ipsius distinctionē aut ornatū quā qdem plato uocat genitura· Et iuxta hāc expōem de mente Platonis oportet cōcedere & pductionē/ & distinctionē: productio qdem mūdi fuit ab æterno/ ut ēt Ari· sentit · distinctio uero in tēpore: ante distinctionē qdem præcessit motus informis atq; inordinatus : & sil' cum eo tempus·

Pō Xenocratis & simpli·

In distinctione uero motus ordinatus factus est: & in eo tēpus ordinatū· Hæc Alexā· Xenocrates uero Platonis discipulus/ & simplicius pipateticus uoluerūt ab æterno fuisse mūdi productionem & distinctionē ut Ari· sentit in sua opinione· Verum mundū considerari dicūt & respectu dei

ctu dei opificis/& respectu partium·Si quidem respectu dei:cum ab illo sit factus totus simul:ui/detur q̃si factus informis & cõfusus:si uero respectu partium:ut sic uř distinctus & ornatus: & ita Plato ꝑductionẽ mũdi uult eẽ illius depẽdentiã ab opifice:geniturã uero & ornatũ illius dependentiã a partibus·tã & si una sit ꝓm rem depẽdentia eius ab opifice/& a partibus:rõe tñ dr̄nt:qua tenus illa dei nã præcessit illã partiũ:& ꝑpea dixit informitatẽ præcessisse distinctionẽ & geniturã:non qdem tẽpore ut credit Ari·sed nã atq; causalitate·Qua rõe euenit ut Ari·nõ rei/sed uerbis platõis male intellectis cõtradixerit·Catholici uero platonẽ reducũt ad ueritatẽ religionis: aiunt·n·Platonẽ uoluisse mũdum esse factũ de nouo:ue ꝙ prius informẽ & cõfusum / postea p septem dies fuisse ornatũ:& sic nihil aliud sentire platonẽ cõtendũt:quã id quod moses in lib·geneseos scribit·Confirmãt hoc numeni⁹ & hermippus:qui platonẽ aiũt nihil aliud esse q̃ mosem in lingua athica:& timæũ nihil aliud esse q̃ athicã genesim·Quibus expositis p₃ rõnes Ari·nullas esse:siue prima/siue scda/siue tertia defendat̃ pô·Quod qdem nullæ sint:si scda & tertia positiones defendant̃:nemo dubitat:at q. nullæ sint si defendat̃ prima:declaremus soluẽdo oẽs:ad primã igitur dico q. potentiæ sibi mutuo succedũt propria nã subiecti:sed uoluntate opificis pôt cum ipso esse nõ succedere potentiã ad nõ esse:& hoc plato ait in timæo cũ inqt uestra nã solubiles estis:mea aũt uolũtate insolubiles:est·n·uolũtas mea maior nexu uřo·Ad scdam diceret plato negãdo illud Ari·principiũ:non·n·oẽ æternũ una ex parte/est æternũ oi ex parte: nisi circũscripta oi extrinseca rõe·Modo mundus nactus est æternitatẽ non p eius nãm/ sed uirtute opificis/atq; illius uolũtate· Ad·iii·plato ponit inter semp ens & semp non ens media plura : tam u₃ in simplicibus q̃ in cõpositis:ut recte Aue·dixit enumerat·n·ultra cõtingens adhuc impoſẽ ꝓm qd:& necessariũ ꝓm qd:hoc est una ex parte·Ad·iiii· rõ concludit mũdum posse desinere eẽ poſe ab intrinsico & sua nã:& potẽtia agẽtis absoluta:tñ est necesse esse a parte post ex suppõe uoluntatis opificis·Ad·v·p₃ sol:apud·n·platonẽ illa diõ naturæ in cõtingentẽ & necessariã & impoſe₃ si p necessariũ & impoſe intelligat Ari·simplr:nõ est sufficiẽs:nã est aliqd necessariũ ex suppõe/ aut impoſe ex suppõe·Sed arguebat Aue·aut mundus sua nã pôt nõ esse:uel sua nã est necesse eẽ si sua nã est necesse esse:igiẽ oi ex parte est necesse esse:si sua natura pôt non esse:igiẽ qñq; nõ erit Aliter poſe nunq̃ poneret̃ in esse· Amplius Ari·arguebat mundus caret cõtrario : igiẽ est simplr incorruptibis:at ingenerabilis:diceret plato ad primũ q. mũdus sua natura nec est necesse eẽ:nec poſe esse·Sed dat̃ mediũ ut dixi:nã dat̃ aliqd quod sua natura est necesse esse ꝓm qd/& nõ simplr ut mũdus ipse:& in hoc fallit̃ Aue·quæ·n·dixit sunt ꝑipatetica:& nõ platonica· Ad scdum Ari· diceret plato ipsum eẽ incorruptibilẽ p carentiã cõtrarii:& ẽt p uolũtatẽ opificis:nec seqtur ipsu₃ esse ingenitũ nisi mõ quo aĩalia gñant̃:est est·n·genit⁹ p distictionẽ & ordinẽ/& nõ p inceptionem realẽ:ut dixim⁹ de mente Alexandri· Hæc plato diceret in sui defensione Et p consequens de libro primo·

Põ Catholi·

Sol rõum ari·

Cõfirm· aue·

¶ Finis primi libri de celo·

[illegible]

Aristotelis de coelo Liber secundus Inter-
prete et expositore Augustino Nipho
phylosopho. Ad Illust. et Reueren.
dominū Loysium de Aragonia
Titu. S. Marie in Chosmo-
din Diaco. Cardinalem.
+

¶ Aristotelis de coelo Liber secundus. Interprete & expositore Augustino Nipho Philosopho.

VNiuersum igitur cœlum neq; factum esse; neq; interire posse (ueluti censuere quidam) sed unum esse atq; sempiternum: neq; principium: neq; finem habens uniuersi æui: infinitum autem habens & continens in seipso tempus: & ex iis quæ dicta sunt: & per opinionem aliorum: qui etiam ipsum ortum esse asserũt: fidem sumere licet. Nam si sic quidem se se habere non est inconueniens: illo auté modo: quo illi inquiunt: est inconueniens/ magnũ & hoc profecto momentum habet ad faciendam fidem de immortalitate: deq; æternitate ipsius.

Actenus in libro primo de uniuerso mundo: nunc de ea mundi parte; quæ coelum dicitur; proponit pertractare: resumit autem primo ea quæ dixit de Expositio.
h illa in primo libro: & addit persuasiones. & inquit uniuersum igitur cœlum: neq; factum esse: neq; interire posse. ueluti censuere quidam: sed unũ esse atq; sempiternum: neq; principium: neq; finem habens uniuersi æui: infinitũ aũt habens: & continens in seipso tpis: & ex iis quæ dicta sunt: in libro primo: & per opinionem aliorum: qui etiam ipsum ortum esse asserunt: fidem sumere licet. hæc sunt dicta. Quo uero ad uerba attinet: quid per cœlum Aristoteles uelit: dubitãt / græci expositores/ quos expositor sectatur per cœlum intelligunt totum mundum: cuius rei signum est: quia ait hoc est omne cœlum: quod Aristoteles semper uniuerso mundo tribuit/ at mihi uidet Aristotelem p cœlum ipsum uoluisse quintum corpus: quod est mundi pars: & non totum mũdum. nam & de hoc in ultimo primi libri disputauit. & de hoc in hoc libro secundo uult agere. dixit autem uniuersum cœlum: nõ pro mundo ipso: sed ratione habita ad elementa: nam nullũ elementorũ est æternum nisi secũdũ spẽs: nõ aũt fm totum & partes. propterea ait uniuersum coelũ esse ingenitũ hoc est fm totũ/ & quãlibet sui ptem. adiecit neq; interire posse: ppter opinionem Platonis: qui coelũ esse sua natura corruptibile asserit: uolũtate opificis æternum. ppterea subdit neq; interire posse ueluti censuere quidã: & ne credat aliquis coelũ ipsum esse sempiternũ fm speciem & successionẽ infinitorũ indiuiduorũ suæ speciei ut homo: subiecit sed unũ esse atq; sempiternũ: neq; principiũ: neq; finem habẽs uniuersi sui æui: quasi dicat ipsum esse sempiternũ & specie & nũero. Amplius ne quis putet coelũ esse æternũ ueluti deus ipse: cuius esse & uiuere est totũ simul absq; successione prioris & posterioris/ subiecit infinitũ auté habẽs & continẽs in seipso tempus: & ita coextensum est temporis successioni. dicit aũt cœlum hrẽ tempus ut subiectum habere dicitur accidẽs. cœlum enim primum habet motum primum: qui aut est tempus aut primum temporis subiectum: dicitur autem coelũ continere tps ueluti causa continet effectum: & quatenus extra coelũ non est tps: neq; temporarium quicquam: sed res quæ optimam uitam dicũt. Et quia hæc conclusio fuit probata pprIis rõnibus ex propria intentione: hic persuadet eam ex positionibus aliorũ quasi loco a contrario: quia uidelicet ad hãc positionẽ nullũ prorsus sequitur impossibile: ad positionẽ uero contrariã sequitur impossibile. Veritas. n. est ut dicitur in libro priorum. quæ textat sibi ex omni pte. Inquit nã si sic quidem se se habere nõ est incõueniens & hoc intelligit per uerbũ illud græcum Illo autem modo quo illi inquiũt: est inconueniens: quod intelligit uerbo illo quasi dicat nam si ad hanc opinionẽ nostram nullum sequitur incõueniens: ad illam aũt contrariam sequitur: magnum & hoc profecto momentũ habet ad faciendã fidem & psuasionem & immortalitate: deq; æternitate. Immortalitatem retulit ad uitam: æternitatem uero ad esse: nam coelum & est æternum: & uiuit æterno tempore: hic est epylogus. Sed quia quod græce est: & latine factum: Aueroes in Quæ Auer.
suis translationibus habet non esse ex elemento. laborat Auer. declarare: quo nam modo coelũ comento. 1.
ipsum non sit ex elemento. & distinguit de duplici compositione: quatenus elementum potest sumi p materia: & p corpore elementario. Nam alia est compositio prima: quæ ex elemento fit pro prima materia sumpto. Alia est compositio secũda pro mixtione accepta: quæ est ex elemẽto pro corporio elemẽto sumpto. Vult igitur Auer. coelũ nõ esse ex elemento: nec prima: nec secunda compositione. Prima quidem nõ: quia coelũ nõ habet cõtrarium: & quia caret potentia transmutationis. Secunda uero minime: quia est simplex: & quia non est compositum ex con/

Qualis expõ Auerois. trarlis: & quia mouetur motu circulari simplici. Quae expositio uana est/ & non faciens ad uerba Aristo. sed ad uerba translationis barbare. notat hic Auer. cur nos sumus plus Aristotelẽ secutari/ q̃ caeteros p̃hos: & ait auctoritate Alexandri hoc euenisse: quia haec Aristotelis doctrina est minoris ambiguitatis/ & a contradictione remotior.

Quo circa bene se se habet id ipsum: quod sibi persuasere ueteres, atq; maxime uerae sunt maiorum nostrorum sententiae: quae quidem asserũt esse immortale atq; diuinum aliquid eorum: quae motum quidem habent: talem tamen ut nullus ipsius sit finis: sed potius ipse caeterorum terminus.

Expositio. Vult laudare nunc positionẽ antiquorũ ut chaldeorũ ,ppter duo: & ut concludat ,ppositionẽ/ & ut psuadeat opinionẽ suã. Et inquit quo circa bene se se habet id ipsum quod sibi persuasere ueteres/ atq; maxime uerae sunt maiorũ nostrorũ sententiae: quae quidem asserũt esse immortale atq; diuinũ aliquid eorũ quae motũ quidẽ habent: & explicans de quo habẽte motũ intelligit. Inqt talem tñ ut nullus ipsius sit finis: sed potius ipse sit caeterorũ motuũ terminus. hoc aũt ait excludendo ea quae motu recto mouentur: haec. n. mouenẽ motu habẽte finem aliquem/ & nõ motu

Coelũ aeternũ imortale diuinum. qui sit finis aliorũ: ueluti mouetur coelum ipsum. Quo uero ad uerba attinet: debes scire q̃ coelũ ipsum dicitur aeternum/ immortale/ & diuinum. aeternum quidẽ rõne habita ad esse: quia habet esse indeficiens. Immortale rõne habita ad uitam: quia aeterno tempore uiuit. Diuinũ aũt rõne habita ad opationẽ: quia uelocissime fertur: & motu qui est finis aliorum: nullũ finem habens.

Finis namq; continet. & haec circulatio cum sit perfecta: & imperfectos motus cõtinet: & eos qui finem atq; cessationem habent. Ipsa quidem neq; principiũ: neq; finem ullum habet: nã incessabilis cum sit: infinito tpe existit: caeterorũ uero horum quidem sit causa & principium. Illorum autem ut cessationẽ suscipiant.

Expositio. Antiqui coelum esse aeternum excoluerunt: ,ppterea ut dixit quia ipsum moueri motu qui est aliorũ finis/ crediderunt. ,pbat nunc circulationẽ/ qua coelum ipsum mouet̃/ esse finem aliorum. & syllogizat sic: omnis finis cõtinet. haec circulatio qua coelum mouet̃ continet. Igitur in tertia figura: haec circulatio qua coelum mouetur est finis. De rõne ponit maiorẽ/ & inquit finis nãq; continet. haec. n. est finis descriptio: ab eo. n. quia est ultimũ cõtinet omnia ante ultimũ. deinde tangit minorem & simul illius ,pbationem/ & inquit: & haec circulatio cum sit perfecta/ & imperfectos motus ut rectos continet/ & eos qui finẽ atq; cessationem habẽt: & p imperfectos forte rectos: per eos qui finem atq; cessationẽ habent: generationem atq; alterationem & auctionẽ intelligit. Exponit aurẽ quae dixerat: duo namq; dixit/ & ipsam non habere principiũ/ neq; finem & esse caeterorũ causa atq; finis. haec exponit dicens/ ipsa quidem circulatio qua coelum ipsum fertur: neq; principium/ neq; finem ullum habet: nam incessabilis cum sit: infinito tpe existit. haec quo ad primum: quo uero ad secundum inquit caeterorũ uero supple finis & causa: horum quidem causa & principium quo ad motus ipsos: illorum uero causa & principiũ ut cessationem

Declaratio uerborum. suscipiant: quo ad quietem. Quo uero ad uerba attinet: debes scire circulationem coeli esse causa motuum horum corporum inferiorum cessationum uero: non esse causam per se/ sed defectu recipientium: est enim causa motuum per se: ,ppter similitudinem: quia motus est ipsius motus per se causa. quietis uero per accidens: quia motus non est causa quietis nisi per accidens & defectu suscipientis: haec. n. cessant moueri defectu naturae eorũ. Propterea ait illorũ autem ut susci-

Quae Auer. comento. ii. piant cessationem. Auero. uero aũt licet non multum ad uerba: innuit coelestium motuum esse alios qui generant haec: alios qui haec conseruant. Motus enim solis in obliquo circulo hoc est per. xii. signa: qui anno perficitur: causa est generationis & corruptionis: per accessum quidem generationis: per recessum uero corruptionis. Motus uero diarius: qui. xxiiii. horis agitur: causa est conseruationis & perpetuitatis: ut diximus in libro de generatione.

Supremum autem locũ coelumq; ipsum ueteres quidem diis tribuerunt: argumento quia solũ ipsum immortale est. Insuper etiam ipsum nec genitum, nec corruptibile esse: itemq; omni mortali imbecillitate uacare. Praeterea esse sine labore ea ratio nunc testatur: quae est q̃ nulli subicitur uiolentae necessitati: quae quidem cohibens detineret ipsum aptum alio mõ ferri: omne si quidem tale languidũ est: tãto quidẽ magis: quãto fuerit magis sempiternus atq; optimae dispõnis expers.

Vlterius

Vlterius uerificat alia quæ chaldei dixerunt spaciatim & quo ad cœli sempiternitatem & quo ad eius substantiam:& quo ad motus illius qualitatem· Quo quidem ad cœli æternitatem inquit·Supremum quidem locum cœlumq; ipsum ueteres quidem tribuerunt diis/argumento: quia solum ipsum inter cœtera corpora immortale est · Congruebat enim immortalibus locus immortalis:& sempiternus·Quo uero ad uerba attinet/cœlum ipsum:locus sursum dicitur:quia ueteres cœlum esse aut ignem/aut igneum quid dixerunt:modo locus ignis uel ignei sursum est uel cœlum sursum locus est:quatenus est terminus leuium:atq; locus ad quæm feruntur leuia· Quo uero ad cœli substantiam·Insuper etiam nec genitum nec corruptibile esse : itemq; omni mortali imbecillitate uacare:hoc est omni morbo atq; labore:hæc quo ad substantiam·quo aũt ad motus ipsius qualitatem inquit/præterea esse sine labore:hæc quo ad motus qualitatem:horum tamen rationem subscribit & inquit ea ratio nunc textatur : quæ est q; nulli subicitur uiolentæ necessitati:quæ quidem cohibens/detineret ipsum aptum alio modo ferri·unde syllogismus esse potest nullum subiciens uiolentæ necessitati est caducum/imbecille/atq; in motu laborat·cœlum nulli subicitur necessitati uiolentæ:igitur nec caducum/nec imbecille/nec cum labore est·& hoc modo exponendo textum:illa tria uidelicet nec caducum nec imbecille esse : nec moueri cum labore attinent ad conclusionem:cuius rei uniuersæ ea ratio est : quia nulli subicitur uiolentæ necessitati·Aut exponi potest ut illa tria sint premissæ atq; attineant ad rationẽ· Et tunc Aristoteles probat quod dixerunt chaldei·uidelicet cœlum esse perpetuum/ex tribus· Primo quia cœlum ipsum est nec genitum/nec corruptibile:hoc est:quia non est caducum · Secundo quia non est imbecille·Tertio quia mouetur absq; labore : & tunc translatio ad uerbum & sensus uerborum erit hoc modo:cui quidem ea nunc ratio astipulatur : quæ est supple q; nec corruptibile/nec genitum est hæc est prima ratio·Deinde tangit secundam/& inquit/itemq; & quia omni mortali imbecillitate uacat·Deinde tangit tertiam/& inquit/ præterea & quia mouetur sine labore/quod græce est aponon·hæc est tertia ratio· Deinde tangit causam huius tertiæ rationis:quod quidem signanter facit:quia est noua/& non primo explicata libro·& inquit propterea quia nulli subicitur uiolentæ necessitati : quæ quidem cohibens detineret ipsũ aptũ ferri alio modo:& q; nihil sit tale uiolentans/neq; cohibens/probat & inquit omne n' quidem tale est magis laboriosum siue rigorosum : quanto magis motus eius est sempiternus/atq; optimæ dispositionis expers hoc est quietis·aliquod enim est cohibens debile/ut cogens ad oppositum pro modico tempore·aliquod pollens:ut id quod cohibet pro multo tempore aliquo pollentissimum/ut cohibens pro æterno tempore:quare cohibens cœlum ferri eo modo/quo fertũ: pollentissimum est eo maxime quia sempiterno motu mouetur/& sine quiete·aut forsitan uerbum illud epiponon:latine languidum est:& tunc debes scire id esse languidum/quod contra naturalem inclinationem fertur:id uero idoneum atq; ualidum : quod naturali inclinatione fertur·Ex hoc sequitur coelum non ferri cum labore : atq; contra naturalem inclinationem : & huius rei causam affert dicens : omne si quidem tale languidum est : dictum est enim languidum esse quod contra naturalem inclinationem fertur : & cum labore/tanto quidem magis & maxime languidum:quanto motus eius fuerit magis sempiternus/& perpetuo contra eius naturalem inclinationem·atq; optimæ dispositionis expers:quæ est ualitudo & status in naturali dispositione·Sic igitur coelum non mouetur cum labore : quia tunc esset languidissimum omnium:cum perpetuo contra eius naturalem inclinationem ferreretur : & esset ab optima & naturali dispositione semper uacans·& hæc expositio est uera & mens Aristotelis· Aueroes uero digreditur in præsenti comento satis fructuose:cuius digressio incipit & causa illius est : ubi primo declarat quo nam modo motus coeli est sine labore:& debes scire causam laboris in animali terraceo esse contrarietatem principiorum motuum · anima namq; suapte natura mouet corpus eius circulariter·Corpus uero prædominio elementi grauis moueri est aptum deorsum· Ex iis fit mixtus animalis motus:qui processiuus dicitur : & cum labore fit in animali ipso:ob principiorum motus contrarietatem · Ex quibus syllogismus Auerois est omne quod mouetur cum labore/componitur ex contrariis principiis motus : coelum non componitur ex principiis contrariis:igitur mouetur sine labore · Deinde ibi & iste motus in ipso:remouet tacitum cauillum:posset enim dici si coelum non mouetur uiolenter : atq; labore/utrum ne moueatur motu naturali:probat q; nec motu naturali:& quia naturalis esse potest motus aut ratione principii actiui/aut ratione principii passiui:ideo probat dupliciter motum nõ esse naturalem· Primo quia non ratione principii passiui : quia tunc esset compositum ex materia & forma : & ita genitum & corruptibile· Secundo quia non ratione principii actiui : cum coelum non habeat

Expositio·

Syllogismus litteræ·

Quæ Auer· comento ·iii·

formam nisi æquiuoce/quæ prim est forma naturalis/partim abstracta/naturalis quidem: quia cœlo motum tribuit/& quia est in cœlo ut in proprio subiecto·abstracta uero pro quanto non æducitur de potentia materiæ/nec diuiditur ad diuisionem corporis in quo est:quæ ratio docet potius motum cœli esse uoluntarium & intellectiuum/quatenus est a forma:quæ est magis intellectus q̃ natura·Ex iis infert formam cœli non habere subiectum·uidelicet ut generabilia habent/neq; contrarium:nam non est natura/sed intellectus·Sed statim ambiges:nam si subiectũ illius formæ sit simplex atq; contrarietatis expers:quale nam est? Respondet subiectum illius esse corpus ipsum cœlicum ueluti corpus ipsum actu est animæ subiectum: ad quam formam sequuntur dimensiones corporiæ/saltem secundum naturam/& alia accidentia/cœli ut lumen/& figura/& id genus·Quare hic erit ordo q; intellectus recipitur primo in cœlo ipso/secundo dimensiones/tertio cœtera accidentia·Ex iis infert multa:& pro intellectu primi debes scire apud Aueroem trifariam esse compositionem in rebus/una quidem & potissima est ex intellectu agẽte & possibili·Secunda ex intelligentia & orbe·Tertia ex materia & forma· & ideo inquit & iõ forma & formatum sunt·In cœlo idem numero sed secundum dispositionem magis diminutaʒ: quam sit adunatio recipientis & recepti in forma abstracta/quæ est composita ex intellectu agete & possibili:& sic in primo gradu unionis est compositio ex intellectu agente & possibili·in secundo uero ex intelligentia & orbe·In tertio ex materia & forma·causam huius affert:quia intelligentia recipitur in cœlo per carentiam medii/& receptiui & dispositiui: at forma recipitur in materia mediantibus dimensionibus:quæ sunt saltem medium dispositiuum·quur uero hæc sit minor compositione intellectuum? non explicat:sed postea dicemus· Secundo infert cœlos ipsos recipere intellectus:nam recipiunt formas indiuiduas & sine medio·igitur intellectus· Tertio infert cœlos esse animatos/atq; intelligentes secundum se & quodlibet sui/nam formatur a forma quæ est anima & intellectus·Quarto infert motum eius esse sine labore:quia ut patet ex dictis/est motus animæ tantum·Quinto infert id esse optimum·In cuius actione nõ cadit diminutio·Hæc colliguntur ex comenti digressione· Sed circa dicta hæc occurres primo

Dubitatiões Prima. utrum intelligentia sit causa orbis alio genere causæ/q̃ formalis? Ioannes alibi sentit intelligen

Solu· Ioãnis. tiam esse causam cœli solum ut formam/& nullo alio genere causæ:nisi ut finis: si quidem finis & forma coincidant: persuadet opinionem quoniam omne agens agit per motum· at intelligentia coelum non efficit per motum·igitur non est causa effectrix coeli· Sed positionem hanc refellit Aueroes in libro destructio destructionum·Primo sic omne finitæ actionis/atq; finitæ quantitatis dependet a sua forma effectiue:cœlum est finitæ actionis ac dimensionum finitarũ igitur dependet a sua forma effectiuæ·Secundo agens aliquam actionem sine qua compositum esse non potest est causa agens illius compositi·Sed intelligentia est causa motus: sine quo coelum esse non potest·igitur ut prius· Tertio in seperatis a materia forma finis & agens idem sunt: at intelligentia est forma seperata a materia·igitur est finis agens & forma coeli· Ratio autem Ioannis tollitur per hoc quia intelligentia est agens coelum æquiuoce/& non per motum ut

Secũda dubi. agens physicum·Secundo occurres compositio ex intellectu agente & intellectu possibili cuius

Põ Ioannis. est apud Aueroem? Ioannes ubiq; uult esse animæ rationalis:uult enim animam rationalẽ esse

Confutatio. seperatam substantiam compositam ex intellectu possibili & agente·Et licet positio hæc nullatenus sit catholica:nihilominus nec Aueroica est/nullus namq; stultus rationalem animam po

Põ Aueroís. neret pœnitus seperatam & unam numero omnium:cum omnis anima actus sit corporis·Propterea quicquid catholice sit sentiendum:de mente Aueroís duplex est compositio in homine altera prima:quæ est ex intellectu possibili & cogitatiua: quam Simplicius uocat dianoeam· Ex iis enim rationalis conficitur anima:quæ quidem numeratur ad numerationeʒ corporum: saltem propter dianoeam·altera secunda ex intellectu agente & possibili: qua effectiur homo beatus/& compositio huic non dedit Aueroes nomen/nisi dicatur intelligentia hominis in actu & sic patet solu·ex iis patet hanc compositioneʒ esse maximam:quia est ex rebus uniuersalibus omnino eiusdem generis·In secundo loco patet esse illam quæ est ex orbe & intelligentia:quatenus est ex rebus differentibus pœnitus·Minimam uero esse eam:quæ est ex materia & forma

Tertia dubi. & quia est ex genere differentibus/& per medium· Tertio occurres utrum omnis forma indiuidua sit intellectus·Respondent Iuniores q; non/nam animæ brutales sunt indiuiduæ & totæ

Confutatio. in toto & totæ in singula parte:& non sunt intellectus·hæc positio non est peripatetica: nam omnis forma quæ æducitur de potentia materiæ & conseruatur ac dependet inesse & conserua

Põ peripateticorum. ri a materia/dependet per modum materiæ/& ita diuisibiles erunt omnes·propterea dicendum peripatetice omnem formam indiuiduam esse intellectum:nam omnis talis & si sit in materia

non dependet

non dependet a materia: nec aeducitur de potentia materiae. Solum enim hanc uocant intellectum: quae perficit subiectum: & non aeducitur de potentia subiecti. Quarto occurres utrum idem sit anima & natura? Respondet Alexander animam & naturam esse subiecto idem, differre tamen definitione: dicitur quidem anima pro quanto est actus corporis physici. natura uero pro quanto est principium omnium motuum qui sunt in animali. Obicit Simplicius quae differunt definitione: differunt re: quae differunt re differunt subiecto. igitur non possunt aliqua definitione differre, & subiecto esse eadem. Dici potest q omnia quae differunt definitione, differunt re sumendo rem pro ente siue essentia. Non autem sumendo rem pro numero. & ita Alexander sumit. aliqua enim differunt essentia: quae non differunt numero. Quinto occurres quot sunt causae quibus aliquid mouetur cum labore. Dici potest esse tres, remotissimam quidem esse materiam. nihil enim potest cum labore moueri: nisi sit in materia: non tamen omne existens in materia mouetur cum labore. graue enim non laborat in descendendo. remotam uero esse contrarietatem principiorum motus. nihil enim mouetur cum labore, nisi componatur ex principiis contrariis. non tamen omne tale mouetur cum labore. Mixtum. n. terraceum non mouetur cum labore. proxima demum causa est spirituum resolutio: hac enim stante est labor: & hac remota cessat labor. Et propterea causa haec conuertibilis est cum effectu & proxima existit: quibus patet coelum non moueri cum labore ppter tria: & quia caret causa remotissima: & quia caret causa remota: & quia caret causa proxima. Sexto occurres si motus coeli nec est naturalis, nec uiolentus: quo nam modo in primo libro uoluit ipsum eē naturalem. Amplius si est uoluntarius: igitur potest non esse. Dici potest esse illum naturalem aequiuoce, quatenus forma & materia coeli sunt naturae aequiuoce dictae & sic loquitur in libro primo. hic uero uult illum non esse naturalem proprie. Ad secundum dici potest cum uoluntate stare contingentiam & necessitatem. potest enim aliquid esse liberum & necessariū ut in libro destructio destructionum patet. quo nam modo coelum sit locus deorum: in libro primo exposuimus.

Quarta dub.
Quinta dub.
Sexta dubi.
Solu.

Quam ob rem neq putandum est ipsum ita se se habere iusta ueterum fabulam: qui ad ipsius subsidium egere atlante ipso ferunt. hi namq; qui hanc protulerūt sententiam: idem quod posteri uisi sunt sentire. Supposuere enim coelo ipsi fabulose animae necessitatem ceu corporibus iis terraceis quae sursum sunt; ac pondus habent. Non igitur hoc pacto extimandum est.

Expositio.

Refellit falsas responsiones de motu coeli: nam alii coeli motum esse uiolentum & cum labore arbitrantur: & tunc ad rationem Aristotelis quae erat q hoc dato: motus coeli non esset perpetuus. Respondet iuxta tres opiniones. Prima est poetarum: qui concedunt motum coeli esse cum labore & uiolentum: perpetuum tamen subsidio atlantis gigantis: qui pedibus constitutis super duas columnas humeris coelum substinet: & ipsum perpetuo reuoluit. Contra obicit Aristoteles quia tunc haec opinio poetarum est similis opinioni posteriorum Platonicorum: qui coelum esse graue dicunt: substineri tamen animae necessitate. Sed hoc est confutatum primo libro: ubi declaratum est ipsum neq graue esse, neq leue. Inquit. Quam ob rem neq putandum est ipsum coelum ita se se habere iuxta ueterum fabulam: qui ad ipsius subsidium sursum egere atlante ipso gigante ferunt. Et hoc probat allegorizando fabulam, & confutando illius allegoriam, & inquit hi namq qui hanc protulerunt sententiam: idem quod posteri uisi sunt sentire, & per posteros intelligit platonem & sequaces. & q hoc modo sentiant: declarat: & inquit. Supposuere enim coelo ipsi fabulose animae necessitatem: ceu corporibus iis terraceis: quae sursum sunt ut homines quae caput habent sursum erectum, & pondus habent. & ita per atlantem animam uisi sunt intelligere: quae coelum substinet: ueluti anima hominū substinet homines ad coelum erectos. Ex hoc infert errorem & inquit: non igitur hoc pacto sentiendum est: quia tunc coelum esset graue: contra ea quae diximus in libro primo. Debes scire q fabula atlantis habet adhuc duas allegorias: quarum alteram tangit Aristoteles in libro de causa motuum animalis: ait enim pedes atlantis esse in terra: quatenus centrum est punctum circa quod uoluitur coelum: & per quod transit diameter mundi. Humeros habuisse ad ortum & occasum: quatenus sunt dextrum & sinistrum coeli. Caput uero ad meridiem: quatenus est coeli sursum: ut dicemus. Alteram uero afferunt iuniores inter

pretes: atlantem coelum substinuisse ferunt ob astrorum scientiam: quam magnam habebat attolebat enim semper mentem ad stellas: ideo substinere coelum fabulantur poetæ· Aristoteles autem hic confutauit primam allegoriam: per hoc quia tunc coelum esset graue·

Quæ Auer· comen iiii· Aueroes autem aliter textum introducit: uult enim Aristotelem hucusq; declarasse opinionem suam de perpetuitate coeli esse ueram: tum propter rationes: tum propter auctoritates ueterum· nunc uero uult Aristotelem declarare opinionem suam de natura coeli: q. non sit graue nec leue: esse etiam ueram: & hoc respiciendo ad positiones contrarias: nam dicentes coelum esse graue: coguntur ponere impossibilia· nam alii atlantem: alii celeritatem: alii animam fingere coguntur: animaduertit tamen Aueroes eam positionem quæ ponit ipsi coelo animam esse partim ueram/partim falsam· uera quidem est quo ad conclusionem: coelum enim est animatũ & uiuum: etiam secundum Aristotelem· falsa uero quo ad rationem atq; syllogismum: asserebat enim coelum esse animatum: argumento quia graue est: qua ratione indiget anima substinente ne cadat· hæc quidem ratio peccat primo quia propositiones sunt falsæ: coelum enim neq; est graue: neq; leue: sed tertiæ est naturæ· Secundo quia melius est dicere ipsum esse leue q̃ graue: quia leuibus cognatum: licet etiam sit error: cum nec graue sit/nec leue· Tertio dato q. ualeat coelum est graue: igitur habet animam: non tamen ad motus subsidium sufficit sola anima: nam omne graue eget quiescente: in quo substineatur: ut in libro de causa motuum animalis est dictum: & ita ultra animam est necessarium aliquid aliud: in quo substineatur· hæc Auero·

Præterea neq; substineri tanto tempore potest ob conuersionem ipsam; quæ celerior motus est propria eius inclinatione: ut Empedocles inquit·

Expositio· Secundo respondebat Empedocles: tenendo coeli motum esse uiolentum & cum labore: coelũ etiam esse graue· Sed perpetuo ferri ac continuo ob eius celerem conuersionem: quæ celerior est coeli propria ad centrum declinatione ueluti in motu aquæ in cipho repositæ uidetur: quæ sursum detinetur ob ciphi celerem agitatum· Contra instare uidetur Aristoteles per hoc quia

Quæ Auer· comento·v· non tanto tempore fuisset: siquidem nullum uiolentum perpetuum· Aueroes autem uult ut diximus nunc refellere positionem dicentem conuersionem· nam propter celeritatem conuersionis enitebatur Empedocles defendere coelum esse graue· Præterea Aueroes resoluit textum suum ad syllogismos quatuor: quos in uerbis græcis Aristoteles non sentit: siquis tamen uult illos: legat Aueroem·

Præterea nec ab anima quæ perpetuo ipsum manere cogat: consentaneum est rationi· nam talis animæ uita nequaq̃ sine tristitia beata esse poterit· Motus·n· & quoniam est cum ui (mouerit siquidem corpus primum aliter aptum ferri:) & continuo mouet: & negociosam esse: & omni a mentis delectatione uacare necesse est· Quod si neq; ut animæ mortalium animalium inest requies aliqua quæ est corporis remissio circa somnum facta: erit profecto necesse ut ipsa detineat illud perpetuum atq; incorruptibile: ueluti rota quædam ixionem·

Expositio· Vltimo refellit positionem Platonis: quã in timæo scripsit· Plato·n·posuit ibi aĩam mundi in medio: quæ uniuersum substinet: quæq; mouet totũ motu ꝑpetuo & cõformi: de q̃ dixim⁹ satis

Quæ Auer· comento·vi· in libro de intellectu·huius fundamentũ(ut Auer·inquit)est: quia corpora hæc terracea præseruanẽ ac conseruanẽ a putrefactione ꝑpter eorũ formas: quare quãto corpus erit præstabilius ac tẽperatius: tanto eius præseruatio erit maior: & quia coelũ est cæteris corporibus sublimius ideo meruit animã præstabiliori: & hæc uidet̃ rõ Platonis apud Auer·huic opponit Arist·nã tũc uita talis animæ nõ poterit esse beata: nã mouet cũ ui: & conatu: & ꝑpetuo: igit̃ cũ tristitia semꝑ uitam ducet: & ita nec beata/nec delectabilis erit· Inquit præterea nec ab aĩa: quæ ꝑpetuo ipsum manere cogat: cõsentaneum est rõni suple ipsum moueri: ut Plato sentit· nã talis animæ uita nequaq̃ sine tristitia beata esse poterit· Cuius rõnem affert dicens· Motus·n·& qm̃ est cum ui: ꝑpter rõnẽ dictã·uidelicet quia mouet corpus primum aptũ aliter ferri: & continuo mouet: quia·n·mouet cũ ui: & cõtinuo: & negociosam esse atq; occupatam: & ab omni mentis delectatione uacare necesse est· Verbum·n·illud ꝑ mẽte trãstuli: & nõ pro prudentia: ut alii fecerũt· Deinde quasi rõnẽ hãc epylogãdo sub alia ui eã replicat: & inquit q. si neq; ut aiæ mortaliũ aialiũ inest reqes aliqua: quæ est corpis remissio/siue dissolutio & restauratio spirituũ circa somnum

somnũ facta:necesse erit perfecto ut ipsa illud detineat perpetuum atq; incorruptibile: ueluti rota quedam ixionem Ixio enim fuit uir ille:qui ut poetæ aiunt cum iunone concubere uoluit: at uirtute iouis loco eius cum nebula concubuisse fingunt:ex quo centaurus factus est·ad huius profecto punicionem ferunt Iouem constituisse cum rote uinctum:ut radiis eius membra frangerentur· Vnde poeta illic iunonem tentare ixionis ausi· Versantur celeri noxia membra rota· & ouidius quiq; agitur rapidæ uinctus ab orbe rotæ· Et hoc pacto plato cogitur dicere de anima illa:quæ perpetuo mouet corpus cum pœna/ueluti ixio· Auerocs autem loco ixionis habet aquiten:quem ignoro·debes scire q; omnes hæ tres positiones reducuntur in unam: nam poetæ per atlantem animam uoluerunt intelligere:empedocles uero per uelocitatem motum animæ mentalem:& hunc plato motum animæ dicit·Secũdo debes scire q; platonis positio potest reduci in bonum:nam uerbum illud baron:quod nos graue dicimus interdum pro corpore apto deorsum ferri:interdum pro corpore dependente sumpserunt græci· & in hunc sensum sumpsit plato:cœlum enim graue appellat/siue baron:pro quanto subtracta eius anima & dependẽtia eius ab illa:demergeretur ad chaos:atq; ad priuationem:& sic graue sumpsit pro corpore dependente ab illa anima:& hoc modo fortasse simplicius allegorizat platonis sermonem· Hæc de positione ueterum· Quis ixio·

Si igitur(quemadmodum diximus)res dicto Modo de prima latione se se habere licebit:non tantum melius de eius æternitate erit sentiendum: sed etiam hoc dumtaxat pacto de ea uaticinatione quam de iis habemus: sententias consonas certius proferre possumus·Sed de his rationibus hactenus nunc·

Concludit nunc fructum suæ positionis:ubi debes scire de diis tradi hæc:q; moueant sine labore q; perpetui:q; beati:q; formæ seperatæ/& eiusmodi id genus· at hæc omnia per positionem· Aristotelis haberi possunt:nam si motus cœlorum sint perpetui & sine labore: dii qui cœlos mouent/erunt sine labore/perpetui/beati/atq; ab omni mole seperati·ut uidimus in libro physicæ auscultationis etiam·quare hic & tantus est Aristotelis fructus·Inquit si igitur quemadmodum diximus res dicto modo de prima latione se se habere licebit:ut q; sit perpetua/& sine labore:non tantum melius de eius æternitate erit sentiendum:sed etiam hoc dumtaxat pacto & per nostram dumtaxat positionem de ea uaticinatione:quam de diis habemus:sententias consonas certius proferre possumus:sententiæ hæ consonæ:quas uatinationes appellat:sunt diuinæ illæ cognitiones ut q; dii sint sine labore/perpetui/beati/& a mole seperati· hæc enim tantum per positionem Aristotelis haberi possunt:& hoc si naturali cognitione habentur:nam si reualatione:nos christicolæ ueritates has habemus certius·uerum quia res hæc est methaphysica: addit sed de his hactenus·hæc Aristoteles · Expositio·

Cum autem sint:qui dextrum ipsius cœli aliquid esse inquiunt:& sinistrum etiam ut ii qui pythagorei nuncupantur:(est enim hæc illorum sententia:) Considerandum est utrum res sic se se habeat ut illi dicunt:an alio modo·si eiusmodi principia corpori ipsius uniuersi acommodentur·

Hactenus de æternitate motus/& de ipsius qualitate egit: nunc Mouet questionem circa cœli differentias positionis· Vtrum in cœlo repertantur sex differentiæ positionis·causa autem questionis est:quia pythagorei in cœlo dextrum & sinistrum statuerunt: propterea emergit questio/utrum cæteræ aliæ inerint cœlo·Inquit cum autem sint qui dextrum ipsius cœli aliquid esse inquiunt:& sinistrum etiam:ut hi qui pythagorei nuncupantur:quorum hæc est positio:considerandum est utrum res sic se se habeat ut illi dicunt: an alio modo: hoc est non tantum illa duo·sed etiam reliqua quatuor:& quia questio est hypothetica:addit si eiusmodi principia corporis ipsius uniuersi acommodentur·Questio igitur hypothetica est utrum si dextrum & sinistrum cœlo insint:cæteræ omnes inerunt·Hæc questio est Aristo· Expositio·

Confestim namq; primo si dextrum inest ei/sinistrumq;:priora principia prius ipsi inesse sentiendum est·

Quæstio illa gemina fuit: nam & hypothetica & categorica esse poterat: potest namq; absoExpositio·

Iure quæri utrum illæ differentiæ cœlo insint · & potest quæri hypothetice utrũ si cœlo in sunt dextrum & sinistrum insint cæteræ omnes· Aristoteles igitur primo Respondet ad questionẽ: ut hypothetice formatur : & inquit confestim namq; si dextrũ inest et:sinistrumq;:priora princi pia atq; cõmuniora ut ante/& retro:sursum & deorsum:perprius inesse ipsi cœlo sentiendũ est · Ad formam igit̃ questionis solutio est:q; si illa duo insunt:oportet cæteras oẽs in esse · & in hoc apparet defectus pythagoreoꝝ:qui illas duas tm̃ cœlo tribuũt:reliquas auferunt ·

Determinatum igitur de his est/in iis:quæ de aĩalium motibus sunt definita : q; uidelicet ipsoꝝ naturæ acõmodentur·Clarissime nãq; aĩantibus in esse uidentur· quibusdam oẽs eiusmodi partes ut dextrũ & sinistrum·quibusdam quædã:stirpi bus uero sursum & deorsum dumtaxat·

Expositio· Nunc incipit soluere qõnem absolute:& sumit quædam:quoꝝ primum est eiusmodi drãs clarissime inesse aiantibus:sed non eodem modo:nam aliis insunt oẽs ut hoibus:aliis quædam:ut an te & retro:sursum & deorsum:ueluti aĩalibus imperfectis ut conchis & id genus·aliis duæ tm̃ ut sursum & deorsum ueluti plantis·Inquit determinatum igitur de his est in his quæ de aĩaliũ mo tibus sunt definita q; uz ipsoꝝ aĩalium naturæ acõmodent̃·Insunt enim hæc aĩali ipsi quatenus aĩal est·clarissime nãq; aĩantibus inesse unr̃:quibusdam oẽs eiusmodi partes iesse uident̃ ut dex trum & sinistrum & suple cætera id genus·quibusdam quædam ut ante & retro:sursum & deor sum·stirpibus uero sursum & deorsum dumtaxat·Ex iis patet in talibus hũc esse ordinem: ut cõ munissimæ sint sursum & deorsum:qa oĩbus insunt·post has sint ante & retro:ultimæ sint dex/ trum & sinistrum·Hæc est prima suppositio·

Insuper ẽt si oportet aliquod ipsorum cœlo inesse primum profecto: quod quidẽ inesse diximus animalibus:consonum est ipsi inesse·

Expositio· Sumit secundo q; quibus aliquod hoꝝ inest:ei necesse est in esse oẽ id quod est ante illud / ut si aĩali inest dextrum & sinistrum:eidem insunt ante & retro:& si alicui ante & retro: eidem ĩsunt sursum & deorsum:& non cõuertit̃ ordo·Hæc suppõ est data in respõe ad qõnem primo modo formatam:& resumitur hic:quia seruit ad propositum·

Præterea hæc tria cum sint:unũquodq; horum esse põt quoddam principium·di co tria/ut sursum deorsum:& ante & retro:& dextrum sinistrũ·Hæ namq; dimẽ/ siones:insint oẽs corporibus pfectis consonum est·preterea sursum est: quod lon/ gitudinis est principium:dextrum latitudinis:Ipsum ante altitudinis · Insuper ẽt alio mõ mot uum rõne:hec·n·principia dico:unde motus incipiunt iis : que motũ habent·ab ipso quidem sursum est auctio:a dextro motus secundum locũ: ab ipso ante motus sensitiuus·id nãq; dico esse ante:in quo sunt sensus ipsi·

Expositio· Tertio sumit hæc tria esse principia:quod tripliciter probat:primo quia insunt corporibus pfe/ ctis·oẽ nãq; quod pfecto inest:sapit naturã principii:qa rõ principii uult esse perfecta· Secundo quia sunt dimensionũ principia ut exemplo indicat:Tertio qa sunt motuũ principia· Inqt præ/ terea hæc tria cum sint:unũquodq; hoꝝ esse potest quoddam principium : & exponit esse tria: quia sunt sex:ait tamẽ esse tria:qa tres drãe sunt:quaꝝ prima est sursum & deorsum· Secunda est ante & retro·tertia dextꝝ & sinistrum· Tunc probat hæc esse principia:& inquit hæ nãq; dimẽ siones siue drãe insint oẽs corporibus pfectis consonũ est·Hæc est prima deinde tangit secundã & inquit præterea sursum est:quod longitudinis est principiũ·dextrum latitudinis:ipsum ante altitudinis siue profunditatis·Hæc est secunda rõ·deinde tangit tertiã / & inquit insuper ẽt alio mõ motuum rõne:hæc·n·principia dico:unde motus incipiunt iis:quæ motum habent·ab ip/ so quidem sursum est auctio:a dextro est motus secũdum locum:ab ipso ante est alteratio ut mo tus sensorius·id nãq; dico esse ante:in quo sunt sensus ipsi·igitur hæc sunt principia: & hæc ẽ ter tia supõ·aĩaduersione dignũ tria hoꝝ esse principia e quibus:& tria terminos ad quos · Sursum nãq; longitudinis & auctionis principium est:deorsum uero finis utriusq; · dextrum principiũ latitudinis & Mot⁹ localis:sinistꝝ finis·ante principiũ altitudinis & alteratõis:retro finis·Hæc Ari·ipse·Quo uero ad uerba attinet aĩaduerte uerba Ari·fidelr̃ eesse trãslata:lz friuola qdã uerba

Quæ Auero. com·viii· mutauit:ut sensus expositio:q nõ refero:qa sũt pspicua· Aue·ãt uelle ur̃ hic Ari·non posuisse tertiã suppositionem:sed conclusionem principalem uidelicet q; cœlo insint eiusmodi tres differentiæ

positionis

poſitionis:& uult Ariſtotelem hoc probaſſe tum inductione:tum definitione·Inductione quidẽ
quia cunctis inſunt animalibus perfectis:cœlum autem animal eſſe|perſpicuum eſt·definitione
uero:quia ipſi cœlo inſunt omnes definitiones horum·igitur & definita · Quæ expoſitio diſſo/ Qualis expõ
nat uerbis|& proceſſui Ariſtotelis:ut patuit:Sed quo ad uerba attinet:dubitaret aliquis:quia ap Auero·
pellat illa eſſe tria:& in exemplo enumerat ſex:indicat Aueroes ſolutionem dicẽs Ariſtotelem Dubi·
pro tanto illa dixiſſe tria|pro quanto reſpexit ad nobiliora quæ ſunt principia dextrum|ſurſum
& ante reliqua tria his oppoſita ſunt ignobiliora & pocius termini ſiue fines|q̃ principia· Sed ad
huc ambiges quo nam modo hæc tria habent uim principii:cœtera autem non· Indicat Auero/ Solu·
es declarationem:dextrum enim rationem habet principii: quia pes dexter eſt principium mo/
tus|ſiniſter uero concurrit per accidens ut ſubſtẽtaculum quod an ita ſit:perquire librum de cau
ſa motuum animalium·Amplius ſurſum eſt auctionis principium|aut quia per ipſum nutrimen ii·dubi·
tum aſſumitur:quo animal augetur:aut quia pœnes ipſum & aperte eius augeri dicitur animal Solu·
præterea ipſum ante eſſe alterationis principium|etiam patet : quia ut dicetur in textu in ipſo
ponuntur ſenſus ipſi:qui a ſenſilibus alterantur·Hæc ex comento·

Inſuper etiam non omni in corpore quærendum eſt ſurſum & deorſum:dextrum & ſiniſtrum:ante & retro·Sed in iis:quæ animata cum ſint:Motus principium habent·In nullo ſiquidem inanimatorum uidemus unde principium motus · nam alia quidem omnino non mouentur.Alia uero mouẽtur quidem: ſed omni ex parte ſimiliter ueluti ignis ſurſum dumtaxat:& terra ad medium .

Quarto ſumit eiuſmodi differentias eſſe quærendas tantum in corporibus animatis|argumen/ Expoſitio·
to quia motus principium habent·aut forte quarta ſuppoſitio eſt has differentias iis in corpori/
bus inueniri quæ motus habent principium|argumento quia animata ſunt · & quia in rebus in
animis non reperiuntur·Inquit inſuper etiam non omni in corpore querendum eſt ſurſum & de
orſum:dextrum & ſiniſtrum:ante & retro:ſed in his quæ animata cum ſint : motus principium
habent·huius rationem ponit per locum ab oppoſito:& inquit in nullo ſiquidem inanimatorũ
uidemus unde principium motus·nam alia quidem omnino non mouentur · alia uero mouen/
tur quidem:ſed omni ex parte ſimiliter ceu ignis ſurſum dumtaxat : & terra ad medium · Quo Dubi· ad uer
uero ad uerba attinet:poſſet quis occurrere quid Ariſtoteles uelit per principia Motuum|eſſe in ba ·
rebus animatis:non autem in rebus inanimatis·expoſitor ait poſſe intelligi per principia| & in Solu·
terna ut eſt anima ipſa|ſiue melius uirtutes ſiue potentiæ animæ:hæ enim rebus ipſis animatis
inſunt·Inanimis uero nõ·Et externa:quæ partes ſunt:& hoc modo exponit Aueroes·Quæ ex/
poſitio uidetur plus textui ſonare quia probat inanima non habere talia principia opera omni ii·dubi·
ex parte feruntur·Secundo poſſet occurrere quia omnia naturalia habẽt principium motus·igi/
tur non recte ait quibuſdam nullas ineſſe·quibuſdam aliquas·Exponit expoſitor dupliciter aut
primum uerbum retuliſſe ad artificialia:& tunc eſt ſenſus:alia namq; omnino non mouentur|
ut artificialia:quæ mouentur per accidens:& non inquantum talia·Alia uero mouentur quidẽ:
ſed omni ex parte ſimiliter ut naturalia·uel uerbum illud retulit ad naturalia cum ſunt in pro/
priis locis conſtituta·Secundum uero ad illa naturalia:quæ extra locum proprium collocantur
& hoc inquit nam alia quidem omnino non mouentur ut corpora naturalia conſtituta propriis
in locis·alia uero mouentur quidem ſed omni ex parte ſimiliter: ut naturalia extra locum collo
cata·& hæc expoſitio ſecunda conſonat exemplo·Hæc quo ad uerba·

Verum in his ſurſum & deorſum:dextrum & ſiniſtrum ad nos ipſos quidem dicimus referendo nam aut reſpectu noſtri dextri ut augures·aut ſimilitudine ad nos ut in ipſa ſtatua:aut in his quæ contrario modo ſe ſe habent in poſitura· dextrum quidem ad nos·ſiniſtrum eſt·ſiniſtrum autem econtra·& retro quo ad nos anterius eſt·In ſe ipſis uero conſideratis nullam cernimus differentiam · nam ſi contra uertantur:contraria dicemus dextra & ſiniſtra:ſurſum & deorſum : ante & retro.

Obiter occurrit dubitatio utrum aliquo modo rebus inanimis talia ſint tribuenda · Reſpondet Expõ
& indicat talem diſtinctionem·q; res inanimæ poſſunt dupliciter cõſiderari aut ad nos: aut ab/
ſolute· Si ad nos : ſic triſariam reperiuntur : aut reſpectu noſtri dextri : ut augures faciunt
qui cornicem leuam in bonum referunt:dextram in malum·aut ſimilitudine ad nos ut ſtatuæ:
æqualita habent per quandam ſimilitudinem noſtram·aut per contrapoſituram ut in imagini/

Hæc ratio non uidetur ad principalem conclusionem: sed ad probationem minoris proximæ rationis procedere: quæ erat cætera quatuor esse priora illis duobus uidelicet dextro & sinistro & sic uidetur confirmatio & signanter probat ipsum sursum antecedere dextrum. & facit unum enthymema: in cuius antecedente sumit tria: & inquit si longitudo latitudinem antecedit: & sursum quidem longitudinis: dextrum latitudinis principium fuerit: sitq; rei prioris principiũ prius: iis tribus sumptis infert intentum: & inquit erit profecto ipsum sursum dextro ipso generatione prius. & quia multifariam dicitur prius ut generatione/tempore/& definitione: & ipse uoluit sursum esse prius generatione: addit multifariam namq; ipsum prius dicitur: ideo suple signãter dixi generatione prius esse. & enthymema hoc potest sic ad syllogismum resolui principium rei prioris est prius. sursum est principium rei prioris: dextrum uero est principium. rei posterioris. igitur sursum est dextro prius. Minor pro syllogizatur sic longitudo est prior latitudine: latitudo enim causatur ex fluxu longitudinis. sursum est principium longitudinis: dextrum uero latitudinis. igitur sursum est principium rei prioris animaduerte q. ipsum superum esse dextro prius generatione: ut longitudo latitudine: quia ex fluxu longitudinis generatur latitudo. Sed in hac ratione non parua occurrit questio: per eam enim probarem dextrum esse prius ipso ante. Nam latitudo est prior altitudine: latitudo enim motu facit altitudinem siue profunditatem & cum dextrum sit principium latitudinis: ipsum autem ante sit principium profunditatis: uidetur per hanc rationem ipsum dextrum esse prius ipso ante. Hæc quidem non parua est questio: cui nunc nihil mihi probabilis occurrit: forte alias considerabo. — Expositio. / Dubi. maxĩa / Excusatio.

Ad hæc si sursum quidem est super quod agitur motus: dextrum e quo: ipsum uero ante per quod: ita ut uim aliquam principii ipsum sursum inter alias species: subeat iure profecto increpandi sunt: tum quia principaliora principia omiserũt. Tum quia uniuersis hæc similiter inesse putabant.

Tertio principaliter arguit pars super quam fit motus: & pars e qua fit motus: & pars per quam fit motus sunt in cœlo. Sed sursum est pars super quam fit motus: dextrum est pars & qua fit motus: ante uero est pars per quam fit. igitur in cœlo sunt sursum/dextrũ/& ante. debes scire q. motus animalis incipit a dextro/& conuertitur in sinistrum: propterea fingamus hominem moueri in orbem a latere dextro in sinistrum: tunc patet in tali motu dextrum esse principium mot⁹: & sinistrum finem: sursum & deorsum puncta super quæ fit motus: ante & retro partes per quas fit motus: ad propositum si motus cœli incepit: principium motus fuisset ortus: & ita esset dextrum cœli: finis occasus: & ita sinistrum: polos super quos uertitur sursum & deorsum: culmen & imum per quæ fieret: & ita ante & retro. de ratione igitur tãgit Minorem: & inquit si sursum est super quod agitur motus: dextrum e quo agitur: ipsum uero ante per quod agitur: ita ut uim aliquam principii ipsum sursum inter cæteras species optineat: & suple hæc in cœlo sunt: uidelicet pars e qua: & pars super quam: & pars per quam: iure profecto increpandi sunt: Tum quia principaliora principia omiserit uidelicet ante & retro: sursum & deorsum: tum quia hæc duo uidelicet dextrum & sinistrum uniuersis inesse putabat: & non est ita: solum enim perfectis animalibus insunt. Hæc mihi uidetur interpretacio/& expositio huius loci. Alii uero aliter hunc locum intelligunt: ut Thomas: & Iuniores: quos secutus sum alias: nunc uero uidetur mihi hæc explanatio uerior. Aueroes uero uult ipsum sursum esse principium motuum: quia in eo collocat cor: est enim in spiritualibus contentum/& uersus sursum uergens. Modo cor est principium omniũ motuum. Verũ hæc expositio non ualet: primo quia Aristoteles in libro de animalibus ait cor esse in medio. Secundo quia non conuenit uerbis Aristotelis. Secundo exponit Aueroes ꝓpter quid ipsum ante est ad quod: & uult ipsum ante esse ad quod trifariam primo quia uisio fit intramittendo. Secundo quia contraponitur uisibilibus. Tertio quia est ad quem mouentur spiritus a corde. sed prima expositio est mens Aristotelis. Mouet tamen Aueroes questionem: nam Aristoteles ait ipsum sursum idest cor eẽ principium motuum. dextrum ait esse principium exitus & manifestationis: ante uero dicit esse finem: propterea quæres utrum hæc intelligantur respectu eiusdem motus: an respectu diuersorum motuũ. Soluere uidetur Aueroes ipsum cor esse principium omnium motuum secundum rem: alia uero esse principia manifestandi ipsum: ut dextrum & ipsum ante: & hoc siue eiusdem siue diuersorum motuum principia intelligantur. Nam quo modo cunq; sit: ratio ualet. Aristoteles enim uult habere ipsum sursum esse enumerandum inter principia: quod habetur ex hoc q. cor est principium motuum: quod uel est ipsum sursum: uel sursum uergit. Sed qualiscunq;/sit hæc questio/& illa solutio: ad uerba Aristotelis — Expositio. / Quæ Auero. com. xii. / Cõfutatio ex põis Auerois / Qõ Auerois. / Solu.

Defensio pythagoreorum·

non prosunt·Simplicius defendit pythagoreos asserens eos uoluisse in cœlo esse omnes sex ut in omni animali perfecto:uerum harum solum duarum submeminit : quia omnia entia reduxit ad duo uidelicet bonum & malum quæ per dextrum & sinistrum habentur·secundo quia hæc ut postrema supponunt prima· & propterea duo nominauerunt/ dantes cœteras intelligere· Hæc simplicius·

Nobis uero cum sit iam antea definitum tales potestates in esse iis: quæ principiũ motus habent:& cœlum sit animatum atq; principium motus habens : patet ipsi & sursum & deorsum:& dextrum & sinistrum inesse ·

Expositio·

Nunc soluit questionem cathegoricam secundum ueritatem atq; propriam opinionem : & uult cœlo inesse omnes eiusmodi differentias positionis:& syllogizat ex iis quæ supposuit hoc modo:omne animatum habens principium perse motus/ habet dextrum & sinistrum/ sursum & deorsum/ & cœtera id genus·hæc fuit una suppositio·Sed cœlum est animatum & principium motus habens:ut alia suppositio dixit·igitur cœlum habet dextrum & sinistrum & id genus· Inqt nobis uero cum sit iam antea definitum tales potestates iis inesse quæ principium motus habent:& quæ suple sunt animata·Hæc est maior·& cœlum sit animatum atq; principium motus habens:hæc est minor patet ipsi & dextrum & sinistrum/ & sursum & deorsum inesse & reliqua: Hæc est conclusio ·

Nec oportet profecto ambigere ob rotundam figuram quæ est ipsius uniuersi: quo nam pacto aliud ipsius sit dextrum·aliud sinistrum·aliud sursum:aliud deorsum:si partes conformes sint cunctæ:atq; omni tempore moueantur·

Expositio·

Sed obicit sibi primo omne habens eiusmodi differentias positionis est difforme in partibus cœlum non est difforme in partibus·igitur cœlum non habet eiusmodi differentias· Secundo omne habens dextrum:incipit de nouo moueri·at cœlum non incœpit moueri · igitur non habet eiusmodi·inquit nec oportet profecto ambigere ob rotundam figuram: quæ est ipsius uniuersi: quo nam pacto aliud ipsius sit dextrum:aliud sinistrum:aliud sursum aliud deorsum · Si partes conformes sint cunctæ·Hæc est uis primæ dubitationis · Atq; omni tempore moueantur · Hæc est uis secundæ dubitationis ·

Sed intelligendum est perinde atq; si quis in his figuris:quæ dextri etiam ad sinistrum differentiam habent:circumposuerit sphæram : habebunt enim potestates diuersas:ob figuræ tamen similitudinem habere non uidebuntur ·

Expositio·

Respondet Aristoteles ad primam/ & breuiter intendit negare maiorem: quia potest conforme in figura habere uirtutes eiusmodi diuersas imaginando multiforme effici conforme·Inquit sed intelligendum est perinde atq; siquis in his figuris:quæ dextri etiam ad sinistrum differentiam habent:circumposuerit sphæram ita ut remanentibus omnibus uirtutibus efficiatur orbis: habebunt enim tales partes conformes potestates diuersas:ob figuræ tamen similitudinem habere non uidetur:& sic breuiter maior neganda est·& sic in cœlo conformia esse possunt illa sex diuersa· Ad illam enim uniuersalem quæ erat maior/omne habens sex species positionis est difforme:sufficit instare per instantiam quæ est:uel est possibilis:uel saltem imaginaria: & ita licet nihil sit conforme per quod instare possem habens illas sex speties:nec possit esse : est tamen imaginarium aliquod conforme habens illas:ut de homine difformi conuerso ad conformem per imaginationem· Aueroes uero aliter probat cœlum habere sex differentias positionis:arguit·n· hoc modo omne animatum quod pluribus partibus motus fertur ex parte propria per partem propriam/ad partem propriam:habet sex eiusmodi differẽtias·cœlum est animatum quod pluribus motibus mouetur ex parte propria ad partem propriam·igitur habet illas sex differentias Minor diuiditur in tres propositiones/quarum prima est cœlum mouetur pluribus motibus:secunda motus cœli est ex parte propria ad partem propriam·Tertia cœlum est animatum·dicit Aueroes duas ultimas propositiones esse perse notas·cœlum enim moueri ex parte propria ait patere·Amplius cœlum esse animatum similiter manifestum est perse · tam & si simplicius hic disputat : quod nos alio loco pertractauimus · Cœlum uero moueri pluribus motibus non exponit:nec ait patere·potest tamen intelligi de motibus partialibus : una enim Motus pars incipit ab ortu & terminatur ad culmen cœli : Alia e culmine ipso ad occasum : alia ab occasu in immum cœli · Vltima ab immo in ortum rursus · Sed occures nam ex qualibus illarum potest habere intentum · Si enim cœlum mouetur ex parte propria per partem

Quæ Auero· com·xiii·

propriam

ꝓpriam super ptem ꝓpriam:sequitur ipsum habere dextrum sinistrū|& cœtera id genus·Simili̅ ualet cœlū mouetur pluribus motibus p se:igit̃ habet dextrū & sinistrū|& cœtera id genus·rursus ualet cœlū est animal igitur habet dextrū & sinistrū & reliqua:maxime si sit aial perfectum· queres igitur cū Aristo·nō accepit nisi tantū illam cœlū·uidelicet esse aiatum:& preterit alias duas:e quibus non minus sequit̃ ꝓpositum illud·Innuit Auer·solōnē hoc esse factum:quia Ari· uoluit dare cām ob quā habet dextrū & sinistrū:& p cōsequēs reliqua:quæ cā est esse animatū: modo p alias duas nō habet̃ cā:ut igitur demōstratio sua sit p cām:sumpsit cœlu꜠ esse animatū: & pterit reliquas:hæc ad qōnē· Quo uero ad exemplū Ari·de hoie cōformi: qui prius erat dis/formis:Auer·uoluit hoiem illum debere hr̃e duas cōditiones: prima est ut caput hēat ad polū meridionale꜠ siue antarticum: pedes ad polū septentrionalem siue articum:dextrum ad ortum: sinistrum ad occasum:pectus & ptem anteriorem ad culmen cœli: quod super terram est·dor/sum & partem posteriorem ad imum cœli: quod est sub terra· huius causam affert: quia aliter non esset motus cœli ab ortu in occasum per meridies super duos polos: quod est contra ratio/nem: nam pars culminis cœli quæ est super terram est præstabilior:igitur debet esse prima in motu|& magis q̃ pars cœli:quæ est sub terra· Amplius ortus est præstantior occasu· igitur ab ortu debuit incipere secundum naturam uersus culmen diei:ueluti e parte nobiliori uersus par/em nobiliorem·Secunda huius hoīs conditio est ut homo ille conuertatur ad figuram sphæricā oibus uirtutibus & potentiis:quas habebat ante cōuersionē|remanētibus· Quibus perspicuum est talem hoiem hr̃e has uirtutes & esse conformē:igit̃ cū cōformitate ptium stat diuersitas uir/tutū·Addit Auero·aliud exemplū ad ꝓpositū ut si hō sinistro pede fixo e dextro uersus sinistrū uolueret̃ ꝑpetuo:ubi patet ipsum esse diuersarū uirtutum|& cōformem esse: & ita cœlum·Sed occurres Aristoteli:nā conditionalis nihil ponit inesse:igitur ex illa conditione·uidelicet si in/cepisset moueri:nō debet poni inesse:ꝙ habeat principiū motus:pōt·n·conditionalis esse uera: cuius añs & cōsequens sunt impossibilia:ueluti ex illa cōditione si equus uolat: nunq̃ de inesse sequitur ipsum hr̃e alas·Auer·quasi soluens fingit duo principia in cœlo magnitudinis & tpis: & sic uult cœlum hr̃e principium magnitudinis ut orientalem ptem: & si nō hēat principium temporis:& ita uidetur euadere a qōne· Sed hæc sol·friuola uidetur:nā tūc dextrum non esse in cœlo nisi sub ea rōne:qua esset principium latitudinis:& nō qua esset principium motus:cuius contrarium sentit Aristo·Melius dici pōt ꝙ licet conditionalis nihil ponat inesse:potest tñ esse signū ꝓpositionis de inesse·hæc·n·conditionalis si cœlum incepisset moueri: haberet dextrū: est signū ꝙ oriens est dextrū:non tamen causa·hæc tamen dubitatio accidit in textu sequenti: sed propter comentum mota est hic·

Dubitatio· Solu· Auero· Confutatio· Propria solu·

Eodem modo de mouendi principio est intelligendum · etenim & si nunq̃ cœlū moueri cæperit:principium tamen habeat ipsum necesse est:unde incepisset:si ta/le mobile inciperet moueri:& rursus mouebitur:si stabit·

Expositio· Soluit ad secūdū & ait nō ꝓpter hoc esse negandū principiū mouendi e cœlo ipso:& si non cæ/perit moueri:ut si homo perpetuo sup pedem sinistrū esset motus in orbem:non minus haberet dextrum:& inquit eodem aūt modo de mouendi principio est intelligendum:etenim & si nūq̃ coelū moueri cæperit:principium tamē habeat ipsum necesse est:unde incepisset|si tale mobile inciperet moueri:& rursus mouebitur:si stabit: ueluti homo haberet dextrum quod est motus principium:etiam si motus esset perpetuo in orbem:& ita non repugnat ei quod perpetuo fert̃: habere principium motus· dubitatio uero huic contingens est soluta in comento dicto·

At longitudinem ipsius dico:quæ ad uertices est intercapedo: atq꜠ uerticum: al/terum sursum:alterum deorsum·differentiam enim hemisphæriorum in solis his cernimus:argumento ꝙ uertices ipsi non mouentur· Præterea etiam mundi la/tera sursum esse & deorsum non dicere consueuimus: sed esse præter uertices: propterea quia hæc est ipsius longitudo· In latus enim est: quod præter sursum atq꜠ deorsum est·

Expositio· Hactenus ꝙ coelum habeat dextrum & sinistrum: & penes quæ sumantur declarauit: nunc de ipsius supera & infera parte pertractat: & inquit at longitudinem ipsius dico: quæ ad uertices est intercapedo: uertices enim sunt: quos græci polos uocant: linea itaq꜠: quæ e uertice traheretur ad uerticem longitudo mundi siue coeli est: quæquæ diameter:

etiam dicitur. atq; uerticum lineam illam terminantium alterum sursum: alterum deorsum dico generatim igitur quae longitudo: & quae pars supera & infera sit: patet. hoc probat primo sic ea poenes quae attenditur distantia semisphaerarum: sunt sursum & deorsum. sed poenes uertices attenditur distantia hemisphaericorum. igitur uertices sunt partes sursum & deorsum. Minor patet pro tanto quia solum uertices in coelo sunt inmobiles. & propterea solum super ipsos fit motus. debes scire q; coelum est sphaera: cuius una medietas artica: altera antartica est: linea enim aequinocii diuidit illas: dicitur una artica siue septentrionalis: quia punctus ipsius medius est uertex septentrionalis. dicitur altera antartica: quia punctus medius est uertex meridionalis. & ita patet hemisphaeria sumi poenes eiusmodi uertices ob illorum inmobilitatem. inquit differentiam enim hemispheriorum ut q; unum sit septētrionale: alterum meridionale in solis his punctis cernimus: argumento q; uertices ipsi non mouentur. & ita uidetur uti centra illorum. hoc docet totam coeli longitudinem esse intercapedinem ad illos uertices. Secundo idem persuadet a consueto modo loquendi: & hoc quia quae sunt ad ortum & occasum nō solemus dicere esse sursum uel deorsum sed magis ad latera. quae uero sunt ad uertices ipsos solemus dicere ipsa esse aut sursum aut deorsum. Qui loquendi usus docet uertices esse sursum & deorsum: ortum & occasum esse latera siue latitudinis terminos uidelicet dextrum & sinistrum. Inquit praeterea etiam| Mundi latera sursum esse & deorsum non dicere consueuimus: nec ea quae ad illa sunt. sed esse praeter uertices| propterea quia haec est ipsius coeli longitudo. In latus enim est quod preter sursum & deorsum est: & sic ab hoc loquendi modo: habemus ortum & occasum esse latera siue dextrum & sinistrum: uertices uero esse sursum & deorsum. Sed occurrit Aueroes: quia non uidetur uerum uertices esse inmobiles. Nam uel quiescunt perse: uel per accidens. Si perse: igitur possunt moueri: cui enim inest unum oppositorum eidem inesse potest alterum: per regulam topicam. si per accidēs: igitur ad quietem alicuius perse: sed nihil est actu in ipso coelo: quod perse quiescat: igitur nullo pacto quiescunt. Innuit Aueroes duas Sol: quarum prima est Aristotelem loqui secundum imaginationem mathematicorum: Illi enim fingunt polos siue uertices inmobiles. Secunda est uertices ipsos quiescere per accidens ad quietem partium: quae iuxta uertices ponuntur: quae quidē quiescunt secundum naturam & subiectum: licet secundum formam moueantur ut sexto physicae auscultationis dictum est. Vertices igitur perse secundum formam mouentur: quiescunt tamen per accidens quiete partium: quae quiescunt secundum materiam. Sed uidetur haec Auerois determinatio friuola uidetur. primo quia si uertices mouerentur aut motu recto| aut circulari: non recto: quia neq; sursum| neq; deorsum. neq; circulari: quia omne quod mouet̄ circulariter describit circulum apud Euclidem. Quod si uertex describat circulum: tūc illius circuli adhuc erit dare centrum: & uertices: & ita in infinitum. Secundo datur medium inter quiescens & mobile: ut id quod non mouetur: deus enim neq; quiescit: neq; mouetur: sed est in mobilis: ita uertices nec mouentur nec quiescunt: sed sunt inmobiles: quia cum sint indiuisibiles: nō sunt apti motui: nec quieti. Solebam dicere uertices secundum Mathematicorum imaginationem esse puncta indiuisibilia: quae nec mouentur| nec quiescunt: & sic procedunt rationes secundum physicam imaginationem sunt partes minimae: quae mouentur motu totius per accidens: cum sint moueri aptae cum sint diuisibiles: & hoc modo concederet Aueroes illos describere circulos per accidens propter motum fundamenti & coeli.

qō.

Sol' Auerois

Confuta. Auero.

Defensio

Verticum uero: qui nobis apparet: infera pars est: qui uero nos latet: est supera. Nam dextrum cuiusq; dicebamus unde motus localis principium est. At conuersionis coeli principium est: unde exoriuntur sidera. quare hoc erit dextrum. Sinistrum uero, ubi occubunt. Si igitur a dextris incipit: & circumfertur ad dextra: uerticem qui nos latet: superam partem esse necesse est: si enim is erit: qui apparet: Motus erit ad partes sinistras: quod quidem non concedimus.

Expō

Hactenus generatim q; uertices sint sursum & deorsum coeli: nunc speciatim dicit uerticem qui nobis apparet esse partem inferam: qui uero nos latet: esse partem superam. Syllogizat autem sic si motus coeli incipit ab ortu: & finit in ortum: polum qui nos latet oportet esse superum: qui nobis apparet inferum: sed motus coeli incipit ab ortu: igitur polus occultus est sursum. Inquit uerticum uero qui nobis apparet: infera pars est: qui uero nos latet: est supera. probat supponendo quae de dextro & sinistro dixit: & inquit nam dextrum cuiusq; dicebamus | unde motus principium est: at motus localis coeli principium est: Vnde exoriuntur sidera: igitur in prima figura

ortus erit dextrũ:sinistrũ uero ubi occubunt:hoc sumpto arguit· Si igit̃ mouet̃ a dextris & circumferet̃ ad dextra:uerticẽ qui nos latet:superã partẽ esse/necesse est · Probat positionẽ antecedẽtis per locũ a contrario:& inquit:si·n·is erit qui apparet:motus erit ad partes sinistras:quod quidem nõ cõcedimus· Vbi nãq; ille homo fingeret:qui caput haberet ad uerticẽ apparentẽ:& pedes ad uerticẽ occultũ:nõ posset habere dextrũ ad ortũ:nisi dorsũ teneret ad culmen diei:quod est cõtra dicta:ꝓpterea si debeat habere pectus ad culmen diei:& dextrũ ad ortũ:caput habeat ad polũ occultũ:pedes ad polũ sublimẽ necesse est· Aueroes uero in comẽto huius loci digredit̃ ibi·Sed habet̃ quandã quęstionẽ:ubi mouet quęstionẽ:nã aut Ari·per dextrum & sinistrum & eiusmodi coetera uult partes coeli integrales:uel extrinseca quedã·Si ptes:tũc mutabunt̃:erit·n· una pars nunc in ortu:nunc in occasu:& in aliis locis ·Si intelligit extrinseca:non uidetur:quae sint·Hanc questionem soluit ibi & uisum est mihi:& solu·eius forsitan est q; eiusmodi uirtutes sunt animæ coeli potestates ut illæ hc minis:& tũc bifariã considerari possunt aut respectu aĩæ tantũ:& sic sunt in uniuerso coelo & in qualibet parte coeli:ueluti anima ipsa etiã: & hoc modo sunt immutabiles:aut respectu illius in quod influunt:& hoc dupliciter/aut respectu coeli:in cuius partem primo influxerũt:& sic pars coeli nobilior quæ primo fuit in ortu:dicit̃ dextra:quæ forte fuit stellatior pars orbis primi:& huic opposita fuit in occasu·Si·n·coelũ incepisset moueri hæc pars fuisset in ortu primo:& hæc primo recepisset influentiã dextri:& hoc modo hæc pars mutatur de dextro in sinistrũ:quia nũc est in ortu:nunc in occasu:nunc in aliis posituris:aut respectu mundi habitabilis·In cuius una positura perpetuo influit:& hoc mõ sunt imutabiles:qa ea pars mundi:quæ primo uim ortus assumpsit:semp eam detinet p eandẽ ꝓportionem ad uertices & ad centrũ:& ut uno uerbo dicã:hæ differentiæ positionis accipi possunt pro uirtutibus animæ absolute:& sic nõ mutant̃:& nõ sunt in aliqua parte mundi magis q̃ in alia·Alio modo pro ptibus coeli:quæ in prima motus genitura:si incepisset susceperunt influentias talium:& sic sunt partes imutabiles ſm absolutã rõnem:licet mutationẽ subeant respectu mundi inferioris · Tertio possunt sumi pro posituris mundi acceptis in cõparatione ad uertices & centrũ:& etiam sic sunt imobiles:quia ea mundi positura quæ semel fuit ortus:semp est dextrũ:& in aliis similiter:& ita per ortũ uult esse intelligendũ eam mũdi posituram:ad quam primo prima pars coeli fuisset si incepisset moueri:ut ea in qua fuisset Cancer:qui fuit horoscopus genituræ mundi:& p occidens uult partem huic contrariam:ut eam mundi posituram : in qua fuisset Capricornus: & addit istas posituras esse stabiles:si terra quæ nunc habitetur : naturaliter semper habitetur: quod ait propter eos qui uolunt terram debere cohoperiri aquis naturaliter:& quod non mutet̃ simpliciter secundum totum : quod ait propter tenentes diluuium : quod ait concessisse Albumasarem mathematicum·Debes scire pro declaratione huius loci q; Ptolemæus fingit unum orbem maximum non realem:sed more geometrico imaginarium:qui immobiliter totũ mundum continet:hunc realem esse dicunt catholici:& stabilem atq; locum beatorum : sed siue sit realis siue imaginarius:propositum non destruit quo ficto:ulterius oportet imaginari illum hominem magnum conuerti in hunc:ita ut dextrum eius conuertatur in eam huius coeli partem: super quam emergisset prima pars coeli realis:& hæc est dextrũ & ortus:sinistrum uero conuertatur in eam huius orbis partem:quæ primæ opponitur:pectus eius in tale culmen super terrã constitutum:dorsum in imum sub terram positum:caput uero ad uerticem antarticum meridionalem australem :pedes ad polum illi contrarium articum septentrionalem:borealem· Hoc cõstituto/dicendum uirtutes animæ siue coeli siue mũdi posse trifariam considerari : aut respectu huius orbis imaginarii:& hoc modo sunt stabiles atq; fixæ·Semper·n·uis dextri influit in ortũ huius qualitatem inciatiuam motus perpetuam:& uis sinistri influit in occasũ huius similiter qualitatem terminatiuam motus:& similiter aliæ uirtutes in aliis huius orbis differentiis : aut respectu orbis mobilis motu diurno:& hoc modo in prima orbis motione :ea huius orbis mobilis pars recepisset uim dextri:quæ primo fuisset in ortu primi orbis:quæq; moueri cœpisset uersus culmen diei : & sic de aliis etiam dicendum est · Et hoc modo tales uirtutes sunt mobiles/ & immobiles:mobiles quidem : respectu orbis imaginarii fixi : quia mouentur cum suis illis partibus : quæ primo affectæ fuerunt ab illa coeli anima ·Immobiles uero respectu partiũ coeli in quibus fuerunt receptæ:nam illas nunq̃ desinũt/atq; nunq̃ in alias migrant·Aut considerari possunt absolute hoc est nec respectu orbis imaginarii/nec respectu orbis mobilis:sed ut sunt uires animæ : & hoc mõ sunt imobiles oĩno:quia sunt totæ in toto illo:& totæ in qualibet parte illius:& hoc semp & imutabiliter·hæc est declaratio Auer·Secundo dubitaret aliquis an tales uirtutes sex sunt in coelo:& arguit Aueroes q; nõ:quia tunc essent formæ in subiecto:& ita ma/

Quæ Auer· comento·xv·

Qõ Auer·

Solutio·


De orbe fixo

Secunda du·

terlales:igitur corruptibiles:igiť aliqñ corrumpenť:aliter possibile redderet impossibile:decla
Solu · Auer· ratū est·n·generatim tā in substātiis:q̄ accidētibus oē corruptibile necessario corrumpi· Soluit Auer· has potētias s ue uirtutes nō esse materiales:hoc est æductas de potētia materiæ:sed sunt po nntiæ a æ cœli:quæ cœlo uniūtur i m se:& oēs eius potētias ppriās:qua rōne sunt formæ im/
Tertia dubi· materiales ueluti & ipsa aia:cuius sunt·licet sint coelo copulatæ ueluti aia ipsa· Adhuc occurres: quia tales sex dr̄e sunt in pdicamento relationis:sed ut sic sunt in pdicamēto qualitatis aut sub/ stātiæ/cū sint aut aiæ cœli qualitates:aut ipsa aia·Adhuc rñdet Auer·& uult tales drās posse ēt sumi pro relationibus quibusdā:nō tantū pro potētiis ipsis:nā si sumanť respectu aiæ sunt sub/ stantiæ uel qualitates:sinaūt respectu terræ habitabilis nostræ:sic sunt relationes siue similitu/ dines quædā sumptæ respectu terræ:ceu sumunť in colūna respectu aialis:ita ut ea pars sit in coe lo dextra:quæ est in directo illius habitationis ubi primo apparuit coelum moueri si incepisset moueri:ea anteriore:quæ transit p eam terre partē:ad quā primo cœpisset emergere:& sic in coe teris suo modo:& hoc mō tales relationes sunt fixæ:quia sunt subiectiue in terra ipsa/& reales respectu terre·In cœlo aūt sunt respectus rōnis/& imaginariæ:ut de colūna dicit·in·vii·physi· hoc autem persuadet auctoritate Aristotelis:qui ait deum esse in maximo circulo ut in orbe pri mo:& non nisi in orientali parte illius:qua ratione fit ut orientalis pars sit dextra : debet enim deus esse in nobiliori parte:qualis pars est dextra·Et hoc modo ut dicit non mutātur iste diffe/ rentie:quia sunt reales respectu terræ & fixæ:licet partes continuo mutētur:ut accidit in motu
Quarta dub· rotæ:quæ mouetur a motore fixo:ubi patet partes uariari:& respectus ad illum esse inuariabi/ lem · Soluit obiter dubium·dixerat enim deum esse in parte orientali : cum pars orientalis sit
Solutio· ampla & magna:quæret quis in qua parte illius sit deus·Soluit deum esse in medio ortus : nam
Quinta dub· ibi apparet potentia mouendi illius·Sed adhuc dubitares:in cœlo namq; sunt nobile & igno/
Solutio· bile·igitur cœlum fit ex contrariis· Respondet in calce comenti : & uult partem nobilem esse stellaram/ignobilem esse non stellaram:& hoc modo coelum bene est ex partibus diuersis:non
Sexta dubi· tamen contrariis·Adhuc dubitabis cœlum mouetur successiue de dextro in sinistrum:& de an/ te in retro:& omnis successio est per admixtionem contrarii · igitur in cœlo est contrarietas·
Solutio· Respondet auctoritate Alexandri non semper successionem esse propter admixtionem contra/ rii·potest enim quandoq; esse propter incompossibilitatem terminorum·ut·vi·physicorum est determinatum·hæc Auerces in comento:in quibus erunt dubitationes non paruæ·

Patet igitur cum uerticem:qui nos latet:cœli partem superam esse:& eos quidem qui illic incolunt in hemisphærio supero esse:atq; in dextris/nos autem in infero: atq; sinistris/cuius contrarium pythagorei autumant/qui quidem nos supera fa/ ciunt dextraq; in parte/illos/Infera atq; in sinistra/at contrarium accidit·

Expositio·



Ex dictis duo concludit/Primo cōclusionē principalē·uidelicet q; uertex meridionalis est cœli pars supera·/Secundo q; illi qui sub illo uel uersum illū incolūt: sunt in parte mundi supera/nos uero ecōtra sumus in infera pte: quia uersus uerticem septen/ trionalem:quæ est cœli pars in fera/hæc autem sunt de directo contra pythagoreos ut ait · Inqt patet igitur cum uerticem : qui nos latet:cum sit sub pedibus: quem manes uident:cœli par/ tem superaz esse:hoc est primū: & eos quidem qui illic incolūt in hemisphærio superiore esse: atq; in dextris·nos autem in in fero:atq; sinistris·& hoc est se/ cundum:huius contrarium py/ thagorei

thagorei autumant:illi enim nos supera faciunt:dextraq; in parte:illos infera atq; in sinistra.at ut inquit contrariũ accidit.hæc contra pythagoreos.In quibus erunt dubitationes non paucæ.
Sed secundæ conuersionis ceu uagarũ stellarum;nos quidem in superis dextrisq; sumus /Illi uero in inferis atq; sinistris/est enim iis motus principium cõtra/quia lationes ipsæ contrariæ sunt/Quare fit ut nos in principio:illi in fine simus consti tuti/De partibus igitur per dimensiones locosq; definitis hæc hactenus.

Forsitan uult declarare:quo nam modo hæ positiones distinguantur secundum motus stellarũ uagarum:quæ græce planetæ dicuntur:& hæc est bona expositio:qua Thomas textum hũc exponit:& placet/aut forsitan uult declarare quo nam modo nos sumus siti respectu motus planetarum/declarauit enim quo modo sumus collocati respectu motus diarii.& hoc modo exponit Aueroes:& pro hac expositione facit ea rõne, Aristoteles quasi uerificat positionẽ pythagoricoꝝ. Sed quouis modo exponatᷣ:debes scire usq; ad tempora Aristo.duos motus in stellis esse deprehensos/alterum diariũ cõem oĩbus stellis:quo uidelicet mouetur orbis stellatus/& omnes alii orbes in.xxiiii.horis/Alterũ uero ꝓprium/huic aduersum;ab occasum in ortũ:quo motu mouẽtur planetæ diuersis tꝑibus/ut Sol & Venus & Mercurius fere in anno:Mars in tribus:& alii suis temporibus:quo motu stellas fixas moueri usq; tempora Aristo.nõ fuit obseruatum/Tunc sequitur ortũ in tali motu & dextrũ esse in occasu:sinistrũ in ortu:sursum ad septentrionẽ/deorsum ad meridiem:ante ad culmen:retro ad imum/Et iuxta hæc patet habitatio nostra qualis sit respectu motus huius.Inquit sed secundæ conuersionis:quæ est uagarum stellarum;nos quidem in superis dextrisq; sumus:illi uero in inferis atq; sinistris.Cuius causam subdit & inquit.est.n.iis uagis stellis motus principium contra aut iis habitantibus:quia lationes ipsæ contrariæ hoc est aduersæ sunt:non enim proprie est in eis contrarietas.Concludit quare fit ut nos in principio:illi in fine collocati simus:demum epylogat:& inquit de partibus igitur per dimensiones: locosq; definitis hactenus:has enim partes dupliciter descripsit per dimensiones ut dextrũ per esse principium latitudinis:& alias aliis modis.& per motum localem ut dextrum per esse principium motus localis:& cæteras aliis modis.hæc Aristo./Ex iis colligit Aueroes de intentione Aristotelis posse esse habitationem ultra æquinoctium:ut pote inter polum meridionalem & circulum Capricorni:ueluti citra & inter polum septẽtrionalem & circulum Cancri.Et hæc est intentio Aristotelis in meteoris/& Alexandri & Simplicii:& iis nostris annis.M.cccccvii.uerificatum est per nauigantes:qui ultra æquinoctium per multa miliaria inuenerunt habitationes:sed de his alias/Sed mouet Aueroes qõnem:nam in qualibet quarta terræ est dextrum & sinistrum:ante & retro/sursum & deorsum:imo in qualibet ciuitate:immo in qualibet domo:igitᷣ quare Aristoteles dixit incolentes meridiem esse in dextro:& sursum:& nos esse deorsum & sinistris/Soluerunt quidam Aristotelem per nos intellexisse græcos ut sit sensus nos.s.græci sumus deorsum quia sub polo septentrionali:& in sinistro istius quartæ:quia græci uergunt magis uersus occasum/Sed hanc responsionem refellit Aueroes quia a pari nonnulli etiam illorũ alterius poli sunt uersus occasum:& nonnulli uersus ortum:igitur absolute non debuit dicere eos esse in dextro:& ita uidetur eum non esse locutum de græcis tantum:sed de tota hominum societate:quæ citra æquinoctium est:& de tota societate hominũ:quæ ultra æquinoctium est.& sic uidetur non parua questio/Themistius dixit ut narrat Auer.Aristo.esse locutũ more pythagoreoꝝ qui dextrum & sursum pro eodem sumunt:& sinistrum & deorsum:& tunc iuxta hoc nulla est questio:nam ubi non est necessitas:loquendum ut plures:huius solutionis est Thomas./Tertio Respondet Aristotelem aliter accepisse hic dextrũ & aliter antea.hic enim dextrum ꝓ nobile: & sinistrum pro ignobili sumit:& sic polus meridionalis est sursum & dextrum hoc est nobile: polus noster est deorsum & ignobilis.at pythagorei contrarium autumant:dicunt enim hunc polum esse sursum & dextrum:quia nobiliorem illo.Cuius signum forte dicunt esse ex multitudine stellarum:quæ in parte hac cœli sunt:qua ratione dixerunt quidam hũc locum esse habitabilem naturaliter:dicentes propter stellas terram hanc exiccari ab aquis:quia stellæ calefaciunt hunc locum.igitur hic Polus est præstantior saltem prestatu stellarum:& dexter siue nobilis:ut dixerunt pythagorei/Respondet pro Aristotele asserens fortasse stellas huius poli esse plures numero & quantitate discreta:illas pollentiores & maiores:& ita illa pars facit id paucioribus:quod hæc pars pluribus facere nõ põt:& ita illa est nobilior/Sed tunc Aueroes quærit utrũ pars meridionalis sit nobilior parte septentrionali:hæc.n.qõ uidetᷣ ambigua:quia locus ille est deorsum & sinister respectu motus planetarũ:igitur est uilior:at noster respectu motus

Expositio.
Motus diarius
Motus proprius
Quæ Auer. com.&to.xvi.
Qõ Aueroïs
Prima solu.
Confutatio ꝑ Aueroem.
Sol.Themi.

diurni est ecōtra:est·n·sinister & inferus:igitur uilior:ideo undiq; sunt argutiæ ·Soluit sub ambiguo nam si motus diurnus est nobilior motu uagarum:ille erit p̄stabilior:quia sursum & dexter:at si contra motus uagarum est nobilior motu diurno:iste noster est nobilior & dexter:aut aliter locus cœli dicendus est nobilis & ignobilis pro ratione stellarum:& quia stellæ illic sunt maiores & pollentiores:forte ille locus est præstantior·ait tamen questiones has & similes nō posse attingi ab intellectu nostro:aut saltem esse difficile ·Astronomi uero dicunt illos p̄stare: quo ad uite longitudinem:nam sunt in dextro & supero motus diurno:e quo est continuatio & uita:nos uero prestare quo ad reliqua animæ:quia hæc sunt a uagis stellis:sub quarū dextro &

Prima q̄stio generalis· supero collocamur·hec satis ·Sed circa finem huius capituli querunt:an in cœlo siue mundo sint hæ sex positiones:dextrum & sinistrum:ante & retro·Et arguo q̄ nō ·Primo he positiones siue partes differunt specie/Sed in mundo siue cœlo non uident differre partes specie/igitur in cœlo hæc esse non possunt ·Secundo hec sumebantur & definiebantur per diuersos motus ut dextrū per motum in loco:ante per motum alterationis:sursum per motum auctionis/Sed in cœlo nō est nisi unus & simplex motus localis/igitur hec non sunt in cœlo· Tertio omne corpus in quo hæ partes sunt: est dissimilare/sed cœlum nō est dissimilare:immo conforme in se & quolibet

Secūda qō· sui· Ex iis uidetur eiusmodi siue partes/siue positiones non esse in cœlo· Secundo querunt utrū dextrum cœli sit ortus:& uidetur q̄ non ·Primo ortus non est principium latitudinis/igitur nō est dextrum/tenet consequentia per definitionem dextri : antecedens patet : quia Ptolemæus sumit per distantiam polorum latitudinem:per distantiam ortus & occasus sumit longitudinē· ·Secundo si ortus esset dextrum ubiq; in cœlo esset dextrum/quia quelibet pars cœli potest esse ortus alicui habitationi· ·Tertio si motus incepisset nō prius incepisset in ortu:q̄ in cœteris cœli partibus/quia est continuum/& continuum est cuius motus est unus/igitur nō magis ortus est

Tertia qō· dextrum cœli q̄ quæuis alia pars ·Vlterius tertio dubitatur utrum sursum & deorsum debent sumi a polis:& uidetur q̄ non ·Primo quia sursum est locus ignis:deorsum locus terræ/Secundo quia sursum & deorsum debent sumi secundum terminos longitudinis· Sed non est longitudo magis capienda inter duos polos:q̄ inter quæuis duo alia puncta cuiusq; maximi circuli ·Ter

Quarta qō· tio deus est in loco supero/sed deus est in ortu/igitur ortus est superus locus ·Quarto quærunt utrum culmen cœli sit ante:& uidetur q̄ non ·primo ante est principium alicuius motus/sed culmen est medium continuationis motus ·Secundo ante est principium alterationis/in coelo nō est alteratio· Tertio ante est principium altitudinis/sed in coelo nihil est altius ·Hæc sunt dubi

Sol· qōnis & solónis ordo· tationes maxime de eiusmodi coeli partibus siue posituris·Sed circa istas dubitationes primo loquemur generatim de toto:deinde speciatim de omnibus ·Quantum ad primam partem : qui

Prima pō· dam poenitus e coelo ipso eiusmodi differentias reales abstulerunt : dicentes omne tale quod eiusmodi differentias habet:esse difforme ac dissimilare:& quia coelum est conforme & similare has posituras e coelo ipso remouent:sed quia dicitur quandoq; stella dextra/aliquādo sinistra propterea uolunt eiusmodi differentias esse in coelo solum comparatione ad nos/terramq; no

Confirmatio per aliquos· stram:quā inhabitamus:nō aūt realiter uel subiectiue in coelo ipso:ut de colūna dicit· Nōnulli in tantū huic positioni inixi sunt:ut dixerint hāc positionē esse Auer·cū dicat tales differentias

Pō Pythago· inesse coelo per respectū & similitudinē ad nos ·Pythagorei uero coelo tribuūt solū duas dextrū & sinistrū:uerticesq; ipsos esse dextrū & sinistrū & ortum & occasum similiter/& culmen & imū etiam:potissimum tamen ortum & occasum/Mouentur·n·ex hoc quia in coelo nō est nisi unus

Diuisio coeli



motus uidelicet localis/modo penes motum localem solum dextrū & sinistrum colliguntur · Ex iis solū hæc duo coelo ipsi tribuunt ·

Aliorꝫ pō· ·Quidam alii uolunt in coelo esse tales differentias·Sed esse stellam tātum : uolunt enim stellā esse dextrū coeli/sinistrū/ante & retro/& oēs drās positionis in coelo/Ad cuius declarationē diuidūt coelū ipsum quatuor in quartas·Prima quidē est ab a in b p tres horas an pūctū ortus/& tres post· Secunda est ab ipso b in c p tres horas an̄ punctū culminis/& tres post · Tertia est ab ipso c in ipsum d per tres horas ante occasum & tres post · Quarta uero est ab ipso d in a per tres horas ante imum & tres post· Dicunt igitur stellam uerbi causa solem in prima coeli plaga constitutum esse coeli eius dextrum · Solem uero in secunda collocatum ipsum esse coeli ante · Solem in tertia positum esse coeli

eſſe coeli ſiniſtrum:ſolem in quarta diſpoſitum eſſe retro:quæ ratio docet nihil aliud eſſe eiuſ/
modi coeli poſituras ſiue differentias niſi ſtellam orbis diuerſimode conſtitutam : ut dicunt de
orbe ſolis:ſic dici poteſt in quolibet orbe:omnis enim orbis habet ſtellam propriam : quæ eſt
potior pars:& ita illa eſt omnes hæ poſituræ|diuerſimode conſtituta · Hanc poſitionem ſentit
Albertus inter latinos non paruus : nam ſtella eſt potior pars cœli : igitur in illa ſunt omnes
uirtutes animæ|& ipſa orbis anima:ueluti in corde omnes uirtutes & ipſa anima · Sed hæc po/
ſitio non eſt peripatetica·Primo quia ex hac ſequeretur ſolam ſtellam eſſe animatā| uel ſaltem
principaliter animatam:quia ibi ſolum eſt anima cœli:& omnes uirtutes · Et ubi conceditur:
cum ſtella ſit animata anima nobiliori adhuc ipſa habet dextrum & ſiniſtrum & ante & retro|
ſurſum & deorſum|& reddit queſtio de partibus eius : ex quo ipſa eſt uniformis|ut dictum eſt·
Secundo hæc poſitio eſt contra exemplum Ariſtotelis:nam in litera declarans quo modo poſ/
ſunt tales partes cœlo ineſſe fingit hominem magnum cuius dextrum teneat ad ortum:& ſini/
ſtrum ad occaſum & ante ad culmen & retro ad imum : & tunc uult talem hominem conuerti
in ſphæram remanentibus omnibus uirtutibus : ſi igitur ſtella habet omnes has uirtutes & eſt
hæc omnia diuerſimode conſtituta:tunc ille homo habuiſſet caput|pedes|pectus & dorſum &
brachia omnia in ſtella|cōtra imaginationem Ariſtotelis Simplicii| Auerois|& omniū · Tertio
uidetur hæc poſitio contra alium caſum Auercis & Ariſto·& cœterorꝫ expoſitorū· Aiunt enim
ortum eſſe dextrū:quia ſi cœlum cæpiſſet moueri illinc primo cæpiſſet·ponatˀ igitˀ ad imagina
tionem uel ſm ueritatem religionis motum incepiſſe certū eſt tūc coelū in primo inſtanti geni
turæ habuiſſe omnes has differētias|& ptes:quia ſi dextrum:igitur & ſiniſtrum : & cū hæc ſint
infima:ut dixit Ariſtotelees contra pythagoreos:igitur omnes priores habuiſſet:& cum tūc nō
habuiſſet actu ſtellam niſi in aliqua quatuor quartarū : ſequitur tunc non habere illas omnes:
ſed tantum dextrū uel aliquod unum tale:contra Ariſtotelem:& eius rationem · Quarto tunc
in cœlo non poſſent aſſignare ſurſum & deorſum eſſe polos:quia nunq̄ ſtella uenit ad polos:
aut ad quartas illi uicinas·nulla enim ſtellarum uagarum poteſt ultra eclipticam diſtare plus
ſex gradibus ut ſupputant Aſtrologi · Quinto cum tot ſint ſtellæ in coelo octauo & ut dicunt
mathematici plures ſint æquepotentes atq; æquelucide : oportet aut has differentias non ſumi
poenes ſtellas:aut eſſe tot ſex:quot ſunt ſtellæ:quod non credo eſſe peripateticum· Sexto tūc in
mundo non poſſunt aſſignari tales differentie:de quo Ariſtoteles principaliter diſputat : nam
nulla ſtella eſt quæ ſit principaliter totius mundi:imo ſolum tales differentiæ poſſunt aſſignari
in ſingulo orbe|cuius eſt una uaga ſtella·Et in mūdo non:neq; in orbe ſtellato:cuius contrariū
Ariſtoteles probauit:qui has docuit poenes motum diarium|& poenes motum uagarum ſtel/
larum· Innuens primas quæ ſumuntur poenes motum diurnum eſſe totius mundi · Secundas
eſſe orbis ſtellarum uagarum·Quod autem hæc poſitio ſit contra Aueroem: quē tantopere ma
gnifaciunt:patuit comento·xv·& preſenti comento·xvi·& contra Alexandrū| Simplicium|&
omnes expoſitores græcos. Reſtat igitur ut primo concludamus in coelo eſſe tales differentias·
Secundo declaremus mentem Ariſtotelis:dicamus igitur ſine dubio hæc coelo eſſe tribuenda
& ſecundum rem:& ſecundum ſubſtantiam. Quod tribus rationibus poteſt explicari · Primo
hæc competunt animali ut animal: ſed coelum eſt optimum animalium: igitur ſibi magis com/
petunt:omne enim quod imperfectis animalibus competit : fas eſt ut perfectiori competat : &
hanc rōnem dixit Aueroes eſſe a priori. Secundo omne quod habet principia motus per ſe:qui/
bus mouetur de parte terminata|per partem terminatam|& ſuper partem terminatam : habet
dextrum|atq; ſurſum & ante/pars·n·terminata unde motus dextrum eſt·pars per quam eſt mo
tus ante exiſtit·pars ſup quam eſt motus eſt ſurſum/at coelum hæc habet ut probatum eſt·igitˀ
coelum omnia hæc principia etiam habet· Tertio omne quod mouetur a ſe habet dextrum|&
coetera id genus/Nam quod mouetur a ſe habet principium motus & eſſendi|& manifeſtandi|
& hoc dicitur dextrum;coelum autem moueri a ſe nemo dubitat·patet igitur coelum hæc habe
re. Quod quidem igitur coelum habeat ſex differentias poſitionis:perſpicuum· Vlterius quales
& quæ ſint:declaremus : ubi primo animaduerſione dignum aliter Aſtronomum ſumere hæc
& aliter naturalem· Aſtronomus·n·dextrum & ſiniſtrum ſumit poenes ſitum ſtellæ ad ſtellam
ſimiliter & ſurſum & deorſum:ante & retro· Dextram enim appellat Ptolemæus ſtellam quæ
prius exoritur ante ſtellam : ut ſi Mars ſit in ſigno Arietis | & Iupiter in Tauro : Mars dicitur
dexter ad Iouem:quia exoritur nobis ante Iouem·Iouem quoq; eſſe ſiniſtrum Marti : quia exo/
ritur poſtea · Hoc etiam modo dicunt ante & retro:non enim faciunt inter dextrū & ante:ſini/
ſtrum & retro differētiā·Superior uero ſtella eſt:quæ per pauciores ſigni ptes diſcurrit:ut Mars

Confutatio·

Propria pō·

Prima ratio·

Quales ſint
dr̄e poſitiōis·
Quæ Aſtro·

si fuerit in Arietis parte prima: Iupiter in ipsius Arietis parte.xv.coniuncti dicunt: sed in constitutione Mars dicitur superior. Sumitur etiam quandoq; superior pro digniori in signo est enim Mars in Ariete superior Ioue: quia Mars habet in Ariete plures iurisdictiones q̄ haberet Iupiter aliquando etiam pro eius constitutione in altiori parte orbilli siue epicicli, ut quando est in auge siue absida. Hæc astronomi naturales autem sumunt hæc quandoq; pœnes unum, quãdoq; pœnes plures motus: hoc est quatenus sunt principia uel fines unius uel plurium motuum. plurium quidem ante dicunt quod est principium alterationis aut finis: dextrum principium lationis: sursum uero auctionis. Vnius uero dextrum dicunt unde motus inciperet: ante autem per quod motus continuatur: sursum super quod motus fit. Verum apud physicos hæc sumi possunt aliquando ut partes: aliquando ut ubi ut.iiii.physicorum com.v.ut quidẽ ubi: sic duæ sunt tm̄ uidelicet sursum & deorsum in mundo infero: sursum quidem est locus ad quæm leuia ferũtur: deorsum uero locus ad quæm grauia feruntur: & hoc modo non sumpsit hæc Aristoteles. ut uero partes: trifariam adhuc sumpserunt: aut ut partes potestatiuas: hoc est pro potestatibus & uirtutibus ipsis: aut ut partes integrales hoc est pro membris: aut ut partes relatiuas hoc est pro relationibus. Iis uisis uidendum est primo quo nam modo hæc sint in uniuerso mundo: Secundo quo modo. In singulo orbe. de primo dicamus has inesse toti mundo ut uirtutes neminem debere dubitare. Nam cum hæc competant ei quod mouetur a se & habet animã. siue deus sit ut mũdi anima siue aliqua aĩa in medio mundi ut ponit Plato: hæc anima sine dubio potest Motum diurnum incipere qua ratione uim dextri nanciscitur: illum continuare: & ita uim anterioris: & illum circũuoluere: & ita uim superioris: quare anima mundi erit istæ potestates secundum subiectum drñs tantum ratione: cõe namq; habita ad ipsam animam sunt idem: ratione habita ad partes cœli per quas influit: differunt: ut.n.per ortum manifestat uim inciatiuam motus: dextri potestas est: ut per occasum manifestat uim terminatiuam, sinistri est potestas: ut per culmẽ manifestat uim cõtinuatiuã potestas est anterioris, ut per polos uim super quam uoluitur orbis potestas supera est, & infera. Scđo dico has mũdo inesse ut relationes: nam tales partes terræ habitabili subiectiue insunt: & cœlo terminatiue ut dixit Aueroes ea enim est mundi pars dextra quæ semper correspondet ortui terræ habitabilis, siue sit una, siue alia atq; alia. ea sinixtra q̄ occasui: & sic de aliis. Dico tertio tales non posse inesse mundo ut partes siue membra: nisi p modum dicendũ primo quia nihil est in mundo difforme atq; dissimilare: Scđo quia hæ ptes mundi continuo uariant̃ ut dicit Aueroes. Hæc de dr̃is generatim respectu mundi motusq; diurni. Sed occurres primo an hæ uirtutes sint qualitates, uel substantiæ. Secundo quo nam modo cum difformitate uirtutum stare potest uniformitas corporis perfecti per illas maxime quia ablata difformitate in quantitate, tollitur diuersas in qualitate: est quantitas prior qualitate. Tercio potentiæ differunt per actus, sed unus est motus in cœlo. igitur una potentia. hæ dubitationes sũt si hæc sumant̃ ut potestates: ulterius si sumant̃ ut relationes: dubitat̃, etiam: quia dictum est has subiectiue in terra esse habitabili, & attributiue in cœlo ut de columna dicitur. hoc non uidetur uerum: primo quia tunc cœlum siue mundus non esset formaliter dexter uel sinister uel aliqd tale. Secundo quia tunc quæ pars nunc est dextra efficeretur sinistra: quia quæ nunc est orientalis: erit occidentalis. Vlterius dubitatur utrum hæ differentiæ possint attribui Mundo aliquo modo ut sumuntur per membris siue partibus integralibus. hæ sunt dubitationes maxime. Ad primam dici potest has uirtutes siue potestates secundum rem esse substantiam: quia secundum rem sunt ipsa cœli anima: quæ est multiplex potestate: per modum, quo diximus in anima hominis. secundum uero modum qualitates: quia denominant cœlum quale, atq; sibi tribuuntur ueluti aduenticiæ, atq; exteræ: hæc ad primã. Ad.ii.dici põt quæ sunt dispersa in re inferiore, esse collecta in natura superiore: & quæ potest natura inferior per difformitatem & multitudinem: potest natura superior per simplicitatem atq; paucitatem: & sic anima cœli per conformitatem cœli potest exire in actus harum uirtutum ad quos non exit ipsa natura inferior: per hanc paucitatem, & licet quantitas sit prior qualitate: non tamen difformitas quantitatis est prior qualitate: ipsa enim difformitas qualitas est. & una qualitas potest remanere ablata alia: maxime cũ remanet proprium subiectum. Ad tertiam dico omnes has sex potentias attendi pœnes motum localem tantum cœli: licet in animali generabili pœnes diuersos motus: & pœnes unicũ motum. eo quia cœlum est simplicius & nobilius: uerum licet omnes hæ attendantur pœnes unũ motum: non tamen uno modo consideratum: ut enim attenditur ad illum motum ut incohatus: & sic est uis dextri: ut continuatus uirtus anterioris: & in cœteris. Similiter & ita sunt plures potestates ab unico actu diuersimode considerato. Ad alias dubitationes alterius partis dico

Marginalia: Quo nã mõ sunt i uniuer. (beside "quo modo. In singulo orbe"); Dubi. (beside "Sed occurres primo"); Solu. (beside "modo ut sumuntur per membris")

ad primam dici potest cœlum esse dextrũ & sinistrum & eiusmodi formaliter propter hæc sumpta ut potestates·denominatiue denominatione extrinseca ꝓpter relationes quæ sunt subiectiue in terra habitabili/terminatiue in ipso cœlo· Ad secundam dico sine mutatione cœli nunc unam partem effici dextram/nunc sinistram:& hoc sumendo hæc pro relationibus: quibus pythagorei & peripatetici possunt facile concordari:nam pythagorici negauerunt alias differentias positionis per respectum ad alias species motus uidelicet alterationis & auctionis:dextrũ autem & sinistrum cœlo tribuerunt respectu motus in loco tantum· ad ultimam dico q. tales siue potestates/siue membra/siue relationes nulli tribui possunt nisi quatenus mouetur saltem specie motus localis·& quia mundus ipse ut uniuersum est non mouetur/nisi secundum partes:Iccirco sibi tribui non possunt:nisi quatenus sibi competit motus : unde Aristoteles primo declarat tales differentias pœnes motum diurnum/Secundo pœnes motum uagarum stellarum: & sic uelle uidetur has nulli inesse:nisi propter motum·Id autem quod mouetur principaliter est primũ mobile:siue sit orbis stellatus apud Ptolemeum/& Aristotelem:siue sit orbis nonus: qui est purus:& non stellatus·nunc autem supponamus non esse nonum orbem/atq; nullum superiorem ultra octauum stellatum/nam hoc est physicum:& potest stare cum obseruatione omnium motuum ut in nostris astronomicis diximus·Supponamus secundo motum diurnum incepisse/aut saltem posse intelligi incepisse : iis habitis dicerem ẽt posse sumi hæc sex pro membris : nã erit dextrum ea huius orbis pars quæ est præstatu prima:hæc autem non potest esse nisi aliqua quatuor aut Aries/aut Libra/aut Cancer/aut Capricornus·Hæc enim sunt principalia signa cœli : primo quia sunt inicia diuersorum temporum·Tum quia sole decurrente per ipsa nõ parua Mutacio fit in die:nam decurrente per Arietem efficitur æquinoctium uernale : per Libram: efficitẽ æquinoctium autumnale:per Cancrum facit Sol ipse solsticium æstiuum:per Capricornum/facit solsticium brumale·quare hæc sunt cœli stellati potissima signa : ulterius si cœpit mundus : probatum est in nostris astronomicis/cœpisse in uere/hoc est Sole decurrente per primam Arietis partem·ab Ariete namq; supputat annum ptolemeus:& cœteri astrologi anni principium faciunt·Ex iis arguo si mundus incepit tempore ueris sole tenente primam Arietis partem: uel in ortu fuit Cancer/uel Capricornus/uel Libra uel Aries non potest esse Cancer nec Capricorn9/ nec Aries/ut dicemus:quia motus principium uagarum stellarum est ab occasu : igitur oportet ut mundus cœperit Sole existente in occasu:quia non cœpit nisi quando Sol cœpit moueri : sed cœpit moueri ab occasu apud Aristotelem·igitur si mundus incepit in occasu fuisset Aries : & ꝑ consequens in ortu fuisset Libra:in culmine Cancer:in imo capricornus·hinc patet librã eẽ mẽbrum dextrum:nam hæc primo suscepit uim dextram cœpitq; moueri primo:atq; primo in ortu fuisse Sinistrum uero esse Arietem huic diametrum/quæm sol tenebat in occasu:a quo occasu cœpisset moueri per successionem signorum uersus Taurum·cœli ante esse Cancrum : qui tenebat culmen:retro uero Capricornum:qui tenebat imum:& sic patet hæc sex posse capi pro mẽbris/potestatibus/& relationibus·Hæc de uniuerso·& de uagis stellis dicam9:Aristoteles enim sumpsit in motu harum sex istas differentias similiter ut in motu diurno·propterea oportet dicere ita se se habere stellam ad orbem ut cor ad animal:ut igitur cor est principale principium omnium eorum quæ apparent in animali:sic stella in orbe:& ut cor est principale subiectum uirtutum dextri sinistri & cœterarum:& partes corporis non sunt principia harum secundum esse: sed secundum manifestationem : sic in quolibet orbe stella est secundum esse omnes hæ uirtutes:partes orbis manifestatiua principia tantum:stella igitur est dextrum orbis secundum esse & manifestationem:secundum esse quidem/quatenus omnes alias continet secundum manifestationem uero:quia in illa cœpisset apparere motus orbis illius stelle · pars uero huic opposita erit sinistra:pars huic culminãs erit ante:pars huic inferna erit retro:uertices uero orbis sursum & deorsum/septentrionalis superus·meridionalis inferus·Ex iis patet si mundus cœpisset ut putat albumasar:fuisse conuentum omnium stellarum uagarum in occasu·quia si cœpisset: omnes fuissent ubi cœpissent moueri·sed apud Aristotelem principium motus stellarum uagarum est occasus·igitur omnes fuissent coniunctæ in occasu·Secundo patet omnes fuisse in Ariete / imo prima parte Arietis:quia si mundus cœpisset:non incepisset nisi libra exoriente: & sic Sole cum cœteris occũbente·Tertio patet q̃ fabulosa sit opinio Albumasaris:q. mundi horoscopus sit cancer:ubi enim Cancer horoscopasset in mundi principio / Sol culminasset atq; fuisset in medio cœli:& ita cœpisset moueri non a loco principii motus eius uidelicet ab occasu · Vnde positio hæc & relligionem & phylosophiam destruit·Quarto patet q̃ fabulose plagierint: qui scribunt annales prædictiones : omnes enim supponunt reuolutionem mundi ab Ariete / atq; mundi


Cõsiliũ inter pythagoreos & peripateti·

De drĩis cœli per uagas

Error albumasaris & cœterorũ astrono·

horoscopum esse Cancrum: quæ omnia sunt fabulosa / & puerilia. Sed hæc ad astronomos. & de his speciatim hæc hactenus. Tunc ad rationes in principio: ad primam cõcedo hæc differre specie: & in cœlo esse differentiam specificam saltem uirtualem / siue potestatiuam. Ad secundam patuit solutio: in cœlo enim hæc per unicum simplicem motum colliguntur: & per unicam simplicem figuram: quia est natura superior: per hæc ad tertiam. Ad rationes alterius dubii: ad primam secus est loqui de latitudine & longitudine habitationum: & respectu cœli. Ptolemæus enim dicit ab occasu in ortum sumi longitudinem & a meridie in septentrionem sumi latitudinem: quatenus linea longitudinis est maior linea latitudinis: ut in proposito: est enim linea habitationis ab occasu ad ortum partium. clxxx. linea uero habitationis a meridie in septentrionem est partium. lxiii. at respectu motus diurni secus est / ut diximus. Ad secũdam patet solutio quæ sit pars cœli orientalis generatim & respectu uniuersæ habitationis: ea enim est quæ correspondet uel correspondisset si motus cœpit primæ habitationi uersus ortum: & sic de cœteris per correspondentiam cœteris habitationis partibus. Ad tertiã dico q̃ licet nulla pars cœli prius alia incipit prioritate tẽporis: potest dici prius incepisse moueri primitate intentionis motoris: quia principaliter illius motum intendit. Ad rationes tertiæ quæstionis patet solutio: ad duas primas. Ad tertiam uero dico deum esse in loco supero respectu terræ nostræ ut in cœlo: uerum principaliter in dextro: unde cepit cor & spiritus motus. Ad dubitationem quartam patet solutio: & ad primam dictum est culmen esse ante quatenus manifestat principium cõtinuationis: & hoc satis. Ad secundam similiter: non enim dicitur principium altitudinis: quia sit principium lineæ altioris: nihil enim est ibi altius / uel longius altero: sed quia inde naturaliter altitudo debet mensurari. Hæc mihi uidentur nunc. nam scripsi in libro physicorum: & in libro de stru. destru. sed nunc copiosius: quoniam hic locus est proprius.

figura genituræ mundi apud Aristotelem si mundus fuisset genitus!



Cum

Cũ ãt mot⁹ circularis motui circulari cõtrari⁹ nõ ſit:cõſiderãdũ quã ob cãm plures ſint lationes. Et quãq̃ de iis facere qõnẽ tẽtem⁹,quæ lõge abſunt: (dico lõge: nõ tã ſcd̃m locũ·q̃ poti⁹ ex eo qa accidẽtiũ quæ illis accidũt:oio p paucoꝝ ſenſum habemus·) dicemus tamẽ:atq; de ipſis cã hinc ſumẽda·

Expoſitio·

Hactenus de cœli poſituris ſiue ptibus qõnem terminauit:nũc mouet qõem iam circa lationũ pluralitatẽ.facit aũt tria/mouet·n·ipſam qõis rõnẽ aſſignat:& difficultatẽ eius in mediũ affert· deinde tẽtat ſolõnẽ iuxta uires ei⁹.qõ itaq; eſt utrũ cœleſtes latiões plures ſint/ordo qõis hic ẽ: qa in ſolõne pcedẽtis qõis ſuppoſuit duplices eẽ mot⁹/diarnũ ab ortu in occaſũ p culmẽ/ uagarũ ſtellaꝝ ab occaſu in ortũ p idẽ culmẽ/ut igr̃ id qd̃ ſuppoſuerat ueꝝ eẽ idicet/cõſequẽs erat terminare hãc qõnẽ/cã qõis ẽ/nã ſi cœleſtes mot⁹ eẽnt cõtrarii:ſtati ſolo qõis appareret:qa cõtrarietas eẽ nõ põt niſi cũ multitudine/& ad min⁹ inter duo/qa igr̃ tales mot⁹ nõ ſũt cõtrarii/ut pbatũ ẽ/ iure emergit qõ de motuũ pluralitate/debes ſcire q̃ dr̃t quærerẽ an plures ſint latiões cœloꝝ:/& quærere pp qd ſunt plures/plures·n·eẽ ſenſu atq; obſeruatiõe dephenſum ẽ:prio nãq; eẽ motũ diurnũ ſenſu cõiter ab oibus;deinde motũ uagaꝝ ſtellaꝝ ecõtra obſeruatũ ẽ ſenſu a ſapiẽtib⁹/& ppea Ari·nõ q̃rit an ſint plures motus/cã uero pluralitatis ẽ ignota atq; difficilis tẽtatu/prio rõne heracliti/qa orbes lõge abſunt a nobis:nã ſi ea quæ ſũt in remota urbe ignoram⁹:quanto magis quæ ſũt i cœlo:& pp quã cãm ſunt·Scd̃o qa pauca uidem⁹ accidẽtia;e qbus p demõnẽ ſigni pficiſcamur ad iuẽtionẽ cãæ:qua iuẽta ſciam⁹ cãm ob quã plures fuerũt mot⁹ cœloꝝ. Inqt cũ ãt motui circulari mot⁹ circularis cõtrari⁹ nõ ſit:cõſiderãdũ quã ob cãm plures ſint latiões cœleſtes·Hæc eſt qõ/& cã qõis/deinde qõis difficultatẽ adiicit:& inqt & quãq̃ de iis facere qõnẽ tẽtem⁹:quæ lõge abſũt:expõit ſe:& inqt dico lõge nõ tã ſm locũ ut putabat heraclit⁹:q̃ poti⁹ ex eo qa accidẽtiũ quæ illis accidũt:aut quæ ab illis pficiſcũtur:oio p paucoꝝ ſenſum habem⁹:proponit tñ uelle dicere aliq̃ de qõe p facultate igenii/& hoc inqt dicem⁹ tñ de ipſis/atq; hinc cã ſumẽda:quã ſubiũget ſtati·Hæc ẽ qõ/& qõis cã/atq; difficultas·Circa hãc partẽ ãnotem⁹ q̃ Auer· fructuoſe hic ſcribit/debes igr̃ ſcire prio q̃ eẽ plures mot⁹ cœleſtes põt declarari demõe ſupra ab agẽte:quo pacto methaphyſic⁹ fortaſſe in lib·xii·methaphiſicæ pbauit/pbauit·n·motus cœleſtes eẽ plures:qa motores ſũt plures:q̃ uia trãſcẽdit fines nãlis ſciẽ/Alio mõ demõe ſupra a fine: qd bifariã cõtingit/nã aut p cãm finalẽ primã primũq; finẽ:quæ et ppria erit methaphyſico;qa prim⁹ finis/prima forma/& prim⁹ motor idẽ ſunt in ſepatis ſubſtãtiis·Aut demõe ſupra a fine ſecũdario:q finis eſt ipſa genita atq; gñatio ipſa & corruptio:ob quæ cœlũ plurib⁹ lationib⁹ ferẽ· eſt·n·opus operãtis finis/& effect⁹ finis agẽtis·& hac demõe Ari·rẽ hãc entitet explanar/Ex iis

Senſus qõis·

Quæ Auer· com·xvii·

pfecto pʒ argumẽtũ pro aſtronomis:q partẽ eam quã græci Apoteleſmaticã uocãt/nunc in ore hoium iudiciariã/approbaẽ:declarabit·n·Ari·cœlũ plurib⁹ motib⁹ moueri:qa hæc iferiora plurib⁹ mouẽtur motib⁹:& nõ uŕ rõ quor hæc e cœloꝝ motib⁹ pficiſcunẽ quo ad aliquos mot⁹ uʒ gñonẽ & corruptionẽ/& nõ quo ad alterationẽ/acciones/latiões/atq; cœteros mot⁹/hinc elidiẽ cauillus pici in lib·cõfutationũ aſtronomoꝝ/arguebat·n·ſi Ari·uelit mot⁹ & acciones reꝝ harũ pficiſci e cœleſtib⁹ motib⁹/rẽ hãc in lib·cœli explicaſſet:ubi de cœlo entẽ explanare oia q̃ ſibi cõperũt/at hæc pficiſci a cœlo nõ uidem⁹ in hoc lib·eẽ explicatũ/ſolũ·n·pbauit cœlũ agerẽ motu & lumine:qbus nõ põt agere in tãtã reꝝ uariationẽ:niſi ſupponam⁹ influxus occultos: quos in lib·hoc nõ legim⁹/Iam pʒ q̃tenus in iuxte pceſſit/Ari·n·hic explicauit hæc inferiora pficiſci a motibus cœloꝝ quo ad gñatiões & corruptiões/atq; quo ad cœteros mot⁹/& uariatões:& hoc generatim quantũ phyſico cõuenit:ſpeciatim autem q̃ e tali ſtellaꝝ motu cũ tali uel tali illaꝝ cõfiguratione proficiſciẽ in homine qui nunc æditur/Mætus/in illo p aliũ modum cum alia figuratione audaria:non erat phyſici:ſed aſtronomi: qui hinc ſubalternatur/declarare · Hæc ad aſtronomos·Secundo debes ſcire ut recte innuit Aue·q̃ Ari·hic declarat quoddã æquiualens illi qd̃ in methaphyſica eſt declaratũ/nã in methaphyſica declaraẽ finẽ eẽ aut in re ipſa/quæ mouet:& hic finis ẽ primarius & principalis/aut extra rẽ ut opus:quiq; finis ſcd̃arius dr̃/Qua rõne euenit corpora cœleſtia moueri prima intẽtiõe pp ſe uti pp finẽ primariũ/Secundaria intẽtione pp nos tanq̃ ob finẽ ſcd̃ariũ·Ari·igiẽ hic declarat cœlũ moueri pp nos/qd̃ ẽ æqualẽs ei qd̃ i metha·dictũ:nõ tñ ẽ illud:qa illud eſt ſpãli⁹ explicatũ·itẽq; nec declãr nos eſſe finẽ ſcd̃ariũ:ſed ob nos cælũ plurib⁹ motib⁹ moueri·at metha·diſtincte explicat & nos eẽ finem motuũ cœli/& pp nos ueluti pp finẽ ſcd̃ariũ cœlũ moueri/Tertio debes ſcire q̃ Ari·nõ potuit declararẽ cælũ plurib⁹ motib⁹ moueri pp cãm agẽtẽ/nãlẽ ul foralẽ:ſʒ ſolũ pp finẽ ſcd̃ariũ: qa ut dicit Aue·mot⁹ cœli nõ ſũt cõtrarii:cõtrarietas·n·motuũ pficiſciẽ ab ipſa agẽtiũ/foraꝝ atq; ſitoꝝ ppiquoꝝ cõtrarietate

De aſtronomia apoteleſ·

Cauillus pici

Solu·

Conſideratio metha·dñt phyſica·

Qualis declaratio Ariſto·

Quot fines· propterea sola cum finali id indicabitur. Quarto animaduertendum est bifariam esse finem aut rei generationem: aut rem ipsam: uerbi causa finis medici qui est actio est conquoctio humoris qui uero ē res ē ipsa sanitas/ sic & in generatione finis actio est ipsa generatio/ finis quae est res: ē ipsum genitum. ex quibus uult tria/ corpora coelestia moueri propter actionem & propter rem/ amplius finem actionem/ & finem rem esse subiecto idem/ differre ratione: rursus corpora coelestia esse propter ambo haec. Verum nota quia ponderat Aueroes ea quae non sunt in codicibus Aristotelis. Quinto debes scire q. huius quaestionis coelum mouetur pluribus motibus assignari

Cāe qōis possunt duae causae: altera per uiam compositionis procedendo a prima causa usq ad ultimam: altera per uiam resolutionis procedendo econtra ab ultima usq ad primam/ exemplum primi/ actio diuina est/ igitur motus coeli sunt: Motus coeli sunt/ igitur sunt aelementa contraria: elementa contraria sunt/ igitur generatio & corruptio sunt/ generatio & corruptio sunt/ igitur coelum pluribus motibus mouetur. Exemplum secundi: propter quid mouetur coelum pluribus motibus: propter generationem & corruptionem: quor generatio & corruptio/ quia aelementa sunt contraria/ propter quid elementa sunt contraria: propter motus coeli/ & motus coeli propter actionem diuinam/ Haec Aueroes quo ad uerba Aristotelis.

Eorum quodq- quorum est opus aliquod: operis ipsius gratia est/ dei operatio inmortalitas est: haec autem est sempiterna uita: quare deo sempiternum inesse motum necesse est/ at cū coelum sit tale: (est enim corpus diuinum) fit ut corpus rotundum habeat: quod suaptenatura semper in orbem fertur.

Expositio· Prosequitur solutionem quaestionis: & primo syllogizat coelum moueri motu sempiterno: qd licet sit ex dictis perspicuum: uult tamen repetere illud per aliud genus demōis ut dicemus. & syllogizat sic/ deus mouetur sempiterno motu: coelum est deus/ igitur coelum mouetur sempiterno motu: deum uero moueri sempiterno motū per unum enthymema probat: in cuius antecedēte sumit tria: & inquit eorum quodq quorum est opus aliquod: operis ipsius gratia est. hoc est primum: & dixit quorum est opus aliquod ut recte graeci considerant ob quaedam monstra quorū nullum est opus: propterea haec non sunt propter opus: sed ut defectus naturae. deinde sumit secundum: & inquit dei operatio est inmortalitas: & quia inmortalitas potest sumi pro incorruptibilitate: & pro abstracto illius concreti quod est mortale: ne sit altercatio de nomine sumit Tertium: & inquit haec autem est sempiterna uita: & per hoc dat intelligere non accepisse deum p substantia illa seperata: quā nos deum appellamus/ illa. n. non uiuit nisi per essentiam ut albedo est alba: & ideo accepit deum pro corpore diuino: istud enim est quod uiuit & sempiterna uita. Ex iis tribus infert propositum/ & inquit quare deo sempiternum inesse motum necesse est: &

Sylla potest resolui syllogismus hic hoc modo/ Quod est gratia operis: quod est sempiterna uita: mouetur motu sempiterno tempore/ deus est gratia operis: quod est sempiterna uita: ut toties est p batum/ igitur deus mouetur motu sempiterno. Debes scire q. uiuere est multifariam ut dicitur in

Qua uita coelū uiuit· secundo de anima: unde coelum uiuit uita intellectus/ quia intelligit/ & uita animalis: quia mouetur a se: propterea uera est maior quae dixit id moueri sempiterno motu: quod uiuit sempiterna uita: nulla. n. uita pōt eē sempiterna nisi sit mot⁹ uel intellectus: uita sensus eē nō pōt sempiterna: ut pbatū est in lib. de aīa: & sic habet haec cōclō de⁹ mouet Motu sempiterno. Hac sūpta ut maiore addat haec minor: sed coelū est de⁹: & hoc sumēdo deū p diuino corpore. erit cōclo q. coelū mouet motu sempiterno. Inqt at cū coelū sit tale hoc est de⁹: & qa de⁹ pōt capi p prima cāa & p diuino corpore: addit est. n. corp⁹ diuinū: tūc infert cōclōnem: & inqt fit ut coelum ipsū habeat corpus rotundum/ uel sit ipsum corpus rotundum: quod suaptenatura semper in orbem fertur. Haec erat propositio siue supō: quam repetere uoluit.

Quor igitur non quodlibet mundi corpus tale est/ quia necesse est aliquod manere in medio corporis quod circumfertur.

Expositio· Sumpta hac Suppositione uidelicet q. coelum mouetur motu sempiterno: quaerit utrum quodlibet mundi corpus moueatur motu sempiterno: & quia hoc patet fere ad sensum: quaerit propter quid non quodlibet mundi corpus motu sempiterno mouetur. & hoc facit: ut ex hac solutiuone procedat ad Solutionem principalis quaestionis: inquit quor igitur non quodlibet mundi corpus tale est hoc est motum sempiterno motu! Haec est quaestio. Quo uero ad uerba attinet: uerbum illud quodlibet graece :quod licet intelligatur pro toto integrali: non nunq̄ pro toto uli intelligitur: ut in proposito. Tunc Rñdet & inqt qa necē est aliqd manere i medio corporis

corporis quod circumfertur: ueluti centrum inmobile: dictum enim est in libro de causa motuũ animalium omne quod mouetur indigere quiescente. Et quasi per hæc uoluit habere hoc enthymema: cœlum perpetuo mouetur: igitur oportet esse in medio mundi aliquod semper quiescẽs: circa quod fertur. dictum est in præcedenti textu omne agens cuius est opus aliquid esse gratia operis: quæret quispiam quo nam modo est gratia operis: innuit Aueroes solutionem ubi dicit primo q̃ omne agens quod operis gratia agit: agit propter illud aut prima aut secunda intentione. Secundo dicit quod omne agens: quod propter se agit: agit propter aliud: & non conuertitẽ: potest enim agens agere propter aliud: & non propter se. ut agens naturale: agit enim solũ propter aliud: non propter se. at agens diuinum agit propter se: & propter aliud: propterea quia diuinum & optimum. sed hæc res eget speculatione: quam fecimus in libro de substantia orbis. Secundo ambiges quo nam modo actio dei est in mortalitas. Respondet Aueroes Aristotelem per inmortalitatem intelligere esse dei: nam deus primo mouet propter se hoc est esse suum: secundaria intentione propter alia. econtra agunt agentia naturalia: agunt enim primo propter alia. Scdo propter se. Sed Aueroes uidetur sibi contrarius: quia supra uoluit omne agens q̃d agit pp se agere propter aliud: & non omne quod agit pp aliud agere propter se: nunc uero aut oppositum dicit enim omne agens quod agit propter aliud agere pp se licet secundaria intentione. Scdo hoc non est ad mentem Aristotelis hic: Aristoteles enim per inmortalitatem intelligit uitam cœli: & non primæ cãæ. Tercio non intelligit uitam intellectualem: quia tũc per hoc Ari. non concluderet cœlũ perpetuo moueri. sed intelligit uitam quæ consistit in mouẽdo. ppterea dicendum sine dubio hanc expositionem non esse ad propositum Aristotelis: sed in illo quod dicit est bona dubitatio utrum agens naturale aliquo modo agat propter se: uidetur enim prio q̃ non pp authoritatem eius in principio: secundo pp ratione nam hõ nec quatenus uiuens agit pp se: qa ut uiuens agit pp perpetuitatem speciei. nec quatenus animal: quia ut sic agit pp sensũ & motum: quæ non sunt ipse hõ: sed actiones atq̃ accidentia hoĩs: nec quatenus homo: quia ut sic agit ut copuletẽ intellectui agenti: quæ copulatio dr̃t ab hõe. In contrarium. est quod Aue. ait nunc: dicit enim oẽ agens diuinum agere pp se: & prima intentione: & oẽ agẽs naturale agere pp se: sed secundario. Amplius unũquodq̃ intendit conseruationẽ sui: igitur unũquodq̃ agit gratia sui: & ita pp se. Teneo secundam partem problematis: & dico oẽ agens agere gratia sui uel prima uel secunda intentione: & distinguo de fine: nam finis est quo: & cuius gratia: hõ agit pp se tanq̃ pp finem cuius gratia: agit pp copulationẽ tanq̃ propter finem quo. ad authoritatem Aue. dico actionẽ dei differre ab actione agentis naturalis. nã actio dei est gr̃a dei ut finis quo & gr̃a cuius: quia q̃cq̃d est in deo est deus: & hoc mõ prius negauit agens naturale agere ppter se. cum quo tñ stat agens naturale agere gratia sui & pp operationem: gr̃a sui ut finis gratia cuius: pp operationẽ ut finem quo.

Quæ Auero. com. xvii. q̃o circa tex. Sol' Auerois. II. dubi. Sol' Auerois. Confu. dicti Auero. Quãtũ ad q̃d dictũ Auero. est utile. Sol' q.

At nulla pars huius aut omnino aut in medio manere potest. Et enim esset ipsius motus secundum naturam ad medium: at ipsum suaptenatura in orbem fertur. præterea motus sempiternus non esset: quippe cum nihil præter naturam sit sempiternum. Id enim quod est præter naturam posterius est eo quod est secundum naturam. Insuper etiam id quod est præter naturam monstruositas est in generatione eius quod est secundum naturam. Necesse igitur est illud esse terram: hæc enim in medio quiescit. Atq̃ nunc quidem hoc esse terram supponatur: cum in mobilis sit: postea uero dicetur de ipso.

Hactenus conclusit esse in medio cœli aliquod semper quiescens: disputat nunc quid nam põt esse. & proponit illud non posse esse cœlũ uel aliq̃d de natura cœli: & hoc inq̃t at nulla ps hui⁹ oĩo manere põt: aut manere in medio. Hoc ꝓbat duplici rõne prio qa si id q̃d q̃escit in medio ẽẽt aut cœlũ aut cœli q̃cq̃uã: tũc cœlũ moueretẽ ad mediũ nãliter: saltẽ q̃n poneretẽ extra mediũ q̃d est destructũ: & dictũ ipsum nãliter ferri in orbẽ. inq̃t &. n. eẽt ipsius mot⁹ ẞm naturã ad mediũ utpote saltẽ q̃n eẽt extra mediũ. At ipsũ suptenatura ut dictũ ẽ in orbẽ ferẽ. Scdo si id q̃d q̃escit ĩ medio est cœlũ uel cœli q̃cq̃uã: Tũc mot⁹ cœli nõ eẽt sepitern⁹. Probatẽ: qa aut oporteret duos motus eẽ naturales uni naturæ: utpote ipsi cœlo moueri ad medium & circa medium: aut tantum est sibi naturalis motus ad medium: & sic motus circularis non erit sempiternus: supponit igitur Aristoteles motum circularem esse sibi uiolentum. Si quod naturaliter quiescit in medio: esset aut cœlum aut cœli quicquam: & tunc hoc supposito: infert talem non posse esse per

Expositio. Prima ratio. Scda ratio.

petitum contra dicta. & hoc inquit præterea motus sempiternus non esset. quasi sic arguat: si qd quiescit in medio est coelum: aut coeli pars: Motus quo coelum mouetur in orbem non esset ni si uiolentus: aliter duo motus essent uni naturæ spē naturales. Motus coeli est uiolentus: igitur non ppetuus: deinde probat dupliciter consequentiam hanc: primo quia nihil præter naturā est sempiternū: id. n. quod est præter naturam: posterius est eo quod est scdm naturā. & qd est post aliud non est sempiternū: sempiterno. n. nihil est prius tpre. cōponatur syllogismus. nihil pter naturā est sempiternū: Motus coeli est præter naturā in casu illo: igitur non sempiternus. Scdo nulla mōstruositas accidens in generatione rei naturalis est sempiterna: id quod est præter naturam atq; uiolentum est Monstruositas accidens in generatione rei naturalis. igitur non potest esse perpetuum: inquit insup ēt id quod est præter naturā: Mōstruositas est in generatione eius quod est naturale. & sic habet illud qescens in medio non posse esse coelū: uel coeli partē. Quo uero ad uerba attinet uerbū illud :latine est stupor: atq; Mōstruositas: & ppea sic trāstulit: Ex hoc pcedit ulterius pbando illud esse terrā. & inquit necesse est igitur illud esse terram. probat p sensum testimoniū: & inquit hæc. n. in medio quiescit: & qa hæc probatio est de facto q. illud sit terra: qa uidetur: & pōt proteruus dicere illud esse terrā: sed posse esse aliud a terra: ideo addit atq; nūc qdem hoc esse terram supponat: cum inmobilis sit: postea uero dicet de ipso diligentius & p rationem. Est igitur scda hypothetica aliquid quiescit in medio: igitur terra est in rerū natura & in medio quiescens.

At si terram esse necesse est: etiam ignem esse necesse est: contrariorum enim si alterum est natura: & alterum esse natura necesse est. nam si sit contrarium: etiā naturam quandam ipsius esse necesse est. quæ quidem est materia contrariorum.

Expositio. Tertia hypothetica est si terra est: necesse est ignē esse: nam si unum contrariū est in natura, necesse est alterū contrariū esse in natura. quod probat, & inquit nā si sit contrariū: ēt naturā quandam ipsius esse necesse est: quæ quidem est materia cōtrarior saltem potestate. contraria igitur oportet esse in rer natura: quia cōueniūt in materia: quæ est una ambor saltem successiue. Sed

Dubi. occurres nam per hoc non pbatur nisi q. si unū contrarium est: alterū potest esse: quia materia ē

Solu. sub uno contrario actu: sub altero uero potestate. dici pōt aliter esse respectu totius mundi: & respectu partis mundi. nā quicquid est possibile respectu mundi, oportet ut sit saltem scdm spēm: at

Quæ Aristo. supponit. respectu partis mūdi nō o3. debes scire ut ex Aue. colligit Ari. i hac rōne supposuisse ignē & terrā eē cōtraria: quæ qdem primo huius dicta sunt ex cōtrarietate motuum illorum.

Præterea affirmatio priuatione prior est, ceu calidum frigido. Sed quies atq; graue per priuationem Motus atq; leuitatis nuncupantur.

Expositio. Secundo ad idem arguit affirmatio priuatione prior est: ceu calidū frigido. Sed quies dicitur per priuationē motus: & graue per priuationē leuitatis, igitur leue est prius graui: & motus quiete. q. quidē quies dicatur per priuationē motus: est clarū: sed quod graue dicatur per priuationē leuis: non patet: sed debet supponi ut famosum: & ut posterius probandum. Ex hoc q. graue ē posterius: ipso leui: & est: sequitur ipsum leue & ignē esse: nam si posterius est in rer natura: ēt prius necesse est esse. & sic patet Tertia hypotetica. debes scire elementa considerari hic: & considerari in libro de generatione. hic quidem ut corpora mobilia ad locum. Ibi uero ut mobilia ad formā: ut diximus: propterea ibi sumpsit contrarietatem poenes qualitates alteratiuas: quæ sūt cā motus ad formā: & uoluit ignem ēe cōtrariū aquæ. hic poenes qlitates motiuas, & uult terrā & ignem esse maxime contraria poenes graue & leue, atq; motus sursum & deorsum.

At uero si ignis atq; terra est: ea quoq; corpora esse necesse est; quæ sunt horum media, elementorum enim unumquodq; contrarietatem habet ad unumquodq;: atq; hoc ēt nunc supponatur. posterius uero tentabimus ostendere.

Expositio. Quartū enthymēa siue hypothetica ē ignis & terra sūt: igr itermedia sūt utpote aer & aq: pbat per eandē rōnē p quā pbauit ignē esse si terra est: pbauit. n. ignē eē si terra ē: qa si unū cōtrariū ē, & reliquū eē necē ē: mō p similē rōnē arguo si unū cōtrariū ē: alia eē o3 illi cōtraria: Sed extrema & media sunt cōtraria. igitur si extrema sunt: etiā media esse necesse est. Inquit at uero si ignis atq; terra est: ea quoq; corpora esse necesse est: quæ sunt horum media: probat per similem rationē: per quam probauit de extremis: & inquit ælementorum enim unumquodq; contrarietatem ha

bet

bet ad unumquodq;:tam extremi ad extremum:q̃ extremi ad medium:q̃ etiam medii ad medi um.ſed quia eſt dubium an hæc media ælementa duo ſint:an unum:amplius an ſint contraria pœnes motum uel pœnes qualitates & utrum pœnes ambas uel pœnes alteram tantum / quaſi huius excuſationem afferens/inquit atq; hoc etiam nunc ſupponatur:poſterius uero tentabim⁹ oſtendere/& in quarto huius & ſecundo de generatione.

Hæc autem cum ſint:patet neceſario generationem eſſe/propterea q nullum horum ſempiternum eſſe poteſt;paciuntur enim & agunt inter ſe contraria ipſa:mutuoq; a ſe ſe corrumpũtur/Præterea non eſt rationi cõſentaneum mobile aliquod eſſe ſempiternum:cuius motus ſecundum naturam ſempiternus eſſe non poteſt. at talis eſt horum motus.Ex iis igitur patet neceſſario generationem eſſe. Tex. 20.

Quintum enthymema ſiue hypothetica eſt extrema & media ſunt:igitur neceſſario generatio/ & ſuple corruptio eſt:deducit primo enthymema/propterea quia nullum horum ſempiternum eſſe poteſt:paciuntur enim & agunt inter ſe contraria ipſa/mutuoq; a ſe ſe corrumpuntur /ut per definitionem contrariorum patet:quæ in libro de generatione eſt poſita.præterea ſecundo non eſt rationi conſentaneum mobile aliquod eſſe ſempiternum:cuius motus ſecundum naturã ſempiternus eſſe non poteſt.at talis eſt horum elementorum motus:eſt enim rectus:qui eſſe nõ poteſt ſempiternus:ſed ſolus circularis ut in libro octauo phyſicæ auſcultationis dictum eſt. & dixit non eſt rationi conſentaneum:quod græce eſt quia cauillator poſſet dicere ælementa eſſe perpetua:& illorum motus eſſe finitos.at nunc ſumit ut probabile q ſi motus non ſit perpetuus:nec corpus ſit perpetuum.Nam ſufficit propoſito noſtro:eſt enim alibi demõſtratum.Ex iis colligit enthymema:& inquit ex iis patet neceſſario generationem & ſupple corruptionem eſſe:& ita ſi extrema & media ſunt:necio generatio & corruptio ſunt. Expoſitio.

At qui ſi generationem eſſe neceſſe eſt:aliam quoq; lationem aut unam aut plures eſſe neceſſe eſt/quipe cum iuxta tocius motum elementaria corpora mutuo ſimiliter ſe ſe habere neceſſe ſit:quod quidemetiam apertius in ſequẽtibus declarabit̃.

Sextum enthymema eſt generatio & corruptio ſunt:igitur præter lationem diurnam neceſſe eſt eſſe aliam:dico aliam aut unam aut plures:una quidem dicetur quatenus omnes uagæ ſtelle ab occaſu per culmen redeunt in occaſum:plures uero quatenus temporibus diuerſis peragrant. ut luna per menſem/Sol/Venus/& Mercurius per annum fere : & cæteri per ſua tempora.deducit enthymema:ubi debes ſcire ut dicitur in libro de generatione q diurnus motus eſt cauſa uniformis conſeruationis elementorum:ac motus uagarum & maxime Solis eſt cauſa reciproce difformis conſeruationis/hoc eſt ut nunc generentur nunc corrumpantur/inquit quippe cum iuxta tocius motuꝫ utpote diurnum ælementaria corpora mutuo ſimiliter ſe ſe habere/ neceſſe eſt : & ita non erit niſi conformis generatio ſiue illorum conſeruatio:& difformis non erit.Sed quia hic eſt res hæc breuibus tacta:quæ eget maiori oratione:inquit quod quidem etiam apertius in ſequentibus ut de generatione & corruptione declarabitur.Erit igitur totus Ariſtotelis proceſſus ad hunc modum:cœlum perpetuo mouetur:igitur aliquid in medio mundi perpetuo quieſcit: aliquid in medio mundi perpetuo quieſcit:igitur terra eſt:terra eſt:igitur ignis eſt:ignis & terra ſunt:igitur aer & aqua:aer aqua ignis & terra ſunt:igitur generatio & corruptio ſunt : generatio & corruptio ſunt:igitur plures ſunt cœleſtes motus.igitur a primo ad ultimum/ſi cœlum perpetuo mouetur:neceſſe eſt cœlum pluribus motibus moueri. Expoſitio. Proceſſus Ariſtotelis.

Nunc autem tantum patet quam ob cauſam plura ſint corpora orbicularia:generationem enim neceſſe eſt eſſe:& generationem:ſi & ignem neceſſe eſt eſſe/& hũc atq; alia:ſi & terram neceſſe eſt eſſe/& hanc:ſi manere aliquid ſemper neceſſe eſt; & Manere aliquid ſemper:ſi moueri aliquid ſemper neceſſe eſt. Tex. 21.

Epylogãdo nũc quaſi ꝓceſſum cõuertit/nã primus fuit e cã ſemp ad effectũ/hic ãt reſolutorie ab effectu ſemp i cãm/debes ſcire q apud ꝑipateticos idẽ eſt ꝓbare plures mot⁹ circulares eẽ: & plura corpora circularia eẽ:nõ.n.idẽ orbis põt moueri motib⁹ diuerſis:ꝓpea loco uni⁹ utit̃ altero: i q̃t nũc aũt tm̃ patet quã ob cãm plura ſint corpora obicularia:& affert cãm : & inq̃t gñonem.n. necẽ eſt eẽ:ultra & gñonem:ſi & ignẽ necẽ eſt eẽ:& ultra & hũc atq; alia intermedia:ſi & terram neceſſe eſt eſſe:ultra & hanc:ſi manere aliquid in medio totius mũdi ſemper neceſſe eſt. & ultra manere aliquid ſemper:ſi moueri aliquid ſemper neceſſe eſt. Hæc eſt reſolutio atq; epylogus. Expoſitio.

Quæ Auero. com. xxi. Aueroes uero hoc modo colorat rationem Aristotelis: in generatione & corruptione duo inueniuntur ordo: & continuatio siue perpetuitas. ordo quidem quia uno tempore est rerum generatio: alio tempore rerum corruptio perpetuitas uero quia talis ordo nunq̃ deficit. Semper enim post generationem est corruptio: & post corruptionem generatio. hinc fuit necessitas ut cœlum pluribus moueretur motibus: ut per ipsum motum totius uidelicet diurnum continuus atq; perpetuus ordo efficeretur per motum uagarum stellarum atq; solis econtra ordo inter generationẽ atq; corruptionem emergeret. Secundo notat corpora cœlestia moueri propter generationem & corruptionem pluribus motibus non tanq̃ propter finem primum: sed tanq̃ propter finem secundum: quia ut dictum est omne agẽs nobile atq; diuinum si agit propter se agit propter aliud qa sua perfectio est in largiendo alteri: quod sibi communicat. Sed circa dicta Aristotelis dubitatur nam Aristoteles fecit hoc enthymema: ignis & aqua sunt atq; cœtera ælemẽta: igitur generatio est. hæc enim consequentia non ualet: quia stat contraria esse: & non inuicem aplicari. Præterea in naturalibus bene ualet a posteriori ad prius ut domus est: igitur lapides & ligna: non autem econtra: ut secundo physicorum dictum est. quare non ualet ignis & terra atq; media sunt: igitur generatio est. Hanc dubitationem soluit Aueroes: & si recte percepi innuit duas solutiones: prima est q̃ licet Aristoteles faciat illud enthymema: uidelicet ælementa sunt: igitur generatio est: sua tamen intentio fuit dicere q̃ generatio est propter ælementa: non q̃ ualet conuersim arguere ab uno ad alterum: quæ solutio est ad hominem atq; uerba tantum. Secunda est ut mihi uidetur: q̃ licet in naturalibus uniuersaliter non ualeat ab effectu ad causam: & econtra ut de domo dictum est: in casu tamen nostro ualet. & sic de speciali causa contingit oppositum in oppositum nam ualet conuersim generatio est: igitur ælementa sunt: & econtra ælementa sunt: igitur generatio est. Sed non declarat quo nam modo ualeat: uerum quidam aiunt ualere illud suplendo ælementa esse aproximata atq; debite aplicata. Sed melius dicerem q̃ Aristoteles probauit generationem esse possibilem si ælementa sunt contraria: per hoc quia possunt inter se agere & pati. sed quia quicquid in mundo est posibile: debet reperiri in aliquo indiuiduo de facto: aliter mundus esset imperfectus: propterea sufficit probare ælementa posse generari: quia statim sequitur eẽ generationem & corruptionem. Multa uerba tamen ait Aueroes: quæ sunt ualde obscura: sed ex illis has solutiones collegi: si tu melius sapis: sequar te: & laudo. Quærunt iuniores quo nam modo ualeat cœlum mouetur: igitur necesse est terram quiescere. uidetur enim q̃ non ualeat: quia ad esse prioris non requiritur esse rei posterioris: potest enim prius absolui a posteriori. Albertilla & omnes uolunt hanc siue consequentiam siue enthymema ualere gratia materiæ: & non gratia formæ: & ut peripatetice loquar per accidens & non per se. per se quidem non ualet quia non ualet in omni consimili: Sed quo nam modo per accidens siue gratia materiæ: albertilla exponit illam ualere propter generationem atq; corruptionem hoc pacto cœlum mouetur: igitur generatio & corruptio est: igitur terra quiescit: ut animalia in illa & plante generentur. Sed hæc positio exprese contradicit Aristoteli & omnibus expositoribus: & maxime Aueroi qui dicit illam consequentiam ualere propter illud quod declaratum est in libro de causa motuum animalium. uidelicet quia omne quod mouetur indiget quiescente. deinde uia diuisionis concludit illud esse terrã. Præterea hæc deductio petit principium: nam per terrã quiescere concludit generationem & corruptionem esse: & sic non debet concludi terram quiescere per generationem & corruptionem esse: arguit enim Aristoteles a primo ad ultimum: & primo infert terram quiescere: & postea esse generationem. propterea uidetur esse dicendum cum Aueroe & simplicio Illud enthymema esse necessarium per illam propositionem uniuersalem omne quod mouetur indiget quiescẽte: & sic uidetur deductio fundari super duobus: quorum primum est omne quod mouetur indiget quiescente: Secundum uero est tale quiescens per uiam diuisionis nihil aliud posse esse nisi terram: quod retulit probandum ad tempus. Sed huic expositioni occurrit albertilla: primo quia illa authoritas non est ad propositum: nam Aristoteles loquitur solum in motu animalium mortalium. Secundo uidetur sufficere q̃ terra non moueatur motu cœli: cum quo stabit ipsam posse Moueri aliquo motu. Tercio epiciclus mouetur: & tamen nullum habet corpus quiescens: circa quod mouetur. Sed hæ sunt friuolæ replice: prima quidem: nam Aristoteles generatim sumit omne quod mouetur indigere quiescente tam in animalibus mortalibus: q̃ cœlestibus: cuius signum est: quia declarato hoc: concludit omnes deos omnesq; deas null[o] mõ mouere posse uniuersam terrã. & hoc p̃ tãto: qa cœlũ necessario mouet̃. sa uero: qa p̃ qescẽs nihil aliud Ari. & expositores uolũt q̃ q̃ qescat p̃ getẽ oppositã motui cœli. nã terra cõtinuo forsitan mouet̃. Tercia aũt: qa orbillus ille siue ocellus: quem epiciclum uocant non

Marginalia: Quæ Auero. com. xxi. — Primũ Auer. — Secundum — Dubitatio circa textum. — Solõ Aueróis com. xxi. pri. — Sol. ii. — Propria sol. — P[r]ĩa qõ iuni. — Sol. albertil. — Consu. — Põ propria — Replicæ albertillæ. — Defensio.

non est corpus naturale:quo uero modo sine eo saluari possunt apparentiæ : alibi dicemus · Sed tunc emergit questio non parua circa hæc:dictum est enim illud enthymema esse necessarium : Dubi·cōtin· quia omne quod mouetur etiam cœlum ut mouetur indiget quiescente : utrum in genere alicuius causæ:uel quo nam modo|indiget? Respondent non nulli Dicentes | Motum cœli esse cōsiderabilem ut primus est omnium motuum : & ut circularis · propterea uolunt Motum cœli egere quiescente terra ex ea parte qua circularis est : non autem ex ea parte qua est primus motus·Ex enim parte qua primus est:e nullo dependet:sed ex ea parte qua circularis · Et licet Confutatio· hæc sol' uideatur apparens:tamen ad huc est dubia ut prius|uidelicet quo nam modo & propter quid circularis indiget quiescente·& in quo genere causæ·Ioannes aliter dicit in solutione argumenti|& aliter in solutione corporis questionis·In solutione argumenti uult id quod mouetur non egere quiescente in aliquo genere causæ:sed consecutiue atque concomitatiue : ceu subiectum indiget ꝓpria passione:nō enim illa indiget ut causa:sed ut cōcomitatiuo atque consecutiuo | sine quo esse non potest:& licet multis modis uideatur dicere:tamen omnes modi reducūtur adhūc: si bene consideres·Sed hæc solutio stare non potest : primo quia principale & consequens apud omnes in eodem subiecto sunt aut alterum alteri accidit:ueluti i exemplo suo homo & risibile· Secundo quies centri ponitur in definitione motus circularis:igitur id quod mouetur circulariter in aliquo genere causæ indiget quiescente propterea uidetur mihi: esse dicendum cœlum qd̄ mouetur egere quiescente trifariam ut loco:ut materia:& ut forma·ut loco quidem: quia ut dicit Aueroes·Quarto physicorum com· xliii·&·xlv·locus cœli moti est centrum quiescens· Secundo ut materia|non in qua uel ex qua:sed ut materia circa quam·Tertio ut forma:quia in definitione cuiuslibet quod mouetur:ponitur quiescens:nam omne illud moueri dicitur : quod respectu quiescentis alicuius aliter se se habet nunc q̄ prius : ecce quod ponitur : uel intelligitur in definitione motus·Ex iis patet aliter motum animalium mortalium egere quiescente aliquo: & aliter motum cœli:animalia enim mortalia ad sui motum egent quiescente & ut firmamento|in quo instrumenta motiua firmēt: & ut requisitum ad rationem atque definitionem motus cœlum uero solum· eget quiescente ut requisito ad definitionem motus · Tunc patet ad rationem quæ fiebat in principio questionis·Quærunt · Secundo utrum hæc consequentia cœlum sempiterno motu mouetur·igitur mouetur pluribus motibus:teneat per ordinem a primo ad ultimum· albertilla uult hanc consequentiam tenere a primo ad ultimum quo modo intermediæ tenent· sed intermediæ tenent gratia materiæ:ideo & hæc ualet a primo ad ultimum gratia materiæ·& si dicitur intermediæ non tenent nisi per diuersa media:concedit respondendo esse illam bonā| si intermediæ sunt bonæ|quantumcunque per uaria media probentur·Et licet nec questio sit peripaterica:nec solutio:tamen dico albertillam non esse nunc locutum ut bonum logicum logici enim eam consequentiam dicunt ualere a primo ad ultimum : quando consequens in prima est antecedens in secunda:& consequens secundæ est antecedens in tertia : & sic usque ad ultimum:hoc autem fieri non potest per diuersa media:quia inter unum antecedens & consequens erunt plura adhuc consequentia & antecedentia·propterea si liceat ad hæc descendere : dicerem hanc non esse consequentiam a primo ad ultimum:sed esse tot enthymemata : quot factæ sunt probationes|sunt enim sex siue enthymemata|siue hypotheticæ auersæ atque abiunctæ:quæ propriis tenent mediis:reductæ tamen ad modum consequentiæ a primo ad ultimum : & tu posses dubitare de intermediis enthymematibus:quæ quia pro magna parte declarabunt postea : nūc sit dictum in tantum·Tertio posset quæri de actione cœli in nos resque sublunares generatim & particulatim:quæ res est nostrum propositum transcendens:& in libro destructio destructionū pro ea etate satis disputata: propterea nunc quæro breuibus utrum cessante motu cœli cessent generationes & motus & uniuersaliter omnia sublunaria·Alexander inter peripateticos maximus tenet q cessante motu cœli:adhuc elēa agerent & paterentur|& adhuc essent : & pro mente Aristo·dicit illa non agere & pati ordinate·Imo contingeret quandoque oīa elēa cōuerti in ignē: & hoc ꝑ inordinationem agendi·pro hac positiōe arguit albertilla primo quia cœlum agit in nos triplici instrumento motu|lumine|& influentia : igitur cessante motu| adhuc per lumen & influentiam agere posset·Secundo cessante motu cœli adhuc aīalia haberent uoluntatem & sensum·igitur possent moueri·Præterea arguit Alexander ipse cessante motu cœli adhuc elementa remanent:quia si non remanerent:redigerentur in nihil:quod omnes perterruit physicos · Si remanerent cum adhuc habeant contrarias qualitates: igitur agerent & paterent·Præterea elēta & mixta sunt æterna sm̄ spēm:igr̄ cessante motu cœli adhuc elēa remanēt|& p cōsequēs agerēt & pati possent:cōsequētia tenet:quia æternuʒ sm̄ speciem corrumpi nō pōt quouis alio corrupto·

Pria sol'

Sol' Ioannis

Sol' propria

Sol' albertille

Confu·

Propria sol'

iii·qō

Pō Alexan· peripatetici·

Positio quorundam. Quidam uero tenent cessante motu cœli remanere ælementa/& mixta/& ipsa posse agere & pati/motu etiam ordinato inter se & in mixta:quam positionem non modo theologice posse defendi sentiunt:sed physice atq; peripatetice. & pro hac positione arguunt ipsi. Primo quia quiescente cœlo:adhuc cœlum esset locus communis omnium rerum sublunarium:sed locus est qui conseruat rem locatam:igitur adhuc conseruaret sublunares res. Secundo quiescente cœlo adhuc ignis posset stramina comburere aut stuppam. Tertio stella calida ut mars aerem sibi proximum atq; in directo constitutum in ignem conuertere posset:& sic crescit ignis. stella frigida ut Saturnus ignem sibi pximum in directo constitutum in aerem atq; ælementa frigida resoluere:unde fieret perpetua calidorum & frigidorum hinc inde conuersio:quantum enim mars ipsius ignis accresceret ex parte una:tantum Saturnus frigidoru; Quarto sol posset aquam in uaporem conuertere:qui in media regione aeris conuerteretur:quæ cadens in terram pulueri admisceretur:& sic fieret mixtio perfecta uel imperfecta. Quinto licet non essent anni tempora in eadem mundi parte propter solis motum per signiferum:essent tamen in eodem tempore indiuersis partibus mundi simul:nam ubi sol est presens:erit æstas:ubi absens bruma:ubi medius esset: media ageret tempora. Sexto quælibet stella prædominatur alicui rei sublunari iuxta illud hermetis nullum est granum arenarum in terra quod proprium in cœlo non obtineat sidus suscitās ad eius incrementum. Igitur tale conseruabile suppositum suo sideri poterit per illud conseruari. Septimo quiescente ipso cœlo stellæ suaptenatura essent adhuc effectrices causæ formaꝝ ut mars caloris/saturnus frigoris:& cœteræ cæterarum formarum. Materia etiam esset adhuc subiectum cōmune omnium formarum & perpetuum:primo physicoꝝ. igitur effectus esset: & sic generatio & corruptio:nihil enim deficeret de requisitis. Octauo non minus mars est stella per motū

Decl'ō Arist. q̄ per quietem/& cœteræ similiter/igitur si cum motu fauet calidis:sine motu per lumen fauebit eisdem. Sed quia audierunt Aristotelem concludere in libro physicæ auscultationis octauo motum cœli esse primum motuum:& sine primo non possunt posteriora esse: propterea dixerunt. Aristotelem uoluisse ipsum non esse primum secundum causalitatem/ueluti nauclerus præcedit omnes nauis ministros:sed eminentia & perfectione:quo modo aurum est primum metallo-

Sūma pōum: rum:& sicut auro ablato possunt esse metalla:ita ablato motu cœli: etiam alii motus esse poterunt. Hæc pro Aristotele. Ex iis sequitur q; ambæ hæ positiones conueniunt: uolunt enim ambæ cessante motu cœli ælemēta agere & pati corrumpi & generari:uerum Alex. dixit hæc fieri

Confu. inordinate:alii uero asserunt hæc fieri cum ordine aliquo. Sed contra hanc positionem arguo Primo quia in omni genere oportet dare unu; quod est causa atq; mensura omnium eorum quæ sunt in illo genere. sed omnes motus unius generis:igitur omnium motuum unus est primus: qui est causa omnium aliorum:hunc Aristoteles uoluit esse motum cœli. igitur illo cessante oēs motus rerum cessabunt:quorum ille est mensura & causa. Secundo omnis motus hic sublunaris est in tēpore:sed cessante primo motu cessat tēpus apud peripateticos: est enim tempus aut primus motus:aut illius prima affectio. igit̄ cessabit omnis motus. Tertio arguit Simplicius causæ inferiores atq; sublunares ut dicitur secundo de generatione sunt instrumentariæ atq; materiales respectu uirtutum cœlestium. Sed instrumentum non mouet nisi motum. igitur cessante

Pō Thomæ motu cœli quo mouentur elementa:ipsa non mouebunt. propter hæc Thomas noster in expositione huius libri cum intētione Simplicii tenet cessante motu cœli cessare omnes motus corporum sublunarium. & loquitur generatim de omnibus motibus horum sublunarium: utrum uero remaneant substantiæ ælementorum:hic non determinat:uerum in disputationibus theologicis tenent cessante primo motu ælementa remanere & quo ad substantias: & quo ad qualitates:/licet non quo ad actiones & passiones:& propterea concludit nullum mixtum remanere in illa motus cessatione/nec quo ad actiones nec quo ad substantias:preter homines/qui & quo ad actiones perfectiores:& quo ad substantias præstabiliores remanebunt. utrum uero hoc asserat ut catholicus:aut ut peripateticus:non satis habemus:bene enim soluit rationes physicorum cum principiis non remotis a phylosophia. credendum tamen est ipsum esse locutum ut theolo-

Propria pō Pria suppō gus:quom quæstiones sint theologicæ. De hac igitur quæstione primo loquemur ut peripatetici deinde ut catholici:Quantum ad primum debes scire apud peripateticos cœlum non posse agere lumine/nec influentia si illa daretur de quo alias nisi per motum. per lumen quidem quia motus stellam adducit ad partem e qua distabat: unde Aristoteles in libro de generatione inquit cœlum agere motu obliquo/quia motus iste stellam abducit & adducit quæ est generans:praeterea ut dicetur in hoc secundo stella motus uelocitate/ipsum aerem conterens ac disgregans efficit calorem. per influentiam uero:quia motus adducit stellam:quam ducendo configurat illam

Expositio. Secundum mēbrum fuit imaginādo motum uel toto tp̄e utraq̄ ex parte remicti per remissionē potentiæ motoris. uel toto tp̄e utraq̄ ex parte intendi p̄ crementū potentiæ motoris: hoc uult confutare: & primo ꝓponit conclusionem, & inquit itemq̄ nec oīo hoc est uniuerso tēpore utraq̄ ex parte potens, uel oīo imbecille utraq̄ ex parte. hoc proponit probare. Et licet illa particula uel græce sit :quod uidetur hr̄e sonum copulatiuū: hic disiunctiuā habet uim. ꝓposita conclusione, probat illā, & arguit hypotetice a destructione cōsequentis dicens nam si remictet̄ motus uniuerso in tp̄e puta a parte ante: & a parte post ita ut toto tp̄e sit remissio: ipse infinito tp̄e remictat̄ necesse est. est igr̄ hypothetica siue maior, si motus toto tp̄e remictit̄: infinito tp̄e remictet̄. destruit cōsequēs & ponit minorē. aut nihil aut intendi semp hoc est tp̄e infinito, aut retro semper remicti pōt. Conclude, igitur non pōt toto tp̄e remicti, uel intendi. ꝓbat minorē, & inq̄t erit.n. infinitus indeterminatusq̄ ipse motus: qđ iterum destruit dicens sed oēm dixim⁹ & e quodam in q̄ddam definitum esse. ut patet. vi. physicoꝝ: igitur non pōt tp̄e infinito intēdi: uel tp̄e infinito remicti oī ex parte. Sed occurres quia non est incōueniens motum cœli eē infinitum & indeterminatū, quia non est e quodā in quiddam. vi. physicoꝝ: solum.n. illud est de motu recto. Debes scire ut colligitur ab Aueroe Motum esse terminatū posse dupliciter intelligi, aut fm quantitatem: aut fm qualitatem. Motus quidē rectus quātitate & qualitate terminatus est. quātitate q̄dem: quia e quodā est in quiddam. qualitate uero qa est finite intensus, uel finite remissus. Motus cœli est quātitate infinitus, qa non est e quodā in quidam: sed circa quoddam. qualitate uero finitus, quia finita intensus aut finite remissus. Secūdo debes scire q̄ oīs intensio uel remissio debet esse finita: quia oīs talis est alteratio quædam: oīs alteratio est e quodā in quidam. Tunc ad q̄ōnē, patet impossibile Ari. si.n. Toto tempore motus procederet remictēdo: Tunc tempore infinito remicteret̄: & sic remissio esset sine termino. hoc aūt est impossibile: quia oīs motus præter circularem diximus esse e quodā in quiddam: & ita remissio cum sit motus alterationis est e quodam in quiddam: & per consequēs non infinita. Ex hoc patet q̄ dici nō pōt hanc remissionem esse uniformem & infinitā: quia oꝫ tandem uenire in terminū cum sit ipsa motus e quodā in q̄ddā. Et nota q̄ alii hunc textū non intelligūt: nā trāslatores non pceperūt bene uerba Ari. Aue. uero digrediēdo ꝓbat motores orbium esse uirtute finitos ac uigore & potentia terminatos. Primo qa si motores orbiū essent infiniti: tunc nō differrent. deducit̄ quia infinitum totum occupat. ultra non dr̄nt: igitur nō erunt tot quot orbes, imo unus tm̄ infinitus. Sc̄do si quilibet eēt infinitus: tūc motores ad sua mobilia non hr̄ent proportionē: igitur nō haberēt ꝓprias & cōstitutas ꝓportiōes: q̄ dr̄nt: & ita oēs erūt un⁹: est.n. ablata cā dr̄æ. Tercio si q̄libet motor eēt infinit⁹: tūc motus eēt in nō tp̄e: nā ꝓportio uelocitatū est p̄ ꝓportiōe ꝓportionū potētiaꝝ ad sua mobilia. quare ut ꝓportio infinita excedit ꝓportionē p̄ infinitū: ita mot⁹ p̄ excedit motū. iiii. Ari. arguit infra si orbi adderet̄ astrū, aut nō moueret̄: aut tardi⁹ moueret̄. Modo si motor esset infinitus: staret oppositum consequentis cum antecedente. propter hæc tenet Aueroes Motores orbium esse finitos: ubi debes scire q̄ esse terminatum potest esse quo ad tempus: & quo ad gradum perfectionis. Terminatum tempore est quod tanto tempore perdurare potest: & nullo maiore. Terminatum uero gradu est: quod potest esse sub gradu a & nullo maiore. Quare duplex terminus & qualitatiuus, & quātitatiuus, terminus quātitatiuus sequitur materiam: res enim est in tanto tempore, & non in maiore propter potentiam materiæ. Terminus uero qualitatiuus est gradus perfectionis: & hic sequitur formam terminus

Dubi.
Solu.
Quæ Auero. com. xxxviii
Quæ Auero. com. xxxviii

ita q proportionum potentiarum mouentium ad sua mobilia sequitur mensuram uirtutum ipsarum/ & formarum· Ad questionem igitur Motores orbium cum materia careant: non sunt tempore terminati· quia sunt formae & differentes/ erunt potentiae terminatae/ & proportiones terminatae· quae res est cōmunis formis seperatis/ & materialibus: quia omnes sunt formae· haec materia de infinitate motorum coelestium: tractatur in codicillo nostro de īfinitate primi: & quaere illic multa pulchra ad propositum· & si uis uidere an orbis resistat motori: quaere librum destructio destructionum: nam multa in illa aetate diximus: quae nunc non egent retractatione·

Praeterea idem sequetur/ si aliquis esse quoddam tempus minimum sumat: quo in minore coelum moueri nō potest· nam ut neq; ambulare/ neq; citharizare quouis tempore aliquis potest: Sed cuiusq; actionis definitum est minimum tempus: per hoc q ipsa non exceditur: sic nec coelum moueri quouis in tempore potest· Si igit hoc uerum est: non erit sane lationis semper intensio· Quod si nō erit intensio: nec remissio erit· Similiter enim ambo erunt.

Secundo idem persuadet sic si est tempus minimum quo coelū mouetur: ita ut in nullo minore moueri possit: non potest toto tempore motus coeli procedere uelocitando atq; uelocitando: patet enim hoc quia ubi uelocitando & uelocitando procederet motus: non posset dari tempus minimū· Minuitur enim tēpus motu uelocitato: tunc pono antecedens/ sed datur tempus minimū quo coelum mouetur; & sequitur positio consequentis: igitur non potest infinito totoq; tempore procedere uelocitando ac uelocitando· Minor probatur per simile in omnibus aliis accionibus: in omnibus enim aliis accionibus est minimum tempus: quo minore nulla illarum eē potest· Inquit p̄terea supple idem sequitur si aliquis esse quoddam tempus minimum sumat: quo in minore coelum moueri non potest· est igitur maior si coelum mouetur tempore minimo nō potest uelocitando toto tempore infinito procedere· deinde probat positionem antecedentis p simile in aliis motibus: & inquit nam ut neq; ambulare/ neq; citharizare quouis in tempore aliquis potest: Sed cuiusq; actionis definitum est minimum tempus: hac uidelicet difinitione q illa accio non exceditur nec in minore esse potest hoc est adhunc sensum q in illo sit: & in nullo minore: infert positionem antecedentis/ & inquit sic nec coelum moueri quouis in tempore pōt· & ita patet coelum tempore minimo moueri· Tunc epylogat uim rationis: & inquit si igit hoc uerum est: non erit sane lationis semper intēsio: sed uerū supple est coelū moueri minimo tēpore igit non erit lationis semp intensio· ultra ex hoc remouet aliud mēbrū/ & inqt q si nō erit semp intensio: nec erit semp remissio: reddit cām & inquit similiter·n·ambo erunt: intensio quidē in minimo tēpore: remissio in maximo: ut igitur non est min⁹ ipsius minimo: sic nō est maius maximo: & ita ambo similiter sunt in certo constituto tēpore· Haec est ratio ut mihi uidetur·

Eritq; alterum si & eadem quidem uelocitate aut maiore intenditur; & tempus fuerit infinitum·

Non imperite expositor sentit circa hūc textū: uult·n· Ari· per hunc sermonē remouere cauillū: nā posset cauillator fingere Motū coeli ꝓcedere crescēdo p partes ꝓportionales minorib⁹ & minorib⁹ uersus futurū: quae auctio nunq̄ tn̄ augeē: ut sit in minore tp̄e minimo: uerbi cā possum fingere coelū ab aeterno coepisse moueri uelocitate ut duo: deinde creuisse p uelocitatē: quae ē ut unū illi priori addita ita ut tota excresceret ad uelocitatē ut tria· deinde creuisse/ p dimidiū eidē additū ita ut tota excrescat ad tria cū dimidio· deinde p dimidiū dimidii eidē additū/ ita ut tota sit ut tria cū dimidio & dimidio dimidii: & sic infinitū: quo qdē in casu motus ꝓcederet uelocitādo/ & tp̄s minorādo: non tn̄ ita minorabiē tp̄s ut sit deuēire ad minus minimo: qa additio fit p partes ꝓportionales Minorib⁹ & minorib⁹: quae nunq̄ faciēt unā uelocitatē ultra quatuor: & sic semper erit/ & nunq̄ ultra minimū tp̄s huic igr̄ cauillo Rn̄det Ari· dictū argumētū ualere si fiat additio p partes aeq̄les priori uel maiores: ut si mot⁹ fuerit uelocitatis ut duo: addaē tāta uelocitas: uel maior· sic·n· sequiē esse deueniēdū ad tp̄s in infinitū min⁹: & p cōsequēs nō dari minimū· inqt eritq; alteq·i· intēsio in tp̄e in infinitū minore si & eadē uel aeq̄li uelocitate uel maiore mot⁹ ille augēdo intēdiē/ ꝓcedatq;· & tp̄s illi⁹ augumēti fuerit infinitū apte ante & aperte post/ ut dictum erat· nam sic non est dubium non esse deueniendum ad tempus minimum· Et si dices igitur Ari· non habet motum coeli esse uniformem: quia saltē pōt intelligi ipsum ꝓcedere uelocitādo p additionē prtiū ꝓportionaliū minorib⁹ ꝓcedētib⁹ uersus futurū· Dici pōt nō hr̄i cōclusionē pfecte p hāc ꝓbationē: ppea est recurrēdū ad alias rōnes: tūc·n· nihil deerit· Ex iis pōt

Marginalia: tex· 37 (handwritten); Expositio· ; Expositio· ; Replica· ; Solu·

Ratio calcu/latorum · ratio calculatorum tolli : qua probant dari infinitum uelocem motum : arguunt enim ſigne/tur primum momentum ſiue primum inſtans non eſſe calefacionis : & arguunt in hoc inſtan/ti non eſt calefactio/cum ſit primum calefactum eſſe:& inmediate ante hoc fuit calefactio·igiẽ in mediate ante hoc fuit infinitus uelox aliquis motus·quoniam nullum fuit inſtans ante hoc quin inter illud & hoc fuerit aliquis motus·igitur in ifinitum uelox fuit aliquis motus·per uer/

Solu· ba Ariſtotelis patet ſolutio:non enim eſt in poſſibile infinitum uelocem fuiſſe aliquem motum non per certam uelocitatem:ſed ad intellectum datum/hoc eſt ſincategori:e ut dicunt·debes ſci re q illam conſequentiam ſi non erit intenſio:nec remiſſio erit:nam ſimiliter ambo erunt:

Quæ Alexã. ſimplicius· Ale/xander & ſimplicius uelle uidentur Ariſtotelem arguere ſic ſi motus cœli poteſt uelocitari ſem/per:poteſt debilitari ſemper:& econtra:igitur ſi non poteſt uelocitari ſemper/nec tardari ſemper poterit·primam uero conſequentiam probant:quia uelocitas dicitur reſpectu tarditatis/& econ/

Quæ Auero· com· xxxix· tra·Aueroes uero probat per hoc quia una eſt oppoſitorum potentia:quia ſi unum eſt poſſibile: etiam alterũ eſt poſſibile: & ſi unum eſt impoſſibile/etiam alterum·ut ſecundo topicorum dici/tur·ſed in textu aliter deduximus/ut patuit·Aueroes præterea probat aliter q motus cœli non poſſit tardari in infinitum:nec augeri·Primo quia tam potentia motoris / q̄ potentia mobilis ẽ finita & terminata·Secundo per impoſſibile quia ſi potentia motoris remictetur: ueniet ad tan/tam remiſſionem ut mouere non poſſit amplius·& ſi intenditur/ueniet ad tantam intenſionem ut moueat per infinitum modicum tempus/& ſic ad non tempus & ita nõ erit motus· Hæc Aue/roes·

Dubi· Occurret iunior nam tempus quo mouetur cœlum uidetur maximum: eo quia in illo mo/uetur:& in nullo minore·igitur ſi eſt maximum:non poteſt eſſe minimum·

Solu· Dici poteſt illud eẽ maximum & minimum:nam aliter eſt in ſempiternis:aliter in corruptibilibus·in ſempiternis enim priuilegio inmutabilitatis omnis motus eſt in maximo & minimo tempore: ſed reſpectu diuerſorum/eſt enim maximum quo non poteſt eſſe maius:eſt uero minimum : quo non poteſt eſſe minus·Hæc autem ſunt quia motus ille eſt inmutabilis & uniformis· in rebus uero corrup/tibilibus quæ mouentur motu difformi non eſt ſic:ut patet in ſexto phyſicoꝝ·Hæc de dubio·

te 40 Reliquum igitur eſt ut dicamus motui ipſi uelocitatem uiciſſim atq; tarditatem ineſſe·Sed hoc ratione prorſus caret:eſtq; figmẽto ſimile· Præterea rationi etiam magis accedit·id ipſum ſi ſit·nos non latere . ea ſiquidem quæ iuxta ſe ponuntur: facilius ſenſu diſcernantur·Cœlum igitur unum eſſe·hocq; in genitum atq; ſem/piternum·itemq; uniformi ſemper motu ferri;intantum ſit nobis dictum·

Expoſitio· Tertium nunc membrum refellit:& probat cœlum non Moueri difformiter per uiciſſitudinari am crementi/& decrementi difformitatem·primo quia uidetur abſq; ratione & figmentum·Se/cundo quia ſenſu percipitur oppoſitum·Inquit reliquum igitur eſt ut dicamus motui· Ipſi uelo/citatem uiciſſim atq; tarditatem ineſſe:hoc enim fuit tercium membrum·Contra obicit/& inqt ſed hoc ratione prorſus caret:& quia nihil correſpondet ſibi in re/erit figmento ſimile· Secundo obicit quia contra ſenſum:& inquit præterea rationi etiam magis accedit id ipſum ſi ſit/nos non latere:ea ſiquidem quæ iuxta ſe ponuntur:facilius ſenſu diſcernuntur · Vnde cum hoc anno ſit uelocitas/alio tarditas:& ſic uiciſſim iuxta ſe hæc ponantur facile ſenſu diſcernemus:oppoſita·n· iuxta ſe poſita magis eluceſcunt·cœterum epylogat omnia quæ dixit de toto cœlo:quia uult trã/

Qõ de mot⁹ cæli regular· ſire ad partes eius·Quærunt utrum motus cœli ſit regularis:& uidetur q non quia ille eſt cum reſiſtentia·igitur irregularis·antecedens patet/cœlum enim reſiſtit motori / ut Aueroes probat hic per multa uerba·conſequentia tenet per id quod uidemus in animali:corpus enim quia reſi/ſtit animæ:ꝑpterea motus animalis eſt difformis·Ariſtoteles uero probauit oppoſitũ per mul/

Põ albertillæ tas rationes·Albertilla facit differentiam inter motum regularem/& uniformem propterea cõ/cedit motum cœli eſſe difformem·nam partes iuxta polos tardius:partes uero iuxta æquinocti um celerius feruntur·non tamen concedit ipſum eſſe irregularem/imo regularem : quia nõ cer/

Confutatio· to tempore ueloctiorem/certo tardiorem·Sed cõtra hãc ſolutionẽ eſt:nã Ariſtoteles probat hunc

Propria ſolu· motum eſſe uniformem:uerbum enim illud   græce / latine ſonat uniformis· pro/pterea dicerem Motum cœli eſſe uniformem:ubi animaduerſione dignum motum cœli eẽ uni formem ratione puncti uelociſſime moti:ut ratione capitis arietis uel libræ : qui eſt in ſectione Zodiaci & æquinoctialis·quia igitur hic punctus ſemper uniformiter mouetur ut in ·xxiiii·ho/ris:ideo totus motus dicitur uniformis·pœnes uero motum cœterarum partium nec uniformis nec difformis eſt denominandus/quia pœnes illum non dicitur uelox:uel tardus·Ad rationem

Reſpondet

Respondet Ioannes Mobile resistere motori & cœlum resistere motori posse bifariam intelligi: uno modo per inclinationem naturalem ad alium motum illi contrarium/ad quæm mouet ue/luti corpus animalis resistit animæ:quia graue uel id genus·& hoc modo resistere irregularita/tem efficit·alio modo propter potentiam mobilis ad actum diuersam/quia mobile est potentia tale qualis est motor in actu:quæ resistentia est in omni motu necessaria / & hoc modo cœlum resistit motori:nam cœlum est in potentia ad aliquod ubi:& ad oppositum ubi: ad quod motor intendit·Sed hæc solutio nulla est quia cum infinita uelocitate potest stare hæc resistentia di/uersorum ubi:potest enim cœlum moueri in duplo uelocius/& habere adhuc potentiam ad di/uersa ubi:& rursus in triplo uelocius & habere eandem:& ita in infinitum·& sic nulla esset cau/sa quare tanta uelocitate mouetur/nisi uoluntas motoris·Et licet de hac materia multa dixerim in libro destructio destructionum:dico nunc cœlum resistere motori posse intelligi dupliciter uno modo respectu termini:alio modo respectu motus·cœlum resistit motori respectu termini: quia non permictit ut inducatur ita cito in terminum ad quæm / ut motor intendit : sed solum xxiiii·horis non autem respectu motus:quia non inclinatur ad contrarium motum illi quo mo uetur:& propter hoc est uniformis·Hæc de questione·

Solu·Ioannis

Confu·

Propria solu·

De iis uero quæ stellæ nuncupantur:consequens est nunc dicere:& ex quibus co/stent:& quas figuras habeant:& qui ipsarum sint motus·

Tria nunc de iis cœli partibus:quæ græce astra dicuntur/latine stellæ : proponit dicere:uideli/cet cuius naturæ sint:quasq́ habeant figuras:& qui ipsarū motus sint:hæc enim tria de toto cœ/lo sunt determinata:propterea restat nunc eadem de partibus determinari·ordo questionis est: quia totum semper est parte notius ut sexto topicorum ait Aristoteles: propterea tractatus de to to cœlo præcedit tractatum de partibus·rationabilitas uero questionis est quia uidem⁹ nō sem/per partem sequi naturam totius:in animali enim partes & inter se/& a toto differunt specie:p/pterea posset idem censeri de partibus cœli/& ad totum cœlum/& ad se· questio igitur non ca/ret ratione·

Expositio·

Ordo q̄onis

Rō q̄onis·

Consentaneum itaq; maxime rationi est:& ea quæ dicta sunt consequitur : unam/quamq; stellarum profiteri hoc corpore esse : in quo lationem habet · dicebamus namq; aliquid esse quod circumferri aptum est ·

Proposita intentione / nunc prosequitur & primo de substantia & ponit talem conclusionem uidelicet stella est de natura eius cœli/ad cuius motum ipsa circumfertur: hoc dicit & esse ad di/cta sequens/maxime rationabile·probat q̄ sit maximæ rationabile hoc modo/ quæcunq́ una eademq́ Motus specie mouentur:hæc sunt unius naturæ·cœlum & eius stella una & eadē mo/tus specie Mouentur·igitur cœlum & stella unius sunt naturæ· inquit consentaneum itaq; ma/xime rationi est & ea quæ dicta sunt/sequitur:unamquamq́ stellarum profiteri ex hoc corpore esse:in quo lationem habet·declarat quo modo maxime rationabile:& prætermictit : quo mo/do ad dicta sequitur·& inquit dicebamus nam aliquid esse / quod circumferri aptum est : quare stella sit circumferri apta:uidetur ut sit ipsa etiam de natura cœli·Videtur etiam hoc sequi ad di cta/licet ipse non declarat:quia dictum est partem & totum esse eiusdem naturæ : quando tale totum est simplex/atq́ similare ueluti de igne dixit in primo cœli·at cū cœlum sit simplex atq́ similare:stellaq́ illius pars:erunt igitur eiusdem naturæ·

Expositio·

Præterea ut qui dicunt igneas esse: ideo dicunt quia superum corpus ignem esse asserunt:nam rationi accedit unumquodq; ex iis constare ; in quibus est unum/quodq;:sic quoq; nos dicimus ·

Hoc iterum probat per id quod dixerunt ueteres ; illi enim stellas posuerunt esse eius naturæ: cuius cœlum esse dicebant:ueluti qui cœlum ignem fatebantur:ii quoq́ stellas igneas etiam di xerunt·igitur eodem modo si nos cœlum esse dicamus naturæ quītæ:etiam stellas esse eiusmo/di naturæ dicendum erit·sunt igitur sunt cælicæ naturæ·Hæc Aristoteles · Ex uerbis Auerois colliguntur differentiæ inter stellam & orbem: prima est quia orbis ipse non est perse sensilis: cum careat luce·stella uero uisilis est:quia lucet·& propterea cælum esse est demōstratum:quia uidemus stellam moueri:cum enim stella uideatur moueri: nec moueri possit ut auis in aere:& ut piscis in mari:Mouebitur ad motum orbis hinc scimus orbem esse·Secunda differentia est qa stella est nobilior pars orbis:quia lucet & calefacit/cæterum ipsius orbis non· Ex iis syllogizat Auεroes omnis pars est de natura totius:stella est pars cæli:igit̄ stella est de natura cæli·Hæc

Expositio·

Quæ Auero. com·xli·

De contrarietate priũ coeli — Auerroes. Quaerit expositor utrum stella & pars coeli non stellata sint contrariae. Respondet inter illas non esse contrarietatem: Tum primo quia illis non competit ratio contrarietatis. Tũ secundo quia qualitates sunt in coelo ueluti in causa uniuersali: quomodo uniuersalia sunt in intellectu. & ita concedit illas esse diuersas/ non tamen contrarias sed replicabis primo quia saltẽ
Replicae — dispositiue uidentur contrariae: quia differunt poenes rarum & densum/ poenes lucidum & tenebrosum. Secundo agunt effectus contrarios/ igitur sunt cõtrariae. Defendi potest positio illa: nã
Defensio — Auerroes in paraphraxe libri meteororum ait tales partes solum differre p magis & minus. quae libet enim est lucida/ quaelibet etiam perspicua: uerum quaedam est adeo parum lucida: q. non potest uisum terminare: propterea dicitur tenebrosa. quaelibet quoq; prospicua/ atq; paruia: licet sit a dominio lucida. & sic patet ad primum. ad secundum negatur asumptum: forte enim ad effectum non concurrit reliquum orbis/ nisi solum per motum. & hoc modo non differunt. Verũ
De dr̃a stelle a pulo orbis. — de hoc superius uidimus. Secundo quaerit utrum pars stellata & non stellata quae paruia est sint speciae differentes: Tenet Thomas q speciae differunt: genere tamen cõueniunt. & hoc quia differunt densitate & raritate/ luce & tenebra: quae arguunt specificam differentiam naturarũ. Sed
Põ Thomae Confu. — haec positio non uidetur peripaterica ut dicemus in com. xlix. quia non differunt forma: nõ materia: non motu. forma quidem non differunt: quia una est anima speciae & numero paruiae partis & stellatae: materia minime: quia omnes sunt ex quinta essentia: quae nec est grauis/ nec leuis.
Propria põ — Motu quoq; nequaq̃ ut Aristoteles arguit. igitur paruia pars & stellata non possunt differre speciae. ratio thomae non concludit: quia omnes dispositiones sunt in una & altera/ licet secũdum magis & minus ut dixit Auerroes. Sed de re hac forsitan repetemus.

Caliditas autem ab ipsis atq; lumen fit propterea quia aer ab illarum latione conteritur. Motus enim & ligna & lapides & ferrum aptus est intendere. Consentaneum igitur magis est rationi id ignire quod est igni propinquius. propinquius autem est aer.

Expositio. — Omnes cõueniunt in hoc q Aristoteles refellit cauillos uel persuasiones quibus stellas eẽ igneas ueteres concesserunt. erat autem primus/ omnes calefaciens & lucidum est ignis uel igneum stellae calefaciunt. & sunt lucidae. igitur igneae. probabant maiorẽ sic omnis ignis calefacit atq; lucet. igitur per conuersionem in terminis omne calefaciens & lucens est igneum uel ignis. Ad hanc persuasionem respõdebat Aristoteles: & uidetur innuere distinctionem talem q aliqd potest dupliciter calefacere uno modo per essentiam: quo modo ignis uel igneum calefacit. Alio modo per dispositionem siue qualitatem in alio receptam: & hoc modo stellae calefaciunt/ quia per dispositionem quandam receptam in aere: & non per dispositionem atq; qualitatem in ipsis contentam. inquit caliditas autem ab ipsis atq; lumen fit quia aer ab illarum latione conterit. igitur nõ per essentiam: sed per dispositionem illam quae est attricio/ in aere receptam. Haec est Solutio deinde probat solutionem primo per locum a minori ad maius/ sic Minus uidetur Motum & attricionem posse ignire ligna/ lapides/ & ferrum: q̃ aerem: & ignit/ igitur si illa ab attritione & motu igniuntur/ aer maxime ignietur. Inquit Motus enim & ligna/ & lapides/ & ferrũ aptus est intendere. consentaneum igitur magis est rationi id ignire quod secundum naturam & locum est igni propinquius. propinquius autem igni est aer: Imo aer est fere ignis ipse: differens parum per locum/ & parum per alteram solam qualitatem.

Veluti & in ipsis quae proiciuntur sagictis. hae namq; ipsae adeo igniuntur ut eliquescat plumbum. quod in ipsis est. Et cum hae igniantur: etiam aer qui ipsas circundat hoc idem paciatur necesse est.

Expositio. — Apud Alexandrum & simplicium dictam solutionem probat nunc Aristoteles per exemplum & forte potest esse ratio probans maiorem proximae rationis: accepit enim motum & attritionem ignire lapidem lignum & ferrum. hoc itaq; probat per exemplum/ & inquit ueluti & in ipsis quae proiciuntur sagictis. hae namq; ipsae sagictae adeo igniuntur ut eliquescant plumbum: quod in ipsis est: hoc est exemplum probationis. deinde quasi epylogat rationem/ & inquit: & cum hae ignian tur: etiam aer qui ipsas circundat/ hoc idem paciatur necesse est: ut patuit per locum a minore ad magis. Haec est uis rationis. debes scire Alexandrum uoluisse hoc argumentũ
Alexã. expõ — esse per locum a minori quasi ab effectu: hoc modo si sagictae igniuntur. igitur aer ipsas circundans ignitur. quia minus uidetur illas igniri q̃ aerem. Simplicius uero uult argumentum esse a
Sĩplicii expõ — causa sic/ quia sagictae calefiunt: igitur aer calefit: calefit enim ratione fricationis factae a sagictis

quare

quare locus est a causa·Expositor laudat Alexandrum·Ego uero cum simplicio sentio:primo qa aliter exemplum non esset ad propositum·Aristoteles enim per confricationem quam sagictæ faciunt in aere/& per quam calesit aer uult probare stellas cōfricando aerem calefacere· Si enim uidemus aerem calefieri a confricatione quæ fit a sagictis:igitur aer est calefactibilis a confricatione/& ita stellæ possunt calefacere confricando·Secundo quia dubitatio quæ sequitur nō esset ad propositum:suponit enim aerem calefieri a sagictis per confrictionem / & sagittas calefieri a confricato aere·igitur similiter stellæ confricando aerem calefaciunt illum: & ab illo calefient· nisi igitur expositio simplicii esset:hæc dubitacio non esset ad propositum· Quæ expōr Quæ author

Hæ igitur ipsæ ideo calefiunt:quia in aere ipso feruntur:qui ob percussionem motione fit ignis· superiorum autem corporum unumquodq; in sphæra fertur:ut ipsa quidem non igniantur·aer autem cum sub sphæram sit corporis circumuecti: illius ob lationem necessario calefit.

Obiciet aliquis Aristotelis contra solutionem:nam si lamina sagictarum se sic habent ad aerem: quæmadmodum stellæ·igitur ut illa lamina calefaciunt cōterendo aerem:& calefiunt ab attrito aere:sic stellæ aerem conterendo calefacient:& ab illo calefient·uidetur Respōdere non esse simile quia lamina feruntur in aere:proprerea calefiunt ab illo·at stellæ conterunt aerem : non autem ab illo calefiunt:quia non in ipso feruntur:sed propriis in sphæris· etiam dico in corporibus corruptibilibus esse actionem & reactionem·at stellæ sunt corpora æterna: & propterea dato q. in aere ferrerentur non propterea calefierēt·Inquit Aristoteles hæ igitur ipsæ sagictæ ideo calefiunt:quia in aere ipso feruntur:qui ob percusionem:quam aer recipit a sagictis ipsis motione fit ignis·at superiorum corporum unūquodq; in sphæra fertur/& non in aere: ita ut ipsa hæc corpora non ignianitur:quia in sphæra feruntur:& sic negatur similitudo·nam sagictæ per aerē/ illæ stellæ per sphæras feruntur·forsitan dixeris quo nam pacto stellæ illæ possunt aerem conterere cum procul sint:quasi Respectus inquit aer autem cum sub sphæra sit corporis circumuecti:illius oblationem & ob motum raptus necessario calefit:rapitur enim usq; ad cacumina mōtium:ignis enim & aer motu diurno feruntur/ut quid motum cometarum deprænenditur· & p hanc uiam raptus motus conteritur · Quo uero ad uerba græca attinet uerbum illud percussio græce est latine etiam plagam:plaga uero percussio est : ut poeta plagisq; peremptum: Tunsa per integram soluuntur uiscera pellem & ita per plagam uidetur intelligere percussionem quam sagictæ agunt in aerem· Expositio·

Et maxime hac in qua sol est infixus·qua propter cum propius iam accesserit / ac exoritur / & super nos est:fit caliditas·ipsas igitur neq; ignea esse/neq; in igne ferri de ipsis hæc a nobis sint dicta·

Adhuc possēt Aristoteli obici quia tunc omni tempore esset calor æqualis: quia semper est aeris attritio facta æqualiter a stellis·Respondet & uidetur uelle merito motus esse semper calorem æqualem:non autem merito luminis:propterea inquit & maxime aer & nos calefiumus hac sphæra in qua sol est infixus:quia plus aliis lucet:affert signum·d·qua propter cum propius iā accesserit/ut quando uenit ad apicem capitum nostrorum: uidelicet quando ingreditur cancrum & exoritur/ & super nos in meridiano fuerit:fit caliditas maxima:quæ est æstiua : demum epylogat:& sermo patet·Mouet autem Auceroes questionem utrum Sol & stellæ aerem calefaciant conterendo ipsum:& arguit q. non quia non tangunt aerem·igitur non cōterunt ipsum· Respōdet Alexander non esse necesse corpus extremum quod in aliquid agit mediante alio:transmutare illud:ueluti de pisce qui torpedo dicitur:hic enim Manus mortificat piscatoris mediantib9 rhetibus:rhetia tamen non Mortificat·contra obicit Themistius quia exemplum non est bonū nam Rhetia patiuntur a stupore quamuis non passione ea qua manus patitur · & ita oportet ut orbes paciantur a stella solis aliqua passione:& si non sit similis passioni aeris:Modo non uidetē quæ sit hæc passio·Secundo arguit Aueroes quia nihil potest moueri localiter ab aliquo corpore mediante corpore aliquo/& corpus illud medium non moueri a primo mouente· igitur si aliqua pars aeris mouetur a sole mediante parte orbium inferiorum:partem illorum necesse ē moueri ab illo localiter:quod non apparet·propterea Respondet Aueroes:& sumit quædam quorum primum est:q. partes cœli in agendo in aerem uel ignem differunt/pœnes differentiam densi & rari·ita ut quanto cœli pars fuerit densior:tanto agentior erit · Quod si dicas in cœlo non esse densum nec rarum:soluit Aueroes in cœlo non esse densum & rarum uniuoce cum denso & ra/ Expositio· Quæ Auero· com·xlii· Soul · Alexā· Obiectio themistii contra Alexan· Obic·Auc· Solu· Auero·

ro in ælementis. In ælementis enim hæc consecuntur calidum & frigidum: in cœlo densum est cuius partes propinquius iacent. rarum uero cuius partes remotius iacent. Secundum est q. corpus non agit in corpus solum per uirtutem quæ est in superficie: sed per uirtutem quæ est in profundo extensam secundum extensionem profunditatis hoc Aueroes probat duobus signis: primum est quia si sint duo corpora æque calida quorum unum altero est profundius/ quamq̄ in superficie æqualia sint/ ut si ambo pedalia: id quod est spissius aliis paribus fortius agit: & hoc per fortiorem uirtutem quæ est gratia maioris profunditatis: quod quidē significat corpus non modo agere per uirtutem existentem in superficie: sed in profundo. Secundum est quia si sint duo corpora æqualia quantitate & continentia: semper densius cœteris paribus est agentius: ut ferrum plus q̄ lignum. & hoc quia in profundo densius est: uirtus enim unita forci⁹ agit se ipsa dispersa. Ex iis sequitur primo q. in orbe pars stellata est agentior non stellata/ quia spissior. Secundo q. inter stellas maxime sol est actiu⁹ quia maior & spissior omnibus. Tertium principale est solem & stellas esse tocius uniuersi partes integrales: nam uniuersum quod ex omnibus orbib⁹ constituitur uidetur esse ut unum animal colligatum ex pluribus membris: cuius animalis est unus motus uniuersalis ut diurnus/ & plures partiales pro ratione partium. Ex iis ulterius sequitur ut infert Aueroes partem illam aeris quæ est in directo solis & cuiusuis stellæ forcius pati cōteriq; magis/ tantoq; magis a stellata q̄ a non stellata quanto stellata est actiuior atq; magis cōteritiua q̄ ut non stellata. tantoq; a sole magis q̄ ab aliis/ quanto sol est maior & spissior. his præmissis pro solutione uidetur innuere talem distinctionem q. solem uel stellas calefacere continēs nos potest intelligi dupliciter/ uno modo singulariter & diuisim sine aliis partibus quæ sunt mediæ. & hoc modo sol non calefacit: quia sic deberet tangere ignem uel aerem ipsum: quæ singulariter calefaceret. Alio modo potest intelligi q. sol calefacit pro tanto quia uniuersum cœlū in cuius profundo est sol: habet principaliter calefacere uirtute solis: & hoc modo calefacit: hæc enim uirtus a profundo concaui totius agregati uersus nos usq; ad conuexum ubi sol est usq; ēt ad ultimum cœli ultimi calefacit per uirtutem in profundo. Imaginandum igitur est in medio totius agregati esse solem ueluti in medio animalis cor: & a uirtute profundi cordis calefieri oē extra cœlum ab illo contentum/ ueluti a corde animalis calefiunt linteamina: & ut non oporteret cœtera membra iuxta cor calefieri/ si debeant linteamina calefieri/ sic non oportet orbes inferos & superos qui solem circundant calefieri: & ut non oportet linteamina tangi a corde: sed solum ab aliqua parte corporis: in cuius profundo est cor: sic non oportet continens nos tangi a sole: sed satis est ut tangatur ab aliqua parte corporis in cuius profundo est sol/ & uirtus solis. q ratione fit ut totum agregatum principaliter calefaciat per uirtutem solis quæ est in eius profundo: & sol non nisi ut pars calefacit. propterea non oportet ut tangatur continens a sole/ sed a cœlo: & sic tangit tale corpus calefaciens ignem: & ignis postea tactus tāgit aerem usq; ad nos. Ex iis parent duo primum q. principale alterans est totum cœlum per uirtutem in profundo: & nō sol per se & singulariter: ut Alexander credebat. Secundum est q. tale uniuersum cœlum aerem uel ignem calefacit ratione luminis ut dicemus/ ratione motus/ quo eos rapit: & tercio uirtute solis & stellarum existentium in profundo calefacit aerem & ignem conterendo: quæ conteritio est in aere/ & igne insensibilis quo ad nos: nos enim sentimus calorem: conteritionem uero non sentimus. Sed contra Aueroem arguitur per rationes simplicii: qui licet præcessit Aueroem: hæc

Replicæ Simplicii — etiam positio Auerois fuit antiqua. Primo quia tunc ualles essent minus calidæ q̄ montes: quia in eis minor est conteritio: quia plus a cœlo remouentur. Secundo quia terra est ut punctum respectu tocius cœli: sed omne agens æqualiter ageret in punctum. igitur non totum cœlum/ sed stella agit: respectu cuius terra non est ut punctum. Tercio quia tunc æqualis deberet esse calor

Pō Thomæ — in locis umbrosis/ & luminosis: quia ubiq; æqualis est conteritio. Thomas negare uidetur hanc contericionem: & concedit stellas & cœlum agere lumine & motu: non quidem cōterendo/ sed mouendo ad hoc enim uerba Aristotelis accommodari possunt optime. quia forte per conteritionem non uult nisi motum raptus: ut in textu diximus: & tunc concedit æqualem esse calorē

Quæ Auero. — merito motus raptus ubiq; & semper: uariari tamen merito luminis. Aueroes autem concedit cœlum tribus modis mutare continens ad calorem lumine: ut dicemus/ motu raptus ut dixit Thomas/ & conteritione: & tunc concedit merito motus semper esse æqualem calorem: non autem merito luminis/ nec contericionis. Primo quia attritio fit principaliter a toto cœlo ratione partis stellatæ: sed stella non semper est nobis æqualiter proxima/ secundo quia nō semper æqualiter applicata: nam nunc est recta/ nunc obliqua/ nunc aliter constituta. Præterea concurrunt etiam aliæ stellæ aliis uirtutibus. ut dicemus hac ratione fit ut attritio ipsa non sit in uniuerso

aere

aere æqualis:sed hic magis:illic minus· Tunc ad rationes ad primam conceditur ualles & partes remotiores a cœlo esse minus calidas quo ad attritionem:sed quo ad radiorum reflexionem calidiores esse· Ad secundum dico q̄ licet a cœlo · Toto æquidistet terra:non tamen a stella ratione cuius cœlum conterit aerem· Ad tertium patet sol' potest enim concedi merito motus aliis partibus esse æqualem:non tamen merito luminis atq; contentionis· Hæc de mente Auerois concederem:& non uideo sequi aliquod impossibile:& consonat uerbis Aristotelis· Sed ambiges unde cœlum uel sol habeat uim hanc attritiuam· Aristoteles enim inquit caliditatem effici q̄a aer ab illarum latione atteritur· igitur conterit per motum raptus: & ita cœlum calefacit motu raptus:& per consequens non uidetur differre motus raptus ab attritione · Concederem solē uim habere attritiuam/ & totum cœlum/ uerum maxime solem:quia est densior atq; profundior· hāc tamen uim dicerem efficere attritionem/ mediante motu raptus:non tamen esse motum raptus: sed aliquid ultra· Tu considera:quoniam hoc est intentatum ab aliis · Secundo quærit Aueroes utrum motus & lumen calefaciant:& arguit q̄ non primo omne calefaciens perse est corpus & calidum· Sed motus & lumen non sunt corpora calida:igitur non calefaciunt· Secundo oē quod fit generatur a sibi simili ut in methaphysica dictum est· at motus & lumen non sunt calida similia in specie· Respondet Aueroes ad secundum & ad primum insimul/ & uult calorem effici posse e non calore/ nec e corpore calido:item nec esse uerum generatim simile fieri a simili· hoc eni in sb̄tiis tenet:& non in accidentibus· uerbi causa nigredo fit interdum a calore:interdū a frigiditate:quare & calor quandoq; a calore:quandoq; a non calore ut a motu / & lumine fit· sic igitē Aueroes uult in substantiis habere locum uerba Aristotelis· Sed uidetur nec in sb̄tiis habere locum cum authoritate Aristotelis / primo quia mures generari possunt a non mure sed a calore solis diffuso in aere uel aqua· xii· metha· com· xviii· Secundo tertio cœli com· lvi· dicit Aueroes ignē effici quandoq; a motu locali/ quandoq; ab alteratione/ quandoq; ab igne· nō nulli per Aueroe Respondēt dictum Auerois esse intelligendum de uniuoco uirtuali· Sic enim omnes generationes fiunt ab uniuoco in uirtute· & hoc modo mus & ignis fiunt ab uniuoco in uirtute· Sed hæc defensio friuola est:primo quia hoc modo accidens etiam ab uniuoco in uirtute fit: nō enim fit nisi ab eo in cuius uirtute est· Secundo nihil Aristoteles haberet contra platonem in methaphysica· nam idea esset saltem in uirtute similis genito· Melius igitur dicerem dictum Auerois esse intelligendum per exclusionem:hoc pacto q̄ tantum in substantiis generatio est ab uniuoco· quia in substantiis:& in nullis non substantiis:ex hoc tamen non sequitur ut in omni substantia fiat generatio ab uniuoco· ab exclusiua enim non sequitur uniuersalis nisi de terminis transpositis:& sic patet ad obiectiones· Vlterius quærit Aueroes quis motus calefacit: & quo modo calefacit· Respondet Aueroes talem motum esse localem:& non alterationem/ nisi quatenus alteratio est calefactio/ nec auctionem/ nec generationem/ nisi quatenus generatio est rei calidæ· Probat quia talis motus est ueluti uita octauo physicorum· Secundo quia uidemus ignem p̄ motum augeri:& per quietem extingui· Ad secundum Respondet Motum esse perfectionē corporis calidi:& hoc modo motus calefacit/ ueluti calidi corporis perfectio· Sed huic Respōsioni obiicit S· Thomas intelligens motū esse proprietatem corporis calidi/ primo quia motus non est p̄prium calido:cum omnibus corporibus naturalibus competat · Secundo nullum posterius est causa prioris· Si igitur moueri sit proprium calido:magis erit calor causa motus / q̄ contra mot9 causa caloris· propter hæc tenet S· Thomas motū calefacere:quia est primus· Nam primum in unoquoq; genere semper est causa aliorū quæ sunt in illo· Sed positioni S· Thomæ Obicit Ioannes:primo quia si ita esset/ non esset magis causa caliditatis q̄ frigiditatis:est enim frigefacio motus ut calefactio ipsa· Secundo si motus localis ut primus calefaceret: tunc motus posteriores ut motus uiolentus quo sagitta mouetur/ non calefacerent· Sed rationes Thomæ non ualent contra Aueroem:nec illæ Ioannis contra Thomam· illæ Thomæ quidem non ualent: quia Aueroes non dicit motum esse proprietatem calidi corporis:sed perfectionē corporis calidi· Modo prima perfectio alicuius sb̄ti est causa omnium eorum quæ accidunt illi subiecto : ueluti anima q̄ est prima corporis uim perfectio:est causa omnium accidentium corporis animati· ita in proposito quia motus est prima perfectio corporis calidi:est causa eorum quæ accidunt corpori calido & ita est causa caloris:qui accidit illi· & hoc inquit cum igitur corpus calidum fuerit motū : erit in ultima sua perfectione:& cum fuerit in ultima sua perfectione/ tunc calor erit in eo in ultima perfectione:ueluti in re existunt omnia accidentia quæ consecuntur formam post aduentū formæ· & ita Aueroes uelle uidetur motum comparari ad calorem ut anima at forma ad accidentia propria quæ consecuntur formam· Si igitur hoc modo Aueroes intelligit:obiectiones Tho-

Solu· rōnum·

Dubi· ī opōe Auero·

Solu ·

Scda qō utrū lumen & mo t9 calorē cānt

Solu· Auero ·

Replicæ contra Aueroem·

Sol' p Auero·

Confu·

Propria solu·

III· qō quō & qs motus calefacit·

Solu·

Replicæ Thomæ·

Pō Thomæ·

Obiectiones Ioannis

Defēsio aue· & thomæ

Replicæ

Replicæ — mæ non procedunt· Sed adhuc replicabis quia motus est prima perfectio cœli: & tamen nõ calefacit cœlum· Secundo motus est prima perfectio aquæ quæ mouetur· & tamen aqua non calefit· dici potest Auerroem uelle ad motum sequi calorem in subiecto apto nato· quale nec cœlum, nec aqua est· Illæ uero Ioannis minime· prima quidem non: quoniam primum in genere solum est causa eorum quæ sunt in illo genere per se primo, atq; intẽta· modo calefactio est per se in genere motuũ ut per se primo intenta· frigefactio per accidens· propterea latio est per se causa calefactionis: per accidens frigefactionis interdum· Secundum minime: quia etiam motus uiolentus est primus in genere motuum, respectu alterationum & id genus· licet non sit primus respectu lationum: & hoc sufficit ad hoc ut ille alteratiõem efficiat· uerum utrum positio Auerois sit

IIII· qõ an lumẽ calefaciat — uera: in fine dicemus· IIII· quærunt utrum lumen calefaciat: dicendum per se patere lumen calefacere· Tum quia loca umbrosa uidentur frigida respectiue· Tum secundo quia uidemus plenilunia esse calidiora· calefacit igitur: & magis cum reflectitur radius ad perpendiculare: duplicatur· n· tunc radius· Adhuc magis cum radii congregantur ut apparet in speculis concauis· nemo igitur dubitat q; calefaciat· Sed de modo est dubio: cui respondet Aueroes & dicit primo q; sicut motus non per se calefacit: sic nec lumen· dicit secundo ut motus calefacit quatenus est prima perfectio corporis calidi ad quam sequitur calor ut accidens proprium, sic lumen est prima perfectio corporis calidi: ad quam sequitur per se ipse calor· Aliter ridet imaginando stellas esse formaliter calidas: ut dicit in libro de substantia orbis & tunc cum lumine miscetur calor stellarum: & ducitur ad nos: uenit enim lumen cõmixtũ calori· persuadet hoc primo quia stellæ & orbes cõmunicant in lumine, & trãsparentia, igitur non inconuenit communicare in calore· Secundo authoritate Aristotelis nam luna est similis terræ in opacitate & difformitate· igitur Sol similis igni in luce & calore· Tertio authoritate astrologorum, nam hi posuerũt aliquas stellas calidas, aliquas siccas formaliter·

Quinta põ — Quinto quærunt utrum stellæ causent frigiditatem per se· Respondet Aueroes corrigẽdo dictum astronomorum & uult stellas per se propriæ omnes esse calidas, humectare uero, & frigefacere, & exiccare per respectum persuadet hoc: quia si aliqua stella esset frigida maxime esset luna· modo Aristoteles ait noctes in plenilunio esse calidas· & in hoc errat Auicena, qui tenet stellas per se frigefacere, exiccare aliquas, humectare aliquas· Hæc ex cõmẽ·

Circa dicta Aueroís — Sed uidetur mihi primo circa hæc quædam dubitanda: quædam reprobanda: quædam corrigẽda· Primo dubitatur quia dixit primo motum per se calefacere quatenus est prima perfectio calidi· Deinde dicit motum & lumen per accidens calefacere· Ecce euidens contradictio est uidetur etiam falsum: quia omnis causa per accidens est aut casualis, aut remouens prohibens, aut contũcta causæ per se· quarum nulla potest esse motus uel lumen·

Defensio primi· — Defendi potest Aueroes: nam dicitur causa per accidens uno modo quia non agit per uniuocatiõem rationis & nominis: & sic omnis causa æquiuoca est causa per accidens: & hoc modo intelligit Aueroes· alio modo dicitur per accidens ut distinguitur contra causam quæ agit secundum naturam: & hoc modo uult esse causas per se: quia sua natura motus & lumen calorem agunt· & sic patet solutio ad rationẽ·

Scda dubi· — Secundo dubitatur quia si stellæ essent formaliter calidæ: tunc stellæ contrariæ essent ælementis frigidis· Secundo esse formaliter calidum uidetur esse ignis· dici potest stellas esse formaliter calidas: nõ quidem calore ælementario: sed calore per æquiuocationem nominis: qui est ueluti uita omniũ naturalium rerum· quare cessat prima obiectio: hic enim calor nulli contrariatur: cum non sit ælementarius· cessat etiam secunda: est enim stella calida non per calorem ælementarium: ideo non est ignis·

Repræhẽsio Aueroís — Sed reprehendendus est Aueroes in eo quod ait lumen calefacere nos quia uenit cõmixtum calido stellarum: hoc enim esse non potest, nisi lumen esset corpus: quod sibi calorẽ illum incorporaret: & ueheret eum ad nos: unum enim accidens non potest alteri misceri ut in libro de generatione dicitur· propterea hic secundus modus: quo lumen calefacit est impossibilis: nisi aliter intelligatur· Ideo melius est dicere iuxta primum modum q; lumẽ fit caliditas uirtualiter: quæ in subiecto apto nato extrait caliditatem formaliter de potentia ad actum· nec est credendum lumen efficere hanc caliditatem, ut agens, quia accidens non est per se agens: sicut nec per se ens· sed ut instrumentum stellarum: quæ uirtualiter sunt calidæ· Quo etiam modo nõ est dicendum attritionem uel motum efficere per se calorem in aere uel igne, nam cum mot⁹ nõ sit per se ens: non potest esse per se causa: sed est imaginandum calorem effici a cœlo stellisq; calidis uirtualiter per attritionem uti per instrumentum· Amplius non est imaginandum exhalationem inflamari a motu, nec animal dum mouetur calefieri per se a motu· quia nec motus hoc efficere potest quatenus est fluxus formæ: quia sic est respectus: nec pro forma fluente: quia sic ẽ ipsa ubi fluentia: quæ sunt quãtitas: & quãtitas non est de principiis actiuis· propterea est dicẽdum

dum exhalationem inflāmari a motu ueluti ab instrumento:perse uero a cōtinente: in quo mo
uetur·Animal etiam effici calidum effectiue principaliter ab ipsa sui anima/ a motu uero per ac/
cidens pro quanto facit partes fricari:& ita forma rei mobilis per se efficit calorem · Motus uero
est dispositio quaedam mediante qua calor efficitur· Vlterius circa haec dubitant utrum aliquae
stellae infrigident/aliquae humectent/aliquae exiccent/quaemadmodum aliquae calefaciūt· Te/
De qualitati/bus stellarū·
net Aueroes q. omnes calefaciunt:primo quia omnes mouentur & lucēt·igitur omnes calefaci·
unt·uidetur haec ratio Aristotelis primo meteoroꝝ·Secundo quia frigiditas & siccitas non igre
Pō Auero·
diuntur opus naturae·igitur cum stellae maxime nos conseruent : non debent esse frigidae/ nec
siccae· Tertio mouetur ex refluxu maris:nam per sex horas crescit insequendo lunam: per sex de
crescit·Hoc pro tāto physici aiunt quia aqua in pricipio ortus lunae rarefit a calore lunae:& ita
calefit deinde condensatur & frigefit:igitur luna calefacit:quae minus uidetur calefacere·Quar/
to Ioannes arguit pro Aueroe quia si stellae frigefacerent:maxime ignem frigefacerent: qa agēs
naturale fortius agit in propinquum q̄ in remotum·Obicit autem S·Thomas contra hanc posi
Obiectiones Thomae·
tionem:primo quia tunc coeterae qualitates essent per accidens in uniuerso:quia non perse eēnt
intentae a coelo·Secundo quia formae aelementorum sunt uirtute coeli·igitur & qualitates:dans
enim formam dat consequentia perse ad formam· Tertio mundus iste inferior regitur ab illo su/
periori:hoc autem non est nisi quia quaecunq; hic fiunt dependent ab illo·aliter non essēt causa
uniuersalis omnium·Quarto omnes formae continentur actu in primo motore : & potentia in
prima materia ut dicit ipsemet Aueroes·xii·metha·com·xviii·Modo primus motor haec efficerē
non potest nisi mediante coelo:ut·viii·phy·auscultationis dicit ipse com·xv· Vltimo Aristote/
les secundo de generatione inquit omnes formas has contineri in terminis:uocat autem termi/
nos corpora coelestia:ubi exposuimus:quia in illis est terminus cuiuslibet rei naturalis· Respō
Sol' aliquorū·
dent nō nulli coelum haec omnia agere mediante calore/omnes enim formae fiunt a coelo me/
diante calore:quia frigiditas fit propter magnam distantiam a fonte caloris ut in terra & aqua·
humiditas in aere & aqua propter aliquā aproximationem calor uero propter uicinitatem:om/
nia enim pro ratione situs ad calorem uidentur in suis qualitatibus a stellis dependere ut Auero
es uidetur dicere in lib·destru·destru·disputatione prima in solutione dubii·xii· Imaginandū
enim est calorem omnes efficere qualitates diuersimode sumptum ut enim in regione ignis cō/
stituitur in tanta ad coelum distantia calorem & siccitatem efficit:ut uero in regione aeris ca/
lorem & humorem:quia maior est distantia:ut in regione aquae adhuc in maiore distantia hu/
morem & frigiditatem·ut in regione recipitur terrae frigiditatem & siccitatem:est enim tūc ma/
xime distans:& sic omnia facit calor diuersimode sumptus· Nos uero solebamus dicere coelum
Sol' ꝓpria als
posse intelligi esse causam qualitatum uno modo perse ut causa inmediata:& hoc modo soli⁹ ca/
loris est causa perse:quoniam per illum cuncta conseruat·Secundo ut causa uniuersalis:& sic cuꝫ
cāis particularibus efficit diuersas qualitates:frigiditatem quidem cum aqua : humiditatem cuꝫ
aere ueluti hominem cum homine:sol enim & homo hominem generant·Nunc uero haec Aue
rois positio uidetur mihi erronea:primo contra primam solutionem:quia calor perse non efficit
Consu·
nisi calorem unum enim agens naturale non facit nisi unum:per accidens autem potest efficere
contrarium·igitur solum aelementa calida essent perse intenta a calore coeli / stellisq; ipsis·aele/
menta frigida per accidens:sicut per accidens a calore proficiscuntur· Contra secundam uero so/
lutionem:quia tunc coelum causa esse calidorum aelementorum dupliciter/generalis:& particu
laris·coeterorum uero non nisi generalis causa modo hoc non uidetur/quia omnia sunt de perfe/
ctione uniuersi/ & mundo necessaria·Contra omnes uero est obseruatio astrologorum : quia ui/
demus in uno eodemq; die esse calorem intensum & frigus intensum/imo in eadem hora uentū
moueri frigidum:& statim cessare ad calidum·hoc autem non potest esse nisi caeterae stellae ha/
beant dominium in die:merito quarum propter diuersitatem praedominiorum:efficiatur nunc
caliditas nunc frigiditas:astronomi enim obseruarunt quando saturnus in anno habet domini
um/facere annum generatim frigidum:quando in quarta anni/facere quartam frigidam: quan/
do in mense:facere mensem frigidum:quando in septimana:facere septimanā frigidam:quando
in die facere diem frigidum:quando in hora facere hora frigidam:& plus obseruarunt in ortu di
ei plerumq; factam esse caliditatem:in meridie frigiditatem·Modo talis difformitas non potest
esse a solis lumine & motu tantum:nec si omnes calefacerent:quia ab uniformi nō prouenit dif
forme·igitur in mane calor fit propter dominium martis·In meridie frigus propter saturnū igitē
aliquae stellae calefaciunt/aliquae exiccant/aliquae humectant/aliquae frigefaciunt · Et haec est
positio uera ptolemaei qui saturno frigiditatem & siccitatem prebuit:ioui temperiem: marti ure
Pō ptolaemei

Tria promisit:substantiam stellarum|& motum|& figuram explanare:declarauit substantiã & motum:nunc figuram explanat:ubi debes scire Aristotelem non procedere demonstratiue hic: quia satis ex declaratis demonstratio habetur:cum enim probatum sit nobilissimo corpori conuenire nobilissimam figuram:qualis est sphærica:Iam habetur omnem stellam esse sphæricam: quæ est potior pars orbis·Sed hic procedit per colores qui a fine solent colligi : nam cœlo cõperit uelocissime ferri:atq; semper esse in eodem loco:quia q̃ cito una pars recedit|alia succedit·Insuper etiam tam cœlo q̃ stelle comperit non gradiri uersus anteriorem partem| ut cœtera animalia pergunt·hæc tria præcipue sphæræ competunt: est enim aptissima motui ut probatum est· nec apta ut sic|e loco in quo est uel circa quem mouetur | recedere · est insuper pœnitus inutilis progrexioni:quare arte & ratione cœlum & quælibet stella rotunda æditur· hic est color ueritatis·& quia omnes isti colores ex iis quæ proxime dixit|secuntur:inquit quo circa cum ratiõe uidetur profecto & totum cœlum esse rotundum|& una queque stellarum:& explanat colores:& inquit sphæra siquidem præcæteris figuris cõmodissima est ad eum motum: qui in eodem loco fit·Hæc utilitas declaratur:quia sic & uelocissime ferri|& eundem maxime locum occupare potest & ita sphæræ sunt duæ utilitates·Addit tertiam·d·insuper etiam ad eum motum quo ultra siue per partem anteriorem pergitur ut animalia gradiuntur|maxime inutilis est· est enim minime similis iis:quæ perse ipsa apta sunt moueri cuiusmodi sunt animalia · quippe cũ nihil habeat submissum:nihil eminens ceu rectilinea figura·Sed plurimum sphæra ipsa e corporibus iis quæ progrediuntur in figura distat·Deinde epylogat:& inquit cum igitur cœlum eo motu moueri oportet:qui in eodem fit loco stellas autem non perse ipsas:iure profecto utrumq; rotundũ æditur·Hoc enim pacto alterum quidem mouebitur uidelicet cœlum : alterum uero quiescet a motu processiuo stella·Et potest syllogismus esse omne quod in se ipso mouetur & omne quod non procedit:sphæricum est·cœlum in se ipso mouetur:& stella non procedit·igitur cœlum & stella est sphærica·Hæc Aristoteles de substantia|deq; motu|atq; figura stellarum·Animaduerte q, ea quæ dicit Aueroes non sunt ad propositum:quia nec fixas esse stellas per sphæricas eẽ| nec sphæricas per fixas esse Aristoteles declarauit:sed uariis ut uisum est mediis · propterea nihil necessarii habent|quæ Aueroes inquit·Quærunt utrum stellæ Moueantur per cœlum ut pisces per aquam|uel auis per aerem·Secundo utrum stellæ sint animalia|uel orbes ipsi·Ad primam questionem respondent quidam regionem illam cœlestem esse plenam etherio corpore Multo tenuiore igne:qua ratione uolunt illud esse plus rarefactibile & condensabile igne·Imo non esse nisi igneum corpus uel purius quid·Quod uero sit rarefactibile persuadẽt : quia siqu is esset prope orbem lunæ ita ut posset manum extendere:certum est q, extendendo brachiũ cœlum depelleret:quia uel resisteret:uel non·Si non:igitur depelleret & ita condensaret illud · Si resisteret:igitur esset durum·quod cœlo non conuenit·Hoc stante uolunt stellas moueri motu

Quæ Auero· com·I·

Qõnes|

An stellæ p cœlũ moueã tur·

Prime põ

Confu. animalis per etherium illud corpus describendo circa centrū mundi circulos imaginarios. Ego uero non intelligo opinionem nam Aristoteles in littera distinguit si hæ stellæ mouentur: esse non potest: nisi uel motu rotacionis: uel reuolutionis. uel processiuo motu. rotatione quidē nō: quia uidentur moueri e loco ad locum uel ab ortu in occasum: quæ uero rotant: non mutant situm: quia si mutarent: reuolutio esset. nec reuolui possunt: quia uidemus lunam semper conseruare faciem a parte nostri aspectus. motu processiuo moueri non possunt: quia omne quod mouetur motu processiuo utitur instrumento at natura nullum illis præbuit instrumentum. Secūdo Aristoteles probauit stellas non posse moueri propriis motibus cœlo quiescēte: quia cū una sit supra aliam: ut eclipsis docet: una maiorem circulum describerat in eodem tempore q̄ altera. & cum imaginabile sit illas transponi: non uidentur perpetuo seruare uniformem uelocitatem. Tertio tunc cœlum rarefieret & condensaretur: quod est impossibile: quia esset diuisibile: & ita corruptibile secundum quid. Quarto tunc eadem stella perse moueretur motibus diuersis: quia sol eodem tempore Mouetur motu diurno describendo pararellum diurnum. & motu obliquo ab occasu in ortum ut docet obseruatio: & hoc non est merito orbium ad quorum motum ferē. igitur perse motibus diuersis. Quinto tanta motuum diuersitas: quantam obseruarunt astrologi esse non potest in stella nisi ponantur plures orbes: accideret enim sæpe quies medias in retrogradationibus: & aliis differentiis: quas astronomi obseruarunt. Ad id uero quod dicūt cœlum non resistere præmenti: dico aliquid resistere posse esse positiue ob uidelicet qualitatem cōtrariam: quo modo terra resistit ob duriciem: & hac resistentia cœlum non resistit: quia non est durum nec mole qualitatiue. Aut negatiue per hoc quia non est aptū alicui mutacioni: propter esse æternum & inalterabile: & hoc modo non resistit per duriciem: sed per hoc quia nō est aptū alicui mutacioni peregrinæ. hæc dicerem: ut peripateticus. Ad secundam quæstionem Alexander aphrodisius tenet cœlum esse animatum: non tamen animal: cui expositor noster consentit. Vtitur autem breui ratione quia græci animal nihil aiunt esse: nisi per sensum: non enim uolūt aliquid Zoon: siue zodion esse dicendum nisi per sensum: & non per omnem sensum: sed ad hoc ut animatum quicquam zodion siue animal dicatur: sufficit tactus: qui est primus & cōmunis sensus. fauent Alexandro multa Aristotelis uerba: nam Aristoteles animal uult esse corpus mixtum & instrumentarium tertio de anima. Amplius uidetur præbere animali somnum & uigiliam: mortem & uitam. quæ cœlo non competunt. Simplicius autem tenet cœlum esse dicendum animal: & per sensum: uidelicet tactum: & uisum & auditum. tactum quidem illis præbet: quia cum se se tagant: non est fas ut non sentiant. Infelix enim esset animal tam beatum: diuinū corpus tangere & non sentire illud. auditum uero & uisum: quia sensus sunt perfectionis: nō utilitatis: propterea magis cœlo tribuendi: cum sit optimum: cui nihil deesse debet: quod de perfectione sit animalis mortalis. Præterea cum cœli hæc gubernent: non est fas hæc non cognoscere. uidetur autem per intellectum hæc cognosci non posse: intellectus enim singularia nō apprehendit nisi mediante sensu. qua ratione Auicenna tribuit illis uim sensitiuam interiorem: quam appellant imaginatiuam: quod forte concedere cogitur simplicius. Sed hæc positio simplicii stare non potest: primo ut bene obiecit Aueroes contra Auicennam: quia tunc cœlum haberet sensoria ut oculos uel aures: & id genus. tenet argumentum: quia sensus est uirtus particularis: oīs autem uirtus particularis est organica: siue instrumentaria. in hoc enim Aristoteles ponit differentiam inter sensum & intellectum: quia intellectum nullius particulæ actū ponit nec uti particula aliqua corporis: intellectus enim potentia est sine materia. at sensus & exterior & interior utitur. talia autem organa siue sensoria cœlo non conueniunt: est enim corpus conforme atq3 pœnitus similare. Secundo ut recte arguit expositor ex uerbis Aristotelis: cœlo ex sensu nihil & melius euenit. nam ad curam rerum sublunarium sufficit cognitio uniuersalis: quæ esse potest p essentiam illorum: quatenus causæ sunt. illarum ad motum non est cognitio situm per quos mouentur necessaria: ut autumat Auicēna: sufficit cognitio illorum uniuersalis per intellectus essentiam: qui est causa motus. ad perfectionem eorum non sunt necessarii sensus: quia quicquid cœlum per sensus cognosceret: perfectius per intellectum deprehendit: imo si cœli hæc terrena uiderent: merore non nunq̄ afficerentur: aut non recte gubernarent: non enim est fas diuinitati illorum exacta rerum harum cura: sufficit enim uniuersale regimen. quare cum nec necessitatem: nec utilitatem inde nanciscantur: nullo pacto sunt sibi tribuendi. Aueroes uero cuz Alexandro tenet cœlos non habere de animæ uirtutibus nisi intellectum appetitum & motum: & uult cœlos esse animalia: Tum quia habent dextrum: sinistrum & cœteras positionis partes. Tum quia mouentur a seipsis: quod proprium est animalibus. etiam quia habēt animas & corpora: animal enim

Margin notes: An cœlū sit aial & an pro sensum. — Pria pō Alex. — Pō simplicii — Confu. pōis simplicii — Pō Auero.

enim ex animi uladetur & corpore confessum·Ptolemaeus uero & coeteri astronomi non modo orbes aiunt esse animalia|sed signum coeleste quod est globus stellarum animal esse dicunt:unde & zodiacus dictus est|quia circulus est animalium·Aristoteles quoq; appellat coelos animalia saepe|& porphyrius|& Platonici·Mihi uidetur questionem esse de nomine: nam Alexander qui coelos negat esse dicenda animalia|nihil remouet de uirtutibus animae:quas Aueroes illis tribuit·Aueroes autem qui coelos animalia uocat nihil plus tribuit illis:q̃ Alexander tribuerit: ideo questio est de nomine graeci uero q; nomen animalis imposuerunt a sensu|ut diximus|quia zoon animal est per sensum:coguntur aut a coelo remouere nomẽ animalis|aut tribuere illi sensus|ut fecit simplicius·arabes uero qui animalis nomen tribuit a sensu|uel uirtute nobiliori sensu ut ab intellectu siue aprahensione & motu coelum animal nuncupare coguntur:quia cognoscit & a se mouetur·igitur questio est de nomine·Qua ratiõe Aristoteles appellat coelos animalia nonnunq̃ more Platonico:secutus nomen / non rem : plato enim coelos animalia appellat| quia sensus illis dedit|ut simplicius autor est·Aristoteles itaq; illos animalia uocat|non a re sensus|sed a nomine tantum·nonnunq̃ & plerumq; more suo uocat illos uiua & animata corpora· propterea sibi dextrum tribuit|& motum a se ipsis|& alia quae uiuis uita optima conueniunt: & hic loquendi modus est peripateticus·quae uero simplicius asserit|sunt platonica|nec ratiões cogunt:nam sensus illi dicunt imperfectionem aliquam|licet non nihil perfectionis· ideo ab illis diuinis corporibus sunt delendi·tactus uero quo sese sentiat non competit;quia sese per essentias cognoscunt·Intellectus siquidem inferioris coeli intelligit per essentiam superioris : & superior inferiorem ut illius est causa|& forma·Haec sunt peripatetice dicenda·& in hoc S·Thomas sapide ut bonus peripateticus sentit cum Alexandro·

Pō ptolemaei

Pō propria

Patet autem & ex iis id quod ab aliquibus dictum est latione uidelicet horum cõcentum fieri·ex eo quia sonitus consoni emergunt:belle quidem omne atq; tumide esse dictum:non tamen ita sese habere in ueritate·Sunt enim quidam quibus uidetur necessarium esse tantorum corporum latione fieri sonum·Eorum siquidem & corporum latione quae apud nos sunt neq; molem habentium aequalem: neq; talẽ motus uelocitatem:qualis in sole lunaq; est:sonus efficiatur· Praeterea cũ tot multitudine tanteq; Magnitudine stellae·tanta uelocitate lationis ferantur·impossibile est tali latione sonum ualde grandem non effici·

Quia sonus ex motu proficiscĩe ut in libro de anima est explicatum|post tractatum de stellarum motu|restat disputare an stellae suis lationibus sonos efficiant·Nam sunt qui dicunt illas & efficere sonos|& harmonicos:ueluti pythagorei|atq; uulgus putant·qui angelos cytharis & cantis beati coram deo autumant·Mouebantur autem pythagorei loco aminore:& argumento a causa ipsius soni loco quidem aminore:quia uidemus corpora quae hic adsunt mole parua|celeritate lẽta sonos edere:quanto magis illa|quae & mole & magnitudine haec excellunt·Argumento uero a causa ipsius soni|nam sonus e motu impetuoso proficiscitur accedente ad illius magnitudinem & corporum mole|& motuum celeritate·Modo stellae & multitudine | maxime illae octaui|& mole|& celeritate nimis ualent:quae res docet in eis effici sonum & ualde grandem · Haec pythagorei|atq; uulgus·

Expositio·

Haec autem cum supposuerint·& insuper uelocitates ex interuallis rationes consentuum habere:harmonicam effici uocem stellarum conuersione persuadent·

Iis autem suppositis addunt sonos coelicos esse harmonicos|ubi animaduersione dignum sonum acutum uelocitate atq; fortitudine motus effici|grauem uero tarditate atq; imbecillitate;Medium autem ratione media in uelocitate & tarditate fortitudine atq; imbecillitate·Amplius Musici dicunt proportionem sonoram consistere in proportione inter grauem & acutum sonos·qui bus persuaserunt coelicum cantum esse harmonicum:nam in coelicis motibus reperitur proportio Motuum in uelocitate & tarditate|quippe cum aliud uelocius|aliud tardius|aliud mediocriter feratur:& in certa celeritate unum aliud excellit pro ratione interuallorum quae inter se habent:Sed per haec dicebamus consistere proportionem in acutie & grauitate sonorum: quare uox illorum harmonica est·Sic igitur uidentes uelocitates proportionari proportione interuallorũ unius ab altero|dixerunt sonum effici harmonicum·

Expositio·

Verum cum ſine ratione uideretur nos ſonum hunc non audire: cauſam rei huius abtulerunt ſonum hunc continuo eſſe cum orimur, ut non ſit ad contrarium ſilẽtium manifeſtum· uocis enim & ſilentii diiudicationem uiciſſitudine fieri dicunt· Quare ut Malleatoribus ob conſuetudinem uidetur inter eſſe nihil; ſic hominib9 idem euenire aiunt·

Expoſitio· Soluerunt problema uidelicet quam ob cauſam ſonos illos non percipimus: & dixerunt hoc euenire ex cõnata aſſuetudine| uelurl malleatoribus accidit· Nam cum ſonus ille nobiſcum naſcat| nunq̃ ſilentium illi contrarium percepimus: & inde diiudicare non poſſumus inter ſonum & ſilentium·

Hoc autem (ut prius diximus) lepide quidem atq; muſice dictum eſt: impoſſibile autem eſt ita ſeſe habere· Non enim ſolum nihil nos audire abſurdum eſt: cuius cauſam ſoluendi aſſumpſerunt: Sed etiam nihil pati ſine ſenſu. Exuperantes ſiquidem ſoni & inanimatorum corporum moles collidunt· ceu tonitrui lapides diſſipant atq; ualidiſſima corpora· Quod ſi tanta ferũtur corpora: & ſonus ſonum excellit pro ratione qua magnitudo quæ fertur magnitudinem quæ fertur exuperat: huc profectum ſonum illorum peruenire, atq; illius ingentis uiolentie huc robur attingere neceſſarium eſt· at neq; audimus nos, neq; uiolenti quitrina corpora quæ hic ſunt: paciuntur hac ratione quia ſtellæ non ſonant·

Expoſitio· Refellit poſitionem: tam & ſi illam lepide & colorate eſſe dictum uelit: ubi debes ſcire ex parte ſenſilis rei duo eſſe| uirtutem perficiendi ſenſorium: ſiquidem ſenſile ſit tale actu: quale ſenſorium poteſtate: & uim deſtruendi| offendendiq; ipſum ſi nimis exuperauerit | prima quidem eſſe non poteſt ſine ſecunda: bene autem ſecunda ſine prima: ſenſile enim bene poteſt ſenſoriũ ledere| cuꝫ nimis increuerit: & ſi non ſentiatur: nam agens naturale paſſo ſufficienter aplicatum & in bona diſtantia| neceſſario agit: licet non percipiatur eius actio· Ex hoc arguitur licet ſoni cœlici propter conſuetudinem non perciperentur: cum ſint agentes naturaliter in auditorium: & auditorium aptum eſt pati ab illis: & ſint in debita diſtantia: igitur neceſſario auditorium offendent· huius ſignum eſt| quia audit illia multo minus id agunt ut tonitrua· propterea addit q; ſi tanta ferũtur corpora: & ſonus ſonum excellit pro ratione qua magnitudo quæ fertur magnitudinẽ quæ fertur exuperat· Sonus enim paruæ magnitudinis cum parua uelocitate Motæ paruus eſt; magnæ uero magnus· ſi ita eſt: & ſonus parui corporis ut lapidis qui per tonitruum ducitur| peruenit ad nos| & ledit auditorium| huc profecto ſonum illorum peruenire atq; illius ingentis uiolẽtie robur huc attingere neceſſe eſt: deſtruit conſequens & inquit at neq; audimus nos| neq; uiolenti quicquam corpora quæ hic ſunt paciuntur hac ratione quia ſtellæ non ſonant· igitur oppoſitum antecedentis uidelicet ſtellæ non ſonant· conſequentia uero patuit quia ſunt illa magnitudine & celeritate exuperantia lapidem tonitrui· Reſpondet Themiſtius pro pythagoreis| uolẽs ſonos illorum non ledere nos| nimia quam habent ad nos intercapedine· Contra obicit Aueroes & ſupponit· Magnitudinem illorum eſſe multo maioris ſpatii| q̃ ſit ab illis ad nos intercapedo· Tunc arguit magnitudo eſt maior ſpatio: igitur ſonus illius poteſt pertranſire ſpatiuꝫ minus ea· Secundo magnitudo minor ſpatio ut illa lapidis tonitrui diſſipat: igit̃ magnitudo maior ſpatio multo magis diſſipabit· Fortaſſe reſpondebis ſonos ab ſtellis effici: non ab orbibus· modo ſtelle ſunt paruæ· quo fit ut non perueniat ad nos illarum ſonus· Cõtra obicit & ſupponit tria | primũ non nullas ſtellas eſſe maiores tota terra: ſecundum eas moueri per ſe & uelocius in maiore orbe & tardius in minore· Tertium eſt illas non poſſe moueri per ſe| niſi ſcindendo orbes· Ex iis ſequitur earum ſonum ad nos uenire partim magnitudine illarum| partim uelocitate| partim fractione· Scdo idem põt perſuaderi de ſtellis octaui orbis: quæ ſunt magnitudine| & uelocitate| & fractione ualidæ· Tertio ab illis ad nos mictitur calor: igitur & ſonus: tenet conſequentia: quia calor eſt materialior ſono· Sonus ſpiritalis res· & res ſpiritales longius multiplicantur ut in ſo de anima eſt dictum· Hæc Aueroes contra Themiſtium·

Sol' Themiſt· Quæ Auero· com· liii·

Inſuper etiam & horum cauſa patebit· ſimul atq; iis rationibus quas diximus aſtipulabitur, q; ueræ ſint· dubium ſiquidem quod & compulit pythagorios dicere ratione

tione corporum fieri concentum·nobis argumentum erit·quæ namq; perse feruntur:ea sonum percussionemq; faciunt:At quæ in eo quod fertur infixa sunt:aut insunt:ueluti in naui partes:ea sonum efficere nequeunt·neq; nauis ipsa si in fluuio feratur·

Secundo arguit ex prius dictis:& syllogismus est omne quod sonum efficit:perse mouetur & plagam siue ictum efficit:at(ut dictum est)stellæ nec perse mouentur:nec efficiunt ictum/igit nō efficiunt sonum·Inquit insuper etiam & horum causa patebit simul atq; iis rationibus quas diximus astipulabitur q. ueræ sint/quasi dicat id quod diximus de stellis q. mouentur ad motum orbium/erit nobis manifesta causa:q. non faciunt sonum & econtra quia non efficiunt sonum:erit uerificatio de stellis q. non perse mouentur·& hoc quia dubitatum quod compulit pythagorios dicere stellas sonare/est nobis argumentum:arguebant enim illas sonos efficere quia frangunt cœlum perse mouendo·igitur si ita est:cum nos probauimus ipsas non moueri perse cœlum findendo/habebimus ipsas non efficere sonum·Sumatur igitur a positione pythagoricorū hæc maior omne quod sonum efficit/& perse mouetur/& ictum facit·Hæc enim est maior pythagoricorum·At stellæ non perse mouentur/nec ictum agunt:ut fuit probatum·igitur stellæ non agunt sonum·maior est pythagoricorum:& p; ratione:quia uidemus partes infixas nauigio non efficere sonum/nec nauim ipsam: quando influuio mouetur·& hoc quia non frangit aquā·Et ego credo q. stellas non sonare per nihil melius probari potest:q̄ per dicta:uidelicet quia non perse mouentur/nec scindunt quicquam in suis motibus· Expositio·

Licebit autem & per easdem rationes absurdum esse dicere si tantæ nauis Malus atq; puppis aut etiam nauis ipsa latione sonum magnum nō efficiat·quippe cum id quod fertur non propter aliud quod fertur facit sonum·Id uero quod cōtinuo fertur ob aliud quod fertur:nisi percussionem fecerit: id efficere sonum impossibile est·

Ni fallor:uidetur mihi Aristotelē obicere sibi:quia dicere posset cauillator:non ne malus & puppis sonum efficiunt/dum nauis mouetur:licet non magnum/& tamen sunt mēbra nauis:sic stellæ possunt sonum efficere ad motum orbium/licet paruum/licet sint partes orbium·Obicit Aristoteles quia id quod se solo fertur & non admotum alterius:perse sonum facit: quia perse ictum efficit·At id quod per aliud mouetur atq; ad motum alterius:nisi percussionem fecerit aliquam aut ratione sua aut pro quanto defertur ab alio:impossibile est sonum efficere·Inquit licebit autem & per easdem rationes absurdum esse dicere si tantæ nauis malus atq; puppis aut nauis etiā ipsa latione sonum magnum non efficiat: sed supple paruum & tamen sunt partes: adhos enim sic dicentes opponit dicens quippe cum id quod fertur/perse solum & non propter aliud qđ ferẽ facit sonum ictu suo & perse percussionem agendo·id uero quod continuo & coniuncte alteri fertur ob aliud quod fertur/nisi percussionem aliquam fecerit saltem ratione delatoris:id efficere sonum impossibile est·& ita dici non potest stellas facere debilem sonum: quia mouentur ad motum alterius:quia siue perse/siue per aliud moueatur:omne quod sonat:oportet ictum aliquem efficere·& hæc est propositio uera·Vbi debemus consistere· Expositio·

Quare dicendum hic est:si stellarum corpora siue in aeris siue in ignis amplitudine uniuersim fusa feruntur:(ut omnes aiunt)sonum inmensum efficiant necessarium est:qui quidem & huc perueniat:& hæc offendat corpora·Sed cum hoc euenire non cernamus:neq; animantis motu neq; uiolento ulla stellarum ferret:quasi de futuris prouidente natura.Nam si hoc modo nō sese haberet illarum motus: nihil profecto circa hūc locum esset:quod simili modo sese haberet·Stellas igitur rotundas esse:& perse ipsas non moueri satis diximus·

Epylogat nunc rationem & potest sic componi si stellæ ferantur in aeris regione secundum opinionem dicentium cœlos esse de natura aeris:uel ī ignis regiōe secundum opinionem dicentiū cœlos esse de natura ignis:necesse est ut in hunc nostrum mundum sonum efficiat:qui in ipsum perueniat/& hæc offendat corpora·Sed cum hoc euenire non cernamus·igitur neq; animantis motu neq; uiolento ulla stellarum ferretur:& hoc ut addit recte fecit natura / quasi sagax prouidens de futuris·Nam si hoc modo non sese haberet illarum motus: nihil profecto circa hunc lo Expositio·

cum esset/quod simili modo sese haberet: Immo corrumperetur/& nihil stabile esset / ob motum & sonum ualidum stellarum. Haec de substantia motu & figura stellarum animaduerte ex uerbis Auerois colligi tres causas quare stellae non mouentur perse / sed ad motum orbium. prima ex parte materiae: quia ipsae non sunt aptae moueri aliquo motu. Secunda effectiua quia creator agit secundum dispositionem subiecti: propterea talem motum nō sibi tribuit. Tertia finalis ut haec animalia saluarentur. Destruerentur enim sono fractiuo illarum. Dubitatur quia uidet Aristoteles facere hac conuersiuam consequentiam uidelicet si stellae perse mouerentur: sonum efficerent. igitur si stellae sonum non efficiunt: stellae non mouentur perse. Modo hoc non uidetur uerum: quia ut dicit Themistius nec prima secunda consequentia ualet. Prima quidem non: qa possunt quaedam perse moueri: & sonum non efficere: ut orbes ipsi: hi enim perse mouentur/ & tamen sonum non efficiunt. Secunda uero minime/quia orbes non efficiunt sonum: & tamē mouentur perse. & ita illa conuersio econtrario nulla uidetur. Haec est dubitatio. Aueroes respōdet consequentiam ualere per accidens & de materia: quia solum in stellis: ex eo quia sunt magnae & ueloces. Sed haec solutio Auerois non sufficit: quia stat oppositum utriusque consequentis cum utroque antecedente: stat enim esse quaedam magna ut orbes perse moueri & sonum non efficere: & stat aliqua magna sonum non efficere: & perse moueri. ut orbes/& ita adhuc stat ratio Themistii. Propterea dici potest/quod non sic arguit Aristoteles ut Aueroes & Themistius sumunt. sed ait Aristoteles si stellae perse mouentur in aere uel igne: sonum efficerent. quare cum sonum non efficiant: igitur non perse mouentur in aere uel igne: & hoc modo cautillus Themistii nullus: & responsio Auerois non est ad propositum. Ex iis quae dixit Aristoteles sumitur deum habere rerum puidentiam: ut dicit Alex. & hoc est uerum ut in lib. destructio destructio. disputauimus. Circa dicta emergit prima dubitatio utrum stellae suis motibus efficiant sonos. Secundo dato q̄ efficerent/utrum sentirentur. Tertio quo nam modo potest reduci in bonum pythagorica pō. Tertia utrum omnia quae sunt in coelo sint substantie. circa primā Plato & Pythagorei & multi poetae & oratores ut Cicero & Macrobius/& simplicius uidetur uelle coelos suis motibus & pro portionibus efficere sonum & harmonicum: unde ut Macrobius narrat illic nouem sunt musae pro numero nouem orbium/nouemque syrenes ut plato ait. Signum affert cicero ex delectatione quā anima habet in cantu: hoc enim est quia meminit Musicae coelestis ubi ipsa stetit. Huic uulgus maxime heret/credens Angelos canere/& sonare/esseque eorum beatitudinem harmoniam. Sed Aristoteles noluit fabellas/atque colores: omnia enim in naturali phylosophia uult esse proprie dicta/& non composite. & tenet orbes quidem in motibus proportionem seruare: non autē sonoram. Et uidetur mihi q̄ res Aristotelis in duabus propositionibus consistat. Prima q̄ orbes sunt alterius naturae ab aelementis hoc est ab igne & aere. Secūda nihil sonum efficere potest nisi in aere uel igne hoc est nisi ictum in aere uel igne fecerit. Ex his sequitur nec orbes sonare/ nec stellas. quia regio illa supraema non est igne uel aere plena: Sed corpore alterius naturae ab aelementis: ut dicit prima propositio. & per secundam nihil sonum efficit/nisi aere uel ignem percuciat. Quare cum stelle uel orbes aerem uel ignem non percuciant: iure non sonant. Haec demonstratio illis stantibus: sed an illae stent: in toto hoc libro est disputatum. coeterae uero Aristotelis rationes ualent propositis illis propositionibus. De secunda questiōe Albertilla ait posse defendi stellas & orbes sonum efficere: & non peruenire ad aures nostras: & hoc quia aer propinquus corporibus coelestibus non tremit: qua ratione species illius soni non pōt per ipsum ad nos multiplicari: orbes enim non mouent aerem motu tremulo. Sed haec euasio friuola est: quia licet in multiplicatione reali ipsius soni necessarius sit motus tremulus aeris: non tamen in multiplicatione intentionali ut declarat Aristoteles. In secundo de anima. Potest igitur sonus realiter multiplicari per totam regionem coelestem: & deinde per nostram intentionaliter. Secundo si cogitē ponere sonum realem in regione coelesti/cogitur ponere ibi fractionem aeris/& ita totam illam regionem plenam aere: & ita tremulum ibi motum. Simplicius uero aliter euadit: uult enim primo sonos illos non esse audibiles a nobis propter improportionem sensorii nostri ad illos: non enim omne sensorium mouetur ab omni sensili sui generis. Olfatorium enim humanuȝ multos percipit odores/quos canes non percipiunt: canes autem multos quos nos percipere non possumus. hoc enim est quia illi odores sunt olfatorio nostro proportionati. alii uero olfatorio canuȝ. Secundo ait illos non esse dissipatiuos/sed perfectiuos/atque conseruatiuos: ueluti sunt motus & lumen coeli: qua ratione euenit ut si non audiantur: non dissipent. Contra positionem simplicii obicit expositor: primo quia non omnia coelestia sunt perfectiua: nam fulgor corrumpit oculū. igitur pari ratione sonus. Secundo intellectus est omnium intellectilium. igitur omnium sensilium sensus.

Quae Auero. com. lvi.

Dubitatio.

Solu. Auero.

Replica

Propria solu.

Q̄d deus habet puidētiā.

Circa dicta qōes Multae

Prima qō an stellae causāt sonum.

Pō Aristote.

Rō Aristo.

Qō sa an si sonēt stellae: son9 audiē.

Pō Albertil.

Confutatio.

Euasio simpl.

Replicae cōtra simplicuū

um sensus· Tertio tunc natura fecisset aliquod sensile:quod a nullo sensu sentiret:& ita ociosum/ ut deducit Aueroes ro·meth·com·i·Quarto accidētia cōia cœlorum percipiuntur·igitur & pro pria·anš patet/quia percipiunt motus magnitudo & figura & lux·consequentia uero declarat: quia accidentia propria percipi pñt mediantibus cōibus·ii·de anima·& ita soni siue sint ppria si ue cōia accidentia semper percipi poterunt·v·arguebat Aueroes calor cœlestis percipitur tactu/ igitur sonus·nam sonus multiplicat se in maiore distantia q̄ tactile· Haec contra simplicium pro defensione simplicii uno modo dici posset illos sonos non esse auditiles ab auditu corruptibili· Solum autem ab auditu cœlorum:quia cœli apud simplicium habent auditum/uisum/ & tactū· Secūdo dici potest magis peripathetice ubi debes scire simplicium uelle sonos illos posse sentiri: imo a pythagora fuisse auditos·Sed non inquauis dispositione·auditorium enim cum materiale sit/ nisi inmaterialitatem aliquam nanciscatur:non potest sonos illos cœlestes percipere·redditur autem immaterialis/ a silentio turpium auditilium:signum autem quia omnes religiones praeci piunt silentiū:in quo religiosi testant̄ se audiuisse uoces angelicas:quas audire non potuissent:ni si purum habuissent auditorium/alienūq; ab auditilibus corporiis/ & turpibus·Tūc ad rationes dico ad primū q. fulgor corrūpit oculū:quatenus recipitur in regione hac inferna: in qua nācisci tur uim corruptiuam·Sonus aūt ille hanc sortiri non potest:quia sese intentionaliter multiplica bit·Ad·ii·concedo aliquem sensum esse illorum:ut auditum purificatum : & sic non datur aliqđ auditile:quod non percipitur ab aliquo auditu·Ad·iiii·patet solutio:illa enim accidentia ppria sunt auditilia non tamen ab oī auditu:sed purificato·Ad·v·patet solutio:ille·n·causatur in hac nostra regione motu/& attritione & reflexione radiorum:quo modo non potest sonus multipli cari:& sic potest simplicius defendi·de tertio dici potest/& reduci ad sensuз peripateticum:q. py/ thagoras per harmoniā cœlestem uoluit proportionem uelocitatum in motibus:& hoc quia oīa hic & illic per aequiuocationē dicūtur·Huius aūt color esse potest/quia harmonia sonora duo di/ cit:uidelicet qualitatem auditilem : & proportionem uelocitatum motuum:& tunc diceret Py/ thagoras uoluisse illic esse sonos quo ad materiem:hoc est quo ad uelocitatum proportionem: non autem quo ad formam hoc est quo ad qualitatem auditilem: & hoc modo pythagoras recte sentit:& forte dixit illa sub illo colore ad suadendum auditores in bonum·de Quarto simplici? uidetur uelle quaecunq; sunt in cœlo/esse substātias/nihilq; in illis accidere·Amplius omnia di/ ci per aequiuocationem·Nam quae sunt in his accidentia:in illis sunt uirtutes · & quoniam sen/ sus non percipiunt nisi accidentia:ideo uoluit sensus non percipere illa ut propria obiecta: dicit enim nos percipere non magnitudines illorum/nō motus/non figuras/nec stellas ipsas:sed quae dam quae ad illa construuntur ut fulgores : & id genus·Sed huic obicit quidam primo quia Ari/ stoteles·secundo de anima ponit diaphanum esse cōmunem cœlo & igni atq; aeri·Secundo Ma gnitudines & figurae sunt rationes abstractae a materia·igitur illis & his cōmunes·Tertio si mo tus magnitudo & stella non uiderentur omnis speculatio astronomica periret ·Quarto imperfe ctum non est substantia perfecti:at motus est imperfectus quid·igit̄ non substantia cœli·Quin to·Tunc idem in sole esset figura & lumen·Sed haec non cogunt contra simplicium : ubi debes scire simplicium & Alexandrum omnia cœli accidentia uoluisse esse propria ac essentialia ut eti am Aueroes dixit ex hoc quia carent materia · contra sunt accidentia horum : quae accidunt ab extrinseco propter materiam his·Simplicius igitur uult cœlorum accidentia nō esse dicenda ac cidentia ab accidendo extrinsecus:sed esse substantias hoc est propria & essentialia · ideo aequi/ uoce illis & his competunt : & per idem uult illa non percipi sensu paenitus / sed cum aliquo di/ scursu· & hoc modo intelligendo opinionē simplicii : rationes illius non ualent· Haec de sonis·

Defensio·

Expō opini· pythago·

An accidētia in cœlo sint substantiae·

Pō simpli·

Replicae

De ordine uero ipsarum quo nam modo unaquaeq; disposita sit:ut quaedam sint pri ores : quedam posteriores : & quonam modo se se habēt interuallis:ex iis quae in astrologia dicuntur : contemplemur dicitur enim ibi sufficienter·

Agressurus Ari·de ordine stellarū atq; situ:hac in parte pmittit argumentū ad dicenda: & inqt de ordine uero ipsarū quonā mō unaquaeq; ipsarū mota fuerit ut i graeco legit̄: uel disposita fuerit & uerbū sonat:ita ut quaedā sint priores/quaedā posteriores hoc est ut aliq̄ sint supiores : aliquae inferiores:& quo nam mō sese hnt in interuallis:hoc est quāta intercapedine altera ab altera di/ stauerit:Ex iis quae in astrologia dicuntur:contemplemur·dr̄·n ibi sufficienter·Cuius cām assi gnat simplicius:quia haec depraehendi non pñt per principia nālis phiae: sed per proportiones Magnitudinum:quae ad mathematicum spectant·un anaximāder primo fertur Magnitudines stellarū adinuenisse·Pythagoras ordinem stellarum:& coniunctiones solis & lunae· hyparchus

Expositio·

etiam methapontinus/& post ipsum ptolemæus multo diligentius/hæc & plura adinuenerunt·

Quæ Auero· com·lxvii· Debes scire ut Aueroes innuit astronomiam & naturalem differre in considerando stellas· primo quia astrologus in talibus quæstionibus assignat ipsum quia est tantum·naturalis autem ipsum propter quid·Secundo quia astrologus omnia illa considerat in ordine ad quantitates motuum aut distantiarum aut situum·naturalis autem absolute ut mouentur tantum: & sic habet differentia:primo uero meth·com·xix·uidetur Aue·idem dicere·

tex· 58 Accidit autem pro ratione quæ est in interuallis; Motus fieri singularum:ut alii sint uelociores:alii tardiores· Nam cum supponatur ultimam cœli circulationem simplicem atq; uelocissimam esse·cœteras uero tardiores atq; plures·quippe cum unaqueque suo in orbe cœlo contrafertur: Equum iam erit eam quæ proxima est simplici primæq; conuersioni:plurimo in tempore suum orbem peragrare·eam uero quæ longissime abest:In minimo·cœterarum uero semper eam quæ est propiquior:in maiore·eam quæ est remotior:in minore proxima namq; maxime exuperatur·remotissima autem minime omnium·ob distantiam·at media pro ratione distantie iam·ueluti etiam mathematici ostendunt·

Expositio· Proposita intentione:nunc accedit ad rem:& primo proponit ueritatem questionis:secundo explanat quid uelit dicere:Tertio probat quod proposuit·de primo inquit accidit autem pro ratione quæ est in interuallis motus fieri singularum stellarum·est igitur ueritas questiōis qualis est proportio distantiarum stellarum a prima sphæra & a centro/ talis est motuum illarum in uelocitate·Expono quid dico sphæra prima mouet̃ simplici motu & uelocissimo ab ortu in occasum cœteræ omnes econtra ab occasu in ortum feruntur:hoc modo ut quæ est primæ sphæræ proxima proprio motu tardissime mouetur ut saturnus singulis·xxx·annis quæ ab eadem est remotissima:uelocissime/ut luna singulo mense·quæ autem in media distantia/mediis temporibus· Inquit nam cum supponatur ultimam cœli circulationem simplicem atq; uelocissimam esse: simplicem quidem:quia regularissima est·uelocissimam uero:quia·xxiiii·horis·cœteras uero tardiores atq; plures & hoc quo ad earum motus·tardiores quidem:quia omnes excedũt spacium diei:plures:non solum quo ad diuersos planetas:sed etiam unus planeta pluribus motibus mouetur·quippe cum una queq; suo in orbe cœlo uidelicet primo contrafertur: ex iis concludit quid uoluit ipse dicere dum dixit motuum uelocitates esse pro ratiōe interuallorum: & inquit æquũ est iam eam quæ proxima est simplici primæq; lationi siue primæ conuersioni plurimo in tempore suum orbem peragrare:eam uero quæ longissime abest: in minimo cœterarum uero semp eam quæ est propiquior:in maiore eam quæ est remotior in minore·Hæc est expositio eius: qd uoluit dicere·Talem expositionem siue ueritatem persuadet·& ut mihi uidet̃ supponit duo:quorum primum est orbes inferos propter raptum quo mouentur ab ortu in occasum·xxiiii· horis impediri suis in propriis motibus hoc patet pro tanto quia proprii stellarum motus:aut sunt cõtrarii motui diurno:aut aduersi saltem·ſm est ea quæ impediunt̃ a proprio motu propriaq; operatione quanto magis prope sunt impedimentũ magis tardant illum·quanto uero remotiora:tãto accelerant:quasi minus impedita:Ex iis soluit̃ problema u; propter quid aliquæ stellæ tardius:aliquæ uelocius:aliquæ mediocriter ferunt̃:patet solo:nam quæ proximæ sunt: tardius mouent̃:quia uis impeditiua in illis maxime uiget/pp apropinquationẽ·quæ remotissimæ: tardissime:qa ipsa impeditiua uis minus impedit·quæ ãt in medio:erunt mediocriter celeres/pp impedimentũ mediocre·Et in hoc apparet error Auerois:qui uoluit intelligere Aristotelem de motu

Quæ Auero· com·lviii· diurno: quo omnes mouentur: pœnes enim hunc uoluit Aristoteles intelligere dum dixit aliquas stellas tardius: aliquas uelocius ferri:hoc enim est contra expositionem eius quod proposuit:& contra rationem quam assignat Aristoteles·ut patet intelligenti· & propterea ipse cogitur exponere modo quo nos exposuimus·Secundo patet non esse necessarium solem esse inmediate supra lunam:si exponatur:ut nos diximus:quia sol proprio motu tardius fertur uenere & Mercurio: licet motu medio sit semper eorũ coniunctio: ut in magna compositione docuit ptolemæus·Verum de hoc postea dicemus·Sed quia Auero·exposuit Ari·uelle solem esse ĩmediatũ supra lunã:& hoc ppea qa credit solẽ moueri celeri⁹uenere & mercurio:cũ res hæc de situ stellarũ sit contra astronomos:ppea excusat Ari·& uult dictum Ari·u; q; qualis est proportio distantiæ a primo talis est uelocitatũ in ppriis motibus/nõ esse uerũ pse nisi de extremis utpote de saturno

& luna.saturnus quidem tardissime:quia proximus primo mobili.luna uelocissime: qa remotissima.de mediis uero uult esse dictũ accidẽtaliter|q, moueant medis uelocitatibus:quia nõ præcise fm proportionẽ distantiaꝝ:& sic cum dicto Ari.stat solem esse in medio:præcipue si qs imaginetur ex oĩbus intermediis effici unum quasi mediũ inter lunã & saturnum:non quidẽ uniformẽ:sed difforme:& hac rõne saturnus tardissime mouebitur:qa primo proximus.luna uelocissime:qa remotissima:Medium quod est agregatum ex cœteris:mediocriter hæc Aue.in defensione suæ expositionis ad mentem Ari.Sed an hæc uera sint:statim dicemus.Sed circa hæc q̃ Arist. inquit|occurrit non parua Dubit.qa ex uerbis Ari.uidetur sequi in motibus cœlorum esse contrarietatem & uiolentiam.ait.n.saturnum tardissime moueri:quia est proximus uiolentanti:& quia magis in illo præualet uis primi mobilis.luna tardissime:qa in illa minime præualet.igiẽ uidetur uiolentia in illis.Soluit Aue.& Alexan.& supponunt duo : quorum primum est motores ordinari fm ordinem orbium:ita ut quanto orbis est propinquior primo mobili : tanto eius motor est perfectior.propterea motor saturni perfectior est motore lune.Secundum est oẽs motores naturaliter appetere assimilari primo quantum possunt:quia propter hoc mouent. Ex iis soluitur questio:q, Ari.per magis præualere in proximo q̃ in extremo intelligit magis præualere in ui similitudinis desiderii:& per minus præualere:intelligit minus præualere uim similitudinis desiderii:ppea sequitur saturnum tardius moueri:quia motor saturni est uicinior primo motori:ideo in desiderio est illi similior:& per consequens in motu. Motus autem eius similior est diurno:si tardissimus fuerit.quia minus tendit ad contrarium ut igitur seruaret motor saturni similitudinem desiderii ad primum:retardauit motum:ut illius tarditate apropinquet primo quantum põt.Contra uero quanto est magis remotus:tanto in desiderio min⁹ similis est primo:& sic in motu min⁹ similis.quare uelocitabit.Sed hic obicit Thomas|& simplicius:quia Ari.absolute posuit maius corpus uelocius moueri proprio motu:q̃ moueaẽ corpus minus: quia in maiore quanto maior est uirtus.Secundo proximum sũmo uidetur esse magis tale. sed saturnus est proximus sũmo.igitur debet esse uelocissimus. Tertio motor saturni est aliis perfectior:igẽ mouet uelocius.Quarto non uidetur ordinis consequentia seruari:quia non uidetur medios moueri medio motu.Quinto proportio distantiæ planetaꝝ ad primum mobile & ad cẽtrum est uniformis:& non proportio uelocitatũ.Ad hæc dici põt ut ex uerbis simplicii colligiẽ:primo |q, secus est loqui de motu planetaꝝ:& secus de circulatione illoꝝ.Secundo q, aliter est loquendũ de his motibus ut nãles sunt:& ut uolũtarii atq; per præcognitionẽ.dicendũ igitur ad primũ cõcedendum saturnus uelocius moueri:non tñ uelocius circuere:pœnes.n.aliud sumiẽ uelocitas motus|& uelocitas circulationis:ut diximus superius.& p idem ad fm & tertium.concludũt.n.motum esse celeriorẽ:non ãt circulationẽ.Ad.iiii.&.v.dicendum ordinem consequentie debuisse seruari quatenus nãli motu mouerenẽ:non ãt seruatus fuit:quatenus mouenẽ uoluntario motu. hæc pro Ale.dici pñt.Sed circa hæc de situ solis est dubiũ:Aue.n.credens solem moueri ueloci⁹ ꝑprio motu:q̃ moueaẽ uenus ut mercurius cogebaẽ uno mõ ponere solem supra lunam.In alia ...tione defendit Ari.fingendo Ari.intelligere per medium oẽs planetas exceptis saturno & luna:qui sunt extremi.Sunt igitur pp hoc qui ad mentem Ari.uolunt solem esse supra lunã & mercurium & uenerem:& ita ptolemæum cum Arist.sentire.Sed uidetur mihi Aue.primo errare de motibus.nam uenus & mercurius uelocius mouenẽ suis propriis motibus ipso sole:licet motib⁹ mediis semper sit media ueneris & mercurii atq; solis cõiunctio.ut astronomi obseruarũt. Secundo errat:qa Ari.expresse in lib.de mũdo ponẽs ordinem planetarum|solem iuxta lunam collocauit.Amplius infra in prima qõe difficillima supponit solẽ & lunã esse ꝓxima:aliter qõ nõ haberet locum.ut uidebiẽ com.lx.de ueritate igitur rei quo ad tres primos|non est dubiũ illos esse supra solẽ hoc mõ ut saturnus sit primus:secundus iupiter : Tertius mars. de cœteris an sint sub sole an supra:ptolemæus uĩ uarius:nã in.ix.magnæ cõpositionis sectione| asserit se nõ potuisse discernere an supra solẽ uel sub sole sint:qa non ualet non abscõdunt solem:igitur sunt supra:qa stat illos nunq̃ diametrari inter solem & nostros oculos:ueluti uidemus in luna:quæ sæpe cum sole coit:& non semper obscurat solem.dixit ptolemæus stat illos nunq̃ diametrari inter solem & oculos nr̃os:quod intellige apud proteruos:qui uelint defendere oppositũ:qa fm ueritatẽ ipse in eodẽ lib.sectiõe.iii.ostẽdit demõibus uenerẽ & mercuriũ cõcurrere cũ sole in eadẽ linea.ppea albertilla & alii plures cãs assignãt q̃re nõ eclipsant solẽ tã & si sint sub sole : hoc.n.esse aiũt:quia sunt nimis lucidi:modo lumẽ interpositum inter oculos & lumen : non eclipsat illud:alii aiunt esse pp eorum diaphanitatem:Alii ex paruitate corporis:alii assignant cãm ex distantia a terra uolẽtes conum umbræ nõ pertingere ad mediã aeris regionẽ.Quicqd sit de re:tandẽ ptolemæ⁹

Dubi.

Sol.Alexan. & Auero.

Obiectiones Thome

Defensio ale.

De situ solis.


ubiq; t; solem esse in medio oium:& licet de his multa diximꝰ in lib·erudicionū astronomicaꝝ quantum tñ ad ꝓpositum:ex duobus potissimū mathematici talē situm ꝑceperūt· Primo qa inuenerūt distantiā mercurii a terra esse maiorē illa lunæ p instrumēta cosmetriæ · & minorē illa ueneris & solis·itēq; simlr in uenere respectu solis·Scdo quia sūpris diuersis instrumentis & exactissimis ꝑ diuersitate aspectuū depræhendēda simul tēpore in diuersis locis in latitudine multū remotis apparuit diuersitas aspectus notabilior in luna q̄ in mercurio:& in mercurio q̄ in uenere:& in uenere q̄ in sole:qđ esse nō poterat nisi qa lūa est terræ ꝓpiqor:& mercuriꝰ post ipsam & uenus post mercuriū:& sol post uenerē·Quæ uero dicenda sunt ꝑ Ari·uꝛ mihi saluare ipsum: quia astrologia non erat completa:qm̄ ptolemæus compleuit·Hæc de situ·

Figurā āt cuiusq; stellaꝝ nō iniuria q̄spiā maxie arbitrabit̃ rotūdā eē· Nā cū ostē sum ē stellas ipsas nō aptas eē ꝑse moueri:atq; naturā ipām nihil temere·nihil frustra efficere:patet ēt eā figurā ipsis imobilibus tribuisse: quæ minime est motiua· Minime autem Motiua est rotunda:quatenus nullum ad motum instrumentum habet·quare patet stellarum molem rotundam esse·


Expositio · Et de figura stellaꝝ nunc repetit:nam ut recte Aue·inqt de figura stellaꝝ dictum est p accidēs| quatenus sequebat̃ ad dicta:nūc uero perse loqtur ut ꝓmisit·ꝓbat igitur singulā stellā esse rotundam primo syllō sumpto a fine:& cōponit̃ sic oē qđ nec perse mouet̃:nec aptum est moueri motu recto:oē tale est rotundum·Hæc maior patet ꝑ tanto:qa ubi haberet figurā rectam: natura temere & frustra egisset·Sed stellæ nec ꝑse mouent̃:nec ꝑse sunt moueri aptæ:igit̃ omnes sunt rotundæ·Hæc Aristoteles dubitauit autem Aueroes superius de circulatione demonstrationis: & dubitat Alexan·hic:quæ omnia fuerunt dicta tunc·

Præterea similiter sese habent oēs atq; una.at luna per ea quæ circa uisum accidūt: rotunda esse ostenditur·non enim in sui ipsius luminis auctione atq; in minutiōe fieret pluries nunc quidem falcata:aut gibborosa:nunc diuidua·

Expositio · Secundo idem probat per argumentum a simili hoc modo luna est rotūda·igitur cœteræ stellæ· & hic locus est essentialis:quia in iis quæ sunt eiusdē speciei:qcquid perse cōpetit uni in diuiduo illius spēi:competit oibus indiuiduis eiusdem·& cū oēs stellæ sint eiusdem spēi:igitur si luna est rotunda:oēs aliæ erunt rotundæ·Quod uero luna sit rotunda : probat primo per apparentiā illustrationis:quam recipit a sole post coniunctionē quia ut dicit nisi luna esset rotunda: nō fieret nunc quidē falcata siue in forma falculæ:nunc diuidua siue semiplena: nūc prætumida siue gibborosa:demū plena| & tota rotunda·Aīaduersione dignū ut in codicillo de criticis diximus : & in lib·erudicionum lunā cum sole hr̄e·xi·figurationes in quaꝝ singula luminis uariationē sortitur| & a diuersis apparitionibus diuersa nomina h;·cum·n·luna cum sole coiuerit:lunæ tunc cu; sole synodus est latine cōiunctio:& hæc est prima luminis uariatio·Scda est lunæ apparitio siue ortus:qui græce est a natole:qui tūc est cum luna uideri post:post solem p distantiam partiū circiter·xii·Tertia est apparitio luminis:qua lūa græce dr̄ conoides latine cornicularis| siue menoides siue falcata:quæ tunc est cū luna a sole differt partibus circiter·xlv·quarta est apparitio:qua luna dr̄ di chotoma| latine semiplena| siue diuidua·& est qñ luna e sole distat partibꝰ·xc·quinta est apparitio| qua luna græce dr̄ amphicyrta hoc est gibborosa siue prætumida:& est cū lūa e sole ipso distat partibus·cxxxv·sexta est qua luna dr̄ panselena hoc est plenilunia:& est cum distat a sole p dimidium totius circuli u; per·clxxx·partes·reddit aūt luna post hoc ad gibborositatē| & ad diuidualitatē| & ad cornicularitatē| & falculationē:& ad occultationē:demū ad synodum· & ita oēs uariatiōes sunt nūo·xi·Ari·aūt enumerat suo falcationē| gibborositatē & diuidualitatē declarat āt Aue·anatolem siue apparitionē siue ortū:& ait tunc esse cum luna exit a solis cōiunctione siue synodo:tunc·n·fiunt duæ pyramides:quaꝝ una est a sole:cuiꝰ conus est in luna| terminatꝰ ad minimū arcū lumis:baxis uero ī sole · Altera ē ab pre luna uacua ad oculū maior pria: in qua qdem conus est ī oculo:baxis in uacuo lunæ·Hoc āt esse nō posset:nisi luna esset rotūda:& sic p; rō Aristo·



Insuper etiam & per ea quæ in astrologia dicuntur idem demonstrari potest: propterea quia nõ essent solis deliquia falcata· quare si stella una est talis: cœteras omnes etiam rotundas esse: perspicuum est·



Expositio·

Secunda ratio sic cõponi potest de luna & sole insimul omnia ea ad quæ in accretione luminis sequit̃ cõmunis arcualis sectio sunt rotunda· sol & luna sunt/ad quæ in accretiõe luminum sequitur sectio cõmunis arcualis siue falcata· igit̃ rotunda quid uero sit sectio cõmunis: debes scire q̃ quãdo eclipsatur sol per interpositionem lunæ inter solem & oculum nostrũ: ut quando sunt in capite uel cauda ambo: tunc nec sol nec luna apparet: sed cum sol incipit apparere: uidẽtur ambo s̃b quadam portione circuli/uꝫ uel a ul' b: quæ est ambobus cõmunis· ut in eclipsibus clare cernitur· hoc autem non esset: nisi ambo essent rotundi· Hæc de sphæricitate stellarum habemus ab Aristotele·

Cum autem duæ sint dubitationes: de quibus quiuis non iniuria dubitauerit: enitemur id dicere quod nobis uidetur: arbitrati partitudinem/potius dignã esse uenerationem q̃ temeritate: si quis ob phylosophiæ sitim exiguas in his rebus facultates diligat: de quibus maximas dubitationes habemus·

Expositio·

Tractaturus Aristoteles duas arduas dubitationes: antea permictit sui excusationem: & responsionem ad detractorem: posset enim detractor inculare Aristotelẽ de petulantia siue nimia prõptitudine: in hoc q̃ uult ponere os in cœlo/pertractando tales questiones: quæ sunt ultra captum humanum· cui respondet q̃ si quis ob phylosophiæ sitim exiguas in his rebus facultates diligat: de quibus maximas dubitationes habemus/prõptitudinem huius arbitrati potius dignam esse ueneratione q̃ temeritate: enitemur dicere id quod nobis uidetur· & in hoc non uidebimur arrogantes· igitur de iis questionibus difficilimis proponit dicere euitando arrogantiam/ tum quia uult dicere id quod uidetur: non id quod est· Tum quia est arbitratus prõptitudinem talis hominis potius laude/q̃ uituperio dignam·

Præterea cum plures sint tales: non minus admirabilis est: quam ob causam non semper stellæ quæ plus e prima distant latione: pluribus motibus mouentur· sed mediæ pluribus? & enim cõsentaneum rationi uidetur primo corpore unicam lationẽ subeunte/proximum minimis motibus moueri: ut duobus· id autem quod ad hoc consequitur: tribus· aut aliquo alio ordine tali· at nunc contrarium accidit· paucioribus enim sol & luna motibus mouentur: q̃ non nulli planetarum: qui longius e medio ipso distant: & propinquiores sunt ei corpori: quod est ipsorum primum·

Expositio·

Quærit nunc questionem Aristoteles: ubi debes scire astrologos qui fuerunt temporibus Aristotelis & platonis ut eudoxus & calippus: In quinq̃ superioribus uidelicet Saturno/Ioue/Marte/Venere/& Mercurio/obseruarunt multas motus differentias/concedentes enim illos moueri motu cõmuni uidelicet diurno/& proprio uidelicet ab occasu in ortum deprachenderunt in motu illorum proprio multas differentias ut pro gressionem/repedationem/stationem/ celeritateꝫ/tarditatem· In luna uero & in sole motum cõmunem & obliquum: & duas tantum motus differentias uidelicet uelocitatem/& tarditatem: & sic in quinq̃ superioribus ultra motus duos cõmunem & proprium perceperunt quinq̃ differentias· In sole uero & luna inferioribus ultra motus duos cõmunem & proprium solum differentias duas· propterea quærit Aristoteles præterea cum plures sint tales dubitationes difficiles: non minus ad mirabilis dubitatio est: quam ob causam non semper stellæ/ quæ plus e prima distant latione pluribus motibus mouentur: sed mediæ pluribus: reddit causam questionis & inquit & enim consentaneũ rationi uidetur primo corpore unicam lationem sub eunte: proximum minimis motibus moueri ut duobus· id ãt quod consequitur ad hoc tribus· aut aliquo alio ordine tali· rõ est qa quanto aliqd est ꝓpinqui⁹ primo tãto magis dꝫ illi assimilari· at nũc contrariũ accidit· paucioribus·n· sol & luna motib⁹ mouent̃:

quam non nulli planetarum: qui longius e medio ipso mundi distant: & propinquiores sunt ei corpori: quod est ipsorum primum. Veluti sunt quinq; planetarum. In quibus uerbis clare patet ut Aueroes ait Aristotelem solem collocasse inmediate supra lunam. Haec est quaestio prima difficillima. Notat Aueroes hic non esse cōmuniter dictum illud quod Aristoteles ait de motibus stellarum/nam in luna Ptolemaeus percepit ultra motum cōmunem & propriū duos alios: quorum unus dicitur distantia duplicata/ut tarditas & uelocitas: quas differentias consequitur luna per hoc quod mouetur in distantia duplicata hoc est in duplici auge/eccentrici uidelicet & epicicli: & in opposito utriusq; augis. Secūdus dicitur motus lunae in capite uel cauda: percepit.n. Ptolemaeus punctum capitis moueri: & per consequens differenter lunam intrare caput uel caudā: quae res apud peripateticos non est famosa: licet sit apud ptolemaeum obseruata instrumentis. Sed quicquid uelit ptolemaeus ait Aueroes questionem fundari in duobus: uidelicet q. ordo stellarum est ut dictum est q. uidelicet sol sit inmediatus supra lunam. & q. differentiae motus sunt tot: & illae. Haec Aueroes.

Quae Auero. com. lx.

Patefactum autem fuit hoc nobis & de quibusdam per uisum: lunam enim uidimus diuiduam Martis stellam subiisse: quae coelata fuit & in ipsius parte nigra. egressa uero per lucidam & illustratam. similiter & de coeteris stellis dicunt aegyptii & babylonii: qui plurimis iam annis ante haec obseruarunt; & a quibus multa fide digna de singulis stellis accepimus.

Expositio. Supposuit ordinem planetarum esse hoc modo ut luna sit infima & sol supra lunam. probat hoc praesertim de luna per suam & aliorum obseruationē. obseruauit enim ipse propriis oculis lunā dum fuisset semiplena siue diuidua/Martis stellam subiisse/fuisseq; inter illam & oculos interpositam: ubi uidit Martis stellam coelari in parte lunae obscura: & quia luna est uelocior ipso marte: uidet stellam martis exiisse per partem claram & lucidam: & de coeteris idem testantur aegyptii & babylonii: quae res esse non posset: nisi luna fuisset infima. de sole uero nihil asserit: sed supponit ita esse.

tex. 61.

Insuper etiam iure hoc idem dubitauerit quispiam: quam & ob causam in prima quidem latione tanta est stellarum multitudo ut uniuersus ordo innumerabilis esse uideatur: in coeteris uero una seorsum est stella: duae autem aut plures eadem in latione non uideantur esse infixae. de iis itaq; bene se habet dubitare: quo & maior excitetur intelligentia: nā & si paruas occasiones habeamus & in tanta remotione distantes ab iis quae illis accidunt: si tamen ex talibus contemplemur: non uidebit absurdum esse id quod nunc addubitatum est.

Expositio. Secunda questio est propter quid tot stellae fuerunt in prima latione ut in orbe octauo: tot quot numerare nemo potest. In coeteris uero una seorsum est stella: duae autem aut plures eadē in latione siue sphaera non uidentur esse infixae. approbat autem Aristoteles questionē hanc quo per ipsam maior excrescat cognitio de illis: nam & si paruas occasiones habeamus hic reperibiles: & illae paruae: quas habemus in tanta remotione distent ab his quae illis accidunt: distant dico loco & natura: nihil enim est hic per quod istae quaestiones possunt solui: si tamen ex talibus contemplemur: quae hic apparent: & quae illic uidemus: non uidebitur absurdum esse id quod nunc addubitatum est: nec absurda solutio: quae ad illud dubium assignabitur.

Sed nos de iis poenitus cogitamus ac si & corpora essent dumtaxat unitatum ordinem habentia & inanima. Oportet autem putare ipsa tanq uitae & actionis participantia esse. Sic enim id quod accidit non uidebitur esse alienum a ratione.

Expositio. Soluit Aristoteles questiones & primo primam: & primo narrat quo modo dicta questio est difficilis: & quo modo potest solui. & ait questionem esse difficilem pro tanto quia in dicta questione uidetur esse suppositum corpora coelestia esse corpora dumtaxat habentia ordinem unitatū & inanima: nam hoc modo uidetur esse ordo motuum secūdum ordinem nūorum/ & secūdum situ corporū: ut in aeltis plato posuit: q ordinauit aelia fm ordinē nūorū: posuit.n. igni & terrae correspondere duos nūos cubicos. igni qdē cubicū binarii uz octonariū nūm: terrae u ero cubicū ternariū uz. xvii. Media posuit fm pportionē. xviii. & xii. & sic collocauit aelia secūdum pportionē sexqaltera. Si igr coeli eēnt corpora tm ut empedocles sentit: & alii q nō norūt subas se peratas oz locare illos

pro ratione numerorum & situ corporum:& hoc pacto questio est difficilis:expedit igitur si que stio debet solui putare ipsa participantia esse uitæ & actionis:hoc est q. uiua sint:& qcquid agũt: agant per præconceptionem finis & non ex impetu naturæ ut ælementa agunt:& hoc pacto id quod accidit de ordine motuum & multitudine illorum non uidebitur esse alienum a ratione: quia ita intermedia moueri pluribus motibus/extrema uero paucioribus præconceptione finis· ut dicemus·Hæc de facilitate & difficultate questionis primæ·Aueroes uero inuit tres rationes ad probandum cœlos esse animatos atq; uiuos·Primo quia cœli sunt præstantiores animatis· igitur sunt animati:quia non animatum non est animato præstantius · Secundo quia omne qđ habet figuram terminatam/& motum a se de parte terminata in partem terminatam est animatum·tale est cœlum·Tertio motor corporis cœlestis est non in materia : igitur est intellectus/& ita cœlum est intelligens & animatum·Confirmatur per Aristotelẽ·xii·metha·ubi probat cœlum moueri per intellectum & uoluntatem·igitur est animatum & agens propter finem · Solet quæri utrum cœlum circumscripta intelligentia sit perfectius aliquo animato ut musca : si dicitẽ q. sic:ratio Auerois non ualuit·nam sic in animatum est præstantius animato· si dicitur q. non: hoc uidetur erroneum:quia illud est corpus æternum & inmortale· Ioannes secundo physicorũ tenet q. cœlum circumscripta anima adhuc est præstantius uiuo aliquo ut musca & id genus:qa est æternum diuinum & id genus·Sed hæc positio errat primo quia redit rationẽ primam Aue· Imbecillam·Secundo quia tertio de anima Aristoteles pro ratiõe operationum docet diiudicarẽ rerum naturas:dicens id esse nobilius cuius prima operatio est nobilior · modo prima operatio uiui ut muscæ est præstabilior prima operatione cœli circumscripta intelligentia : imo cœlo ut sic nulla competit operatio·propterea tenerem cœlum circumscripta intelligentia nullam habere perfectionem/Immo non esse/nisi ens in anima:& sic patet solutio·

Quæ Auero· com·lxi·

De nobilitate cœli

Pō Ioannis

Confu·

Propria solu·


Nam ei quidem quod optime sese habet:ipsum bonum sine actione uidetur inesse: illi uero quod est illi proximum:per paruam ac unam·at iis quæ longius absunt: per plures:ueluti in corporibus·Aliud enim sine exertitio bene se habet·Aliud leui facta deambulatione·Aliud & luctatione & cursu & puluere indiget·Alii rursus neq; quouis sese exercenti modo hoc unq̃ inerit bonum:sed aliud tale·

tex· 62

Proposuit Aristoteles soluere dubitationem primam:Nunc prosequitur & præmittit tria ut mihi uidetur:primum est q. esse pōt aliqua latitudo entium ad optimũ finem ordinatorũ: quæ hʒ gradus s'm plus & minus participare actionis·exemplũ in corporibus:nam pōt esse corpus:qđ ẽ sanum nullo egens:aliud in 2o gradu erit corpus quod leui deambulatione eget ad esse sanũ : ut si fuerit in stomacho aliqua indigestio parua·In tertio est corpus/quod multis indiget ad esse sanum ut luctatione & cursu & puluere siue magna agitatione & exercitio:quæ fiebãt in arena siue puluere·In quarto est corpus ægrũ quod sanitatem adipisci non pōt per aliquod ingeniũ/Sed consequitẽ aliquid tale ueluti aliquid simile·lege lr̃am sic cum prima continuã:non ur̃ absurdum esse id quod nunc addubitatum est:nã ei quidem quod optime se se hʒ:ipsum bonum sine actiõe ur̃ in esse·& hic est primus rerũ gradus·Illi uero quod est illi pximũ:per paruã ac unam:& hic ẽ 2us gradus·at iis quæ longius absunt:per plures ur̃ inesse bonum ipsum· Hic est tertius gradus: deinde exemplificat in corporibus ordinatis ad sanitatẽ:& addit quartũ gradum· & inquit ueluti in corporibus:aliud·n·sine ullo exercitio bene sese hʒ:ut id qđ est actu sanum·& hoc est primo gradu corporũ·Aliud leui facta deambulatione:ut corpus parũ lapsum in stomacho/ uel capite: quod dr̃ neutrũ recuperabile:& a medicis dr̃ neutrũ decidentiæ:nã nisi leuiter in ambulet ægrotabit actu·& hoc ponitẽ in 2o gradu·aliud & luctatione/& cursu & puluere indiget:ut corp9 actu ægrotum·uerbũ illud puluere græce est latine puluer̃:& apud alios pugna:qđ ad idem uenit:nam pugna in arena & puluere fiebat·hoc enim modo corpora actu ægrota ueteres curabant an cognitionem herbarum & cœterorum in medicina scriptorum · propterea corpora actu ægrota in tertio gradu ponuntur·alii rursus neq; quouis sese exercẽti modo / hoc unq̃ inerit bonũ:sed aliud tale:ut quædã Mitigatio:ueluti in podagricis/& spasmaticis & id genus: q̃ morbo incurabili laborant:hæc enim per unam uel plures actiones non sanitatem:sed aliquid simile acquirũt:ut mitigationem·& hoc corpus est in gradu quarto·pōt addi quintus gradus ut postea dicetẽ:qui est eorum corporũ:quæ nec sanitatem/nec mitigationẽ per actionẽ unã uel plures adipisci pñt·Hæc est prima latitudo rerũ apud Aristo·& corporũ:in qua cohordinantẽ corpora & res pœnes attingere finem p uanm uel plures uel nullã actionem·Cuius exemplũ est·

Expositio·

latitudo corporum
apud Aristotelem



Apud galenum uero in primo & secundo libro teghnæ aliter corporum latitudo constituta est: quæ res cum nostrum propositum egrediatur: sufficiat te scire corporum latitudinem apud Aristotelem hoc modo esse constituendam. Hæc igitur est prima suppositio.

Recte autem agere aut multa aut sæpe difficile est · ut Talos Coos iacere plures: difficile est. Sed unum uel duos: facile. & rursus cum hoc quidẽ illius gratia: opus est facere: illud autem ob aliud: & illud item ob aliud in uno quidem duobus ue facilius quispiam finem assequetur · at quo per plura procedit; eo illum difficilius nanciscetur.

Expositio. Secunda suppositio est q̃ agere multa aut unum per multas actiones difficilius est q̃ agere unum per unam actionem, uel per paucas actiones. probat exemplo ludorum: qui apud coum celebrabantur: & inquit recte aũt agere aut multa aut sæpe difficile est: hoc est dicere recte agere multos effectus, aut unum per multas actiones difficile est. Primo probat quod agere multa est difficile per exemplum: & inquit ut talos coos iacere plures: difficile est. qui tali græce dicuntur astragali: non nulli uolunt esse genus ensium, non nulli alia genera: quibus utebantur ciues coii suis in ludis: alii genus ludorum: sed hoc nihil ad rem: sat sit q̃ unum tallum proicere uł duos facile est: multos tamen difficile. Quod quidem multa agere, sit difficile: hoc exemplo patet. Quod uero unum agere multis actionibus sit etiam difficile, ostendit per exemplum in eis quæ agunt unũ pluribus modis. ut dux & Medicus: ambo enim unum agũt. dux quidem uictoriam per multas actiones. Medicus uero sanitatem. ambo enim agunt per multa media: quorum unum est gratia alterius: ut tandem ad unum finem ueniant. Inquit & rursus cum hoc quidem illius gratia opus est facere ut in curatione: & bello: illud autem ob aliud: & illud item ob aliud: in uno quidẽ duobus ue facilius quispiam finem assequetur. atquo per plura procedit: eo illum finem difficilius nanciscetur: & ita patet difficile esse unum effectum attingere pluribus actiõibus: & sic habetur secunda suppositio. Et quia per hoc uult habere Aristotelem eum mototem cœlestem qui pluribus agit difficilius agere: eum qui paucioribus agit: facilius agere: ideo quærit Auero. & dubitat in cœlo non posse esse difficultatem, nec facilitatem: quia tunc motus ille esset cũ labore. Et sua

Dubi. Auero. com. lxiii.

Solu. A uero. Solutio tandem est Aristotelem per facilitatem & difficultatem in illis uelle proportionem, & resistentiam: qua mobile debita proportione resistit motori: & tu debes scire ut superius diximus duplicem esse resistentiam: alteram quidem ad motum: quam habet graue ipsum cũ trahitur ui sursum. & talis resistentia non reperitur in corpore cœlesti. Alteram uero esse ad terminum motus: qua habet omne mobile ne subito trahatur in terminum ad quem. & hæc prouenit ex debita proportione motoris ad mobile: & hæc est in cœlo: quod hoc signo patet: quia non quilibet motor cœlestis mouet quodlibet mobile. Amplius si non haberet hanc proportionem finitam moueret in non tempore ut superius fuit deductum. & sic patet in cœlo esse difficultatem quasi æquiuoce dictam. Hæc ex Aueroe trahi possunt.


Quo circa etiam stellarum actionem talem arbitrari oportet: qualis est animaliũ ac stirpium. etenim hic hominis actiones plurimæ sunt. Multa enim bona ut consequi possit: multa agit etiam aliorum gratia. Ei uero qui optime se habet non est opus actione. Inest enim ipsi id gratia cuius cœtera agunt. actio uero semper in duobus consistit: quando & id gratia cuius agitur: & id quod huius gratia agitur. at cœterorum animalium pauciores sunt: & plantarum parua quædam est & forsitan

tan una·Nam aut unum est quod consequi possunt:ueluti & homo ipse:aut & ipsa multa omnia antecedunt ad ipsum optimum assequendum·

Expositio·

Hæc est tertia suppositio:in qua Aristoteles ponit secundam latitudinem rerum:quæ beatitudinis participant:& in primo gradu huius latitudinis ponetur homo actu felix: qui pro felicitate nullo eget:quia actu habet copulationem intellectus agẽtis cum possibili:hic enim nullo eget: quia iam finis est uel ad finem peruenit·In secundo gradu est homo:qui per multas actiones ad felicitatem enititur:nam ad hoc ut homo pertingat ad felicitatem primo requiritur uitæ longeuitas|quia non subito homo beatur:& ita requiritur uita·Secundo sensilium aprǽhensio: tertio uniuersalium omnium intellectilium intelligentia·sic igitur in secundo gradu est homo perfectibilis per felicitatem·In tertio sunt animalia & plante:quæ felicitatem attingunt nõ in se| sed quatenus attingunt sensum & uitam:quæ sunt requisita ad felicitatem· In quarto ponuntur ea quæ nec felicitatem nec requisita attingunt ut forsitan sunt ælementa·Sed hic deficit illud quod attingit felicitatem per paucam actionem:propterea compleri potest latitudo animantium ad felicitatem ordinatorum:ut in primo gradu sit homo perfectus actu felix·In secũdo sit homo cui parum deest:ut perfectus per omnia sensilia|non autem per omnia intelligibilia·In tertio est homo imperfectus·In quarto animalia & plantæ·In quinto ælementa & cætera quæ nihil fecilitatis habent·Ex iis apparet hanc latitudinem posse conuenire cum prima:si sic intelligatur:fortasse enim ut indicat simplicius:hæc non est tertia suppositio sed exemplum secundum primæ latitudinis·primum enim exemplum fuit in corporibus:hoc est exemplum in uiuẽtibus:quod magis ad propositum est·quia ut bene accepit Aristoteles oportet arbitrari ita esse de ipsis cœlis ut de animantibus·

latitudo rerum participantium
felicitatem apud Aristotelem



Hæc autem expositio non disconuenit uerbis Aristotelis:Ideo lege quo circa & stellarum actionem talem arbitrari oportet qualis est animalium & stirpium:& ita ut animalia & stirpes & cætera corpora ponuntur in quinq; ordinibus:sic & corpora diuina· deinde disponit latitudinem animalium & stirpium|& cæterorum·& incipit a Tertio gradu:deinde redit ad primum gradũ & inquit & enim hic hominis actiones:qui pænitus a felicitate est aliena plurimæ sunt actiões multa enim bona ut consequi possit:multa etiam agit aliorum gratia hoc est tandẽ ut omnia ad unum finem reducantur·& hic est tertius gradus latitudinis· deinde ponit primum gradum:& inquit ei uero homini supple qui optime se habet non est opus actione·Inest enim ipsi id gratia cuius cætera agunt ut beatitudo·Sed obicis uidetur homini felici non inesse id gratia cuius cætera agunt:quia animalia|plantæ & ælementa non agunt gratia beatitudinis · Respondet q; in omni fine attingendo sunt duo|finis ipse:& medium:uult igitur omnia esse gratia beatitudinis: quæ homini inest felici|quia aut propter illam ut homo:aut propter requisita ut animalia & plãtæ·& ideo inquit actio uero semper in duobus consistit quando & id gratia cuius agitur ut est finis:& id quod huius gratia agitur ut Medium|siue requisitum:animalia igitur & plãtæ sunt saltem gratia illius quatenus sunt attingentia requisita ad illam·& hic est primus gradus latitudinis:& tu sub intellige secundum uidelicet hominem:qui parum deest a beatitudine· Hæc enim dedit intelligere Aristoteles & per primam latitudinem:& per hoc qd dedit extrema:inter quæ innuitur semper medium·Et in hoc apparet Aueroem non intellexisse hũc locum· laborauit·n· concordare latitudinem hanc cum prima per dicta Themistii & Alexandri & non potuit : quia

Contra Aue·
Cõtra quosd·

non percepit ordinem Aristoteles: nec pace quorundã dixerim bene intelligit ipse id quod optime se habet: retulit enim hoc ad deum: quod stare non potest· in latitudine enim uiuentium & rerum mortalium atque corruptibilium non potest cadere deus· nisi Aristoteles non fecerit latitudinem· Sic igitur patent tres gradus: quorũ primus est hominis perfecti ex toto: qui gradus correspondet primo gradui latitudinis corporum· Secundus est hominis sapientis/ cui parum deest ad felicitatem: qui correspondet secundo gradui primæ utpote corpori neutro· Tertius est hominis capacis disciplinæ non dum disciplinati: qui correspõdet tertio gradui primæ utpote corpori actu ægroto· Deinde ponit quartum Aristoteles & inquit at cæterorum animalium pauciores sunt: & plantarum parua quædam est & forsitan una: hæc tamen non finem attingunt: sed requisita: & hoc subdit nam aut unum & idem est quod consequi possunt ueluti & homo ipse: aut si non finem unum attingunt: saltem pertingunt ad ipsa multa quæ omnia antecedunt ad ipsum optimum assequendum· & hic est quartus gradus: cui adde quintum: qui est eorum: quæ nec finem nec requisita ad finem attingunt ut ælementa & omnia alia i animata correspõdet autem gradus quartus: qui est animalium & plantarum quarto gradui primæ qui fuit corporũ pessime ægrorum· Quintus autem qui est ælementorum: correspondet quinto illius: qui est corporum quæ omnino moritura sunt· & in hoc apparet concordia latitudinum: quam Aueroes & expositores ignorarunt· Sed obicies/ quia non uidetur posse diuersa genera collocari in eadem latitudine ut homines animalia & alia: iam dici potest hæc esse diuersa genere in se considerata: sed ut ordinantur ad unum habent rationem cõmunem: pœnes quam possunt collocari in eadem latitudine·

Dubi·

Solu·

Aliud igitur habet optimum ipsum: & particeps est ipsius· Aliud per pauca prope peruenit· Aliud per multa· Aliud nõ aggreditur: sed satis prope ultimum accedit· ueluti si sanitas sit finis: Aliud semper sanum est· aliud attenuatum, aliud currens & attenuatum· aliud & aliquid aliud agens ipsius gratia cursus: ut huius sint plures motiones· Aliud ad sanitatem peruenire non potest: Sed ad cursum dumtaxat aut ad ipsam attenuationem: quorum est· & alterum per se finis·

Expositio· Iis suppositis construit ordinem in orbibus: ut habeatur solutio ad formam questiõis: ubi debes scire q omnes orbes ponuntur in latitudine quinque graduum ueluti corpora/ & uiua: quæ latitudo attenditur pœnes attingere finem/ quod est optimum: tale autem est permanentia· Qua ratione fit ut illa sint in primo latitudinis gradu: quæ permanentiam attingunt sine actione· Illa uero in secundo latitudinis gradu: quæ permanentiam attingunt per paucas actiones· Illa in tertio: quæ per multas· Illa in quarto quæ non permanentiam/ sed aliquid prope permanentiã· Illa in quinto: quæ nec permanentiam: nec aliquid prope permanentiam attingũt· Cuius exemplũ repetit de sanis: dicens ueluti si sanitas sit finis: aliud semper sanum est: aliud attenuatum solum· Aliud currens & attenuatum: quia currens gratia attenuationis· Aliud & aliquid aliud agens ipsius gratia cursus: ita ut huius sint plures Motiones· aliud ad sanitatem peruenire non potest: sed ad cursum dumtaxat/ aut ad ipsam attenuationem: quæ sunt rursus propter aliquem alium finez ut propter sanitatem· tacuit autem quintum gradum uidelicet qui est eoruz: quæ nec finem/ nec ordinatum in finem attingunt: quia perse ex dictis patet· Quæ uero sunt illa quæ in iis quinque gradibus collocantur: dicetur postea· Quid uero Aristoteles intelligat per id quod habet optimum & particeps est ipsius/ postea dicetur·


Nam maxime quidem omnibus optimum est illum consequi finem· at si hoc non fiat: tanto aliquid semper melius est quanto id attingit: quod optimo propinquius fuerit·

Expositio· Quæres forsitan: quo nam mõ potest dici bonum attingere: quod non finem/ sed medium attingit· ut quo nam modo potest rursus dici bonus: si non sanitatem: sed attenuationem attingit· Respondet q ambo hæc bona sunt: quia aliquo modo ambo finem attingunt· attenuatio quidem perse sanitatem/ cursus in attingendo illud quod attingit sanitatem· & propterea inquit nam maxime quidem omnibus optimum est illum finem consequi utpote sanitatem: uel finem propriũ at si hoc fieri non potest: tanto aliquid semper melius est: quanto id attingit: quod optimo propinquus fuerit ut melior cursus: quã præparatio ad curendũ: nã cursus attingit attenuationẽ ppe finẽ· Præparatio uero cursum: qui longe est a fine· Hæc generatim de rerum ordine·

Quo

Quocrca & terra quidem non mouetur omnimo·propinqua autem paucis motibus Mouentur: non enim ad ipsum ultimum pertingunt: sed quousq; diuinissimum ipsum principium consequi possunt·Primum autem cœlum statim per unũ motum illud assequitur·at ea quæ in medio primi & ultimorum sunt; attingunt buidem:per plures tamen motus attingunt·

latitudo orbium & eorum quæ optimum attingunt apud Aristotelem.



Vt dicebatur latitudo orbium constituitur penes attingere permanentiam·quare in primo gradu ponetur deus/qui permanẽtiam attingit sine actione:& hoc uoluit intelligere superius dum dixit esse aliud quod optimum habet: atq; ipsius particeps est quidam enim retulit ad deum & ad reliquas intelligẽtias:quia deus optimum habet per essentiam/est enim per essentiam permanens·Intelligentiæ per participationem·Quod stare non potest: quia Aristoteles hic ponit deum absq; orbe:non autem intelligentias ponit absq; orbibus· Immo in numerando orbes intelligit intelligentias:sunt enim orbes animalia diuina·& sic per id quod habet optimum/& participat optimum solum primum ens intelligit:quia per participare intelligit possidere enim græce etiam possideo est latine·In secundo gradu est orbis stellatus:qui apud Aristotelem est primum mobile atq; uiuens & animal perse·hoc enim permanentiam attingit unica actiõe: quia solum per motum diurnum est causa aliorum quare permaneant/& ipsum in causando permanentiam aliorum attingit per unam solam actionem permanentiam primi· In tertio sũt tres superiores planetæ ut Saturnus & Iupiter & Mars:nam isti attingunt permanentiam ipsam per plures motus:per quos perse agunt in rebus permanentiam & fixionem·In quarto sunt quatuor inferiores:qui non perse attingunt permanentiam per hoc q. sunt causæ perse permanentiæ:sed per hoc q. sunt causæ generationis & corruptionis:quæ non sunt permanentia: sed ordinatæ ad permanentiam·Calippus enim & eudoxus permanentias & grandes effectus tribuerunt tribus superioribus ueluti Albumasar etiam in libro de magnis coniunctionibus· soli & duobus aliis effectus annuos: lunæ menstruos·& sic attingunt permanentiam non proprie:sed quatenus disponunt ad permanentiam·In quinto ordine siue gradu est terra cum tribus aliis ælemẽtis: quæ nec permanentiam attingunt per unam/nec per plures actiones/ nec aliquid ad permanentiam ordinatum· Ex iis patet solutio ad formam dubitationis :concedo enim illud esse perfectius quod attingit finem per pauciores actiones:at quatuor inferiores non attingunt finem: sed Media in finem:attingunt enim permanentiam attingendo generationem & rerum mutationes: quamq̃ enim animalia attingant quod attingunt de felicitate per pauciores actiões quia per sensus:& plantæ per unam ut per nutritionem:tamen dicuntur imperfecta:quia non finem:sed media attingunt·Inquit quo circa & terra quidem & supple alia ælementa non mouentur omnino ideo sunt in gradu quinto·propinqua autem ut quatuor inferiores planetæ paucis motibus mouentur:non enim ad ipsum ultimum pertingunt:quia non permanent quatẽus perse sint causæ permanentiæ:sed quatenus causæ sunt requisite ad permanentiam · Primum autem cœlum statim per unum motum illud assequitur·quia est permanens per hoc q. solo motu diurno est causa rerum permanentiæ·at ea quæ in medio primi & ultimorum sunt ut tres superiores: attingũt quidem:per plures tamen motus attingunt·omisit primum gradum in quo ponitur id quod at-

Expositio·

Confu·

Propria expõ

Q̃õis sol'ad formam·

Quæ Auero. tingit sine actione. Ex iis patet ad formam dubitationis: & causã problematis. Aueroes autẽ dis
com. lxvi. sponit ordinem rerum in quatuor gradus: quorum quilibet latitudinem habet: & in primo po
nit ea quæ sine actione permanentiam & optimum attingunt / ut deus & substantiæ seperatæ.
In secundo ponuntur ea quæ attingunt permanentiam & optimam operationem per actionẽ:
in quo & cœli omnes: qui per paucam operationem: & homines qui per multam operationẽ at
tingunt: collocantur. In tertio ponuntur ælementa quæ non permanentiam in numero acqui
runt / licet per paruas actiones: sed in spetie. In quarto ponitur terra: quæ attingit quietem centri
absq; omni motu. cœtera ælementa sua loca per aliquẽ motum: ut aqua attingit concauũ aeris
Replica ꝗdã per motum lunarem. aer per motum ab igne. ignis per motum diurnum. Sed hunc ordinem re
cte quidam repræhendit: nam per hunc non habemus solutionem ad quæstionem: quia ex quo
in secundo ponuntur orbes & homines: sol & luna qui in secundo ordine attingunt perpetuita
tem & optimum paucioribus motibus: erunt in secundo ordine præstabiliores: quod Aristote
les adduxit in dubitatiõe. Præterea homines non ponuntur in latitudine æternorum: posuit. n.
Sol. quidam homines in latitudine uiuorum. propterea quidam disponit quinq; gradus: & in primo ponit
deum & substantias seperatas. in secundo primũ mobile. In tertio tres superiores / In quarto qua
Confu. tuor inferiores. In quinto terram. Sed pace sua hæc dispositio non ualet: primo quia cœteri intel
lectus seperati non ponuntur sine orbibus. sunt enim animæ orbium / atq; formæ modo formæ
ordinantur cum suis substantiis. Secundo prætereit tria ælementa: non enim minus illa sunt in
tali ordine: ꝙ terra: sunt enim orbicularia corpora ut terra. Tertio ex hoc ordine adhuc dubita
tio habet locum: quia in tertio ordine ponuntur quatuor inferiores: qui non finem sed requisitũ
ad finem attingunt. modo in illo ordine sol & luna paucioribus motibus attingunt ꝙ uenus &
mercurius. uenus enim secundum astrologiam eudoxi & calippi octo motibus mouetur. Mercu
Propria solu. rius nouem. Sol & luna paucioribus. Res igitur est satis obscura. Ideo si astrologia eudoxi & ca
lippi est uera: quam Aristoteles hic & in metha. sectatur: oportet constituere quatuor fines trib⁹
ordinatis ad unum. primus est permanentiam attingere perfecte. & tunc quod attingit hanc per
se nihil agendo est in primo gradu: ut deus. qui attingit hanc non agendo: sed quatenus est finis
agentium. Quod uero attingit hanc agendo per paruam actionem est primum mobile: qđ mo
uetur motu diurno. Quod attingit per multos motus attingendo illam perse: & dando rebus p
manentiam perse sunt tres superiores. Hæc de primo ordine. Amplius secundus finis est dispone
re ad perpetuitatem præbendo dispositiones diuturniores: & hoc modo uen⁹ & mercurius attin
gunt: tribuit enim uenus amorem siue appetitum / Mercurius industriam / sine quibus esse nõ po
test perpetuitas. Sol & luna attingunt præparando ad dispositionem quia administrant genera
tionem & corruptionem: quibus mediantibus generatur dispositio permanentiæ. & propterea
licet hæc quatuor ponãtur in quarto gradu uenus & mercurius tenẽt primam partem huius gra
dus: quia perse disponunt ad permanentiam. sol & luna disponunt ad dispositionem. In quinto
ponuntur ælementa hæc enim intelligit per terram: utitur enim terra pro omnibus: quia sensi
bilior apparet. Et sic patet solutio ad problema: non enim absolute ualet omne id esse nobilius
quod paucioribus motibus fertur: nisi respectu sui ordinis & eiusdem finis: oportet enim imagi
nari omnia hæc attingere permanentiam: & secundum gradus attingentiæ ita poni in latitudi
ne: gradus autem attingentiæ sunt ignoti: sed in hoc patent: quia saturnus illum attingit perfe
ctiori modo ꝙ Iupiter quia id quod attingit saturnus præparat magis ad id quod attingit primũ
mobile: ꝙ id quod attingit iupiter: & id quod attingit suis motibus iupiter adhuc magis præpa
rat ꝙ id quod attingit mars suis motibus. & hoc modo disponuntur in ordine tertio ipsi tres supe
riores: qui cum sint ignoti quo ad gradus attingentiæ: collocantur in tertio ordine insimul: tan
ta enim exacta cognitio attingẽdi est ignota Aristoteli & astrologis: sufficiat autem generatim
scire eos attingere imediatius permanentiam ꝙ quatuor inferi attingant: q. gradus attingendi
sunt pro ordine situs & loci / & distantias a primo. Simili ratione de quarto ordine: sat enim est
scire uenerem & mercurium si ponuntur supra solem attingere imediatius illam permanentiam
præparando ꝙ sol & luna: & pro ordine situs esse gradus attingendi: & sic non a pluralitate uel
paucitate motuum argui potest nobilitas uel ignobilitas: Sed respectu unius & eiusdem finis: &
respectu eiusdem gradus finis: non enim ualet Mercurius & sol attingunt eundem finem: & sol
paucioribus motibus. igitur sol est nobilior. sed oportet addere: q. ambo attingant eundem finẽ
secundum eundem gradum. Modo si mercurius ponitur supra solem attingit eundem finem secũ
dum gradum perfectiorem: quem ignoramus. & si econtra sol ponitẽ supra luna & uenere & mer
curio est dicendum econtra. Hæc sunt dicenda secundum astronomiam quam sectatus est Ari
stoteles

stoteles sunt igitur quinque gradus:quorum quilibet latitudinem habet·Sed contra Ratione Ari stotelis est dubitatio:quia supra uoluit motum obliquum qui est uagarum eē propter generatio/nem & corruptionem diurnum uero propter conseruationem·hic uidetur oppositum sentire·nā tres superos ponit attingere permanentiam perse:inferos uero disponere·dici potest motum ob/liquum qui est uagarum esse propter generationem & corruptionē·tamen tres superi disponunt generationes ad maiorem durationem:ideo imediatius attingunt permanentiam·& hoc sufficit Aristoteli·Amplius ambigere potest quispiam:quia Aristoteles loquitur ita de planetis ac si mo ueantur ab uno motore pluribus motibus·modo hoc est cōtra eum in·xii·metha· ubi uoluit tot esse orbes & motores respectu unius coeli & atque unius stellæ quot sunt differentiæ motuum per ceptæ in illo planeta:ut quia in Mercurio·ix·differentiæ sunt perceptæ:etiam mouem orbes to tidemque motores esse oportet·Dici potest stellam esse finem omnium motuum & coeteros orbes constituere unum coelum ueluti multa sub membra unum Membrum instrumentarium · quæ submembra omnia sunt propter unum·ueluti caro Musculi lacerti & coetera/quæ coxam consti tuunt omnia sunt propter coxam & ad motum coxæ·Tunc diceret Aristoteles esse intelligendū non de partibus membri comperationem:sed de stella & toto coelo: quod licet moueatur pluri/bus motoribus:tamen ex omnibus illis intelligitur fieri una uirtus mouens congregatū ex par ticulis & orbibus:& de illa intelligitur latitudo & gradus latitudinis· ponuntur enim partes in eodem gradu latitudinis in quo ponitur totum ipsum cuius sunt partes·Hæc ad secundam·Am plius tertio dubitabis:quia ubique Aristoteles posuit primum motorem mouere agregatum ex oī bus coelis ut unum animal·Hic ponit cum seperatum & sine actione attingere finem·dici potest primum esse absque actione quia ipse non est principaliter propter actionem ut sunt coeteri moto res·sed agit propter se:& non propter aliud·dicitur igitur attingere bonū absque actione:pro quā to sua actio non est causa attingendi·& propterea primus potest considerari ut finis & ut agens· & ut finis est seperatus:ut agens autem est coniunctus·coeteri autem non sic: omnes enim agūt propter actionem:quia propter actionem conseruantur·& hoc non intellexit Ioānes:propterea posuit deum esse finem tantum·Hæc Aristoteles iuxta astrologiam eudoxi & calippi·Ptolemæ us autem ubique solem & lunam facit principes atque primarias uniuersi stellas· Primo quia augēt & minuunt & tollunt coeteris stellis actiones·& ipsi a nullis impediuntur·dicuntur enim stelle combustæ/nunc fortes quia lucanæ nunc debiles quia occiduæ & uespertinæ:nunc aliis modis affectæ pro aliis cum sole configurationibus·at saturnus si cum sole est:nihil offendit:quia est si milis mortuo/ut ubique ait ptolemæus·Secundo Motus coeterorum regulantur pro motibus so/lis:est enim solis motus regula coeterorum ut norunt astronomi & supputatores · Tertio actio ī rebus manifeste proficiscitur a sole & luna·a coeteris proficisci non est depræhensum nisi per re/spectum ad lumina ut docet ptolemæus in primo apotelesmatū·propterea ptolemæus solem & lunam uniuersales atque principales efficit causas·coeteras stellas instrumentarias / atque submini/stras:ueluti præfectus & centuriones·nec habere actiones nisi supposita actione solis & lunæ·q̄ non supposita id quod agunt friuolum est & leue·Id uero quod decepit Albumasarem eudoxum & calippum:& Aristotelem:qui hos secutus est:uidetur tarditas effectus & perduratio: quæ tri/bus superis tribuitur·Amplius solem & lunam posuerunt ultimos in loco : & illi crediderunt p̄ situ & loco effici plus & minus nobiles·hæc omnia sunt remota a ueritate·Nam tarditas effect⁹ & perduratio non faciunt ad nobilitatem actionis:nisi respectu actionis maioris· coeteris enim paribus est uerum:datis enim duabus actionibus æqualiter pollentibus: quæ est diuturnior est maior·modo licet actio illorum trium sit diuturnior:tamen est parua/& nō habens uim nisi aut supposita actione luminum:aut addita·Amplius situs solis non facit ipsum esse in nobiliorē tri/bus primo quia non est de ratione sphærici contineri:& propterea dato q̄ superi contineant:nō propterea sunt nobiliores·Secundo quia non magnitudo·non enim semper maius corpus est p̄/fectius:nisi uirt⁹ eius sit perfectior·modo motus saturni est tardior illo lunæ & solis· actio quoque in rebus minor·Tertio ut recte Aueroes·xii·metha·com·xliiii · ait & simplicius hic ex situ non est iudicanda nobilitas & ignobilitas nisi secundum quid:& sic stat saturnum sole esse nobilio/rem secundum quid:qui simpliciter est ignobilior·De his multa diximus in libro de nostrarum calamitatum causis:& in libro eruditionum·Nunc uero hæc sat sint:Hæc de prima questione·

Dubi·prima· — Solu· — Scda dubi· — Solu· — Tertia dubi· — Solu· — Quæ ptole·

De ambiguitate uero quæ fuit:quare in prima quidem latione tanta existit stella/rum multitudo·Coeterarum autem seorsum singula proprias sumpsit motus? ob unum quidem primo quispiam iure esse putabit·nam cuiusque uitæ primæ atque pri

mi principii ad cœtera· Magnum excessum intelligere oportet·

Nunc accedit ad secundam dubitationem primo repetit illam & inquit de ambiguitate uero q̃ fuit: quare in prima quidem latione tanta exitit stellarum multitudo· Singula autem cœterarũ stellarum seorsum proprios sumpsit motus· ut stella saturni suos: illa iouis suos: illa etiam martis suos: & sic singula suos· Haec est dubitatio: ubi per lationem corpus latum intelligit nam mathematici lationem pro cœlo sumunt· Cui dubitationi respondet & inquit ob unum quidem primo quispiam iure esse putabit: quod explicat & inquit nam cuiusq; uitæ primæ atq; primi principii ad cœteras uitas secundas cœteraq; principia secunda magnum excessum intelligere oportet: cũ igitur prima latio siue primum mobile primo uiuat: atq; sit primum principium: cœteri orbes uiuant uita secunda atq; sint secunda principia & quasi subministra illi primo: iure primum mobile excellit ualde illos· excessus autem esse non potest nisi quo ad numerũ stellarum· quare multas meruit stellas: tanto quidem plures: quanto in uitæ ratiõe atq; principii efficatia cœteros orbes excellit: hæc Aristoteles Aueroes autem ob malas quas habet translationes indicat ad mentem Aristotelis stellas fixas tribus differentiis motus moueri: & ab ortu in occasum redeũdo ad ortum: & proprio motu ab occasu in ortum singulis centenis annis parte una· & motu progressionis & repedationis: quem babylonii obseruarunt singulis septem millibus annorum compleri quibus uerificatis oportet concedere· x· sphæras· x· quidem per cuius motum omnes aliæ ab ortu rapiantur in occasum· ix· uero per cuius motum saluetur progressio & repedatio fixarum· viii· autem per cuius motum stellæ ipsæ ferantur singulis centenis annis parte una· animaduerte tamen non nullos uoluisse per motum· ix· effici motum stellarũ singulis centenis annis parte una per· viii· uero motum effici titubationis: sed hoc ad mathematicos omicto· Hæc res non est ut Aueroes dicit: Aristoteles enim stellas fixas non percepit moueri nisi unico motu ab ortu in occasum tantum· qua ratiõe orbem stellatum primam lationem siue primum mobile ubiq; appellat· & iuxta hoc fundamentum uidetur dirigere omnes rationes primæ & secundæ dubitatiõis· Sed quo nam modo ualeat hæc Aristotelis ratio: agamus & primo supponamus primum mobile esse rerum causam: quod quidem multis ratiõibus supra est declaratum· Secundo supponam⁹ primum mobile esse causam uniuersalem omnium rerum· Ex iis sequitur prima pars solutionis· ex eo enim quia primum mobile est causa: Meruit stellam: orbis enim non agit nisi propter stellam pars enim actiua cœli est stella ipsa· ex eo uero quia uniuersalis est omnium causa atq; prima: meruit tot innumeras stellas: ut per quasdas illarum sit causa quarundam rerum: & per quasdam alias sit causa aliarum: & per omnes sit causa omnium: iuxta illud hermetis nullum est granum arenarum in terra: quin proprium optineat sidus in cœlo subsistrans ad eius incrementum· sic igitur quia est causa & prima causa atq; uniuersalis meruit tot stellas· Secunda pars rationis declaratur etiam: quia primum mobile quatenus est uniuersalis causa omnium uiuorum immo cœterorum orbium: meruit præstabiliorem uitam uita præstabilior est per præstabiliorem animam: anima præstabilior est pollentior motrix· pollentior motrix meruit corpus maioris resistentiæ· corpus plurium stellarum maioris est resistentiæ corpore paucarum stellarum ut diceẽ· Igitur meruit orbem plurium stellarum· Amplius præstabilior uita meruit præstabilius corpus præstabilius est cœlum plurium stellarum q̃ sit cœlum paucarum stellarum· Hæc igitur ẽ prima causa problematis ut ex uerbis Aueroís colligi potest: qui rem hanc authoritate babyloniorum confirmat: babylonii enim stellis primi mobilis tribuerunt duplicem agendi modum: cõmunem uidelicet & proprium: proprium quidem quatenus primum mobile per eas stellas quæ arietem figurant arietibus præest & animalibus id genus: & per stellas quæ taurum claudunt tauris & cœteris id genus fauet & per cœteras stellari orbis imagines cœteris animalibus & rebus administrat· cõmunem uero quatenus stellæ omnium imaginum cõcurrunt generatim ut effectrices causæ ad omnia ea: ad quæ planetæ ipsi concurrunt· huius rei causa est: quia planetis dederunt speciales uires non solum erga animalia plantas mineralia: sed etiam erga ælementaria corpora· tribuerunt enim saturno bonam cõsideratiuam· Sua· enim· vi· melancholica magnũ præbet momentum in considerationibus & artium inuentionibus· melancholia enim fauet scientiæ ut in libro problematum parte· xxx· docet Aristoteles tribuunt saturno alia multa & ioui & marti alia: quæ esset longum narrare: sed nos diximus in libro eruditionum · ad propositũ igitur stellæ primi mobilis generatim ad omnia hæc concurrunt: ad quæ specialiter septem planetæ concurrunt· Addit tamen Aueroes hæc omnia esse confutata in libro quẽ Aristoteles scripsit de regiminibus cœlestibus: quem nos non uidimus nec in græco nec in latino· Animaduersione

Quæ Auero· com· lxvii·

De rõe Ari·

Quæ Auero· com· lxviii·

sione dignum Aristotelem per hanc rationem solum causam dedisse de multitudine stellarum secundum genus:hoc est quare primum mobile·Meruit plures stellas·determinatum uero numerum ut q mille & ·xxii·stellæ:uel alium id genus per hanc rationem non explicauit: sufficit·n· pbo ratio generalis multitudinis·spetialis uero ratio non compertit pbo·Secundo animaduersione dignum astronomos in cœlo stellato obseruasse mille & ·xxii·stellas/& has in·xlviii·imaginibus collocarunt:ut in lib·eruditionum scripsimus·cœteras uero non obseruarunt/quia non inuenerunt illas habere actionem in rebus/partim quia non nullæ illarum nimis paruæ sunt: ita ut earum uirtus ad nos non possit uenire·cum enim uix uisum moueant:quanto minus tactum mouebunt:omne enim sensile maiorem sphæram uisionis efficit:q̄ tactionis/ ut declarauit Aristoteles in lib·de anima partim quia non nullæ uisu notabiles nimis declinant ab apice nostrorum capitum·ita ut radii ueniant transuersales:& in nostra regione nō imprimunt·propter hæc uidetur mihi ratio Aristotelis non arguere nisi de mille & ·xxii·aliter ratio nulla est·nisi forte tēporibus Aristotelis fuerit famosum stellatum orbem agere per omnes: quod temporibus ptolemæi fuit correptum·Quæres forsitan utrum dato motu stellarum fixarum proprio/& motu titubationis:quos obseruarunt astronomi posteriores ratio hæc Aristotelis habeat locum·¦Dici potest q͂ datis tribus differentiis motus in stellis fixis uerbi causa dato q͂ cor leonis moueatur motu diurno/& motu proprio singulis centenis annis gradu uno/& motu accessus & recessus ut iuniores astrologi autumant:adhuc ratio Aristotelis potest habere locum:ubi debes scire q͂ pro iis tribus differentiis motus sufficit unum cœlum:ueluti pro omnibus differentiis motus obseruatis in sole sufficit unum cœlum·& ut pro motus solis differentiis sunt requisiti tres orbes:sic pro differentiis motus/quibus mouetur cor leonis sufficiunt tres orbes:qui unum cœlum constituūt unitate finis erunt igitur tres orbes requisiti ad motū fixarum/& unum cœlum · Quo uero modo hi orbes sint collocati:non est ad rem nunc explicare/sat igitur sit rationi Aristotelis cœlum stellatum esse unum:in quo sunt plures stellæ requisitæ pro bono & conseruatione uniuersi:siue illud cœlum sit unum ab unitate finis/siue unum unitate continuitatis·Hæc Aristoteles/& hæc iuniores astronomi· Dubi· Solu·

Insuper etiam hoc accidere uidetur per hāc quoq; rationem· Nam prima quidem latio una est:plura tamen diuina corpora fert·cœteræ autem multæ quidem sunt: unum tamen unaqueque dumtaxat uehit corpus · stellarum enim quælibet pluribus fertur lationibus , hoc igitur pacto natura ipsa coæquat atq; ordinem efficit quendam:uni quidem lationi multa corpora tribuendo,uni uero corpori multas lationes· T… 69

Nunc Aristoteles assignat secundam causam:& uult naturam recte tribuisse primo mobili plures stellas/& unum motum·cœteris orbibus unam stellam & plures motus: nam sic seruauit ordinem:quia quod de motu defecit in primo mobili suppleuit per stellas:& quod de stellis defecit in cœteris orbibus suppleuit per motus·Sed unde sumatur huius causæ congruentia ; non facile apparet·Ex uerbis expositoris & simplicii colligitur hæc causa:quæ in duobus fundamentis cōsistit:quorum primum est planetas esse tanq̄ instrumenta primi mobilis / primum uero mobile ut principale agens·Secundum est principale agens semper agere per propriam uirtutē atq; formam·Instrumentum uero per influentiam receptam a primo hoc est inquantum motum a primo:Ex iis patet color secundæ causæ · Nam in eo q͂ primum mobile est principale agens/atq; Multifariam influens/meruit plures formas atq; uirtutes:quibus agat atq; influat·ī eo uero quia orbes planetarum sunt instrumenta adæquata primo mobili/meruerunt moueri pluribus motibus:qui diriguntur ab illo primo·& hoc mō seruat̄ æq̄litas inter instrumentū & pricipale agēs· Sed replicabis:nam & per motum & per stellas potest multiplicari influentia·ideo quærit̄ quare orbis primus Meruit potius plures stellas:q̄ plures motus:¦ex quo per motus & per stellas influere potest·Dici potest primum mobile meruisse plures stellas & unicum motum:quia sic seruat suam dignitatem·ubi namq; pluribus motibus moueretur:attingeret finem uiliori modo ut diximus·& ideo orbes planetarum ueluti indigniores meruerunt plures motus & unam stellā: quia sic seruant gradum nobilitatis:qui sibi competit·Aristoteles igitur primo resumit duo/& inquit insuper etiam hoc accidere uidetur per hanc quoq; rationem·Nam prima quidem latio una est/plura tamen diuina corpora fert:quæ dicuntur astra:siue stellæ·cœteræ autem multæ quidē sunt:sunt enim·yii·cœli unum tamen unaqueq; sphæra siue cœlum dumtaxat uehit corpus · ut Expositio· Replica Defensio·

coelum saturni solum stellam saturni: licet plures habeat orbes ad illam subseruientes. cuius causam affert. d. stellarum enim quaelibet pluribus fertur lationibus. Sic igitur patent haec duo/ & q. primum mobile una latione fertur/ & plures uehit stellas. coeteri coeli pluribus lationibus mouentur & unam uehuunt stellam. Ex iis infert solutionem secundam/ & inquit hoc igitur pacto natura ipsa coaequat atque ordinem efficit quendam uni quidem lationi multa corpora tribuendo/ uni uero corpori multas lationes. Haec est secunda problematis causa.

Praeterea & coeterae latiões ob hoc unũ habẽt corpus: quia plura corpora mouent: sunt autem hae quae & prope ultimam sunt unam stellam habentem. Sub multis enim sphaeris Vltima sphaera alligata fertur una quaeque autem sphaera corpus est Erit igitur commune opus Illius profecto nam una quaeque latio alia quidam per naturam propria erit. alia autẽ ac si adiaceat. uniuersi autẽ finiti corporis ad finitum uirtus finita est. Sd de stellis quidem quae inorbem ferunt: quales nam substantia sunt atque figura. & de loco ipsarum deque ordine dictum est.

Expositio. Videtur assignare tertiam causam: quae est ex necessitate sumpta/ nam ubi coelum erraticum haberet plures stellas: aut non moueretur: aut tardius moueretur. pro huius tamẽ declaratione primo debes scire apud Aristotelem differre coelum/ & orbem: coelum enim graece. orbis uero sphaera est. coelum autem quandoque pro mundo: quandoque pro agregato ex multis orbibus ad unam stellam deseruientibus cõsueuit sumi. orbis autem semper apud ptolemaeum & Aristotelem pro una sphaera uel parte deseruiẽte ad motum stellae. quo modo dicimus coelum solis habere tres orbes eccentricum & duos deferentes. Ex hoc dixerunt astrologi qui obseruarunt temporibus Aristotelis unum coelum ordinatum ad unum planetam esse ueluti unum membrum: cuius sunt plures particulae. ut in coxa est caro/ est os/ est neruus/ & id genus: sic in coelo solis est eccentricus apud ptolemaeum/ & duo deferentes/ apud illos sunt tres uel quatuor concentrici: q unum coelum efficiunt unitate finis. Secundo debes scire astrologos suorum temporum collocasse orbem qui defert stellam semper in ultimo uersus nos. coeteros concentricos superius. Nam per ultimum stella fertur proprio incessu ab occasu in ortum. per coeteros superiores fertur secundum alias differentias motus: qui ideo sursum sunt/ ut rapiant ultimum. propterea ab illis ultimus orbis quasi ligatus fertur: quia mouetur ad motum coeterorum. coeteri uero quasi soluti perse mouentur: quia non ad motum inferioris: semper enim contentus orbis ad motum continentis fertur/ & non econtra. Tertio debes scire q. licet orbes unius coeli uariis motibus mouentur: totum tamen coelum ex illis agregatum mouetur quasi ab una uirtute ex omnibus uirtutibus agregata: quae mouet uniuersum certa proportione: ita ut addita una stella tollatur proportio: & sublata similiter. & ex iis patet tertia causa: si enim coelum erraticũ plures haberet stellas aut non moueretur aut tardius moueretur: quia destrueretur proportio. Inquit praeterea & coeterae lationes uidelicet citra primum Mobile contentae ob hoc unum habent corpus idest unam stellam: quia plura corpora hoc est plures orbes mouent supple ob unum finem: merito cuius unum orbem constituunt: & exponit quae sunt hae lationes quae unum corpus mouent/ & inquit sunt autem hae scilicet concentricae quae & prope ultimam deferentem stellam sunt collocatae. hae enim mouent unum corpus/ propter plura corpora: quia mouent unam stellam per plures sphaeras. & huius expositionem addit dicens sub multis enim sphaeris concentricis ultima sphaera alligata fertur: ut dictum est unaquaeque autem sphaera corpus est. propterea recte dictum est spherã esse corpus. Ex iis quasi concludit suppositionem: & inquit erit igitur cõmune opus illius stellae profecto. Nam una quaeque latio de superioribus alia quidem per naturã propriam erit hoc est libera & soluta: quia non mouetur ad motum contentae. alia autem ut ultima mouetur ac si adiaceat: qa non tantum motu proprio: sed motu superiorum fertur ueluti alligata illis. Vniuersi autem ex omnibus congregati: quod est finitum corpus ad finitum uirtus finita est. Et ita patet ad formã: nam si uirtus est finita: non potest mouere nisi unam stellam: nam ubi plures moueret: destrueretur proportio. quo uero ad uerba attinet debes scire q. Aristoteles dixit lationem mouere unũ corpus. non quia latio mouet: sed quia est id quod mobile fertur. demum epylogat & res patet.

Dubitatio cõtra Aristo. Sed uideamus quae dixit Aristoteles hic: & an uera sint & dicamus non esse opinionem suam de stellis fixis cõmunem apud omnes: ipse enim uoluit stellas fixas esse primo uiuentes & causas esse omnium uiuentium: quod non est secundum opinionem ptolemaei & uerorum astronomorũ ueri enim astronomi ut narrauit ptolemaeus in tertio libro apotelesmatum uoluerunt solem & lunam

lunam esse uitae & annorum datores: qui graece aphetae dicunt. coetera aut si praebent annos atq; uitā: non nisi pp conditiones quas cū sole uel luna hnt·dat·n·sol uitā & annos iis qui de die exoriunt·luna uero iis:qui de nocte·hanc opinionē ē ut porphyrius inqt neocepsus & petosiris & dorotheus obseruarūt multis tpribus:& inuenerūt uerā·Praeterea id qd Ari·ait de motu non est fm opinionē ptolemaei·Ari·n·tribuit motū diurnū primo coelo ad cuius raptū uoluit coeteros orbes moueri·at ptolemaeus uoluit motū diurnū esse cōem oibus/& principaliter cōuenire soli/ qui sui praesentia diē efficit/sui absentia facit noctē·Ex iis sequit solē esse cām principalē & lunā coeteras stellas esse cās instrumētarias·patet qa coelū agit in nos lumine & motu· Sol aūt luce q dem oēs excellit stellas·Motu uero qa diurnus motus lз cōiter oibus orbibus cōpetat: principlr tn̄ soli·quae res est cōtraria poenit? opinioni Ari·res ista astronomorum cōfirmat quia stellae uires hnt habitudine ad solē·crescūt·n·stellarum uires & mutant ꝑ alia atq; alia habitudine ad solem: & ad lunā·stellae·n·ipsae fixae cū primū lucanae fiunt:uires sibi cōparant pollentes:cū aūt occultant uel in alio situ ponunt ad solē/alias uires nācisciunt·Idē & de uagis scribit ptolemae?·Haec n·res apud astronomos māifesta est·Amplius coeterae stellae nō agūt nisi ut directae uel affectae a sole & luna·qa ut declarauim? in lib·nostrarum calamitatū/& in lib·erudicionū:nisi aliae cōsiderationes siue cōfigurationes coeterarum stellarum fuerint admixtae luminib? nō agunt in nos/admiscent aūt multis modis ut dixim?:qa uel p aspectū:uel p peragrationē factā in figura sexdiangula/uel p hoc q cōtingūt in domiciliis solis uel lunae:uel in altitudinibus illorum:aut triāgulis illorum:aut i finib? illorum:nā fines solis sunt dimidiū signorum utpote sex signa aestiua:& lūae sex alia brumalia ut dixim? in eruditiōib?·& breuiter nō praesupposita actiōe uel affectiōe luminū coeterae cōstellatiōes nō agerēt:sed qa non pnt accidere nisi in locis & potestatib? alterius luminaris:ideo actio lumanariū est ulis & principalis/coeterarum uero ut istrumētaria & subministra:& sic pз ea quae Ari·dixit nō esse uera fm obseruationē astronomorum uerorum·Signū āt est eius quod astronomi dicūt:qa cū cōstellationes cōtigerint:si cū eis fuerit plurima luminū mixtio/pollentes effect? portendūt:si uero parua:debiles & imbecillos agunt·Scda quoq; Ari·rō ē his modis cōfutat/non·n·orbis stellat? simplici motu mouet primo & pse:sed totū agregatū/imo principaliter sol:& scdario coeteri·Amplius plus ualet ipsae sol q̄ oēs aliae quaeuis stellae· cū ois uirtus ab eo defluat·ppea ptolemaeus pbet uires primas soli & lunae:scdas septē planetis: Tertias uires tribuit fixis·Melius igit soluerē qōnem scdum astronomiā ptolemaei·& dicerē motus & stellas principaliter fuisse pp se/scdario pp nos·& ita orbis stellatus meruit tot stellas:quia aliter nō potuisset cōcurrere ad bonū uniuersi·coeteri meruerūt unā tm̄:quia p illā sufficiūt ꝑportione sua gubernare uniuersum· Haec de coelo ipso habemus ab Aristotile·Digreditur autem hic Aueroes ipsae satis subtiliter:& mouet duas dubitationes:prima est quia Aristoteles ait si coelo adderet astrū: aut non moueretur:aut tardius moueretur:obicit Aueroes quia hoc ueritatem nō habet nisi coelum moueatur cum labore:nam si non mouet cū labore:tunc additis quotuis stellis/nunq̄ laborabit in sui motu:secunda dubitatio est:quia Aristoteles superius & in translatiōibus suis hic innuit orbem supraemum rapere omnes alios ad sui motum:quod primo aspectu uidetur impossibile primo quia raptuus motus sine tactu non fit·Modo constat orbes non posse se tangere:omnis enim tactus est inter corpora actiua & passiua·Secundo omne mouens raptu alia/mouet uiolenter·Quod autem uiolenter mouet:non mouet sempiterno motu / sed finito tempore: quare motus coeli non esset infinitus·Inducit Aueroes solutio·Alexandri & Auicennae/quae est etiam philoponi/isti enim concesserunt motum coeli sui natura esse finitum in tempore / & coelum omne esse generabile & corruptibile atq; omnino finitum in tempore· Dicunt tamen haec habuisse aeternitatem a motore perpetuo:qui est potentiae infinitae· Refellit autem hanc solutionem Aueroes:quia tunc contingeret ut aliquid sit possibile corrumpi:quod nunq̄ corrumpetur: cuius contrarium est conclusum primo coeli·Ioannes uero gramaticus ut narrauit Aueroes:concessit in coelo esse potentiam finitam in tempore merito cuius dixit coelum esse corruptibile cū platone & contra Aristotelem: ait tamen coelum nactum esse aeternitatem a potentia infinita· Hoc autem probauit Ioannes per quandam questionem:quam dedit contra peripateticos:quaз hic Aueroes non explicat:sed in duodecimo methaphysice commento·xli·& in octauo physicorum commen·septuagessimonono & alibi · fuit autem questio: quia omne finitum in magnitudine est finitum in potentia/ & quod est finitum in potentia/est finitum in tempore· tale autem est corruptibile· Sed obicit huic Aueroes & recte quoniam si illic sunt duae potentiae finita scilicet in ipsa magnitudine· Infinita uero in motore seperato: tunc idem esse corruptibile & incorruptibile:nam secundum finitam erit corruptibile:secundm autem infinitam erit incor-

Sol' qōis quā Aristo·mouit scdum ptole·

Digressio auerois cō·lxxi·

Sol' Auicēnae Alexan·

Confutatio·

Sol' Ioannis gramatici

Confu·

Sol'primæ q. fm Auero. ruptibile. Confutatis iis solutionibus Respondet ad primam & eius solutio consistit in hoc q. labor uno modo sumi potest pro resolutione spirituum: qua ratione & uta animalia suis in motib9 laborant. alio modo pro diminuta uelocitate siue hæc proficiscatur a resolutione spirituum/ siue ab additione resistentiæ/ siue ab ipsa proportionis uariatione. Sic igitur conceditur ibi esse laborem secundo mõ: & hoc in casu si adderetur astrum: & probatur in cœlo non esse laborem primo mõ: quia si ibi esset labor primo mõ/ utpote ex resolutione uirtutis pficiscens: tunc eius motus esset ppríe uiolentus: & ita non æternus: & addit esse ecõtra illis: nam si cœlũ non moueretur motu æterno: tunc laboraret. t3. n. hæc consequentia in aialibus. oẽ. n. aial quod mouet motu finito mouet cum labore & resolutione uirtutis. In non aiatis uero secus est ut diximus in. iii. com. huius ft. Hæc de prima dubitatione. Ad scdam qõnem Rñdet Aue. satis subtiliter & imaginat orbes esse partes atq; ut mẽbra unius aialis cœlestis: cuius prima forma est primus motor: qui est principaliter in primo mẽbro totius agregati: quod quidem apud Ari. est primum mobile ut cœlum stellatu3: apud ptolemeum est sol. & rõne illius est forma cœteroꝶ. Dĩt autem tale cœlicũ aial ab aiali morticino/ primo quia aial morticinũ est ex membris compositum dissimilaribus. cœlicum aial ex similaribus. Scdo quia aial morticinum est unum ingẽiose per uillos & lacertos cœlicum aũt est aial unum & uerius unũ per potentiã spiritalem: hoc est rõne formæ totius: que est primus motor: qui est totus in toto & totus in oĩ parte. Ex iis ad formam/ non. n. primũ mouet reliquos raptu: sed pse uniuersum: & cœteros ut partes illius. Motores uero particulares mouent illos orbes pprîs motibus. Et sic per raptum nõ actractionẽ intellexit Ari. sic. n. orbes sese tangerent: sed sequelã: nam prima forma primo mouet congregatum: principaliter uero primu3 mobile: & per uiã sequelæ cũctos alios. qa alii minus principaliter mouent. & sic nec per raptũ intelligit uiolentiã/ ut de raptu proserpinæ dicũt poetæ: sed intelligunt cõcomitationem ipsi pipatetici. & sic p3 solutio ad ambas rões. uerum de re hac multa diximus in lib. destru. destructio.

Sol'qõis Ioannis grãmatici disputatione. iii. in sol'. xii. dubit. Hæc de secunda qõe. Soluit tertiam qõem quam dedit Ioannes gramaticus & sol'eius consistit in hoc q. cœli pñt considerari ut corpora: & hoc pacto sunt finiti in uelocitate motus/ & uigore atq; potẽtia mouendi: & in hoc cõueniunt cum corporibus generabilibus & corruptibilibus. Nã finitudo uigoris competit corpori i eo q. corpus/ & ita oĩ corpori. Alio mõ ut sunt corpora simplicia: & sic sunt infinitæ potentiæ in duratione: cãæ. n. corruptionis sunt mã & contrarium: & corpus cœleste est ab his absolutũ. at quia corpora generabilia sunt mãæ & contrario admixta: ideo sunt finitæ potentiæ in tempore. quare oĩa corpora in rõe corporis uigore finita sunt. In rõne aũt talis corporis: ut cœlũ in rõe simplicis corporis est infinitum in tpe. Hæc corpora aũt in rõe qua cõposita: sunt generabilia hæc ad qõnem Ioannis. Sed re-

Replica plicabis: qa Ari. primo huius: dixit cœlum esse finitũ. igitur & magnitudine & ui erit finitũ. &

Sol'Aue. ita non æternũ. Respondet Aueroes dictum Aristotilis esse audiendum de finitate quæ consequitur corpus in eo q. corpus hoc est de finitate potẽtiæ actiuæ. non aũt de finitate quæ cõsequitur corpus in eo q. compositum: quod quidẽ ignorantes deducti sunt in perplexionẽ. erit igitur cœlum tempore quidem infinitum per priuationẽ atq; carentiam materiæ & contrarii. finitum au-

Verificatões tem in qualitate motus per hoc q. est corpus. Ex iis uerificat Aueroes tria/ primũ q. cœlum est simplex non compositum ex materia & forma physicis: & hoc quia est æternum. Secundum q. forma cœli non est materialis hoc est æducta de potẽtia materiæ. Sed seperata ab ipsius cœli materia/ dans tñ cœlo constitutionẽ. Tertium est quo nã mõ intelligit Ari. cõsequẽtia u3 q. si orbi adderet stella: aut nõ moueret: aut tardi9 moueret: hoc. n. p tãto uerꝶ est p quãto destruit portio qa crescit resistẽtia: de quo satis com. lxiii. dixit. Hæc Auero. indigressione. circa quæ possem multa dicere: sed qm̃ de iis in multis locis diximus ut in lib. viii. auscultationis physicæ: in. xii. methaphy. & in lib. de substantia orbis: nolo nunc conterere tẽpus in accidentaliter atq; obiter dictis: ut uentosi faciunt: qui multa indigressionibus componunt pauca autem ad textum.

Restat ut de terra dicamus ubi nam collocata sit: & utrum ex iis sit quæ quiescũt: an ex iis quæ mouentur. deq; etiam ipsius figura.

Expositio. Hactenus de cœlo/ deq; stellis dixit qten9 mouent: & qa nõ mouent nisi circa terrã: ideo p uiam cõsequẽtiæ sequit nũc de terra dicere: nõ qdem inquãtũ est unum ælementoꝶ: sed quatenus est centrũ mundi ppea dixit restat ut de terra dicamus: notans præsentem consideratione sequi ad dicta p uiam consequẽtiæ. proponit dicere de positione de motu atq; quiete: & de figura.

De situ igitur ipsius non omnes eodem modo sentiunt. Nam plurimi quidem ipsam in medio collocarunt: qui cœlum ipsum finitum inquiunt esse.

Prosequitur & primo de situ eius: de quo ait non omnes eodem modo consentire: nam plurimi quidem ipsam in medio collocarunt: ii autem sunt qui cœlum & uniuersum mundum finitum faciunt ut anaximander / anaximanes / anaxagoras / empedocles / & plato· adiecit autem notanter qui cœlum ipsum finitum esse inquiunt: nam qui faciunt ipsum infinitum / ut parmenides & melixus: non ponunt eam in medio / nec in latere· infinitum enim medio caret principio & fine· Hæc est de situ terræ prima positio· Expositio·

Alii uero qui italiam incolunt: & pythagorii dicuntur: contrarium sentiunt· nam in medio quidem ignem esse aiunt· terram autem unam esse stellam: ferriq; in orbem circa medium· atq; hoc modo diem & noctem efficere· Insuper etiam aliam huic contrariam terram constituunt: quam terram aduersam nuncupant·

Secunda positio est pythagoricorum: qui dixerunt in medio esse ignem· terram uero esse stellam quæ circa ignem illum perpetuo circumfertur / per cuius motum occupando nunc nobis solem: nunc Manifestando / diem nobis ac noctem efficit· adiiciunt rursus terram aliam huic contrariã quam græco uerbo antichthonam appellant: latine aduersam & huic contrapositam· hanc nos non uidere asserunt: quia inter nos & illam mediat terra hæc nostra· Hæc est secunda positio de situ terræ atq; eius motu· Expositio·

Non quidem ad ea quæ apparent· rationes & causas accõmodantes: Sed ad quasdam opiniones· ipsorumq; rões apparentia reducentes· ornare ꝑfecto enituntur·

Docet nunc secundum quæm philosophandi modum hæc positio fluxit: fuerunt enim duo precipui philosophandi modi: unus quidem ex sensilibus: quo philosophãdi modo peripaterici philosophati sunt: nam ii rationes intellectiles uerificabant per experimenta sensata: dicebant enim experimentum uerorum sermonum esse quatenus conformatur sensatis: & ita ex sensilibus phylosophia defluxit· Alius philosophandi modus fuit ab intellectilibus: quo pythagoras & plato & alii multi philosophati sunt: hi enim sensilia reducebant ad intellectilia: & pro tanto uera esse sensibilia asserebant / pro quanto intellectilibus conueniebant: & propterea Aristoteles inqt non quidem ad ea quæ apparent rationes & causas inquirentes: sed ad quasdam opiniones ipsorumq; rationes apparentia reducentes ornare profecto enituntur· Hæc de positione pythagoræ Expositio·

Circa quam animaduersione est dignum simplicium hanc pythagoræ opinionem interpretasse hoc modo: dixit enim pythagoram appellasse ignem calorem solis & stellarum circa mediuз terræ penetrantem· terram autem hanc materiam uocauit stellam: quatenus sua ad solem habitudine est causa diei & noctis: appellans hanc moueri quatenus habitudine ad solem uariatur· terram huic oppositam uoluit esse lunam est enim luna terra cœlica· Hæc nostra terra est ælementaria· quæ huic contraposita est: quia illa sursum: hæc deorsum est· Dicitẽ quoq; occulta: quia nõ semper uisibilis propterea quia discurrit per imum terræ quãdoq;· hoc modo simplicius reducit positionem hanc in bonum· Quæ simplicius de põne pythagoræ·

Catholici uero aliter reduxerunt: nam hanc terram posuerunt circa ignem infernum perpetua uariatione mutari: posuerunt enim infernum in abysso terræ: in quo loco pythagoras animas cruciari aut eorum qui male uixerunt· & ad timorem illarum fieri tonitrua & tempestates ut Aristoteles narrat secundo posteriorum terram huic aduersam dixerũt esse sensualem appetitum: qui cohopertus mole hac terrea & corporia non cognoscitur: ideo mouetur pro ratione corporis: & uoluptatis corporiæ· Sunt igitur duæ terræ: altera quæ circa infernũ semper uariatur: & hæc est illa in qua incolimus· Alia quæ ex hac processit: qua corpus nostrum procreatum est / huic aduersa / quatenus illa sub hæc supratendit pro motu appetitus· & ambæ cõformiter uariantur· Hæc de positione pythagoræ ſm theologos· Quæ catholici de põne pythagore·

Aueroes autem de mẽte pythagore ponit duas terras hanc quam incolimus circa ignem collocatam: motam quidem alteratiõe non autem latione· Alterã quæ circa nos reuoluitur atq; capita nostra: quæ quando peruenit ad apicem alicuius regionis efficit illi noctem· & per eius interpositionem facit eclipses: Hæc Aue· tam & si iste color Aue· sit aperte mendax· ꝑpea dic aut ut simplicius dixit: aut ut catholici· Quæ Auero· com· lxxii·

Compluribus etiam aliis uideri poterit locum medium non esse terræ accommodandum: non ex iis quæ apparent fidem sumentibus: sed ex rationibus potius· præstabilissimo enim corpori præstabilissimum locum conuenire oportere arbitrantur· atq; ignem quidem terra præstantiorem· finem autem ipsius mediis· (ultimum enim & medium fines sunt·) quare ex iis ratiocinantes nõ ipsam in medio

sphæræ/sed potius ignem collocari contendunt. Præterea pythagorei cum & id maxime conseruari deceat: quod in uniuerso est præcipuum: sitq; id quod est i me dio: tale: ideo ignem qui hunc locum tenet: iouis custodiam appellant.

Expositio. Nunc pro positione pythagoricorum uult argumentari: & primo proponit quid per tales ratio/nes accidere posset: & inquit compluribus autem aliis qui non dum philosophati sunt uideri po terit locum medium non esse terræ accommodandum: non ex iis quæ apparét & memoriis sen sibus & experientiis fidem sumentibus: ueluti peripathetici philosophantur: Sed ex rationibus intelligibilibus potius. Sic igitur per rationes dicendas poterit alicui postero uideri terram non esse in medio. Dixit autem Aristoteles alicui postero: quia nemo ante ipsum rem hanc prodiit/nisi pythagoras: post autem ipsum quidam phylosophus qui archidimius dicitur opinioné hanc iis & aliis rationibus secutus est: ut simplicius ait. deinde explicat duas rationes: & prima est en/thymematica: in cuius antecedente sumit primo præstabilissimo corpori competere locum præ stabilissimum. Nam locus locato similis est. Secundo sumit ignem esse præstantiorem terra: qd patet lucis præstantia/efficatia agendi/& sua spiritualitate. sumit tertio finem esse semper locum præstabiliorem locis intermediis: & quia appellauit Medium mundi finem: addit ultimum. n. ut concauum cœli & medium mundi fines sunt saltem motuum rectorum. Ex iis tribus quasi di scurrentes inferunt non terram in medio mundi: sed ignem esse collocandum. Hæc est prima ra tio: quæ sumitur a loci præstantia/atq; corporis nobilitate. Secunda ratio etiam enthymematica est/& sumit primo in antecedente ignem etiam ueluti iouis thesaurum propter eius præciosita/tem. sumit secundo thesaurum esse collocandum semper in loco ascenso: talis est medium terræ: propterea ignem qui hunc locum tenet iouis custodiam siue thesaurum uocant. & alibi pytha/goras uocauit locum illum costodiam siue carcerem aliam ob causam: quia ibi animas malorum cogit perpetuis mæroribus affligi: quæ positio est consona ueritati nostrorum theologorum.

Quasi medium simpliciter diceretur: & medium magnitudinis & rei medium es/set: atq; naturæ. ut enim in animalibus non est idem animalis & corporis mediũ: sic profecto & magis circa ipsum uniuersum cœlum est putandum. igitur hãc ob causam non oportet ipsos circa uniuersum perturbari. neq; custodiam ad centrum ipsum reducere: sed illud quærere medium quale quid est: & ubi est aptum eé. est enim hoc modo medium principium/& præciosum. at mediam loci uidetur magis simile esse ultimo q̃ principio. Medium enim terminatur, at terminus est ipse fi/nis. præciosius autem est continens & finis: q̃ cõtentum. siquidem hoc sit materia: illud substantia constitutionis. Hæc de terræ loco opinantur.

Expositio. Respondet nunc Aristoteles ad rationes/& distinguit medium esse duplex/magnitudinis & na turæ est medium magnitudinis illud e quo lineæ ductæ sunt æquales: ut umblicus in animali: Medium naturæ est in quo est uirtus cõseruatiua totius/siue sit in situ medio/siue sit in extremo: & hoc modo cor est medium: quia in eo est uirtus conseruatiua totius: & ita in cœlo duplex est medium magnitudinis quidem ut centrum terræ e quo ad circumferétiam omnes lineæ ductæ sunt æquales. Naturæ uero est illud in quo maxime uiget uirtus conseruatiua uniuersi: & hoc apud Aristotelem est cœlum stellatum. apud ptolemæum est Sol ipse. Inquit quasi medium sim pliciter diceretur: ita ut medium magnitudinis sit medium rei & naturæ. & non est ita ut. n. in in aialibus non est idem aialis & corporis medium: nam aialis medium est cor. corporis ãt um/blicus: sic ꝓfecto & magis circa ipsum uniuersum cœlũ est putãdum: q. aliud sit corporis mediũ ut centrum. & aliud aialis cœlici ut sol: uel orbis stellatus. Tunc ex iis respondetur ad rationes: ad primã dico non semp medium magnitudinis esse nobilius: semper. n. Medium naturæ est no bilius: & per consequens non oportet ignem collocare in medio mundi tanq̃ in loco nobili. sed dices saltẽ debet collocari in medio naturæ: dicendum pp hoc ignem non esse corpus præstãtis/simum: sed cœlũ stellatum: uel sol est tale. Ad secundam patet sol etiam per idem quia ignis non est custodia & thesaurus iouis: cũ nõ sit corpoꝝ præstabilissimũ: nec locus cẽtri est nobilissimũ. Inqt igitur hãc ob cãm non oꝫ ipsos circa ordinẽ uniuersi pturbari/& hoc quo ad primam rõnẽ. neq; custodiã siue thesaurũ ad ipsum cẽtrũ reducere: & hoc quo ad sãm rõnẽ. sed oꝫ quærere illud eẽ mediũ qd ẽ q̃le hoc ẽ mltæ uirtutis & qd hoc magnæ sbæ. & hoc ubicũq; fuerit: & de tali me/dio rões fuissẽt efficaces: tale nãq; mediũ nõ est cẽtꝝ mũdi & ppea ponit drãs iter mediũ magni

tudinis:& medium naturæ·& inquit est enim hoc modo medium quod dicitur naturæ/præciosum & principium principium quidem:quia uniuersum cõseruat præciosum uero:quia in eo est omnis uirtus totius·at medium loci siue magnitudinis est magis simile ulli & ultimo·ultimum quidem quia continetur & terminatur·ulle uero quia magis materiæ q̃ formæ comparatur · Ex his patet quanta sit inter media hæc differentia·& per consequens illos usos esse sophistico syllogismo:quia acceperunt medium multiplex at si uno modo diceretur· Hæc ad rationes·Sed mouet Aueroes contra Aristotelem dubitationem nam in libro de animalibus Aristoteles uult cor ipsum esse in medio ut rex in medio regni·Hic autem ait non esse de ratione medii nature debere collocari in medio:sed in extremo·Soluit Aueroes & bene aliter esse i animali magno/& animali paruo·In animali magno pars nobilior est circumferentialis siue extrema/ quia illa continet totum·& propterea illic debet esse id quod est medium naturæ·at in animali paruo concauitas pectoris est nobilissima pars:& ideo illic meruit esse cor:& sic loquendo de animali cõmuniter ad cœlicum & morticinum: non est de ratione eius ut illius medium sit in medio: uel in extremo;sed solum esse in loco nobiliori quicquid sit illud·at in animali cœlico de ratione medii naturæ est ut sit in extrẽo·In animali uero morticino de ratione medii est ut sit in pectore· Hæc Aueroes & recte·circa quæ debes scire in sphæricis corporibus & incorruptibilibus esse de perfectione continere:& propterea quanto corpus erit magis e terra remotum : tanto erit perfectius: quia tanto erit magis cõtinens:& sic in animali magno Medium naturæ siue uirtutis meruit locum altiorem·In rectis uero corporibus & corruptibilibus non est de perfectione continere/qa possunt esse perfecta & cõtineri ut cerebrum est Craneo perfectius: q̃q̃ a Craneo contineatur:qa Craneum est factum pro scuto eius atq; defensiuo illius:quo non egeret/si esset incorruptibile:& ita in ipsis potest medium naturæ siue uirtutis esse in medio:ut in medio pectoris: quia ponitur illic ut clausum & asconsum ne ledatur a multis·talis autem lesio cum non possit accidere medio uirtutis in sphæricis corporibus:ideo potest esse medium uirtutis/ & tenere extremum perfectissimum magnitudinis:& sic recte Aueroes·

Quæ Auero. com·lxxiiii·

Et de quiete atq; motu similiter non omnes quidem eodem modo putant· Nã qui eam in medio non esse asserunt:circa medium illam moueri inquiunt· & non modo hanc:sed etiam aduersam ut prius dictum est · quidam uero plura etiam talia corpora ferri posse circa medium extimarunt ; nobis tamen inmanifesta ob terræ huius obiectionem·

Expositio·

Hæc de ipsius terræ loco:& de quiete atq; motu eius proponit non omnes eodem modo sentire: quemadmodum nec de loco·Nam alii ut quidam pythagorei eã non ponunt in medio:sed ignẽ in medio:& illam circa medium:& hi ipsam circa medium perpetua agitatione torqueri atq; circumferri semper autumant:& non modo hanc:quam nos incolimus:quam gen uocant:sed illã terram/quam appellarunt antichthonam id est huic aduersam : ĉt moueri circa medium ignem uoluerunt·Hæc est prima positio pythagoricorum quorundam·Alii imaginati sunt ĩ medio eẽ ignem:& circa ignem esse plures glebbas magnas:& illas moueri continuo circa ignem/& iterũ circa illas glebbas moueri hanc nostram:quæ sua interpositione occultas glebbas illas· Sic igĩ ambæ istæ positiones sunt pythagoricæ:& ambæ terram moueri circa ignem uolunt: licet pria positio duas tantum terras concedat gen uidelicet & antichthonam·Secunda has duas/& adhuc alias interclusas·animaduerte tamen q; melius hæc secunda positio intelligitur ponendo illas plures terras esse antichthonas/& exteras huic tamen annexas·& omnes moueri circa medium ignem·& hoc consonat rationi dicendæ/& litteræ non disconuẽit:dicit enim quidam uero plura ĉt talia corpora fieri posse circa medium extimarunt:nobis tamen in manifesta/ob terræ nr̃æ interpositionem quia sunt nobis antipodæ·omnes tamen mouentur ut anaxæ huic nostræ · Et hæc expositio debet teneri:quia non dissonat textui:& rationi proximæ conuenit·De interpretatione uero huius secundæ positionis:dici potest ut de prima:quam omicto breuitatis causa·

Qua ratione & lunares deliquationes plures fieri dicunt:q̃ solares·quippe cũ non tantum terra hæc sese obiciat:sed unumquodq; eorum quæ feruntur corporum·

Expositio·

Ponit motiuũ sẽ põis:nã motiuũ priæ ẽ tactũ dũ de loco dixit·ubi debes scire solis eclipsiũ fieri ĩteruẽtu lunæ iter oculos nr̃os & solẽ·defectus uero lunæ fit iteruẽtu terræ iter solẽ & lunã·& quia uidem? plures lũares defectus:q̃ solares·hoc significat eẽ plures terras:p quarũ ĩterpõẽm frequẽti? lũa deficit:qa nũc una:nũc alia iteruẽit·at solares rariores efficiũt:qa lũa ẽ una·ẽ igĩ uis rõis

Solu. rōis pythagoricorū

plures sunt eclipses lunares q̄ solares: igitur plures sunt terræ q̄ lunæ. Sed luna est una. igitur terræ sunt plures. Sed debes scire rationem hanc non ualere. astronomi enim obseruarunt non effici lunarem eclipsim: nisi per interuentum huius nostræ terræ: quia tūc luna umbram intrat & non recipit lumen a sole. ratio igitur hæc non plures esse terras: sed eiusdem terræ plures fieri interuentiones significat: q̄ sint interuentiones lunæ inter nos & solem. huius autem frequentioris interuentionis hæc est ratio: quia luna frequentius capit uel caudam draconis intrat. at illius raræ interuentionis causa est diuersitas aspectuum ut dicunt astronomi. & ita licet luna & sol coniugantur in capite uel cauda propter diuersitatem aspectuum potest esse nō eclipsis solis. nā in eclipsi lunæ quæ fit interuentu terræ: nihil operatur aspectus noster. at in eclipsibus solis operatur: & sic ratio eorum nulla.

Et cum terra centrum non sit: sed per ipsius totum hemisphærium distet: nihil prohibere arbitrantur apparentias accidere.

Expositio.

Soluunt contra se obiectiones: quia hæc positio uidetur contra apparentias: quia si terra non esset in medio: non semper medietas Zodiaci nobis appareret & ita plura q̄ sex signa essent supra orizontem nostrum: hoc autem est contra astronomos: qui dicunt tam in die breuissimo q̄ longissimo esse semper sex signa supra terram & sex sub terram. consequentia patet: quia ubi terra esset extra medium ita ut superficies terræ conuexa nobis antipoda esset extra centrum: tunc ipsa esset uni cœli medietati propinquior alii remotior: & sic sequitur plura q̄ sex signa apparere: quia eleuatione sua a centro discoperiret nobis plus q̄ cœli dimidium. debes scire q. hæc ratio maxime ualet ponendo terram esse eccentriricam: sic enim uni cœli dimidio esset propinquior: alteri remotior. & hoc modo ratio habet colorem. Exemplum huius patet hac figura.



Respondet itaq; Aristoteles & dicit duo primo q. terra non est centrum mundi: & hoc forte quia centrum debet esse indiuisibile. at terra est magnæ dimensionis: Immo maior luna: & multis aliis stellis. Secundo dicit terram non esse concentricam mūdo Immo eccentricam: quia distat a centro mundi per totum hemisphærium atq; diametrum x n. his duobus uoluit esse addendum tertium q. q̄q̄ terra multum distet a medio mundi: talis tamen distantia nō prohibet ueritatem apperētiæ prædictæ: primo qa terra est insensibilis quantitatis respectu firmamenti: secundo etiam illa distantia est insensibilis respectu distantiæ ipsius a cœlo: & sic ratio & apparentia saluatur.

Nam sicut si terra esset in medio: & nos similiter in centro non habitaremus: nihil profecto nunc magis ostenderetur per dimidium diametri nobis distantibus: q̄ tunc: sic quoq; & modo.

Expositio.

Reducit rationem illam in contrarium ut reduxerunt pythagorici. erat enim ratio si terra nō esset in medio: sed eccentrica: tunc non semper medietas zodiaci nobis appareret. pythagorici aūt sic reducebant illam in contrarium: dato q. terra esset concentrica & in medio: & nos superficie3 illius incolimus: tunc etiam non dimidium cœli appareret: tenet consequentia per similem rationem: nam plus distat centrum a concauo cœli: q̄ superficies terræ ab eodem. & propterea pro ueritate utriusq; partis dicendum est talem distāntiam esse insensibilem fere respectu uniuersi. Quo uero ad uerba attinet in græco leguntur uerba ualde obscure: quæ cum minime intelligibilia sint: ego Modo hoc transtuli: nihil q; addidi non necessarium: nihil q; omisi utile. ideo inquit nā sicut si terra esset in medio: & nos similiter in centro non habitaremus: sed in superficie: nihil profecto nunc magis de cœlo ostenderetur nobis distantibus a cētro per dimidium diametri q̄ supple tunc ubi centrum habitaremus: & suppleui in græco sic quoq; modo: ubi teneamus terram esse eccentricam: & sic patet solutio pro utraq; parte.

Alii uero & ipsam in centro collocatam moueri asserunt circa polum: qui per uniuersum extenditur: ueluti in timæo scriptum est.

Nunc narrat positionem aliorum:& inquit alii uero & ipsam in centro collocatam moueri asse/runt circa polum qui per uniuersum extenditur: ueluti in timeo scriptum est·dixit circa polum qui per uniuersum extēditur:quia polus potest sumi pro puncto siue uertice:qui axem terminat/& pro ipsa axe:quæ a uertice ad uerticem extenditur:propterea addit circa polum qui per uni/uersum extenditur:ad denotandum polum hic esse sumptum pro ipsa axe:circa quam cœlum re uoluitur/& ipsa terra etiam·axis enim cœli per centrum terræ transit. Sed tunc est dubitatio an hæc sit positio platonis ut apparet primo aspectu·Ad hanc questionem respondet simplicius nō esse hanc mentem platonis/quia in phedrone asserit terram in medio quiescere ut alligatam cen tro·& non est consonum platonem sibi contradicere·Ad uerba timœi ait platonem dixisse ter/ram circa polum:modo ileo per iotam significat alligationem·Aristoteles uero le git per ei dipthongon:quod significat idem quod uerto·Et sic ex timaeo nihil ha/betur·Alexander uero excusat Aristotelem:& dicit primo Aristotelē non dixisse hanc esse men tem platonis:sed esse scriptum in timæo· modo siue plato dicat contrarium alibi / siue non : ad opinionem Aristotelis nihil facit·Dicit secundo q̃ siue ileo scriptum sit cum iota/ siue cum ei di/pthongo:semper intelligitur methaphorice pro translatione:quæ potest uersionem significare· Sed replicat simplicius:quia non uidetur hæc positio timæi:quia timaeus ibi asserit terram esse in centro firmatam·Secundo quia ileo scribitur per iotam : & ita significat alligationem· Tertio dato q̃ scriberetur per ei dipthongum:& significaret uersionem/adhuc uersio ipsa non semper si gnificat motum nam dicuntur figuræ circulares conuersæ idest ad omnem partem uersæ etiam si sint quiescētes·Quarto cum dictio illa multa significat:semper debet trahi in bonum· Hæc cō tra Alexandrum·Sed profecto simplicius temere loquitur:nam in contradicendo Alexandro in cusat Aristotelem de liuore:& de ignauia gramaticæ·& propterea ipse conatur excusare Aristo/telem ut legi potest ab eo:ego uero cum Alexandro consentio:qui fuit fidus & sūmus peripateti cus·Ad primum dicerem Alexandrum non dixisse hanc esse opinionem timæi uel platonis:sed esse scriptum in timæo:quicquid uelint timæus & plato:hæc enim fuit positio ut dicit heracliti pontici· Ad secundum dici potest q̃ uerbum ileo:quouis modo scribatur : semper methaphorice sumi potest per motu uersiuo saltem·Ad tertium licet non semper uersio significat ipsum motu3: in proposito tamen motum significare uidetur· Ad quartum si ibi dictio multa significaret: Iam plato esset usus æquiuocatione:& propterea dici debet illic uerbū illud non significare nisi unū tantum:& ut Aristoteles dixit·Hæc igitur dici possunt pro Aristotele & platone·

Expositio·

Dubitatio circa pōem platonis de motu terræ


Pō simplicii

Pō

Replicæ simplicii·

Quæ contra simplicium·

Ita prope modum & de figura ipsius ambigitur : nam aliis rotunda : aliis plana perinde ut tympani figura uide/tur esse·hanc coiecturam secutis nam cum exoritur atq3 occidit sol rectam & non curuam ab ip/sa terra occultationem facere ui/detur·oporteret enim si rotunda esset terra curuam fieri diuisio/nem·




Nunc etiam de figura uult ponere opi/niones/& asserit alios posuisse terram rotundam·alios posuisse planam salte3 quo ad eam partem : quam nos inco li/mus ad modum tympani·& pro secun da positione ponit rationem primam: quæ potest ad enthymema sic reduci sol cum occidit uel oritur ortum & oc/casum facit secundum intersectionē re/ctam:igitur uel terra uel ambo sunt re/cta·t3 cōsequētia ex·iii·geometriæ lib· ubi dr̄ quoties duo circuli sese ītersecāt:

Expositio·

eorum interſectio debet circularis eſſe ueluti etiam patet in ſolis & lunæ defectibus: nam luna ſolem interſecat per lineam circularem· antecedens patet ad ſenſum nam ſit ſol a terra b: & occultet ſe ſol ad occaſum noſtræ regionis: apparet linea c d quæ fit ex ſolis & terræ interſectione / recta: & non curua·

Non animaduertentes ſolis ad terram intercapedinem: neq; ambitus magnitudinem: quo modo parui circuli ſi longe diſtauerint: ad rectam lineam uidentur interſecti propter igitur hanc apparentiam non oportet ipſos terre molem opinari rotundam non eſſe·

Expoſitio·



Reſpondet Ariſtoteles huic rationi quia non ſunt cætera paria in corporibus rotundis ualde diſtantibus: & parum diſtãtibus / ſimiliter paruis & magnis ſunt igitur duæ cauſæ illius apparentiæ in occultatione ſolis: prima eſt ſolis ad terram magna intercapedo· Secunda eſt magnitudo ambitus terræ ad ſolis apparentem magnitudinem · Signum autem aſſert Ariſtoteles in paruis circulis: utpote a c b: & a d b· Nam ſi hi ualde diſtant: ſectio eorum apparebit recta utpote per lineam a b· quare & in occultatiõe ſolis etiam recta uidebitur ſectio: tanto magis: quanto ipſa terra maior ipſo ſole apparuerit· Et ideo Ariſtoteles ait igitur propter hanc apparentiã nõ oportet ipſos terræ molem opinari rotundam non eſſe· & hoc declarat Aueroes bene: & inquit eſſe determinatum in aſtrologia propter remotionem ſolis a terra & a noſtris oculis maximam apparere: circulum interſectionis adeo paruum ut non uideatur eſt enim terra magna reſpectu ſolis & ſol paruus reſpectu terræ: ideo comparatione terræ · arcus ille eſt paruus: & propterea uidetur recta ſectio: ſecus eſt in eclipſi ſolis: nam luna eſt prope ſolem / & apparet magna reſpectu ſolis: propterea ſectio illa eſt notabilis: & ita apparet arcus ſectionis notabiliter· Sic igitur arcus ſectionis qui fit in ſolis occultatione eſt adeo paruus ut non diſcernatur: eo quia ſol apparet ualde paruus reſpectu apparitionis terræ· arcus uero ſectionis / qui fit in ſeperatione ſolis & lune apud eclipſim apparet magnus: quia ambo luminaria apparent ſere æque magna· Et addit Aueroes q; ſiue apparentia hæc ſit uera / ſiue non: propter apparentiam non debemus negare demonſtrationem: maxime ſi apparentia poteſt ſaluari: ſunt autem rationes duæ: prima quia ambulanti ad ſeptentrionem a meridie ſibi quædam apparent ſtellæ in ſeptentrionem / quæ antea non apparebant: & aliquæ occultantur: quæ prius non erant occultæ· Hoc autem eſſe non poteſt niſi ob terræ rotunditatem· Secunda eſt / ex ortu & occaſu ſiderũ: nam ſi terra eſſet plana æque cito ſidus omnibus habitantibus appareret: quod contrarium eſt manifeſtum· Ex iis patet terram eſſe rotundam· & per hæc patet regula geometriæ eſſe intelligenda quando circuli ſunt æquales: uel parum inæquales· & in debita diſtantia: ſub qua arcus poſſit uiſum mouere·

Quæ Auero· com· lxxvi·

Addunt præterea & hanc figuram ipſi atq; hanc illam ſubire aiunt: propter quietem· igitur & de ipſius terræ quiete deq; etiam motu plures profecto ſunt modi·

Quæ Auero· com· lxxvi·

Secundo arguit Ariſtoteles terram eſſe tympanilem utraq; ex parte: & uis ſyllogiſmi eſt: omne imobile talem debet habere figuram per quam non mouetur: nec ſit aptum moueri· Sed talis eſt figura Tympani· igitur terra eſt Tympanilis: & quia plures de quiete & motu terræ dictæ ſunt opiniones: propterea concludit plures eſſe modos dicendi de motu terræ & de quiete· Circa hãc rationem debes ſcire ut Aueroes innuit q; quies terræ poteſt eſſe a pluribus cauſis: quarum una forte eſſet tympanicies terræ· alia æqualis undiq; partium acceſſio ad centrum: dicit modo Aueroes q; a cauſa ad effectum bene ualet: quia ſi eſt tympãilis: igitur quieſcit: & ſi partes undiq; æqualiter ad centrum accedunt: etiam ſequitur eſſe rotundam· econtra uero ab effectu habente plures cauſas ueritatis ad alteram illarum non ualet: non enim ſequitur terra quieſcit: igitur eſt tympanilis: quia quies eſſe poteſt ob acceſſionem & quia Ariſtoteles uidit ut dicit Aueroes leuitatem huius rationis: propter dimiſit illius ſolutionem·

In

In ambiguitatem igitur omnes incidere necessarium est: fortasse enim mentis expertis est non admirari: curuam parua quidem terræ pars si in sublime tollatur: relicta feratur· quiescereq; non appetat: Maiorq; uelocius feratur· Vniuersa autem si quis ipsam in sublime eleuatam dimictat: fertur profecto: nunc uero tantum pōdus quiescit. Insuper etiam si quis partibus ipsius eleuatis, anteq̄ cadant: terram dimoueat: deorsum mouētur si nihil obsistat· Quare dubitatio quidem omnibus iure ob phylosophiam emergit·

Mouet questionem Aristoteles cur terra non cadit: sed semper imobilis existit· & arguit q̄ debet cadere primo eadem est ratio totius terræ & unius glebbæ: sed una glebba semper descēdit quousq; non inuenit resistens· igitur tota debet descendere: donec non inuenit resistens· at cum nullum sit resistens propterea admiratione digna est tantæ molis quies· Quo uero ad uerba attinet debes scire uerba illa uniuersa autem siquis ipsam in sublime eleuatam dimictat: fertur profecto/ legi uidentur negatiue: hoc modo uidelicet non fertur· quod stare non potest: terra enim tota si extra centrum· ponatur: semper mouebitur/ donec medium eius efficiatur medium mundi· & propterea illud uerbum debet legi: ut transtulimus· quoniam ut in græco scribitur/ sonat affirmationē quandoq;· Tu uero qui græce sapis considera· Secundo arguit particulæ terræ quæ substinentur in aliquo firmo: si eleuatæ fuerint: & anteq̄ cadant/ remoueatur sustentaculum & terra ipsa: cadet/ donec inuenerit resistens· Sed supple tota nullum habet obstaculum· igitur debet cadere· Hæc Aristoteles pro questione· propterea infert quare dubitatio quidem iure omnibus ob phylosophiam emergit· Expositio·

At solutiones circa rem hanc non ne quispiam profecto admirabitur: quo ipsæ uidentur magis absurdæ dubitatione? quippe cum alii ob hæc terræ partem quæ infera est: infinitam esse contendant: ipsam infinita in re radicatam dicentes, ueluti Xenophanes colophonius inquit ne moleste ferant qui causas quærunt·

Mota questione uult soluere & primo proponit quales nam sunt antiquorum solutiones & inqt at solutiones circa rem hanc assignatas non ne quispiam profecto admirabitur quo ipsæ uidētur magis absurdæ dubitatione? quasi dicat q̄ sic: & propterea absurditatem illarum explanans/ declarat opiniones phylosophorum antiquorum/ & inquit quippe cum alii ob hæc terræ partem: quæ infera est: quæq; uergit uersus imū infinitā rē & contendant/ ipsam in infinita re radicatā esse dicentes: qua sustentatur ne cadat ueluti Xenophanes colophonius inquit: hanc enim causā assignat breuiter ne qui quærunt causam questionis dictæ/ negotio & inquisitione nimia molestentur/ at uexentur· & ita hoc dicit ad euitandum laborem· Expositio· Pō xenophanis colophonii de terræ quiete·

Sed empedocles hoc dicto attonitus, ita inquit si infinita est terræ profunditas, atq; immensus æther: quæ per multas linguas oraq; iam dicuntur: parum de uniuerso sapiunt·

Increpat Aristoteles positionē Xenophanis authoritate empedoclis agrigētini: qui suis ī carminibus: quæ de phylosophia conscripsit Xenophantem derisit dicens si infinita est terræ in deorsum profunditas/ & in mensus æther/ ut Xenophanes ait: quæ per multas linguas oraq; multorū diuulgantur: plebeia sunt: atq; parum de phylosophia uniuersi atq; rerū naturæ sapiunt: immo sunt poenitus ab omni phylosophia de uniuerso mundo/ & rerum natura aliena· de uniuerso quidem mundo: quia probatum est in primo libro coelum esse omni ex parte finitum· de rerum uero natura: quia probatum est grauitatem terræ & cuiusq; ælementi qualitatem finitam esse· & propter hæc Aristoteles non aliter contradixit Xenophanti q̄ authoritate sapientis empedoclis qui opinionem illam derisit· Expositio·

Alii uero ipsam super aquam residere aiunt· hanc enim sententiam uetustissimam accepimus: quam thalem milesium tulisse ferunt: qui per natationem eam ita quiescere asserit: perinde atq; lignum aut aliud id genus· & enim nihil horum in aere manere est aptum: Sed super aquam·

Secunda positio est thalis milesii dicentis terram quiescere: quia super aquas natat/ ueluti lignum aut id genus super aquas stat: & non descendit· & dicit notanter super aquas: quia nihil horum Expositio·

ctiones tantum aduertit:non ad possibiles fieri a quouis·Ex iis quasi monet philosophantes per optimum præceptum & inquit quo circa recte quæsiturum|per eas obicere oportet instantias: quæ generi sunt accōmodatæ·& non per sophisticas ac extraneas: quæ genus transcendunt:sed per instantias proprias:quæ generi accōmodantur: hic autem est qui omnes differentias illius generis contemplatur:ex quibus uera rei colligitur definitio:quæ est principium demonstrationis·Ex iis sequitur q̄ qui uult perfecte inquirere debet perfectam rei definitionem colligere:naȝ per talem cognoscit perfecte rem ipsam:atq̧ omnia accidentia de re per eandem ostendit: & tandem remouet omnes rationes atq̧ questiones quæ sunt uel esse possunt·Nam perfecta definitio est:quæ nata est soluere omnes questiones contingentes in re ipsa·Hæc Aristoteles·Aueroes autem in com·talem innuit distinctionem q̄ inquisitio potest fieri dupliciter: uno quidem modo usq̧ ad questionis finem·Alio modo ad finem disputationis·ad questionis quidem finem fit inquisitio secundum potentiam demonstrationis:cuius documentum ponitur secundo posterioꝝ: ubi dicitur talem inquisitionem fieri inuentione ultimæ differentiæ·ad disputationis uero finē fit:quando secundum posse dialecticum fit:quod est aut in se ipso:ut quādo omnes obiectiones: quas sibi ipse facit:tolluntur aut ad alium:ut quando tolluntur omnes opponentis obiectiones| ueteres igitur faciebant inquisitionem secundum finem disputationis·Hæc Aueroes. Quæ Auero· com·lxxx·

Anaximenes uero & anaxagoras & democritus latitudinem causam esse dicunt per quam ipsa terra manet·non enim diuidere:sed operire aerem inferum asserūt ipsam:quod quidem facere uidentur ea corpora:quæ latitudinem habēt·Hæc·n· & auentis cum difficultate moueri possunt ob adhesionem·Hoc igitur idem sua latitudine terram facere ad subiectum aerem dicunt·hunc uero cum locum nō habeat sufficientem ad quæm migret:densum deorsum quiescere aiunt· ueluti aqua in clepsydris·Quod autem magnum pondus assumptus & manens aer ferre possit;plures alias coniecturas addidere·

Tertia solutio est anaximenis anaxagoræ & democriti dicentium terram esse latam quo ad omnes partes uelut quadrangulum|& sua latitudine in aere detieri ne deorsum cadat:quod quibusdam coniecturis persuadere enitebantur·Primo quia terræ latitudo facit ut aer inferus nō diuidatur·Secundo quia uidentur corpora lata uehementer uentis resistere:quia sunt ualde firmata ī fundamento·Tertio quia aer subinferus densus est|& non habet locum ad quæm feratur·Veluti aer inclusus in clepsydris|ubi enim sit uas habens in sui sūmitate paruum foramen & obturatum:& infra infundo unum aliud foramen non obturatum|& subito submergatur inaqua: aer interior clausus:quia non habet quo diffugiat:aquam non permictit intrare· & simili modo aer subsidens terræ compræssus ab ea|nec habens locum unde diffugiat: non permictit terram descendere·& a longiori oratione sese excusans:inquit quod autem magnum pondus assumptus & manens aer ferre possit:plures alias coniecturas addidere·ut de utribus inflatis & folle & id genus:quæ possunt magnum pondus substinere·Quo uero ad uerba attinet: cum Aristoteles ait ueluti aquæ inclepsydris:non intelligas absolute:sed hoc modo q̄ aer uel aqua in clepsidris quādo alterum foramen obturatum est:non permictit corpus aeris uel aquæ subintrare: quia non habet aqua uel aer inclusus unde diffugiat·Aueroes autem resoluit textum ad tres rationes·Prima est latitudo terræ:quæ est diuisioni inepta·Secunda est quia aer locum non habet:ad quæm diffugiat·Tertio confirmatur per exemplum de utre & aere denso: qui magnum pondus substinet· Expositio·

Quæ Auero· com·lxxxi·

Sed primum quidem si non lata figura sit terræ:propter hoc quiescet nature·Nā quietis non latitudo causa est ex iis quæ dicunt:sed magis magnitudo·ob loci siquidem angustiam:aer ipse cum non habeat exitum:ob multitudinem manet:qui quidem multis est eo quia a magnitudine ipsius terræ magna compræhenditur· quare idem est·& si rotunda quidem sit terra·modo tanta sit mole·Manebit enim ex illorum sententia·

Obicit nunc Aristoteles huic positioni primo quia si rationes hæ essent efficaces: propter easdē si terra ponatur rotunda maneret non minus ab aere substentante: nam ita aer comprimitur a magno corpore si latæ figuræ sit;sicut si cuiusuis alterius;modo sit magnum:& sic si esset rotun- Expositio·

da & magna/adhuc aerem comprimeret · has rationes iccirco breues expono : quia sunt claræ/ atq; non nimis utiles: sat enim est rerum sensus· Aueroes autem forte uidens hanc rationem posse habere cautillum supplet Aristotelem esse contentum hac ratione: quia acutius postea contra dicet: addit tamen rationes pro Aristotile/& arguit primo: quia uel aer per latera potest extre & terræ recedere: uel non· Si potest recedere: terra non quiescet: quia aer per latera recedet: & descēdet terra· Si uero aer non potest recedere: tunc terra comprimet ipsum cuiusuis figuræ sit: & sic ratio Aristotelis ualet· Secundo non datur maxima aeris uel aquæ condensatio: igitur non est deueniendum ad resistentiam: qua aer resistat propter impossibilem ulterius condensationem· Ex hoc loco colligitur ad mentem Auerois non dari sūmam aeris uel aquæ condensationem · Siue maximam condensationem : quod aliqui sic probant : quia sit a aer maxime condensatus parte: & in nunc quod est præsens Applicetur sibi b potens condensare: & quæritur utrum imediate post hoc a ipsum erit uel non: si non erit: tunc illud fuisset ultimum instans esse eius: si uero erit: tunc magis condensabitur· In contrarium est Aueroes in primo capite de substātia orbis: ubi expræsse concedit maximam condensationem in aere uel aqua· & alibi· & hoc teneo: tūc ad authoritatem Auerois hic dici potest ipsum esse locutum de condensatione mathematice considerata: quo modo loquebantur antiqui: qui omnia ad mathematica reduxerunt· nam hoc modo considerando condensationem non habet maximum nec minimum: quia ut sic non habet partes sūme proximas/ nec sūme remotas· Ad secūdum dico q; primum instans applicationis est primum corruptum esse aeris sūme condensati: & ita ratio concludit dari primum non esse rei permanentis· Sed replicabis aut b applicatur enti: uel non enti· Si enti: igitur applicatur condensatissimo: & stabit argumentum· Si non enti: tunc applicatio nulla est · Amplius omnem corruptionem præcessit alteratio: & sic in instanti applicationis non potest esse corruptio: quia tunc subita esset/ & nulla præcessisset alteratio· Ad primum dico q; applicatur enti in potentia : quia in illo instanti applicatur aquæ quæ fuit aer uel potest esse: & hoc sufficit· Ad secūdum dici potest uerbum Aristotelis esse uniuersaliter uerum exceptis maximis & minimis: aut forte Aristoteles loquitur secundum considerationem uniuersalem ut sexto physicorum dixit Aue·com·xv·

Quæ Auero· com·lxxxii·

Omnino autem ad eos qui ita de motu locuntur: non quidem de partibus est contentio: sed de aliqua toto atq; uniuerso · a principio enim definitum est utrum aliquis motus naturalibus corporibus insit: an nullus. & utrum naturalis quidē pœnitus nullus sit· uiolentus autem sit·

Expositio· Quicquid uelit expositor: Aristoteles notum principium facit: quia uult tractare positiones subtiliores & ueritatem de causa quietis terræ· Vbi debes scire q; in materia de motu potest esse questio generalis & specialis generalis quidem questio est utrum aliquod corpus naturale mouetur/ uel nullum mouetur· & si mouetur: utrum omnis motus sit naturalis: uel omnis uiolentus· specialis autem questio est dato q; mouetur aliquod ut terra: propter quid particula terræ mouetur: & tota quiescit· & de igne similiter propter quid totus non mutat locum: & pars sic· Aristoteles igī primo proponit id in quo antiqui facile & in quo difficile tetigerunt· & inquit omnino autē ad eos qui ita de motu locuntur supple alicuius corporis aliquid fuit facile : aliquid difficile· & hoc subdit non quidem de partibus est contentio: nam possunt assignare causam: cur glebba mouetē & cur quiescit: nemo enim in hoc ambigit: sed de aliquo toto atq; uniuerso: ut de tota terra est cōtentio: quor quiescit & non mouetur· deinde quasi causam assignans & sese excusans a longiori tractatu/ inquit a principio enim definitum est utrum aliquis motus naturalibus corporibus insit: an nullus! & si insit utrum naturalis quidem pœnitus nullus sit! uiolentus autem sit! Hæc· n· duo sunt in primo definita: igitur non sunt amplius repetenda· Sed quærendum est de primo pp quid uidelicet particula quidem mouetur: ut glebba: & tota terra non mouetur· circa quid igitur restat questio: & quid antiquis facile & quid difficile fuerit: ex iis perspicuum est·

At cum de iis sint determinata quæ pro facultate præsenti potuimus: iis tanq̄ ueris utendum est· Si enim nullus est horum naturalis motus: nullus erit uiolent9· si uero neq; naturalis neq; uiolentus est: nihil prorsus mouebitur· Hæc enim ita esse prius determinatum est: atq; etiam nihil posse quiescere· ut enim motus alius naturalis uel uiolentus: ita quoq; quies· at si aliquis motus naturalis fuerit: neq; uiolenta latio solum: neq; quies erit ·

Hactenus quid facile & quid difficile antiquis fuerit: & rursus quæ generatim definita sunt: sumpsit· nunc uero uult supponere quædam: quæ accipit ex questionum dictarum solutione· nam licet dictæ questiones non erant repetendæ: tamen solutiones sunt sumendæ ut suppositiones ad ueritatis inquisitionem· & uidetur primo aspectu arguere hypothetice a destructione antecedentis: & non arguit/ sed sumit duo: primum si non est motus naturalis aliquis: tunc nec uiolentus erit aliquis/ nec quies naturalis/ nec uiolēta/ sed nihil pœnitus mouebitur· deducitur consequentia: si non est motus naturalis: non est uiolentus: nam naturalis & uiolentus sunt respectu eiusdem· Vltra si non est uiolentus: nec naturalis/ per idem· & si non naturalis/ neq; uiolentus: nihil mouebitur pœnitus· Hæc enim prius ita esse determinatum est: cum quibus etiam determinatū est nihil posse quiescere: quia si nihil prorsus moueri potest: nihil quiescere poterit· Motus enim & quies circa idem subiectum sunt fieri apta· & ut motus est alius naturalis: alius uiolentus: sic quoq; quies· Hæc est prima suppositio· secunda suppositio est si motus naturalis fuerit: tunc neq; erit uiolenta latio solum: neq; quies uiolenta solum: Immo erit aliquis motus naturalis/ & aliqs uiolentus: aliqua quies naturalis/ & aliqua uiolenta: tenet enim ratio per idem argumentū· Vbi debes scire q; uis processus Aristotelis uidetur prima facie ab opposito antecedentis hoc modo si nullus est motus naturalis: nullus est motus & nulla est quies: igitur si est aliquis motus naturalis: neq; omnis motus erit naturalis/ neq; omnis uiolent9/ neq; omnis quies est naturalis/ neq; omnis quies est uiolenta· sic enim uidetur arguere Aristoteles prima facie: sed reuera non arguit quia tunc peccaret in logica: non enim ualet ab opposito antecedentis nisi in conuertibilibus· Melius igitur dicendum Aristotelem duo fecisse supposita disperata pro decisione problematis propositi· & hoc est melius ut mihi uidetur· Occurres primo quia Aristoteles fecit diuisionē pœnes contraria hoc pacto utrum omne corpus habeat motum: uel nullum habeat· & habet: utruȝ omne habeat uiolentum uel nullum habeat uiolentum: uidetur q; melius fecisset ut in octauo libro physicorum fecit/ utrum aliquod corpus habeat motum naturalem & aliquod uiolentū· Dici potest ut ex uerbis Auerois colligi potest in propositionibus perse non referre uniuersaliter & particulariter proferre impossibile enim est dare corpus quoddam/ quod motum habeat naturalem: & quoddam quod non habeat: omnia enim sunt eiusdem naturalitatis· Secundo occurres quia Aristoteles intulit si aliquod corpus nec naturalem/ nec uiolentum habet motum: igitˉ nullum motum: contra nam ignis in propria regione nec naturalem habet motum/ nec uiolētum: & tamen habet motum quo mouetur ad motū cœli· dici potest diuisionem Aristotelis esse audiendam in motibus rectis: de reliquis uero alibi dictum est· Debes scire de mente Auerois q; omne quod naturaliter mouetur: naturaliter potest quiescere: primo ex definitione naturæ: quæ est principium motus & quietis· Secundo quia quot modis dicitur medium in finem: tot modis & finis dicitur· Sed motus qui est medium in quietem/ dicitur naturalis & uiolentus: igitur & quies in termino ad quem: dicitur naturalis/ & uiolenta· Secundo debes scire etiam ex eodem commen· q; si aliquis motus est alicui naturalis: hic illi eidem non potest esse uiolentus: & si hic ē naturalis & non uiolentus: quies in termino ad quem est etiam illi naturalis & non uiolenta· contra etiam ubi quies in termino ad quem uiolenta alicui fuerit: motus ad illam etiam uiolentus erit: & quies in termino a quo naturalis eidem erit· Ex iis infert Aueroes q; si terra ad medium naturaliter mouetur: tunc ipsa uiolenter extra medium quiescit & si a medio mouetur uiolenter: tunc ibi quiescet naturaliter: aliter nullam haberet quietem: quibus patet solutio problematis Aristotelis propter quid terra quiescit in medio: hoc enim (ut melius dicetur) est quia est naturalis terræ dispositio/ & locatio·

Expositio·

Quæ ex auecom·lxxxiii·

Prima dubi·

Solu·

Scda dubi·

Solu·

Quæ Auero·cō·lxxxiiii·

Quare si ui quiescit nunc terra: in medium etiam accessisset ob cōuersionem: quam quidem causam omnes dicunt ex iis quæ feruntur in humidis· & circa aerem accidunt· In iis enim maiora semperq; grauiora· ad medium ueniunt conuersionis: quo circa & terram omnes qui cœlum generant: in ipsum uenisse medium aiunt·

Iis suppositis anteq̄ ad solutionem accedat quasi per uiam consequentiæ concludit positionē empedoclis/ & inquit quare si ui quiescit nunc terra: & supple tu nullo dictorum modorum quo ueteres processerunt/ quiescit: sequitur etiam ut in medium accessisset ob cœli conuersionem: quam quidem ex sui proprietate causam omnes dicunt ex iis quæ feruntur in humidis· & circa aerē accidunt: uidemus enim cum aqua ponitur in motu ualde circulari/ & proiciatur lignum in illa: mox lignum ad medium ducitur· & hoc idem apparet in aere: quo uoluitur cadus plenus aquæ/ & non cadit: est enim conuersio & motus circularis sui proprietate pellens ad medium conuersi·

Expositio·

onis·qua ratione & terram omnes qui cœlum generant:in ipsum uenisse medium aiunt ut uide licet pulsiua conuersionis:quæ naturaliter ad medium pellit· Animaduerte q. hæc positio non sequitur ex suppositis:sed quasi per hoc quia non restat alia positio dicenda·

At quia manet:causam quærunt· Vbi & alii ex latitudine & magnitudine hoc modo causam dixerunt· Alii ut empedocles cœlum conuersione sua ueIociore q̃ sit & terræ ipsius motus:lationem eius impedire·ueluti in aqua fit:quæ in Cyathis est· & enim hæc cyatho circumuecto:& si per sæpe in labra usq; infera ducatur aeris: non fertur tamen deorsum apta deorsum ferri: eandem ob causam·

Expositio· Epylogat positiones duas omiĉtens alias tanq̃ friuolas/& hoc inquit at quia manet/& hoc uidẽt omnes:admirati causam quærunt:ubi alii ex magnitudine: alii ex ui conuersionis causam afferunt·ueluti ex empedoclis exẽplo aquæ non cadentis ex circumuectione cyathi· Hæc ex dictis/ & translatione patent· Debes scire ut Aueroes innuit ueteres omnes de motu terræ conuenisse: omnes enim dixerunt motum terræ esse propter expulsionem factam a cœli conuersione · De quiete uero non conuenerunt:quia alii quietis causam ex Magnitudine:alii ex ui conuersionis: alii aliis modis assignauerunt·

Quæ Auero· com·lxxxv·

At si neq; conuersione/neq; latitudine cohibente/quo nam ferretur aere quidem ipso subtermeante·ad medium enim ui mota est;uiquoq; in ipso manet · Sed cum aliqua latio sit secundum eius naturam sibi necessaria:hæc igitur est/ne ea qua sursum pergitur/an ea qua deorsum/an alia quædam·aliquam enim esse necesse est· Quod si non est magis ea qua sursum q̃ ea qua deorsum itur:aer superior lationem ad superius non prohibet:igitur nec is aer qui infra est:eam prohibebit qua deorsum pergitur·easdem enim causas eiusdem quorundam esse necesse est ·

Expositio· Nunc confutat has positiones & primo in simul:hoc pacto si terra quiescit aut conuersione cohibente aut latitudine aerem cohartante:uiolenter quiesceret in medio:tũc ultra terra quiescit uiolenter in medio:igitur aliquo aliquo motu mouebitur naturaliter·modo hoc non uidetur: quia nec deorsum magis/q̃ sursum/nec econtra inquit at si neq; conuersione cohibẽte neq; latitudine coartante:terra quiesceret:hoc est si esset remotum omne impediens: quo nam ferretur aere quidem ipso subtermeante atq; cedente:ut per casum ponatur· & probat q. debeat ad aliquem locũ moueri:& inquit ad medium enim ui mota est secundum omnes:quia in hoc cõueniunt·ut quoq; in ipso manet:ut etiam consentiunt· sed cum aliqua latio est sibi secũdum naturam necessaria: hæc igitur est ne ea qua sursum pergitur:an ea qua deorsum:an alia quædam · dico hoc quia aliquam esse necesse est nec uitari potest per suppositiones · & cum non possit assignari nisi motus ad medium:ipsa ad medium quiescet naturaliter· Addit tamen speciatim contra ponentes latitudinem/& inquit q. si non est magis ea qua sursum q̃ ea qua deorsum itur: aer superior lationẽ ad superius non prohibebit:quia non resistit præmenti igitur nec is aer qui infra est: eam prohibebit:qua deorsum pergitur:quia simili ratione non resistit illi oportet enim resistere si terra coartaret atq; pelleret:& quia conclusum est ipsam non magis deorsum q̃ sursum tẽdere: nec ipsa magis sursum q̃ deorsum pellet/uel coartabit:& sic omnino nulla est causa ex coartatione aeris acceptа· Hæc contra hos argumentatus est insimul·

Præterea illud etiam ad empedoclem aliquis dicet:quando enim ælemẽta seorsum a lite distabant:quæ nam causa terræ quietis erat;non enim & tunc conuersionem causam assignabit·

Expositio· Speciatim obicit empedocli:& simplicius hanc interogatoriam rationem sic interpretatur præ
Expõ simpl· terea illud etiam ad empedoclem aliquis dicet:quando enim ælementa seorsum inter se a lite id est propter litem distabant/ut tempore mundi ornatus : quæ nam causa terræ quietis erat non
Confutatio enim & tunc conuersionem causam assignabit· Hæc simplicius·& expositor:quod quidem stare non potest:primo quia hæc interogatio facta est prius ab Aristotele:uidelicet propter quid nũc in mundi ornatu terra quiescit:& est soluta propter motum cœli qui in mundi genitura pepulit ad centrum conuersionis/& qui nunc terram pulsam cohibet moueri:& sic friuola uidetur intero
Expõ ꝓpria gatio secundum hanc expositionem· Melius igitur cum Aueroe & Alexandro diceremus præterea illud etiam ad empedoclem aliquis dicet:quando enim ælementa seorsum a lite distabant ut po

te tempore

te tempore quo amicitia dominabatur ueluti in mundi cõfusione: quæ nam causa terræ quietis erat: non enim & tunc conuersionem causam assignabit: quia nõ erat cœli motus ullus·& tamẽ tunc quiescebat terra·igitur empedocles sibi ipsi contrarius & insufficiens uidetur· Sed replicat simplicius huic expositioni per hoc quia in mundi confusione terra non est· igitur non est recte quærere quare tunc quiescit: omnis enim questio supponit subiectum esse primo posterioꝶ· Sed hæc replica friuola est: nam empedocles ælemẽta rerum principia posuit: & ingenita atq; incorruptibilia: bene tamen per concordiam confusibilia/& per litem distincta· questio igitur supponit terram esse: & est secundum rei ueritatem: licet non secundum esse distinctam ab aliis: & propterea questio est conueniens· Replicat Solutio

Insuper etiam absurdum est prius considerare terræ partes ob conuersionem ad medium esse latas: nunc autem non quam ob causam uniuersa quæ pondus habẽt feruntur ad ipsam· non enim conuersio nobis propinqua est· Præterea quam ob causam ignis etiam sursum fertur· non enim ob conuersionem. Quod si hic aliquẽ ad locum aptus est ferri: idem etiam de terra putandum esse patet·

Secundo ostendit cœli conuersionem non esse causam quietis terræ ad medium (ut dixit empedocles)/nisi ut nunc/non simpliciter & omni tempore: nam licet in litis principio cœlum pepulit sua conuersione terram: quia illam tangebat: nunc quo nam pacto expellere potest illius partes: cum nec illas nec nos tangat: oportet enim mouens & motum simul esse· Debes scire ut ex uerbis Auerois & Alexandri colligitur empedoclem potuisse redere causam motus terræ ad medium in prima mundi genitura· nam cum cœlum cœpit conuerti expulsit ignem: ignis aerẽ: aer deniq; aquã & terram· at nunc illa uniuersali expulsione facta: empedocles causam assignare nõ potest partium eius: & sic illa causa fuit secundum tempus & non simpliciter· Secundo debes scire q. licet empedocles possit assignare causam motus terræ ad medium: nõ tamen quietis eius in medio: quia ut recte Aueroes ait authoritate Alexandri: quæ propter circumgirationem ad medium pellũtur: simul cum illo circumuecto mouetur ut patet de ligno in aqua & aqua in cyatho motis· quare non dum patet causa quietis terræ simpliciter· Secundo arguit Aristoteles duorum contrariorum si aliquod est naturale uni: oppositum illi erit naturali opposito illius: & per consequens cum ignis non mouetur sursum ob conuersionem: nec terra deorsum mouebitur ob conuersionem: non enim erit maior ratio de terra q̃ de igne· cum omnia ælementa subdantur cœlo & potest ad hoc addi ratio Alexandri: quia si terra esset mota ad medium in prima mundi genitura/& non ob eius naturam: sed ui conuersionis cœli· omnia ælementa ui eiusdem cõuersionis essent ad medium pulsa & ibidem detenta: & sic non magis ignis ad concauum uenisset q̃ terra ad medium· & hoc sonat ratio Aristotelis/Inquit enim præterea quam ob causam ignis etiã sursum fertur non enim ob conuersiõem: quia illa sui ui pellit ad medium eius· q. si hic aliquem ad locum aptus est ferri/& non ui conuersionis cœli: idem etiam de terra putandum esse patet: uis enim conuersionis non magis terræ applicabitur q̃ igni uel alteri cuiuis ælemento· quare cum ignis propria natura ad concauum uenit/& non ui conuersionis: igitur nec terra ad medium uenerat ui conuersionis· ad omnia namq; uis conuersionis æqualiter sese habet: tantoq; magis ad ignem: quanto sibi propinquior est· & hæc Alexandri expositio est acutior/& magis ad robur rationis· Aut forte hæc ratio potest formari sic quia sicut se se habet ignis ad motum sursum: ita terra ad motum deorsum· sed ignis sua natura sursum fertur/& non ob cœli conuersionem· igitur & terra deorsum· Et hoc modo ratio etiam litteræ conuenit· Expositio· Quæ Auero· com·lxxxvii Expõ Alex· & optima· Expõ ꝑpria

Insuper etiam nec conuersione graue & leue definitum est· Sed eorum quæ prius erant grauia atq; leuia: alia in ipsum ueniunt medium· Alia sui motu superferunt· erat igitur & anteq̃ conuersio fieret/aliud graue: aliud leue·

Tertio arguit Aristoteles enthymematice sic cœli conuersio non est causa distinctiõis specificæ ælementorum: Sed alia ante conuersionem ad medium/alia e medio moueri apta· igitur anteq̃ conuersio fieret erant formæ grauæ & leue uidelicet quibus ælementa propria in loca moueri erant apta· Et forte syllogismus ut Aueroes indicat est iste· graue est id a quo res est apta moueri ad medium/& leue id quo est apta moueri a medio· Sed cœli cõuersio nec est graue nec leue igitur cœli conuersio non est id quo ælementa sunt apta moueri sursum aut deorsum & forte textus Aristotelis potest resolui in duos syllogismos: primus est quæcunq; non distinguntur aliquo ꝑ specificam distinctionem: non mouentur illo per se· Sed ælementa non distinguntur cœli con- Expositio· Quæ ex aue· com·lxxxix· Expõ ꝑpria·

uersione:igitur nec perse cœli conuersione mouebuntur·Secundus est quæcunq; sunt ante aliqd non habent motus & opera ab illo·Sed ælementa sunt ante cœli conuersionem · igitur non habent perse motus & opera a cœli conuersione·uidetur enim hæc duo indicare Aristoteles in suo enthymemate/uidetur:cum antecedens sumpsit copulatum·

Quæ quonam distincta erant·& quomodo & quo erant apta ferri · nam infinitū si sit:sursum & deorsum esse non potest:quibus graue atq; leue definita sunt · qua ratione fit ut plurimi circa huius rei causas elaborarint·

Expositio· Aueroes autem reducere enititur uerba hæc ad quartam rationem contra empedoclem:quaten⁹
Quæ Auero· com·lxxxix· uidetur reducere ipsum ad contradictionem per concessa ab eo:at hæc expositio nullatenus textui consonat·propterea uidetur mihi Aristotelem demum refellere quasi ex nunc dictis contra
Contra aue· empedoclem/primam positionem:quæ dixit problema de quiete terræ esse nullum : supponit
Propria expō enim esse medium locum/superum/ & inferum·at talia loca esse non possunt: quia mundus infinitus est:in quo nihil est sursum/nihil deorsum·Contra hos quasi rationem innuit per hoc quia tunc cessarent definitiones grauis & leuis:quia graue per locum deorsum·leue per locum sursum definitur·quare si hæc loca cessabunt:tunc cessabunt definitiones grauium & leuium/ & ita nihil esset graue/nihil leue in natura·at cum hæc sunt impossibilia: restat supponere esse graue & leue/& locum superum/ & inferum : & quærere causam problematis uidelicet quam ob causam hoc sursum illud deorsum feratur·Inquit quæ quo nam distincta erant/& quomodo/ & quo erāt apta ferri:supple si infinitum est uniuersum:nam si infinitum sit:sursum locus & deorsum esse nō potest:quib⁹ graue atq; leue definita sunt:& sic cessant omnia·quæ res cum sit impossibilis:ideo supponendū est graue & leue esse/& loca sursum & deorsum:qua ratione fit ut plurimi circa problematis causam elaborauerint·quia supposuerunt mundum esse finitum & esse illa loca distincta·Hoc modo textus est intelligendus/licet non absq; difficultate·

Sunt autem aliqui qui ob similitudinem ipsam manere dicant:quemadmodum ex priscis anaximander·Id enim inquit quod in medio cōstitutum est: & quod ad extrema æqualiter sese habet· & simul atq; neq; ad contraria moueri potest : non sursum magis q̄ deorsum aut uersus latera ferri contingit·quare necessario illud manebit·

Expositio· Nunc narrat positionem antiquissimi anaximandri de causa quietis terræ : hic enim uoluit terram quiescere ob similitudinem hoc est ob similem habitudinem quam terra ipsa habet ad cœlum/& æquidistantiam ab illius qualibet parte:Id enim quod in medio collocatum est totius & quod æqualiter ad extrema cœli sese habet/nec est aptum moueri ad contraria simul: non sursū magis q̄ deorsum aut uersus latera ferri contingit:& sic terra necessario ob talem ad cœli confor
Quæ Auero· com·xc· mitatem atq; æquedistantiam necessario in medio manet·Hæc anaximander antiquus·Aueroes uero hanc positionem declarat exemplo quodam ut si corpus quoddam imaginaremur sphæricum adamantinum siue magnetinum:& in medio illius ferreum corpusculū rotundum ut centrum:tunc patet tale centrale corpus in medio quiescere/quia æqualiter attraheretur ab omnib⁹ partibus illius/nec simul sit aptum moueri motibus contrariis· Et quia hæc positio habet colorē addit Aueroes hanc esse minus falsam/nam aliæ positiones motum & quietem terræ aiunt esse uiolentum·Hæc uero ait motum esse naturalem ad medium·quietem autem uiolentam· sed an
Cōfu·Auero· hoc sit uerum ad mentem anaximandri dubito : non enim uidetur menti conueniens posse esse ad aliquem locum motum naturalem/& quietem uiolentam eiusdem corporis· propterea uidetē hæc positio si est ut dixit Aueroes minus rationalis·concedens enim partem ueritatis ponit implicans contradictionem·ideo hic locus considerationis est·

Sed hoc lepide quidem·non uere tamen dictum est·hac enim ratione omne quod in medio poneretur·maneat i illo necessarium erit·quare & ignis ibidem quiescet· quippe cum id quod dictum est:terræ proprium non sit·

Expositio· Sed refellit positionem hanc primo per impossibile:quia tunc omne quod in medio poneretur: ibidem quiesceret/& sic ignis illic maneret propter eandem quam habet ad cœlum rationē;quā & terra habebat·hoc autem falsum est:quia non esset assignatum ut terræ proprium : assignauit
Quæ Auero· com·xci· enim quietis terre propriæ causam propriam ex similitudine proportionis ad partes cœli: quare cum hæc causa potest igni accōmodari:uidetur nō propria· Sed ambiges fortasse quia diceret ali

quis non

quis non eodem modo esse de igne & terra·nam ignis non est aptus sua natura quiescere in medio·at terræ est naturale·& per consequens obiectio Aristotelis nulla·Innuit Aueroes solutionē rationem Aristotelis esse fundatam in dicto anaximandri qua æqualem terræ a cœlo undiq; distantiam causam quietis assignauit·Hæc enim æqualis est in igne & terra & omni corpore si in medio poneretur·& addit Aueroes hanc rationē posse reduci cōtra empedoclem:qui dixit quietem terre esse quia est in medio conuersionis·sic enim posset sequi de igne: si in medio poneret̄. & Aueroes narrat positionem themistii|& solutionem ad rationem Aristotelis: dicit enim themistius primo·q; hæc ratio non est uniuersalis de oī corpore posito in medio·& propterea uult rationem habere uim per exemplum platonis de naui:inquit enim plato in timæo q; si aliquod pondus ponatur in medio nauis|non facit illam ad alterum laterum perpondere propter æqualitatem|ita quod dicitur de igne·dicit Secundo q; hæc ratio est cōmunis:sed quæsiti est causa ꝓpria perquirenda·Hæc enim causa potest accōmodari omnibus quæ in medio ponerentur·dicit tertio hanc rationem esse ad hominem·nam cum plato uniuersalem causam quietis terræ æqui distantiam talem assignauerit:uidetur Aristoteles concludere illam ut non modo uniuersalem terræ|sed omnibus aliis quæ in medio ponerentur·Contra quæm Aueroes ait non bene esse dictum hanc rationem esse ad hominem:quia est secundum rem·procedit enim ex simili ratione causæ:quæ potest in omnibus esse eadem·Vlterius themistius soluit rationem Alistotelis contra anaximandrum:quia est contra platonem:ubi debes scire themistium uoluisse propositionē fuisse uniuersalem cum exceptione hoc uidelicet pacto omne positum in medio æqualiter illic quiescit|modo sit de illis quæ apta sunt illic quiescere·Ad propositum autem ignis non est illic quiescere aptus|Sed uiolenter·hinc ratio Aristotelis nulla est contra platonem·est enim sermo platonis uniuersalis accōmodate|non simpliciter:cuius exemplum ponit de homine: nam si homo in medio poneretur mundi|qua ratione est graue:illic quiesceret:quia tamen est animal|eēt moueri aptum alium in locum·Sed huic solutiōi obicit Aueroes nam si plato loquitur in corporibus aptis quiescere:aut loquitur de quiete uiolenta:aut naturali si in uiolenta: cum ignis possit uiolēter quiescere:ratio Aristotelis adhuc de igne militabit·Si de quiete naturali·igitur terra non ob æqualem ad cœli partes distantiam quieuit:sed ob eius naturam:& sic suæ quietis nulla alia est causa nisi eius natura|siue species·Secundo si intelligitur in aptis quiescere: tunc ignis non moueretur ad concauum:nec collocaretur in concauo:patet quia ibi non est aptus quiescere·nam mouetur perpetuo motu firmamenti in illo·Tertio anaximāder assignauit causam quietis terræ ob æquidistantiam ad omnes cœli partes·Sed hæc causa potest igni accōmodari·igit̄ & de igne ualebit·Sed tunc Aueroes mouet dubitationem contra se:quia uidetur dictum Aristotelis non esse uniuersale:non enim ignis quiescit in medio in quocūq; casu:quia non quando poneretur parum citra medium:& sic uidetur impossibile Aristotelis esse particulare solum ī casu: in quo ignis esset præcise in medio·Respondet Aueroes cōcedendo rationem Aristotelis supponere casum illum q; ignis sit in medio præcise:& addit q; tunc secundum hanc positionem axaximandri causa sua non ualeret nisi de terra centrali:non de superficiali: nā hæc non æquidistat ab ipsius cœli partibus·Amplius non ualeret de glebba quæ in sublime attolleretur·Hæc Aueroes·Sed tunc dubitabis utrum si aliqua ignis portio præcise in centro poneretur ibi quiesceret· ex uerbis enim Aristotelis non habemus quid certi:quia ipse arguit ad opinione3 illius:si enim terra quiesceret ob æquidistantiam:ignis posset ibi quiescere: & sic non est causa propria terræ: hæc Aristotelis:ex quibus nihil certi habemus·proprerea arguitur q; ibi non quiesceret: quia si ibi semel quiesceret|tunc semp quiesceret:igitur uiolentum ꝑpetuum· Amplius tūc corruptibile redderet̄ æternū|& multa alia sequi pōt·teneri pōt ignem ibi quiescere & uiolenter: esset enim aptus moueri ad circūferentiā:licet ad illā nunq̄ ferret̄:& tunc dicerem ad primū non esse uiolentum perpetuum:quia talis ignis corrumperetur a natura uniuersali ad euitandum impoſē sed dices quid nam resistit igni ne moueatur a medio·dic q; nihil positiue:sed bene aliquid priuatiue:quod est esse indifferens ad motum cuiuslibet loci·Hæc de quæstione·

Quæ themi.
Quæ Auero. cōtra themi.
Quæ themi. ad rōnē Ari.
Confu. sol' themisti.
Dubi. Auero.
Solu.
Dubi.
Solu.

Insuper etiam nec necessarium est nō enim dumtaxat in medio manere uidet̄:sed ad medium etiam ferri·quo enim quæuis ipsius pars fertur:eo uniuersam etiā ferri necessarium est·at quo suapte natura fertur:ibi quoq; suapte natura mācbit·nō igitur quia similiter ad extrema sese habet:manet·hoc enim omnibus cōmune est· ferri autem ad medium terræ proprium est·

Scđo arguit contra anaximandꝝ ostendens eius cām non esse necessariā:& sylls pōt cōponi sic:

omne corpus naturaliter motum ad medium| naturaliter quiescit i medio· terra corpus est: quod naturaliter mouetur ad medium· igitur terra naturaliter quiescit in medio· Inquit insuper etiam nec necessarium est subaudi dicere terrã quiescere in medio ob æquidistantiam : tunc accipit uiз minoris:& inquit non enim dũtaxat in medio manere uidetur : sed ad medium etiam ferri hæc est minor: cuius probationem subdit dicens quo enim quæuis ipsius pars fertur: eo uniuersam ẽt ferri necessarium est· In corporibus enim simplicibus eadem est natura totius & partis· Tũc qua si maiorem addit in eius exemplo| & inquit at quo suaptenatura fertur : ibi suaptenatura manebit· Hæc uidetur uis maioris· ex hoc syllogismo: non propriam conclusionem intulit: sed conclu dit transumptum dicens: non igitur quia similiter ad extrema sese habet : manet· & addit huius causam· d· hoc enim omnibus cõmune est: quia omne corpus si æquidistaret a circumferentia: quie

Quæ Auero· com· xcii· — sceret· at ferri in medium: proprium est terræ· hæc est expositio textus · Aueroes uero sic rationẽ textus format & utitur regula topica uidelicet contrariorum contrariæ sunt causæ· Sed causa qui

Expõ Aue· — etis terræ est æquidistantia a circumferentia· igitur causa quietis terræ sursum est exitus ab æqui distantia: & sic ubicunq; poneretur terra extra medium: posset illic quiescere: etiam in cõcauo quie

Dubi· — sceret· Obicies fortasse quia nos partes terræ non ad centrum moueri cernimus sed ad superficiẽ

Solu· — terræ: & sic falsum est terram petere centrum ut Aristoteles conclusit cõtra anaximandrum· Respondet hoc esse per accidens ob impedimentum: cuius signum est: quia uidemus grauia uigorari in motu: tanto quidem plus: quanto magis erunt prope medium| ita hoc non perse| sed ob im-

Expõ Alex· — pedimentum est· Alexander autem ut Aueroes authoritate themistii narrat arguit sic si causa quie

Obie· themi· — tis terræ est æquidistare a circumferentia cœli: tunc causa Motus terræ ad medium esset æquidistare a cœlo· tenet consequentia| quia una eadem est causa finis| & mediorum infinem: quare cuз quies sit finis| & motus ad medium sit ordinatus in quietem: si æquidistãtia est causa quietis: erit etiam causa motus· at æquidistantia non est causa motus ad medium· igitur nec quietis: hæc Alexander· Ex iis uidetur Alexandrum talem uoluisse consequentiam æquidistantia non est causa motus terræ ad medium· igitur non est causa quietis terræ in medio · Obicit huic themistius quia non ualet uisus non est causa ambulationis· igitur non est causa uisionis: & in proposito non ualebit æquidistantia non est causa motus terræ ad medium· igitur non est causa quietis: eo quia quies & motus sunt disperata: & ita stat aliquid esse causam quietis: quod nõ est causa motus· est· n· ut themistius inquit hæc regula q; quorum causæ eædem sunt: etiam ipsa sunt eadem· & sic non ualet· Secundo obicit themistius ei quod Aristoteles & Alexander dixit: q; uidelicet causa mot9 & quietis terræ in medio: est grauitas· nam si grauitas est causa motus ad medium · igitur quãdo graue erit in medio: uel non erit amplius graue: aut grauitas non erit causa quietis : primum est impossibile est enim essentiale terræ esse graue· & ita grauitas non erit causa quietis terræ in medio· Ex iis dat themistius causam motus esse exitum ab æquidistantia · causam uero quietis esse

Põ themistii· — grauitatem æquidistantem· & ita uult themistius tria primum est consequentiam illam non ualere æquidistantia non est causa motus terræ in medium· igitur nec quietis· Secundo uult grauitatem nec motus nec quietis causam esse· Tertio uult causam quietis esse æquidistantiam| causaз

Obiectio auerois contra Themistiũ· — uero motus esse exitum ab æquidistantia· hæc themistius ut narrat Aueroes· huic positiõi obicit Aueroes nam una est causa finis & ordinati infinem & econuerso sed motus est ordinatus in finem: & quies est finis motus· igitur una est causa utriusq;· igitur si aliquod principium est causa motus terræ ad medium cum aliqua dispositione: idem erit causa quietis in medio cum diuersa dispositione: & ita grauitas est causa motus in medium cum hac dispositione : quæ est esse extra medium: quietis autem cum hac dispositione quia est in medio· Tunc ad rationes themistii soluit Aueroes & uult non esse inconueniens unam eandemq; causam esse diuersorum effectuum inuicem ordinatorum dispositione diuersa· ut grauitas est causa motus ad medium cum hac dispositione: quæ est esse extramedium· Et eadem est causa quietis cum hac dispositione: quæ est esse cum medio · Ex iis contra Themistium sequitur : quia ipse usus est dispositionis agentis pro agente: utitur enim æquidistantia pro agente quietem: & exitu ab æquidistantia pro agente motum· quod est impossibile· æquidistantia enim dispositio est agentis pro quiete· exitus ab æquidistantia dispositio pro motu· Errauit igitur themistius in logica dupliciter primo per fallatiam secundum quid ad simpliciter: esse enim extramedium est causa secundum quid· & esse graue est causa simpliciter· Secundo per fallatiam accidentis· Nam esse extra locum est cã per accñs mot9· sed graue perse· & q; tales dispositiones sint nõ perse nec simplr: probat quia si essent causæ perse & simpliciter : tunc inuenirentur semper cum graui tam in medio q̃ extra medium constituto· quod enim perse & simpliciter causa est alicuius: nunq̃ ab illo seperatur : & sic quãdo Aristoteles

dicet grauitatem esse causam motus & quietis: loquitur de ipsa sumpta cum dispositionibus contrariis. ueluti nauta sua praesentia salutis nauis causa est: absentia uero submersionis. Ex iis patet uis rationis Aristotelis/ si aequidistantia est causa quietis perse & simpliciter: ut dixerunt antiqui tunc ipsa etiam esset causa motus ad medium. at cum illa non sit causa motus: igitur nec quietis. Haec pro Alexandro & Aristotele Aueroes elaborauit. Debes scire q. ego non uidi themistium nec haec legi in Alexandro: scio tamen nec expositionem Auerois/ nec illam quam Alexandro tribuit conuenire uerbis graecis. propterea non confido. ea tamen quae dixit sunt subtiliter dicta Ex iis Auerois dictis colligũtur duo: quorum primum est grauitatem esse causam motus ad medium per hanc dispositionem: quae est esse extra medium. & quietis per aliam uidelicet p aequidistare a coelo. Secundum est quod idem est agens ordinatorum in finem & ipsius finis: & econtra. Contra primum arguitur moueri ad medium est naturale graui: esse uero extra medium est eidem uiolentum: modo arguo nullum agens naturale & perse agit effectum naturalem mediāte dispositione uiolenta. dispositio enim & finis dispositionis eiusdem sunt naturalitatis igiť graue non agit motum ad medium mediante illa dispositione. Secundo nullum agens perse utitur diuersis dispositionibus positiuis nec ad unum nec ad oppositos effectus. quoniā una natura nõ utitur nisi uno instrumento ut dicitur. iii. de aia com. v. Contra secundum etiam dubitatur qm̃ agentia naturalia ut homines sunt causae dispositionum facientium pro anima rationali: & de9 agit eam in materia: uel saltem de foris accedit secundum Aristotelem b o ut dicitur secundo physicorum artes seruientes agunt dispositiones ut adolatiuae: architetonicae uero & principales inducunt finem. iii. sensilia agunt ipsa phantasmata: & phantasmata disponũt intellectum pro intellectione: & tamen intellectus agens facit intellectionem. Alias obiectiones omitto. Ad haec dici potest aliquẽ effectum posse esse naturalem dupliciter essentialiter ut risibile homini: & accidentaliter ut motus grauis/ & risus homini. diceret Aueroes ad primum non esse absurdũ aliquem effectum naturalem accidentaliter proficisci ab aliquo agente mediante dispositione praeter naturali. Sed bene esset absurdum de effectu naturali essentialiter. Sed replicabis cuicunq3 repugnat consequens: eidem repugnat antecedēs. Sed esse extra medium repugnat graui: igitur moueri ad medium se se habent enim haec ut antecedens & consequens: sequitur enim graue mouetur ad medium: igitur est extra medium. Dici potest illud esse uerum in repugnantia logica: & non in repugnantia naturali: stat enim consequens repugnare alicui naturaliter: & non logice: ut in proposito. Ad secundum principale dici potest nullum agens uti diuersis dispositionib9 quando illae non essent subordinatae. modo illae dispositiones sunt subordinatae uti effectus u3 motus & quies. ad secundam dubitationem apud Aueroem dici oportet illam propositionẽ esse ueram in actione naturali: & non uoluntaria & sic cessat ratio de artibus. corporea & non intellectuali/ siue spiritali/ & sic cessat ratio de intellectu & ipso phantasmate. tam & si de intellectiõe aliter dicam in libro de intellectu: nunc loquor secundum cõmunem opinionem. De rationali anima apud Aueroem oportet cõcedere illam traduci ex semine: licet haec positio sit purus error ut in libro de intellectu disputauimus. Aueroes tamen putat animam rationem traduci ex semine patris & matris hoc argumento pater & mater & sol possunt inducere omnes dispositiones p rationali anima. igitur possunt generare illam: quia idem agens est disponens & generans/ & in actione naturali & corporea ut habet ubiq3 & maxime contra Auicennā de colcodea. vii. metha. com. xxxi. Et deceptus fuit aliud enim est disponere ad unionem: & aliud ad esse siue productionem: pater. n. & mater atq3 sol non ad esse siue productionem rationalis animae disponunt: illa enim imediate est a deo: sed ad unionem. propterea sunt causae unionis: & non essentiae siue productionis: quod Aueroes ignorauit. sed ut dixi de his satis ample in libro de intellectu. nũc uero sit dictum in tantum.

Quae colligunť de mẽte Auero.

Etiam absurdum est hoc de terra quaerere cur nam maneat ĩ medio: de igne uero non quaerere cur nam in extremo quiescit. nam si & illi locus extremus naturalis est: patet & terrae locum aliquem natura competere necessarium est.

Tertio ostendit anaximandri positionem esse insufficientem nam incõueniens est quaerere cur nam terra in medio quiescit: & non quaerere cur nā ignis in sũmo: quia si illic natura stet ignis: eadem ratione stabit terra natura ĩ medio conuenit. n. ei locus aliquis naturalis. haec. n. rõ ualet per regulam topicam u3 contrarioꝝ si unum est alteri contrarioꝝ naturale: & alterum alteri naturale erit. quare cũ terra & ignis sunt contraria: ẽt locus sursum & deorsum sunt contrarii: seqẽ q. si locus sursum est nãlis igni: loc9 deorsum erit nãlis terrae. & sic p3 insufficientia rõis.

Expositio.

Insuper etiam si iste locus sibi non est:Sed ob similitudinis necessitatem (:ueluti ea quæ de capillo est ratio,ꝙ non diffringatur,cum uehementer quidem:similiter autem utraqꝫ ex parte tenditur·itemqꝫ ea quæ de siciente uehementerqꝫ esuriente affertur,cunqꝫ pariter æque a cibis potibusqꝫ distauerint·(quiescat enim & hoc necessarium est)quærendum est de ignis quiete:quæ in extremis est·

Expositio· Quarto arguit si iste locus sibi non est naturalis:sed ob similitudinis necessitatem quam ad extrema habet est:quærendum est de ignis quiete:quæ in extremis est/quare magis illic q̄ alibi:& quare illic:quod non assignant·& est legenda littera cum parentesi/interponit enim rationes sophistarum:quibus probabant capillum non posse frangi si utraqꝫ ex parte trahatur· nec sitiēs & esuriens posse moueri si ex una parte potus: ex altera cibus collocetur·eodem modo uidetur accidere iis qui terram hoc modo locant·uidentur enim locare illam pro hoc quia ad neutram partem magis/q̄ ad alterā trahitur·Inquit insuper etiam si iste locus sibi non est naturalis/ sed ob similitudinis necessitatem sibi competens:hic fiat parentesis:& tunc accede ad finē illius hoc modo:quærendum est de ignis quiete:quæ in extremis est quam ob causam illic est · uidetur enim accidere iis ueluti ea quæ de capillo est ratio ꝙ non diffringantur cum uehementer æqualiter utraqꝫ ex parte trahitur·& de eo qui simul æqualiter sitit & esurit:quando cibus ex una & potus ex alia parte collocetur·Hæc Aristoteles·Animaduerte de mente Auerois Aristotelem ut Aueroes ait hæc exempla assumpsisse ad ostendendum terram æqualiter tractam a circumferentia cœli non diuidi:Secundo debes scire exemplum de capillo esse falsum quia ut Aueroes ait aut potentiæ trahentium sunt fortiores resistentia capilli:& ita capillus scindetur·uel minores:& ita non scindetur·& quia potentiæ cœli sunt fortiores resistentia terræ tractæ·igitur terra scindetur Tertio debes scire ꝙ Themistius probat ꝙ terra non scindetur/quia tractus omni ex parte est cōsimilis·igitur non magis in altera parte q̄ in altera diuideretur·cui respondet Aueroes ꝙ diuideretur in medio/nam ab æquali tractu sequitur æqualis diuisio·est autem æqualis diuisio in medio:quia ibi potentiæ trahentium uniuntur:& sic ex illo æquali tractu diuisio erit æqualis / & in medio·Ad rationem de eo qui simul esurit & sitit:dici potest licet Aueroes non Respondeat: canem talem ad alterum moueri utpote ad id:cuius phantasma fortius moueret imaginatiuam uim·& quia haberet maius phantasma/est contingens:ideo contingit ad quodlibet moueri· ꝙ si cœtera essent paria etiam ex parte phantasmatis : moueretur ab intelligentia non errante : uel responde tu·

Quæ Auero· com·xciii·

Et etiam mirabile est de quiete quidem ipsorum quærere:de motu uero, non quærere:quam ob causam alterum sursum ; alterum ad medium fertur : si nihil impedit·

Expositio· Quinto deficiunt quia laborant in querendo causam quietis terræ: & non in quærendo causam motus:quom de utroqꝫ sit questio non parua·igitur omni ex parte uidentur insufficientes·

Præterea etiam nec uerum est quod dicitur ; per accidens tamen hoc uerum est ; necessarium esse id omne in medio quiescere:cui non magis huc q̄ illuc moueri cōpetit·propter hanc enim rationem non quiescit:sed mouebitur:non tamen totum sed dissectum·

Expositio· Sexto reprobat opinionem illam quia uidetur comictere fallatiam accidentis/siue fallatiam secūdum quid & simpliciter:non enim est perse uerum ac simpliciter ut omne positum in medio:cui non magis huc q̄ illuc moueri competit·ipsum simpliciter quiescat·poterit enim moueri nō totum huc & illuc:sed sectum per unam partem quidem illuc: per alteram uero huc · per accidens tamen esse potest:ut si corpus tale quod in medio ponitur : esset infrangibile · atqꝫ ita durum ut diuidi non posset/uel quia esset indiuisibile·Aueroes autem sic format hanc rationem partes terræ non æquidistant a circumferentia:& potentia cœli in trahendo est pollentior resistentia terræ·igitur in tanto tempore esset diuisa·Sed dices cur Aristoteles non addidit in antecedente·secundam propositionem uidelicet ꝙ potentia cœli sit pollentior resistētia terræ:Respondet Aristotelem non addidisse illam:quia omnibus est nota·oēs·n·sciūt potentiā cœli in trahendo esse fortiorē:q̄ illā terræ in resistēdo cōfirmaẽ hoc qa collectio partiū terræ in medio fuit uiolēta: & sic tēdūt ptes ad motū uersus circūferētiā·po nō nullæ ptes terræ ut mōtes sūt cœlo ꝓpingqores: adeo ut uideanẽ a terra sepata:igr̄ saltē hi traherenẽ a cœlo·Hæc Aue · Themil·uero r̄ndet Ari·

Quæ Auero· com·xciiii·

præſuppoſuiſſe terraȝ natam eſſe moueri a medio:quo ſequitur ipſam diuidi· at apud ueteres res non eſt hoc modo·Cui Aueroes dicit hanc reſponſionem eſſe ueram uel prope ueram·Nam terra propter æquidiſtantiam a cœli partibus & ſũmam a cœlo diſtantiam : frigida eſt · & quia eſt frigida:eſt grauis:& quia grauis:quieſcit in medio·ſic igitur quatenus hæc poſitio uult remotionem terræ a cœlo eſſe cauſam grauitatis & per cõſequens quietis: recte ſentit·quaten⁹ uero uult æquidiſtantiam eſſe cauſam talis:non recte ſentit·ſed quicquid ſit de ueritate:omnino themixtius errat:quia non apparet ex uerbis antiquorum hæc ſolutio· Occurres nam in quarto huius dicitur cauſam grauitatis terræ eſſe formam eius ſubſtantialem mediantibus frigiditate & ſiccitate igitur non diſtantia a cœlo·Dici poteſt diſtantiam non eſſe cauſam principalem/ſed con cauſaȝ Totalis enim cauſa & principalis eſt forma cum qualitatibus · non nulli fingunt duplicem eſſe grauitatem uidelicet naturalem:& accidentalem:naturalem quidem proficiſci dicunt a forma & qualitatibus primis·accidentalem uero a diſtantia a cœlo:ſed de re hac in quarto· Dubi. Solu.

Eadem enim & in igne ratio aſſignabitur:neceſſe eſt enim ſi in medio ſit poſitus: ſimiliter quieſcere perinde atq; terram · quippe cum pariter ad quoduis punctorum extremorum ſeſe habeat·& tñ e medio ipſo mouebitur ueluti & ferri ad extremum cernitur:niſi aliquid impediat:non tamen totus ad unum punctum fertur·(hoc enim dumtaxat euenire ob eam quæ eſt de ſimilitudine rationem·neceſſe eſt):ſed eius partem ſecundum proportionem ad extremi partem ſecũdum proportionem·dico autem ut quartam partem ad quartam continentis partem · nullum ſiquidem corporum punctum ſit·

Credunt non nulli hic poni ſeptimam rationem:quod non placet : potius enim quod dixit de terra/explanat per ſimile in igne:dictum enim eſt terram in medio poſitam/ſi traheretur æqualiter a cœli partibus tandem ſecari:hoc confirmat per ſimile in igne:& inquit eadem enim & in igne ratio aſſignabitur·neceſſe eſt enim ſi in medio ſit poſitus:ſimiliter quieſcere peride atq̃ terram·quippe cum pariter ad quoduis cœli punctorum extremorum ſeſe habet:ueluti & ipſa terra at oſtendit hoc nõ poſſe eſſe in igne ut inferat nec poſſe eſſe in terra: & inquit & tamen e medio ipſo mouebitur:ueluti nunc & ferri ad extremum cernitur:ubi non eſt in medio:niſi aliquid impediat·non tamen totus ad unum cœli punctum fertur·& hoc ut ait concludit dicta ratio uidelicet q. non feratur totus ad unum punctum cœli:uel ad diuerſa cœli puncta inſimul : cum quo tamen ſtat partem eius ferri in partem/ut quartam eius ferri in quartam cœli partem·& hoc ſequitur ſi corpus nullum ſit punctum/& nec ignis poſitus in medio ſit indiuiſibile:ut cõceſſit democritus dari corpora indiuiſibilia:& ſic patet terra diuidi pro ratione partium trahentium· ueluti & de igne contingit· Expoſitio·

Vt autem ex magno minorem in locum mutari poteſt:ſi condenſetur:ita quoq; in magnum ex paruo:ſi rareſiat·quare etiam terra hoc pacto mouebitur a medio ob rationis ſimilitudinem:ſi non fuerit terræ naturalis locus hic·quæ igitur de figura loco quiete motu eius putantur:tot fere ſunt·

Concluſit Ari·ignem illum in medio poſitum moueri per diuiſionem partium in partes cœli:& terram eodẽ mõ:obiciet nunc aliquis/plures ſunt cœli partes q̃ illæ terræ uel ignis·igitur nõ poteſt ignis uel terra diuidi pro partibus cœli reſpondet terrã uel ignem rareſieri imaginando ipſum ex paruo loco rareſieri ad maiorẽ/ueluti in prima mũdi genitura tota terra erat rareſacta p totum cœlum quaſi diſſeminata:& deinde fuit coadunata ad medium mundi & in paruam molem reductam·igitur ut terra potuit ex raro fieri denſa:ſic ecõtra ex denſa rareſieri: & totum cœlum occupare·& ſic tollitur cauillus hic·Aue·uero hunc textum reſoluit ad enthymema hoc pacto:ſi terra collocatẽ in medio ob æquidiſtantiam:terra in medio rareſieret·at impoſe eſt terram rareſieri:igitur impoſe eſt ipſam eẽ in medio ob æquidiſtantiã·Obicit huic The·ut narrat Aue· & prio q. cõſequẽtia nõ uȝ:qa p unã eandẽq; cãm terra in medio qeſcit/& nõ rareſit: q̃ cã ẽ nobis occulta·& ppea cõſequẽtia nulla eſt:niſi declaretẽ nihil poſſe ipedire rareſactionẽ·Scdo obicit qa rareſactio & latio nõ ſeſe cõcomitantẽ ſtat·n·terrã q̃ qeſcit i medio/rareſieri:& nõ ferri:ueluti ſtat ipam alterari & nõ ferri a medio:& ſic rareſactio & latio res ſũt pœnit⁹ diſpatæ: & ita ab una ad alterã nec affirmatiue nec negatiue uȝ argumẽtũ· Tertio obicit qa ſtat ipam nõ rareſieri & ſtare Expoſitio· Quæ Auero· com·xcv· Obiectiones Themixti·

in medio: stat enim per aequidistantiam: non rarefit uero: quia undiq; aequaliter trahitur. Quarto obicit quia ignotum est unde terra rarefiat: & sic nihil concludit. Haec themistius aduersus rationem Aristotelis. Respōdet Aueroes & primo refellit themistium quo ad illud quod dixit de causa nō rarefactionis: dixit enim unam causam esse per quam terra non rarefiat | & per quā non mouetur: quae tamen causa occulta est: quia non aequidistantia est: sed alia ignota: haec enim fuit prima replica themistii: obicit Aueroes si aequidistantia non est causa quietis nec est causa nō rarefactionis: ad quid assignatur causa illius: cum non sit causa illius causari | nec conuertibilis cū illo. uidetur igitur ratio anaximandri cōmictere fallatiam nō causae ut causa. Haec ad primum. Sol' Auero.

Respondet deinde ad tertiam: in qua dixit themistius rarefactionem & lationem non sibi correspondere: cum possit intelligi terram rarefieri: & non moueri e medio: & ita non sequitur. Vult Aueroes Aristotelem non argumentatum esse a destructione antecedentis ut putat themistius: sed a destructione consequentis hoc pacto si terra esset in medio per aequidistantiam: terra rarefieret. Sed terram impossibile est rarefieri | igitur impossibile est esse in medio per aequidistantiā & probat Aueroes ipsam non posse rarefieri: Tum primo quia si posset rarefieri: esset sūme rarefacta: & sic nec posset augeri nec minui. Tum secundo quia tunc in tanto tempore esse diuulsa: & ita terra non potest rarefieri: quare nec per aequidistantiam locari. Aristoteles igitur ostendit terram non posse rarefieri: et non ostendit q; si rarefit: mouet̃ extra centrum. arguit. n. a destructione consequentis | et non a constructione consequentis. Errat igitur Themixtius dum credit Aristotelem sic argumentatum esse a positione consequentis. et sic ad tertium. Deinde Respondet Aueroes ad quartum: dixit enim Themixtius terram rarefieri esse occultum: at Aueroes dicit terram rarefieri esse manifestum | eo quia causa rarefactionis est aequalis impetus terrae ad partes circumferentiae. igitur si patet terram non moueri ob aequidistantiam: patet ipsam rarefieri p̲p̲ eandem causam. coeteras omittit quia ex iis patet. et demum Aueroes ponit fundamentū The. qui uult omnes rationes fundari in hoc q; aliud est esse causam quietis simpliciter in eo q; quies. et aliud quietis in medio: et ita uult aequidistantiam non esse causam quietis terrae simpliciter | sed quietis in medio: Cui Aueroes obicit dicit haec non esse manifesta per uerba antiquorum. Ego uero dico digressionem non esse ad propositum: nō enim Aristoteles in uerbis ultimis textus argumentatus est: sed potius obiectioni sibi factae Respondit: ut uisum est. Et praeterea ego Themixtium non uidi: propterea credo ut male ad Aueroem translatum male ab eo esse intellectum. Sed quicquid sit dubitatur utrum aequidistantia sit aliquo modo causa locationis terrae in medio: & uidetur q; non nulla relatio est causa absoluti. aequidistantia est relatio & collocatio terrae est quid absolutum. Secundo nullum ens rationis est causa entis realis. Sed equidistare est ens ab anima. locus uero est res extra animam. q; aequidistantia sit ens rationis: patet quia est q̃dam mensura. Tertio dubitatur quia uidetur Aueroes sibi contrarius nam in com. xcii. dixit aeq distantiam esse causam dispositiuam quietis in com. uero. xciiii. dixit esse causam remotam pro quanto est causa frigoris: quod frigus est grauitatis causa. & graue causa quietis terrae. modo haec uidentur ualde remota: non enim causa causae est dispositio illi. quare si aequidistantia est causa grauitatis | non est dispositio illi ut sit causa lationis terrae. & ita uidetur sūma contradictio. Dici potest q; dispositio apud Aueroem quandoq; intelligitur pro praeparatione: modo quo qualitates & quantitates sunt dispositiones pro forma. quandoq; pro concomitante & causa sine qua nō & hoc modo dicimus disgregatiuum uisus esse dispositionem albi: quia non potest esse: quin disgreget uisum. ad propositum dico q; capiendo dispositionem: non pro praeparatione: sed pro cā sine qua non: sic aequidistantia est dispositio quietis terrae in medio: quia non potest quiescere | nisi aequidistet. Similiter & inaequaliter distare dispositio motus. capiendo uero dispositionem pro praeparatione: sic nec aequidistantia est dispositio ad quietem | nec inaequaliter distare ad motum. Ad rationes ad primam dici potest aequidistantiam quo quidem ad rationem mensurae esse ens rationis: & hoc modo nec est dispositio | nec causa. quo uero ad rationem quanti | est causa sine qua non. Ad secundum similiter quo ad rationem quanti est absolutum quoddam. quo uero ad rationem mensurae est relatio. de contradictione dici potest q; distantia a coelo siue aequidistare a coelo non est causa grauitatis positiue | sed priuatiue: quae consurgit per non calefieri. Et hoc sat est.

Nos autem agamus primo an motum habeat: an maneat. nam ueluti diximus. nō nulli ipsam unam stellarum fecerunt. non nulli uero eam in medio collocatantes. uolui & moueri circa medium polum tradidere. esse uero hoc impossibile patet.

Sumentibus

Sumentibus principiũ· si fertur· siue extra medium· siue circa medium· necessariũ esse hoc motu ui ferri·non enim ipsius terræ est motus·& enim unaqueq; partium hanc habet lationem · quippe cum nunc omnes in rectum ferantur ad medium· quapropter cum motus terræ uiolentus sit præterq; naturam: impossibile est perpetuum ipsum esse·at ordo mundi perpetuus est·

Expositio·

Iis confutatis/nouum facit principium in quo ueritatem problematis determinabit: & primo repetit problema:& inquit nos autem agam? primo an motum habeat:an maneat·& causam quæstionis breuiter repetit·d·nam ueluti diximus non nulli ipsam unam stellarum fecerunt ut primi pythagorei:non nulli non stellam sed in medio eam collocantes/uolui & moueri circa medium polum hoc est circa axem mediam tradidere·ut attributum fuit platoni:& heraclitus ponticus opinatus est·Sed Aristoteles mox contra hos hypotheticæ syllogizat a destructione consequentis hoc modo si terra mouetur/siue a medio/siue circa medium : omnino ipsa uiolenter mouetur·destruitur consequens & primo deducitur consequentia:per hoc quia quælibet terræ pars circa medium uel a medio uiolenter mouetur·igitur & tota:quia una est totius & partis ratio· Deinde destruitur consequens per hoc quia tunc motus terræ non esset perpetuus cuius contrarium autumant propter ordinem mundi perpetuum·Quo uero ad uerba græca attinet debes scire Aristotelem sic dicere non nulli uero eam in medio collocantes uolui & moueri circa mediũ polum tradidere:polus enim scribitur græce:& in translationibus quas Aueroes habebat/scribitur corpus medium·& tunc Aueroes per corpus medium intelligit corpus continens terram/qđ ideo in medio collocatur:quia est intra cœlum·& circa hoc moueri antiqui dixerunt terram·Secundo exponit per corpus medium quoddam corpus intra terram contentum circa quod reuoluitur·tertio per corpus medium intelligit centrum:quod ipse magis affirmat : quia hoc uidetur ad mentem platonis in timæo·Sed istæ expositiones Auerois friuolæ sunt· prima quidem & secunda:quia nemo uoluit illam positionem narrauit enim positiones omnes : & nunc repetit illas:modo antea nullus est explicatus sic protulisse·tertia uero contra est uerbum græcum polus enim græce trifariam sumi consueuit ut simplicius superius narrauit : non nunq̃ pro cœlo ipso: non nunq̃ pro cœli uertice·non nunq̃ pro axe mundi transeunte pro centrum terræ ad uertices terminata·propterea expositiones hæ superfluæ sunt/procedentes ex malis translationibus·

Quæ Auero· com·xcvi·

Confutatio· expõis Auer·

Præterea omnia quæ orbiculari latione feruntur · post relinqui uidentur · pluribusq; una latione moueri·præter primam sphæram·quare & terram siue circa medium·siue in medio sit posita·duabus lationibus moueri necessarium est· hoc autẽ si accidat : progressiones· regressionesq; fixarum stellarum fieri necessarium est· at hoc non uidetur fieri·sed eædem eisdem in locis ipsius semper exoriuntur occiduntq;·

Com·

Secundo arguit Aristoteles:& licet ratio possit compõi multis modis : compono illam sic omne quod motu orbiculari mouetur præter primam sphæram duobus ad minus motibus mouetur uidelicet diurno & proprio·Sed terra per te mouetur motu orbiculari & præter primam lationẽ· igitur mouebitur ad minus duobus motibus uidelicet diurno & proprio · conclusio est falsa : & non propter syllogismum:igitur ob propositiones/& non propter maiorem:fuit enim illa declarata superius·igitur propter minorem:& sic habetur oppositũ minoris uidelicet q. terra non mouetur·q. uero conclusio sit falsa:declaratur·ubi enim terra duplici motu moueretur: stellæ fixæ: quæ non habent nisi unicum motum apud Aristotelem uidelicet diurnum : non semper uersus eandem terræ partem orirentur:terra enim moueretur obliquæ uelitu stellæ per zodiacum hoc enim modo mouentur omnes planetæ motibus propriis:& sic stella quæ oriretur iuxta æquinocium uno tempore:alio oriretur longius·Hoc autem est contra obseruationem· semper enim cor leonis ortum fecit ad eundem punctum secundum obseruationem motus fixarum:quæ erat temporibus Aristotelis·Aueroes uero per duplicem motum:quo terra moueretur:intelligit motum in longitudine/& in latitudine:quos tribuisse terræ ueteres asserit : & tunc iuxta hoc non est dubia ratio Aristotelis:cum enim terra esset egressa a loco priori/stella fixa quæ fecisset ortũ ad a punctum:faceret ad b·Sed hoc quod dicit Aueroes/nimis remotum est/primo enim an antiqui hoc uoluerint:non apparet·Secundo rationem Aristotelis nimis infirmat:quia esset solum ratio ad hominem·At Aristoteles uidetur arguere simpliciter & propterea exponendus est locus iste:ut diximus·

Quæ Auero· com·xcvii·

Confu· Eorum quæ Auero· dicit·

Præterea partium & totius eadem est ad medium uniuersi latio naturalis·

Expositio· Tertio arguit partium totiusq; eadem est ad eundem locum latio·at partes terræ naturali latione ad medium totius mundi feruntur·igitur & tota terra etiam ad medium ferretur·

Verum quia hoc est:si ipsa nunc in centro fixa iacet:dubitabit profecto quispiam cum idem sit utrorunq; medium·ad pondus habentia & terræ partes·ad utrum naturaliter ferantur:utrum quia est uniuersi·an quia terræ medium est:ad medium itaq; quatenus est uniuersi ferri necesse est· & enim leuia atq; ignis in contrarium terræ ponderibus cum ferantur ; ad ultimum locum qui medium continet feruntur·

Expositio· Mouet consequenter dubitationem|conclusum enim est terram & particulas terræ ad medium moueri & in medio fixa iacere:propterea quærit utrum grauia & leuia & particulæ grauium & leuium moueantur ad medium siue centrum:quatenus est medium mundi:an quatenus est medium terræ:est enim idem terræ & mundi medium·Respondet hæc grauia moueri ad medium siue centrum quo centrum est mundi medium:& non quo est terræ medium · probat hoc loco a contrario:nam contrariorum contrarii sunt motus loca|& rationes mouendi & locādi·sed leuia & ignis mouentur ad extremum locum mundi : quatenus est extremus mundi locus · igitur & terra & eius partes mouebuntur ad centrum quod est mundi medium ·Aueroes uero aliter probat quia si terra moueretur ad medium mundi non quidem quo medium est mundi: sed quo est terræ:tunc ignis deberet moueri ad circumferentiam terræ·consequens est falsum·consequentia uero tenet:nam cum ignis & terra sint contraria:locus ad quæm mouetur|ignis debet esse contrarius loco ad quæm mouetur terra· & ita si terra mouetur ad centrum ut est mediū terræ·ignis debet moueri ad circumferentiam ut est terræ·opposita namq; debent esse circa idem·centrum enim ut medium terræ non opponitur circumferentiæ ut est mundi:quia mundus & terra non sunt idem·igitur opponitur ad circumferentiam ut est eiusdem terræ·Hæc Aueroes & bene·

Quæ Auero· com·xcix·


Accidit autem idem medium esse terræ ac uniuersi:quo fit ut ferantur etiam pondera ipsa ad medium terræ:sed per accidens:quatenus terra medium suum habet in ipso uniuersi medio·

Expositio· Posses fortasse obicere utrum particulæ terræ aliquo modo dici possint moueri ad centrum siue ad medium terræ·Cui Aristoteles Respondet per accidens particulas terræ posse dici moueri ad medium terræ·Dico per accidens:quatenus accidit unum & idem esse medium terræ & mundi·Addit & Aueroes bonam rationem:dicens hoc esse quia ad eundem locum partes & totum mouentur·at tota terra non ad medium mouetur|quatenus est medium terræ:quia sic aliter posset terra moueri:sed quatenus est medium mundi·igitur & particulæ eodem modo mouebunt ad medium mundi:non ea ratione:qua est terræ medium|sed medium simpliciter·

Quæ Auero· com·c·

Ferri autem grauia & ad ipsius terræ medium:signū est·quia grauia quæ ad hanc feruntur:non æquidistantia feruntur:sed ad similes angulos procumbunt·quare ad unum medium terræ uniuersiq; feruntur·

Expositio·



Sumpsit particulas terræ ferri ad mediū terræ quatenus medium illud est mundi · & hoc probat a signo:quia omnes particulæ terræ si essent extra centrum ut in a b c d circumferentia : non æquidistantes feruntur ueluti per lineas parallelas: sed ad similes angulos procubunt : ex parte quidem circumferentiæ| ad angulos rectos ex parte uero centri m: ad angulum acutum·igitur omnes ad unū tendunt punctum·

Patet igitur terram necessario in medio esse: atq; imobilem · Tum ob eas quas diximus causas · Tum quia pondera quæ ui sursum

iaciuntur

iaciuntur ad amussim in idem rursus redeunt:& si in infinitum uis illa iaciat·patet igitur ex iis neq; moueri terram;neq; extra medium collocari·

Quæ probata sunt:nunc epylogat·Sed contra illam hypotheticam occurres:'quia uidetur non ualere si proiceret uirtus terram in infinitum sursum:illa in eundem locum rediret:quia si proice ret in infinitum:nunq̄ motus cessaret petere locum sursum·igitur nunq̄ rediret·Dici potest Ari stotelem per infinitum intellexisse per infinitum:spatium ultra spatium mundi·uel forte conse quentia est bona:quia ex illo concesso sequitur utrunq; uidelicet reddire: quia graue· & non re dire:quia proicitur in infinitum· Expositio·

Adhæc causa quietis ex iis quæ dicta sunt patet·Nam si apta est ad medium undi q; sui natura ferri·ueluti apparet:& ignis a medio ad extremum rursus:impossibi le est quamuis ipsius particulam e medio ferri:ui non illata · quippe cum una est unius latio & simplicis simplex;& non contrariæ·at ea quæ a medio ei quæ in me dium latio est contraria·

Ex dictis concludit causam quietis terræ:& primo de partibus terræ · Secundo de tota terra·& de partibus uult terram ob eam causam esse in medio quiescentem: ob quam naturaliter est ap ta ad medium moueri·Mouetur autem unaqueq; particula ad medium sui natura uel sui forma· igitur & in medio quiescit sui natura uel sui forma·non enim ut dicit idem ob eandem naturam contrariis lationibus est aptum moueri:uidelicet latione a medio : & latione ad medium : quia hæ sunt contrariæ:& nihil contrariis motibus ferri potest sui ipsius natura· quippe cum una est unius latio/& simplicis simplex·ut in libro primo est prolixe disputatum· Sic igitur particulæ quiescunt in medio sui natura:ueluti in medium mouentur sui natura·Et syllogismus litteræ es se potest illic unumquodq; eo quiescit quo mouetur· Sed particulæ grauis sui natura mouentur ad medium·igitur particulæ grauis sui natura quiescunt in medium· Expositio·

Si igitur quamuis particulam ferri non potest e medio:patet etiam magis fieri nō posse ut ex eodem uniuersa feratur·quippe cum eo totum sit aptum ferri : & quo & pars sit apta ferri · quare si nec a superioribus uiribus moueri potest; in medio profecto manere ipsam necessarium est·

Hactenus q; particulæ terræ in medio quiescant sui natura ex dictis conclusit: nunc de tota ter ra idem infert dicens/si igitur quamuis particulam ferri non potest a medio : patet etiam magis fieri non posse ut ex eodem uniuersa feratur:quod probat·d·quippe cum eo totum sit aptum fer ri:quo & pars sit apta ferri·propterea concludit:quare si nec a superioribus uiribus moueri pōt; in medio profecto manere ipsam necessarium est·dixit nec a superioribus uiribus : quia ut dicit in libro de causa motus animalium:si omnes dii omnesq; deæ uellent mouere terram : non pos sent:nisi facerent cœlum quiescere·Aueroes uero textum aliter intelligere uidet:uult enim Ari stotelem probasse terram quiescere in medio per hoc signū:quia partes quiescunt in medio:quæ expositio stare non potest:quia Aristoteles primo assignauit causam quietis in partibus terræ: per hoc quia sua natura sunt aptæ moueri·Secundo assignauit causam quietis totius terræ p hoc quia una est ratio totius & partis & in mouendo & inquiescendo:ideo expositio Auerois non fa cit ad uerba Aristotelis·Circa uero formam syllogismi laborat Aueroes:ideo pro intellectu eoꝝ quæ dicit debes scire/Aueroem uelle ex textu Aristotelis duos posse confici syllogismos:primus est si partes terræ undiq; sui natura feruntur ad medium mundi:terra per eius naturam quiescit in medio:& tunc posito antecedente:sequitur positio consequentis · Secundus syllogismus est si ignis mouetur sui ipsius natura ad circumferentiam:terra naturaliter & sui natura quiescit i me dio:& iterum ut supra ponatur antecedens:& sequitur positio consequentis:uult igitur Aueroes Aristotelem accepisse unum antecedens copulatum ex illis ambobus antecedētibus:ex quo po stea dedit consequens intentum hoc modo/si terra omni ex parte ad medium & ignis omni ex parte ad circumferentiam fertur:terra ipsa quiescit sui natura in medio uniuersi·at ponatur totuꝫ antecedens:& sequetur conclusio dicta:& sic syllogismum Aueroes uoluit esse formādum·The mistius autem uoluit syllogismum esse formandum per antecedens simplex non copulatū·Nā illud quod Aristoteles dixit de igne uoluit esse exemplum:& non habere uim rationis· quamq; Aueroes dicat illud quod Alexander dicitur de igne esse ab errore translatoris/credens illud nō reperiri in codicibus græcis : & quia hoc uidetur temerariū/qui enim debet a textu demere uel/ Expositio· Quæ Auero· com·cii· Confu · dicti Auero· De sylli forā

addere/debet uidere librum in fonte:propterea se ipsum corrigens redit ad primam expositionē Quæ res est non imperita· Occurres forte quia in textu uidentur propositiones superfluæ: quarum prima est motus simplex est corporis simplicis · Secunda unus motus est unius corporis· Tertia & contrarii non sunt unius corporis· Hæc enim superfluæ uidentur· Innuit Aueroes solutionē has nō superfluere/sed esse utiles ad tria:primo ut habeatur terrā nō posse moueri nisi uno motu:secundo ut habeatur q. hæc corpora sint simplicia ueluti motus ipsorum· Tertio q. corpora sint contraria ueluti & ipsorum motus· Hæc Aueroes· Tertio ex uerbis Auerois colligitur duplex causa quietis uidelicet secundum formam:& secundum finem:quiescit enim terra in medio secundum formam quidem:quia sua natura & sua forma illic est apta quiescere· Secundum finem uero:quia nisi terra quiesceret/cœlum nō moueretur/ ut igitur cœlum moueatur:ideo terra quiescit omne enim quod mouetur indiget quiescente· quærit postea utrum possit assignari causa secundum agens:& respondet q. sic & hanc uult esse æquidistantiam a circumferentia cœli·est·n· æquidistantia causa frigiditatis/ frigiditas uero causa grauitatis:grauitas autem causa quietis : & sic æquidistantia dari potest ut causa effectiua:quod ueteres uoluerunt dicere : licet per fallatiam secundum quid & simpliciter:& per fallatiam accidentis decipiebantur· assignari igitur possunt quieti terræ tres causæ una quidem ut finis uidelicet ob id quod cœlum mouetur· alia ut forma: uidelicet quia graue· Tertia ut agens uidelicet quia æquidistat· unde themistius uult Aristotelē uerum dixisse/sed sine ratione· ueteres autem & uerum & cum ratione· contra obicit Aueroes q. non est uerum q. æquidistantia sit causa quietis:simpliciter:sed per accidens/siue secundum quid Amplius dato q. sit causa perse:non est causa perse:nisi remota:pro quāto est causa grauitatis : & sic non recte sentit themistius· Sed adhuc occurres primo quia terra est perpetua/ & grauitas est perpetua/igitur æquidistantia non est causa effectrix quietis terræ perpetuæ · Secundo æquidistantia est dimensio:& dimensio non est de principiis actiuis· igitur nō potest esse causa ut agēs· Respondet Aueroes q. æquidistantia non est causa effectrix:sed conseruans effectiue:quia terra non est genita secundum totum licet forte respectu partium possit esse causa effectrix/quia terra est generalis secundum partes:& ita de nouo quiescibilis· ad secundam Respondet æquidistantiam non esse causam grauitatis & quietis quatenus quantitas : sed quatenus est medium motus circularis & pro quanto facit terram distare a causis calefacientibus cœlestibus · Hæc colligunē

Dubi· prima ex cōmento & satis acute· Sed circa hæc emergit prima dubitatio utrum grauitas sit causa formalis quietis terræ· & arguitur primo q. non:quoniam priuationis nihil est causa ut forma· sed quies est priuatio· igitur illius nulla est causa ut forma· Secundo una forma nō est nisi unius sed grauitas est forma terræ· igitur non quietis terræ · Tertio forma & efficiens non in idem numero concidunt· xii· metha· com· xxxvi· Sed grauitas est causa agens motum & quietem· igitur nō forma q. grauitas sit causa agens motus & quietis uidetur· iiii· com· xxii· v· non est idem forma motus & quietis· pro Responsione debes scire q. dum dicitur grauitas est forma quietis uel motus intelligi potest dupliciter uno modo pro prima illius perfectione : quæ forma partis dicitur:& sic nec quietis/nec motus potest esse forma· Alio modo pro omni intrinseco alicui:a quo illud depēdet:quo medici dicunt calorem esse formam nutritionis:pro quanto est quid intrinsecum nutritioni:nutritionem intrinsece efficiens:& sic forma idem est / quod agens proximum & in actu· efficiens uero per excellentiam dicitur de extrinseco/& seperato· per hæc ad rationes patet solo: omnes enim concludunt grauitatem non esse formam primo modo· bene tamen esse potest forma secundo modo:quæ cum agente concidit· Secundo dubitatur utrum distantia a cœlo sit causa frigiditatis:& per consequens grauitatis· & uidetur q. non primo quia frigiditas est accidens essentiale ælemento· igitur consequens formam substantialem ælementorum ut dicitur· viii· physicorum com· iiii· Secundo tunc partes ignis essent graues aliquantulum ut illæ quæ sunt prope aerem:quia sunt aliquantulum a circumferentiæ ambitu remotæ · Defendi potest Aueroes per distinctionem frigiditatis & grauitatis positiuæ/& priuatiuæ:positiua enim frigiditas uel grauitas ælementaria proprietas est· priuatiua uero causatur per priuationem causarum calefacientiū Tunc ad primum patet solutio:frigiditas enim & grauitas positiue sumptæ sunt proprietates ælementariæ· & non priuatiue· Ad secundum concedo partes ipsius ignis inferas esse graues & frigidiores per priuationem causarum calefacientium & leuitantium· quæ tamē ælementarie nec graues sunt:nec frigidæ· Hæc pro defensione Auerois·

Solu·

ii· dubi·

Sol·

Astipulantur autem & his ea quæ a mathematicis sunt dicta circa astrologiam· apparentia enim accidunt mutatis figuris/quibus definitus est stellarum ordo/ pterea

pterea

pterea q terra in medio est collocata·de loco igitur deq quiete & motu terræ quo modo sese habent tot dicta sunt·

Debes scire ut Aueroes inquit q tres sunt cœli diametri:prima est a polo ad polum: quam philosophi longitudinem appellant:pœnes quam susperunt sursum & deorsum in cœlo·Secũda est ab ortu in occasum:quam dixerunt esse latitudinem:pœnes quam dextrum & sinistrum statuerunt·Tertia est a culmine diei ad imum noctis:quam altitudinem siue profunditatem collocarunt:pœnes quam ante & retro definierunt·Aristoteles igitur per testimonium astrologorum uult probare terram esse collocatam in puncto medio intersectionis harum diametrarum:quod medium centrum appelant græci·axem uero dicunt eam lineam quæ per centrum tale transiẽs utrisq aplurit polis·Ex iis Aristoteles uidetur declarare ut Aueroes ait terram esse in medio per obseruationem astrologorum/primo quia quælibet stella uidetur æqualis in quolibet cœli puncto·stella enim quæuis fixarum tantæ magnitudinis apparet si in ortu/ quantæ si in occasu:quãte si in culmine fuerit·Vbi autem terra eccentrica esset & ad alterum pũctorum magis apropinquaret:proculdubio stella appareret difformis & inæqualis·Secundo stellæ fixæ ascendunt præcise semper ab eadem terræ parte:& occidunt semper ad eandem terræ partem : qđ esse non posset/nisi terra esset in medio & fixa·Præterea non semper essent sex signa supra terram:& sex infra terram·Tertio a figuris stellarum:cuiusmodi sunt aspectus ut triangulus/sexangulus/quadrãgulus/& diameter/Amplius & cum his eclipsis·nisi enim terra esset præcise in medio diametrorum tales aspectus & maxime eclipses non essent secundum regulas astrologorum·Ex iis omnibus concludit Aristoteles terram esse in medio·Inquit astipulantur autem & his ea quæ a mathematicis sunt dicta circa astrologiam·apparentia enim accidunt circa ortũ & occasum & ascenfiones/atq aspectus mutatis figuris & aspectibus/quibus definitus est stellarum ordo propterea q terra in medio est collocata·demum epylogat· Quæ Auero. com·ciii·

Figuram autem rotundam ipsam habere necessarium est·unaquęq enim partium ad usq medium pondus habet·& minor a maiori pulsa non potest egredi·sed præmitur potius·& alia alii cædit donec ad medium ipsum perueniat·

Nunc de terræ figura:& primo præmictit conclusionem dicens figuram autem rotundam ipsã habere necessarium est:hæc est conclusio·Syllogizat hoc sic omne corpus cuius partes circumferentiales æqualiter tendunt ad medium maiores minores comprimendo:est rotundum·sed terra est huiusmodi igitur terra est rotunda·de ratione tangit minorem / & inquit unaquęq enim partium ad usq medium pondus habet/& minor a maiori pulsa non potest egredi ueluti fit in unda : ubi una aqua comprimit aliam : per quam compræssionem illa intumescit ac egreditur·sed præmitur potius/& alia alii cædit donec ad medium ipsum perueniat·Hæc est minoris uis· Expositio·

Oportet autem intelligere id quod dicitur perinde accidere atq si terra fieret : eo modo perfecte quo etiam naturalium quidam ipsam protulerunt ortum esse·Verum illi quidem lationis quæ fit deorsum uiolentiam causam esse asserunt·Melius autem est ueritatem ponere·atq hoc ideo accidere dicere·quia natura habet id quod pondus habet ad ipsum medium ferri·Cum igitur ea quæ segregabantur potestate congeries assent:undiq similiter ad ipsum medium ferebantur·siue igitur similiter ab extremis partes diuisæ ad medium sint congregatæ·siue alio modo sese habentes·Idem facient·

Soluit per hæc Aristoteles contra se cauillum:nam obiciet quispiam terra est perpetua·igiẽ nulla pars alteram compræssit:& ita ipsa terra per eiusmodi compressionem non uidetur consequi rotunditatem·perpetui enim nulla potest assignari causa·Respondet q hoc intelligi oportet hypothetice ac si genita esset terra ut ueteres dixerunt·est tamen aliqua differentia: quia ueteres dixerunt terram fuisse motam ad medium ui atq expulsione·nos uero peripatetici natura·Inquit oportet autem intelligere id quod dicitur perinde accidere atq si terra fieret uel genita esset:eo profecto modo quo etiam naturalium quidam ipsam ortam esse protulerunt:addit tamen differentiam/& inquit uerum illi quidem lationis quæ fit deorsum uiolentiam causam esse asserunt uidelicet ui conuersionis pellentis ad medium ut dixit empedocles·Melius autem est ueritatem ponere ut nos ponimus/atq hoc ideo accidere dicere/quia natura habet id quod pondus habet ad ipsum medium ferri·Ex iis repetit conclusionem & inquit cum igitur ea quæ de terra segrega Expositio·

bantur uel segregata erant & disseminata per circumferentiam coeli potestate congeries essent/ siue congregabilia essent in medio: propter hoc undiq; similiter ad ipsum medium ferebantur. & quia posset aliquis dicere non similiter ferri ad medium: propterea quia ex una parte possunt eẽ plures q̃ ex alia: ueluti ex parte ortus plures possunt esse partes terræ q̃ ex parte occasus: quo casu non similiter congregarentur: adiecit respondendo siue igitur similiter ab extremis partes diuisæ ad medium sint congregatæ/ siue alio modo sese habentes / hoc est plures in una parte q̃ in alia/ idem facient. Nam semper grauius præmit minus graue/ donec superficies terræ rotunda fiat circa medium. & sic hoc nõ refert ad rationem dictam. Digreditur autem Aueroes hic satis ad propositum/ nam themistius repræhendit Aristotelem arguebat enim sic terram esse rotundam est necessarium/ & terram & mundum esse generabiles est impossibile. igitur terram esse rotundam non debet declarari per tale impossibile. Respõdet Aueroes & satis perite q. terra potest cõsiderari quatenus corpus compositum ex materia & forma. & quatenus unum ælementum mũdi. & quatenus ælementum mundi adhuc dupliciter & quo ad partes: & quo ad rationem toti?. Tunc dicit Aueroes q. terra est generabilis & corruptibilis ea ratione qua corpus compositũ ex materia & forma. Amplius si consideretur ratione qua ælemẽtum/ est generabile ea ratione qua partes habet: non autem ratione qua totum: quia ælementa est secundum partes generabilia/ nõ autem secũdum totum. ad propositum Aristoteles utitẽ eiusmodi ex ea parte qua possibilia sunt: & non ex ea parte qua impossibilia sunt. hæc ad questionem. Confirmat solutionem primo authoritate platonis & Aristotelis: quia plato & Aristoteles utuntur talibus propositionibus. Aristoteles enim. viii. physicorum ait q. motus circularis est prior natura coeteris. quia eo remoto/ tolluntur & coeteri/ & non econtra. Amplius. iiii. physicorum ponit motum esse natura priorem tempore: quoniam cum remouetur motus: etiam tempus remouetur. & propterea concludit q. ordo prioris ad posterius secundum naturam est tam in æternis q̃ in generabilibus/ licet in generabilibus id sit mãifestius/ propterea primo ordinem illum in generabilibus intelligimus/ & postea per rationem cõmunem utrisq; generibus intelligimus ordinem illum in æternis. Secundo idem declarat Aueroes loco a simili/ nam ordo causæ & causati est in utroq; generẽ: sed ingerabili quidem necessarius hypothetice utpote si causa ponitur. In generabilibus enim posita causa ponitur effectus/ & ea remota remouetur effectus. In æternis uero ordo est necessarius categorice atq; absolute/ quia & causa & effectus necessario ponũtur. Ex iis patet solutio q. Aristoteles supposuit terram esse genitam ut sermo esset manifestior: & cũ hoc est possibile dupliciter & ex parte qua corpus est compositum ex materia & forma: & secundum partes. Colligit tandem Aueroes fundamentum Aristotelis & quasi formam syllogismi: quo utitur in textu & ponit talem regulam qualis ordo est inter aliqua/ si sint generabilia: talis est inter ea si sint æterna sed in terra si esset genita/ partes mouentur pari uelocitate ad punctum medium faciendo figuram rotũdam. igitur & modo cum sit perpetua. declaratur exemplo de domo: ut si esset domus æterna necessario causæ eius ut lapides & lateres essent æternæ. Ex iis quæ in hoc cõmento dixit Aueroes colligitur intellectus propositionis Aristotelis uidelicet omne prius natura alio potest esse sine suo posteriori: intelligitur enim aut in se/ aut in suo simili specie uel genere: quo modo ordo naturæ esse potest in æternis. causa enim in illis esse potest sine causato saltem in suo simili genere uidelicet in generabilibus. Sed hæc q̃ Auero. dixit/ non apparent necessaria/ primo quo ad formã syllogismi secundum enim Aueroem ratio textus debet sic componi omne corpus cuius partes omnes naturaliter & æqualiter tendunt ad medium est rotundum. sed contingit terram esse corp? cuius partes tendunt æqualiter natura ad punctum medium igitur terra est rotunda. modo hæc ratio est ex maiore de necessario & minore de contingenti/ igitur conclusio est uel de contingẽti uel de inesse ut fuit declaratum in libro priorum ab Aristotele/ & est coniugatio imperfecta egẽs deductione ad impossibile. & ita Aueroes per hanc suam responsionem debilitat formam syllogismi Aristotelis: licet respondeat ad materiam. Secundo uidetur aliud Auerois dictum obscurũ ait enim ordinem similem esse in æternis & generabilibus. quod uidetur falsum. primo extrema ordinis eternorũ sunt alterius rationis ab extremis ordinis gñabilium: qm̃ æterno & generabili nihil est cõmune uniuocum. igitur ordo non potest esse eiusdem rationis in utrisq;. Secundo si esset similis ordo in utrisq; / cum ordo naturæ apud Aueroem hic sit cum tempore. igitur perpetua essent in tempore: cuius oppositum dicitur quarto physicorum. Adhæc dici potest defendẽdo Aueroem ad primam dici potest q. minor est de contingenti plerumq; / & hoc modo cũ una necessaria potest infere unam etiam necessariam. Nam licet ex maiore necessaria / & minore de contingenti ad utrumq; non sequatur conclusio necessaria: tamen ex maiore necessaria & minore de

Quæ Auero. com. clili.

Dubi.

re de contingenti plerumq; bene potest sequi conclusio necessaria:ut in proposito·Sed forte dici potest syllogismum habere non debere formari sic mistim ex una necessaria & altera de cōtingenti·sed ut diximus in littera·ad secundum dici potest q. causa & causatū in æternis & generabilibus sunt eiusdem rationis uniuoce in ratione methaphysica·non autem in ratione physica :ratio enim methaphysica est ratio causæ ut causa·ratio physica est ratio causæ ut per transmutationem causat:& sic ordo potest esse uniuocus in causa & causato æternis:& generabilibus·dico uniuocus in ratione methaphysica|non autem in ratione physica· Hæc pro Aueroes·

Perspicuum igitur est id quod omni ex parte similiter ad medium fertur·Similem necessario omni ex parte molem habere·nam si undiq; æque fiat additio·æque extremum a medio distare necessarium est·Hæc autem figura rotunda est·

Aueroes uelle uidetur q. cum Aristoteles probasset partes terræ esse rotundas: nunc idem probat de tota terra·Quod non placet:nec textui conuenit·Melius igitur uidetur nunc Aristoteles probare maiorem·erat enim maior hæc omne corpus cuius partes æqualiter tendunt ad mediū est rotundum·& q. ita sit:patet:inquit enim perspicuum igitur est id quod omni ex parte ad medium fertur|similem omni ex parte necessario molem habere·est hæc maior·probat hanc maiorem·d·nam si undiq; æque fiat additio|æque extremum a medio distare necesse est· Hæc autem figura rotunda est·Dicitur enim figura rotunda a cuius medio ad circumferentiam omnia extrema sunt æqualia:& sic patet maior·& Hæc expositio conuenit uerbis· Expositio.

Differt autem ad rationem nihil:& si partes ipsius non undiq; similiter ad ipsum medium concurrant·maior enim semper minorem quæ ante se est adusq; medium propellat necessarium est:ambabus adusq; medium momentum habentibus·& grauiore minus graue ad illud trudente·

Velle uidetur Aueroes Aristotelē soluere cauillum dictum|dicebatur enim rationem illā non habere locum|nisi ponendo terram generari·& ita uult Aueroes nihil referre ad rationem si terra non sit genita|modo partes maiores propellant minores ad pūctum medium·Sed hæc expositio non conuenit uerbis Aristotelis|ut intelligenti patet:propterea Aristoteles uidetur soluere alium cauillum:quem etiam prius tetigit raptim uidelicet q. non ualet dicta ratio: quia supponit partes terræ omni ex parte esse æquales æqualiter pulsas:posset enim dici q. non sunt æquales:nam esset possibile intelligere plures esse ex parte ortus q̄ ex parte occasus|& plures esse ex parte culminis:q̄ imi terræ·& ita non æqualiter undiq; concurrerent·Respondet differt autem ad rationem nihil:& si partes ipsius non undiq; similiter ad ipsum medium concurrant: sed ex una parte plures|ex alia pauciores·cuius causam exponit·d·Maior enim semper minorem quæ ante se est adusq; medium propellat necesse est:ambabus adusq; medium habentibus momentum quod grece est ropes|latine inclinatio:& grauiore trudente usq; ad medium minus graue: iis enim duobus stantibus|non refert ad rationem·Siue enim plures siue pauciores terræ partes sint ex una parte cœli q̄ ex alia:ad rationem refert nihil·modo maius graue & minus graue habeant inclinationem ad medium:& maius tradunt minus· Expositio.

Quod enim quispiam addubitauerit:eandem habet cum iis solutionem · Si enim cum terra ipsa est in medio atq; rotūda:sibi ex altero hemisphærio multiplex adiiciatur pondus:non erit idem totius & terræ medium · quare aut non manebit in medio:aut si quiescit:cum & medium non optineat·apta erit etiam nunc moueri·

Dubitat Aristoteles contra dicta:dictum est enim terram esse rotundam & in medio:contra ponatur q. terra sit rotunda & illo modo situata & per casum sibi ex altero hemisphærio siue subterraneo siue superterraneo adiiciatur multiplex pondus: tunc certum est medium terræ pro tunc non esse præcise medium mundi:erit igitur dubium utrum terra quiescet secundum illam situationem:aut non·si sic:tunc non erit in medio situata:quod est contra declarata· si non quiescit: igitur mouebitur:& ita non erit naturaliter immobilis·quo uero ad uerba attinet dixit multiplex pondus|ad differentiam montium:qui licet essent plures ex parte unius hemisphærii q̄ alterius:non tollit res hæc propositum·quia sunt parui & paruum pondus addunt· Expositio.

Quod igitur addubitatur:hoc est·at tamen non est difficile uidere si parum considerauerimus·atq; distinxerim9 quo modo censemus quantamuis magnitudinem

pondus habentem ad ipsum medium ferri. perspicuum enim est non quousq; extremum centrum ipsum tangat: Sed maior pars exuperat: quousq; suo medio medium sumat. hucusq; enim momentum habet.

Expositio. Soluit dubitationem & concedit terram moueri non simpliciter secundum totum/ uidelicet dimictendo centrum secundum se & quodlibet sui: sed secundum quid tam diu q̃ diu medium terrae efficitur medium mundi. & hoc inquit quod igitur addubitatur: hoc est. at non est difficile uidere si parum considerauerimus: atq; distinxerimus: quomodo censemus quantamuis magnitudinem pondus habentem ad ipsum medium ferri: & tunc respondet & inquit perspicuum. n. est non quousq; extremum centrum ipsum tangat/ supple moueri: quia sic moueretur extra medium: sed quousq; maior pars exuperat minorem: quod fit quousq; suo medio medium mundi sumat. hoc est sed quousq; medium terrae efficitur medium mundi: hucusq; enim momentum ac inclinationem habet: post q̃ uero medium terrae est medium mundi: tunc mox quiescit.

Differt igitur hoc nihil de glebba & quauis parte: an de tota terra dicatur. nō. n. ob paruitatem aut magnitudinem illud accidens dictum est: sed de omni eo quod ad medium momentum habet. Quare siue tota. siue per partes alicunde ipsa feratur: eatenus ferri necesse est quatenus similiter undiq; medium occupauerit adaequatis minoribus a maioribus momenti perpulsione.

Expositio. Posses forte dicere dictam solutionem benevalere de partibus terrae: nō autem de tota terra. cui respondet. d. differt igitur hoc nihil de gleba & quauis parte/ an de tota terra dicatur. non enim ob paruitatem aut magnitudinem illud accidens dictum est: quia licet differunt quo ad molem non tamen differunt quo ad naturam intrinsecam. & propterea de omni eo intelligitur: q̃d momentum siue inclinationem habet. propterea concludit: quare siue tota siue per partes alicunde ipsa feratur: eatenus ferri necesse est: quatenus similiter undiq; medium mundi occupauerit: q̃d fit profecto quando maiora minoribus propulsione momenti & inclinationis aequantur: hoc

De motu terrae. enim facto: mox quiescit. Ex iis colligitur non esse impossibile terram moueri. Sed occurres/ si terra mouetur: tunc coelum quiesceret/ omne eni[m] quod mouetur indiget quiescente: & propterea si terra mouetur. coelum non potest moueri: nullum enim esset quiescens: quo egeret praeter terram. Secundo dictum est terram esse simpliciter inmobilem. dici potest terram esse mobilem secundum partes/ non autem secundum totum: non enim tota terra relinquit medium mundi: sed secundum partes quaelibet pars potest relinquere medium mundi: nunq̃ tamen tota: & sic sufficit ad motum coeli saluandum. Imo dicunt iuniores continuo terram moueri secundū partes: quoniam continuo terra ex una parte crescit/ & alia decrescit: & sic continuo medium eius se facit in medio mundi. Praeterea partes centrales appetunt corrumpi. igitur oportet terram moueri ut partes illae ueniant ad locum corruptionis. Sed circa haec quaeres quo modo si terrae adderetur aliquid ponderis magni: ipsa efficeretur in medio mundi. Respondet Aueroes ex uerbis textus: & inquit hoc fieri quatenus pars maior expellit minorem donec centrum tocius aggregati fiat centrum mundi. & tota terra sphaerica relinquatur. & haec uidetur Aristoteles intentio: inquit enim Sed maior pars exuperat: quousq; suo medio medium sumat. Et sic uidetur q. terra sit rotunda propterea quia partes maiores circumferentiales comprimunt partes minores centrales. Vnde Aueroes perlibrando uerba Aristotelis ait eum dixisse hoc/ id est maiores comprimere minores tam diu q̃ diu medium terrae fit mundi medium: & q̃ diu figura terrae fit sphaerica: quia erant duae dubitationes altera de terrae sphaericitate: Altera de medio terrae quomodo est in medio mundi. has igitur ambas Aristoteles persoluit uno uerbo/ dicens fieri terram sphaericā & eius medium/ medium mundi: quia maiores partes compellunt minores ad centrum. Sed occurres quia si partes maiores compellunt minores: tunc terra in sua regione grauitaret: praeterea partes centrales non mouerentur ad centrum nisi compulsae: & ita non naturali ratione. Insuper centrales partes sunt grauiores: igitur ad centrum naturalius mouentur: q̃ circumferentiales: & ita non compulsae mouebuntur: Aueroes (ut mihi uidetur) induit Solutionē quandā: illud fieri ad imaginationem: ait enim quoniam cum imaginati fuerimus q. additum fuit supra sphaeram terrae quasi eius medietas: tunc figura terrae non erit sphaerica: neq; medium eius erit mediū mundi. Cum ergo positum fuerit q. maior pars constringit mediā & minorem quousq; congregatio duarum partium perueniat ad mediū tocius: & descendat superior pars magnitudinis congregatae ad locum inferiorem: necesse est ut illud quod congregatur ex duabus partibus sit in

Quae Auero. com. cvii.

Dubi. opti.

Aueroes sol.

figura sphærica:& q medium eius ueniat ad medium totius. Hæc Aueroes: ex quibus uelle ui/detur compræssionem illam non esse realem: sed ad imaginationem; dato q maior pars terræ ponatur supra minorem: hoc enim non est in re: quia nunq maior pars posita est supra minoré: & ita uidetur imaginarium totum illud: quibus patet sol'ad dubitatiões. Hæc sol' si est bona uel non: considera. Ego dicerem compelli esse dupliciter per se: & per accidens. illud compellitur p se: quod resistit compellenti: nunq enim compulsio propria fit: nisi quando est accio & resisten/tia: & hæc non potest esse in casu: ut rationes cogunt. Alia est compulsio per accidés; quo modo dicimus brachium compelli ad motum corporis: quia animali ipso moto: brachium: quod est il lius pars mouetur: & sic brachium compellitur a corpore animalis: & hoc pacto est in proposito: maior enim pars terræ si adderetur: compelleret minorem præiacétem: quia illa maior pars mo ueretur ad medium per se: & minor moueretur per accidés ad motum illius: & hoc pacto illa mi/nor compelli diceretur. & fortasse hoc sentit Aueroes cum inquit ponatur ergo q supra terram sit additum quasi eius medietas ex aliqua partium orbis uel mundi. Verbi causa ex parte orien tis sit addita una: & ex parte occidentis sit addita altera: necesse est enim tunc ut illud quod con gregatur ex medietate orientali: & medietate occidentali uincat medietatem præiacentem: ita ut totum aggregatum ex tribus illis partibus locetur in medio mundi: & sit sphæricum. Tu ue/ro considera melius. Alia sol'

Siue igitur facta est: necessarium est factam esse hoc modo. Quare manifestũ est sphæricam esse generationem ipsius. Siue ingenita semper manens: eodem modo se habere: quo quidem q̃uis si orta esset: primum orta fuisset. Et secũdum hanc igi/tur rationem: necessarium est esse sphæricam eius figuram.


Sed remouet aliam dubitationem/ut recte expositor ait: quia posset dici rationem tactam habe/re locũ supposita gñe terræ: quam Aristo. non tenet in toto: sed s̃m partes tñ. Rñdet Arist. siue igit̃ facta est terra: ut antiq arbitrant̃: necessariũ est ipsam esse factã hoc mõ quo diximus; uz q partes pulsæ a partibus mũdi maiores compellũt minores ad centrũ. & pptérea cõcludit: quare manifestũ est: est sphæricã esse gñatioñé ipsius. tãgit aliud mébrũ s̃m pipateticos uerũ: & inqt si/ue ingenita semp manés est: ét necesse est eodé mõ se hr̃e/quo qdem q̃uis si orta esset: primũ orta fuisset. i. necesse est eodé mõ se hr̃e ac si orta esset. Illud. n. (ut inqt expositor) qd nõ est gñatum: oz eo mõ se hr̃e: quo se hr̃et si esset gñatũ: eodé. n. mõ album disgregaret uisum si eét factũ: & si es set æternũ. quia pprium nõ gñationé: sed eẽntiã cõsequit̃. Modo sphæricũ esse ur̃ quasi pprium terræ: & ita siue terra sit facta siue æterna: sphærica erit sua nã. Tũc epylogat rõné: & inqt s̃m hanc igit̃ rõné necessariũ est esse sphæricã eius figurã. Sed occurres: qa non ur̃ æternũ & corrup tibile habere easdem affectiones. Nam ubi aial esset æternũ: nõ eét ægrotabile. nũc aũt qa mor tale: est ægrotabile. Præterea ubi aial esset æternũ: nõ esset augumẽtabile: nũc aũt qa corruptibi le: est augumẽtabile. & aliis rõibus põt instari: induit sol' simplici⁹ in uerbis suis: uult. n. easdé eé æterni & morticini affectiones: quæ non indiuiduas secunt̃ conditiones: sed spẽi. Tu uero lege uerba eius. Aue. aũt ait si igit̃ terra nõ fuit generata: sed semp fuit in ista dispõe: quã haberet cum cõpleta esset/si esset gñata: manifestũ est q figura ei⁹ est sphærica: pp cãm quã diximus: cũ nulla sit dr̃a siue fuerit gñata: siue fuerit æterna: nulla supple dr̃a quãtum ad necessitaté consecutionis cãæ/& causati. Nam siue terra sit æterna: siue facta: semp necessario sequit̃ ipsam esse sphæricam. qa terra s̃m eius essentiã est cã sphæricitatis. Quo uero ad uerba attinet/ait Aristo. Necessarium est esse factã hoc mõ. Hoc mõ: ut Aue. ait qa cũ gñatio terræ fuerit cõpleta: ut quidã aiunt: terra ipsa erit sphærica. uel aliter põt intelligi/ut dicit Aue. Hoc mõ. Videlicet q cũ gñatio terræ fue/rit cõpleta: & ipsa fuerit mota hoc mõ uz q partes maiores cõpellant minores: tũc terra ipsa relin quet̃ sphærica. & qa in trãslationib⁹ arabicis reperit̃ sic. Et si ita sit: manifestũ est q locus terræ é sphæricus. Auero. p locũ: intelligit cõcauũ aquæ: & tũc expõit dupl'r uerba illa. Si ita sic: primo modo si ita sit q terra generetur: nam si terra generatur: sequitur concauum aquæ: quod est locus terræ: esse sphæricum. Secundo modo si ita sit q maiores partes compellant minores: sequitur enim si maiores minores compellant concauum aquæ uel eius superficiem cõcauam etiam quæ terram continet: esse sphæricum. Hæc Auero. Quæ sunt/ut mihi uidetur/superflua: nã hæc uer/ba non habentur in græcis codicibus: ideo consideratio hæc nulla est. Expositio. Dubitatio. Sol' Quæ Aue. Verborũ cõsideratio.

Et quoniam omnia grauia similes ad angulos: sed non æquidistantia feruntur. Hoc autem aptum est ad id quod natura sphæricum est. Aut igitur est sphærica; Aequidistantia parallella

aut natura sphærica· Vnumquodq; auté tale esse dicere oportet:quale natura uult esse:& quod est:sed non quod uiolentia,& præter naturam est·

Expositio· Nunc ponit aliam rationem:& syllogismus est:omne corpus cuius partes ad consimiles angulos feruntur:& non parallellæ:est sphæricum·terra est corpus cuius partes graues omnes feruntur ad similes angulos:& non parallellæ igitur est sphærica·continuetur igitur sic textus : & secundum hanc igitur rationem:supple quæ procedit per hoc q. maiores partes comprimunt minores:necessarium est dicere eius figuram esse sphæricam:& etiam supple quoniam omnia grauia similes ad angulos & non æquidistantia feruntur:quæ sunt partes terræ·hæc est minor·Deinde tangit maiorem & inquit hoc autem aptum est ad id quod natura sphæricum est·est igitur maior:corpus cuius partes feruntur ad similes angulos:est sphæricum per naturam · Concludit conclusionem,& inquit aut igitur est sphærica:aut natura sphærica · apposuit autem hoc,ut expositor recte sentit:propter tumorositates montium:& uallium concauitates ; quæ uidentur rotunditatem terræ impedire:sed huiusmodi sunt ex aliis causis accidentalibus uel uiolentis:& licet ita sit:tamen unumquodq; tale esse dicere oportet ac denominare:quale uel quod natura uult esse:& quod est supple pro maiori parte: nam tumorositates montium & concauitates uallium non habent aliquam quantitatem notabilem in comparatione ad totam terram·Sic igitur denominanda est terra pro eo quo est secundum naturam,& pro maiori parte:& non pro eo quod est uiolentia & præter naturam:uel pro minori parte:fortasse enim Tumorositates montium:& cōcauitates uallium terræ non insunt per naturam:sed ex uiolentis causis : & præter naturam : ut docuit Aristoteles in libris meteororum·igitur terra est dicenda sphærica:quatenus est talis pro maiori parte:uel quatenus est talis magis per naturam:& hæc est conclusio·Quo uero ad uerba attinet:per similes angulos Aristoteles intelligit angulos rectos quos grauia faciunt:cum descendunt ad centrum· & hoc uidetur uelle Aueroes quum inquit,propter causam quam diximus scilicet q. omnes partes terræ descendunt consimiliter ad medium id est quia apud centrum faciunt angulos æquales· Vnde expositor idem dicens exponit secūdum rectos angulos:quos facit linea recta per quam est motus corporis grauis cum linea contingenti terram · Vnde angulus b o c rectus consimilis est angulo h g o : & cæteris omnibus: omnes enim sunt recti ad centrum o : quoniam grauia nō stant firmiter super terram nisi secundum lineam perpendicularem· Aliter etiam Aueroes expositionēs subscribit cum descendunt a locis in superiori circumferentia:Inter quæ sunt arcus æquales : & ita per angulos similes intelligit angulos respicientes arcus consimiles circulorum:quorum centrum est centrum mūdi·Nam arcus a b est similis arcui b c : & cæteris:qui causantur ex hoc q. grauia mouentur a circumferentia a b c d e f g h Circa centrum o · & utroq; modo bene dicitur· Præterea dicitur in textu arabico·Propter sermonem quæm diximus · Et in codicibus græcis dicitur:Et secundum hanc igitur rationem·Et hoc Aueroes dupliciter intelligit,uno modo propter sermonem quæm diximus de motu grauium:nam omnia grauia petunt unum punctum:igitur tota terra est sphærica·& per uerba illa in quibus dicit·Et qa corpora grauia·In suo textu:& in nostro·Et quoniam omnia grauia:Intelligit quia mouentur ad medium consimiliter:& sic sunt duæ causæ sphæricitatis terræ:altera quia omnia grauia petunt unum punctum· Altera quia mouentur ad consimiles angulos· Aliter exponit intelligens per sermonem quæm diximus idest rationem proximam quæ processit per alias conditiones motus grauium quas dedit in descensu earum ad medium absq; descensu etiam eorum secundum angulos æquales·ratio enim proxima,ut recte diuus expræror ait processit ex specie partium eius:quia per hoc q. maiores compellunt minores·Hæc secunda ratio accipitur ex figura motus partium terræ · & addit Aueroes hanc secundam rationem esse firmissimam:quoniam præcedens supponit generationē terræ uel secundum ueritatem:uel secundum imaginationem·Hæc autem ratio procedit ex simpliciter notis·In translationibus arabicis legitur·Et hoc est signum · Et reliqua · & Aueroes ait hoc signum esse potissimam rationem:quia conuertitur cum causa·grauia enim mouentur ad similes angulos:quia terra est suapte natura sphærica: & quia terra est suapte natura sphærica: grauia mouentur ad similes angulos : hæc enim conuersio est quia sphærica figura est terræ naturalis·

Quæ Auero. com·viii·



Dubi. Sed occurres quoniam figura ælementis inest accidentaliter : ut docuit Auero·

In hoc secundo cõmentis·xxii·&·xxvi·At hic Aristoteles uoluit sphæricam figuram in esse terræ naturaliter·Præterea tertio huius cõmento·lxvii·dicitur ælementa nullam sibi limitare figuram: hic autem dicitur sphæricam figuram esse terræ naturalem · Respondet Aueroes & inquit sed non oportet accipere hanc figuram|ut sit inseperabilis ab eius substantia : & necessaria in ea:& sic per naturale non intelligit inseperabile·cuius causam affert Aueroes dicens quoniã si ita esset:non seperaretur ab ea ista figura: sed seperata sphærica figura a terra corrumperetur terra per corruptionem suam idest ad corruptionem figuræ sphæricæ· sic igitur uult sphæricam figuram esse terræ naturalem|sed non inseperabilem·Sed obicit sibi : quia alibi uidelicet tertio huius cõmento·lxvii·& in textu & cõmento dicitur ælementa nullam sibi limitare figuram naturaliter:& tamen hic dictum est sphæricam figuram esse naturalem terræ : sed seperabilem· Respondet & inquit & cum ita sit:æquiuoce dicimus q. terra habet figuram sphæricam:& q. aliter habet terra figuram naturalem: q̃ habeant corpus cœleste · Nam accidentium naturalium quædam sunt seperabilia:quædam inseperabilia·Cœlum igitur habet figuram sphæricam naturaliter inseperabiliter·ælementa uero naturaliter seperabiliter · est enim accidentale duplex naturale : quia seperabile|ut sanitas animali · & inseperabile | ut risibile homini·utrunq; enim accidens est naturale:sed sanitas seperabile accidens·risibile autem inseperabile·Cœlo igitur inest figura sphærica naturaliter:& terræ etiam naturaliter·uerum cœlo inest naturaliter essentialiter|atq; inseperabiliter:terræ naturaliter accidentaliter & seperabiliter·Ex his sequitur accidẽtale aliquando accipi prout distinguitur contra essentiale·aliquando contra naturale: quasi idẽ sit quod uiolentum·Sed dubitabis contra sol:Auerois:quoniam quod per accidens competit alicui:competit ab extrinseco·figura autem competit terræ ab intrinseco|quia propter eius formã· quare non per accidens·Præterea quod est naturale : emanat a principiis intrinsecis · & quod emanat a principiis intrinsecis:est essentiale·igitur figura est accidens essentiale: & ita non seperabile·Solebamus dicere q. figura potest accipi in actu|& in potentia·Primo modo est accidens naturale|& seperabile:ut risus hominis·Secundo modo est essentiale|& proprium: ut risibilitas eiusdem·ultimo Aueroes exponit illa uerba·Vnumquodq; autem tale esse dicere oportet:quale natura uult esse·Et dicit primo hæc uerba esse dicta contra opinionem aliquorum: qui dixerũt causam sphæricitatis terræ esse motum partium terræ ad medium : est enim potius oppositum· partes enim mouentur ad medium:quia terra est naturaliter sphærica· dicit secundo q. Aristoteles per hæc uerba induit hanc figuram esse terræ naturalem·cui⁹ causam ait:quia omnis res uel semper uel pro maiori parte reperitur in sua dispositione naturali · & quia terra pro maiori parte supple reperitur in hac figura|uel semper:ideo hæc figura est sibi naturalis·Vnde ait forasse esse ita de hac figura respectu terræ:uelut de generatione·nam ut de generatiõe dicitur q. terra est generabilis secundum partem:& non secundum totum · ita terra pro maiori parte est sphærica: non autem quælibet pars:sunt enim montes & ualles quæ a causis non naturalibus terram non faciunt totam sphæricam:fiunt enim montes & ualles in terra ut Aristoteles docet in libris meteorologicis propter terræmotus|inundationes aquarum|& propterea ruinas|& id genus : quæ sunt accidentalia terræ:& non naturalia·Hæc ex cõmento·


Sol' Auero·

Dubitatio

Sol' Auero·

Solõ

Præterea & per ea quæ secundum sensum uidentur·lunæ namq; defectus tales nõ haberent diuisiones·



Expositio· Nunc rationibus Mathematicis probat terram sphæricam esse:& primo per signum sumptũ ab exclipsibus·nam in eclipsis lunæ obseruationibus patet diuisiones nõ fieri nisi circulares·uocat diuisiones græce apotomas latine decisiones est autem decisio siue diuisio linea arcualis secans partem lunæ claram a parte obscura sui:ut linea a b· Cum enim eclipsis cõspicitur in luna: uidetur linea illa arcualis:& semper eclipsim delitescere per lineam arcualem· hoc autem fit pro quanto umbra terræ piramidalis e f est rotunda·Non autem esset rotunda:nisi opacum: qđ est terra esset sphæricum·quare hoc signo patet terram esse sphæricam·& syllogismus est omne corpus quod umbram efficit pyramidalem sphæricam: est simpliciter sphæricum: terra efficit umbram pyramidalem sphæricam· igitur est sphærica· & si dicas planum rotundum efficere umbram sphæricam:dicas uerum esse ex quadam parte:non autem ex omni parte posito luminari:ubicunq; enim Sol ponitur: umbra terræ est sphærica pyramidalis: & propterea terra est simpliciter sphærica·inquit præterea & per ea|quæ secundum sensum uidentur: ut sunt mathematica·lunæ namq; defectus tales non haberent diuisiones arcuales supple nisi umbra terræ esset simpliciter pyramidalis sphærica·& umbra non esset simpliciter pyramidalis sphærica: nisi terra esset simpliciter sphærica·Quare ex defectibus lunæ colligitur ut a signo terram esse sphæricam hæc est prima ratio·Debes scire q; luminare ad opacum umbrosum trifariam esse potest: aut maius umbroso:aut minus:aut æqualæ·si luminare est maius umbroso: & umbrosum est rotundum simpliciter:umbra causata ab eo erit pyramidalis simpliciter rotunda·Si luminare esset minus umbroso rotundo:adhuc umbra esset pyramidalis simpliciter rotunda·est tamẽ hæc differentia:quia si sol esset maior terra:cuspis pyramidis esset uersus terram· sin autem sol esset minor terra:cuspis pyramidis esset uersus solem·at si sol esset æqualis terræ: umbra esset columnaris·patet igitur umbrosum rotundum semper rotundam efficere umbram·Sed dices uidetur Aristotelem transire ad alterum genus:quia conclusionem naturalem demõstrat per mathematica·

Quæ Auero· com·cviiii· Induit Aueroes:Solutionem dicens cum compleuit significationes naturales idest demonstrationes acceptas a signo naturales:uult dicere mathematicas·non supple ad simpliciter demonstrandum:sed ad confirmandum:non quia innatæ sint dici in hac scientia: sed per accidens: & sic patet solutio·Aristoteles enim transiuit ad mathematica|non per se|quasi illa demonstrãt per se cõclusiones naturales:sed per accidens:quatenus sunt uicina physicis rebus·Quo uero ad uerba attinet Aueroes uult decisiones arcuales fieri tam in particularibus q̃ uniuersalibus eclipsibus·& per particulares eclipses intelligit:quibus luna non obscuratur in toto·uniuersalem autẽ: quibus luna obscuratur secundum totum·In utrisq; enim patet eclipses fieri secundum arcuales diuisiones·

Amphycyrtica utraq; ex parte curua· uacua gibborosa

Nam in his quidem figuris quæ nunc per mensem sunt:omnes accipit differentias·& enim recta fit:& amphicyrtica:& uacua·In defectibus autem semper lineam quæ distinguit: curuam habet· Quare cum deficiat propter terræ interpositionem:terræ utiq; circumferentia:quæ sphærica est:figuræ causa erit·

Expositio· Remouet questionem:quia dicet quis hanc circularem abscisionem lunæ non esset propter rotunditatem terræ:sed propter rotunditatem lunæ:uelut fit in mutationibus lunæ mẽstruis:ubi patet lunæ decisiones fieri nullo interueniente umbroso· soluit & inquit nã in his quidem figuris:quæ nunc per mensem sunt:luna ipsa omnes accipit differentias:& non tantum arcuales diuisiones·est igitur differẽtia q; decisiones menstruæ sunt ois generis·eclipticæ uero arcuales tãtum·& hoc declarat dicens:& luna ipsa recta fit:uel melius & enim decisio in luna recta fit: ut quando est partiliter dimidia:ut circa·vii·uel·xxi·diem·Illic enim decisio non arcualis: sed recta apparet·& amphycyrtica:est enim decisio amphycyrtica idest utraq; ex parte curua: utpute quando est plena:ut accidit circa·xiiii·diem·est uacua hoc est gibborosa|& tunc est arcualis: ut circa·xi·diem·uel·xvii·quare in menstruis figuris decisio est omnis generis·at in eclipticis decisio non nisi arcualis cernitur·causa differentiæ est:quia menstruæ figuræ fiunt propter situm lunæ ad solem diuersum|ut in astronomicis nostris scripsimus·In defectibus autem figura decisionis fit semper obiectu terræ:cuius umbra est sphærica|propter terræ sphæricitatem· ideo cõcludit quare cum deficiat propter terræ interpositiones luna ipsa:terræ utiq; circumferentia ;quæ sphærica est:figuræ in defectibus arcualis causa erit:& sic constat terram esse rotundam· Addit

Quæ Auero· com·cix· Aueroes & hoc fuit necesse scilicet lineam decisionis esse arcualem:quia ex quo hæc figura terræ est circularis:etiam umbra in sua superficie erit circularis:circularis dico tripliciter: aut pyrami/

dalis:aut colũnaris·& pyramidalis dupliciter ut dictum fuit:quia uel cuspite directa uersus terram:uel uersus solem:& ita tripliciter·Hæc ex cõmento·

Præterea etiam per stellarum apparentiam patet non solum rotundam esse:sed etiam mole non esse magnam·Parua enim migratione facta nobis ad meridiem atq; ursam:orizon circulus manifeste alius fit:ut stellæ quæ sunt super caput:magnam habeant mutationem:& non eædem uideantur ad ursam·atq; meridiem migrantibus·nonnullæ enim stellarum in ægypto quidem uidentur:& circa cyprum:in regionibus autem quæ ad ursam sunt:nõ uidentur·& stellarum eæ· quæ semper in his apparent:quæ ad ursam sunt in locis:in illis faciunt occultationem· Quare perspicuum est ex hisce figuram quæ est terræ·non solum rotundam esse: sed etiam magne sphære non esse; non enim hic cito mutationem faceret translatis sic breuiter · Mutationem palam·

Expositio·

Secundo probat terram esse sphæricam ex apparentia stellarum facta per pergressum nostrum· Verum obiter cum eadem probatione probat terræ magnitudinem esse modicam· & hoc proponit dicens/præterea etiam per stellarum apparentiam patet non solum terram rotũdam esse: sed etiam mole non esse magnam·Quo uero modo per stellarum apparentiam hæc duo probentur:ostendit ex hoc:quia modica progressione facta a polo ad polum apparẽt aliæ atq; aliæ stellæ·progressus enim a polo ad polum ut paruus:ostendit magnitudinem terræ esse paruam : ut uero alias stellas occultant:& alias pandit:indicat terram esse sphæricam·parua enim migratione facta nobis ad meridiem atq; ursam:orizon circulus manifeste alius fit : ita uidelicet alius ut stellæ quæ sunt super caput:magnam habeant mutationem:& non eædem uideantur ad ursam atq; meridiem migrantibus·nonnullæ enim stellarum in aegypto quidem uidentur:& circa cyprum·In regionibus autem quæ ad ursam sunt:non uidentur:& stellarum eæ quæ semper in his apparent:quæ ad ursam sunt locis:in illis faciunt occultationem:ita ut illic oriantur & occidãt: & non habitantibus meridiem·Animaduerte q; quidam uolunt Aristotelem probasse terram paruam esse & rotundam per hoc q; parua mutatione facta de polo ad polum: orizon alius atq; alius fit:orizontem uero fieri alium atq; alium probauit per hoc q; stellæ aliæ atq; aliæ apparẽt sed hoc non refert:sufficit enim ad probandum terram esse paruam quia per paruam migrationem fit hæc occultatio & manifestatio·rotundam autem:quia facta migratione de polo ad polũ fit occultatio stellarum aliquarum:& manifestatio aliarum·quare migratio circa terram/ut parua demonstrat paruitatem terræ:ut de polo ad polum:demonstrat rotunditatem eius·ubi enim terra esset plana orizon esset unus:& stellæ eædem omnibus uiderẽtur:ubi esset concaua stella oriens citius apparet occidentalibus:& si dices per hoc haberi solum terram esse rotũdam ex polo ad polum:dic q; eodem modo fit de ortu ad occasum:citius enim eclipsis oritur orientalibus q̃ occidentalibus:quod non esset nisi terra esset sphærica·parua uero uidet̃ ab ortu ad occasum: quia differentia apparitionum eclipsis non est maior·xii·horarum · Quo uero ad uerba attinet: orizon græce est uisus finitor·est autem circulus diuidens partem cœli uisam a non uisa : cuius polum est ad apicem nostrorum capitum·hunc circulum Aueroes:appellat circulum super connexum terræ·ex hoc patet orizontem fieri alium per nostram progressionem: quia nobis trãslatis a polo ad polum:uel ab ortu ad occasum fit alius atq; alius apex in cœlo:igitur alius atq; polus orizontis:& per consequens alius atq; alius orizon circulus·ursa uero est globbus septẽ stellarum:quæ sunt ad septentrionem·de his uero diximus in eruditionibus astronomicis·Vltimo infert conclusionem & inquit quare perspicuum est ex hisce figuram: quæ est terræ/ non solum rotundam esse:sed etiam magnæ sphæræ non esse:cuius causam repetit : & inquit non enim sic cito mutationem faceret in stellis nobis translatis sic breuiter·igitur migratio circa terrã ut breuis indicat terræ paruitatem·ut occultans stellas & alias pandens significat terræ rotunditatẽ· Quo uero ad uerba attinet:Aristoteles generatim locutus est de terræ mole:quoniam mensura terræ particularis spectat ad cosmimetras:& nos dicemus in libris meteororum: postea uero solum narrando de mensura terræ apponet quædam secundum opinionem aliorũ·Dubitat Aueroes:& inquit sed forte aliquis quæret & dicet quam paruitatem intendebat: dixit enim Aristoteles terram esse paruam:paruum enim & magnum dicuntur in respectu: ut dicitur in prædicamentis·quare emergit·q·respectu cuius terra dicatur parua uel magna· Respondet terram posse

Quæ Auero. com·cx·

dici paruam respectu mundi:& respectu alicuius stellae:& propterea ait si igitur intendit q. terra est parua respectu orbis uel respectu coeli:cuius ipsa est centrum:non est scitum ex hoc modo & ex physicis rationibus:sed ex aliis.& explicat istud:nam scitur terram esse uelut punctum respectu firmamenti:ex conuenientia motuum qui sunt in instrumētis uidelicet astralabis ad motus qui sunt in coelo.In astrolabo enim unus gradus eleuationis solis respondet uni gradui eleuationis in coelo:uidetur enim q. arcus quos secant stellae in astrolabis:uel aliis instrumentis capiendi motus sint similes arcubus:quos secant in orbe.& hoc esse non potest nisi quia terra non habet sensibilem quantitatem apud coelum|ita q. centrum astralabi:uel alterius instrumenti & centrum sphaerae caelestis sint idem punctum secundum sensum.Praeterea etiam idem accipi potest ex occasu|& orta stellarum|& mediatione coeli secundum quantitatem aequalem apud sensum:quicquid enim oritur in astrolabo:oritur in coelo : & quicquid occidit in astrolabo : etiam occidit in coelo:& quicquid in coelo mediat:mediat in astrolabo:& omnia haec significāt q. terra respectu coeli est ut punctum & centrum in coelo:sic igitur patet terram posse dici paruam respectu totius mundi. Secundo ostendit terram posse dici paruam respectu : stellarum ut postea dicetur. Scitur autem (ut dicit) terrae quantitas quia diuiserunt orbem in.ccclx.gradus: & sciuerunt perambulationem uersus polum articum quantum capit una portio terrae ex istis partibus siue gradibus coeli:& inuenerunt arcum similem in terra arcui qui est gradus orbis quasi.lx.miliaria:hoc est sciuerunt cuilibet gradui eleuationis poli respondere.lx.miliaria:& inde extraxerunt terrae mensuram.Scita quantitate terrae per eclipses acceperunt quantitatem solis & lunae in respectu terrae:& sic inuenerunt illam respectu coeli per rationes dictas esse ualde paruas:& per hanc aliam rationem q. sit parua & minor sole:& maior ipsa luna : est enim (ut dicit prolemaeus in libro magnae compositionis) luna una pars de.xxx.partibus terrae.sol uero est.clxvi.quantum terra:Mercurius est minus q̄ una pars de.xxvii.partibus terrae: Mars quantum terra:Iupiter.xcv.Saturnus.xc.quantum terra.Sed circa haec occurres : uidetur enim primo q. terra respectu firmamenti non sit ut punctus:quia luna respectu firmamenti est aliquanta|ut patet:& terra est maior luna.igitur terra respectu firmamenti non est ut punctus.potest dici q. terram esse punctum respectu firmamenti potest dupliciter intelligi:uno modo q. sit absolute punctus respectu firmamenti:ut ex ipsa multotiens sumpta nulla pars coeli resultet.Alio modo q. terra nullam uariationem faciat respectu coeli.Primo modo terra non est punctus: quoniam aliquoties sumpta rederet coelum|ut puto.Secundo modo concedit Aueroes terram esse pūctum: quia respectu coeli nullam facit uariationem.nam per astrolabum oculo existente ubiq; semper uidetur medietas coeli:siue enim oculus sit in centro terrae:siue in superficie:semper coeli medium apparet nobis:etiam quia ubiq; oculo posito nulla colligitur in stellis fixis diuersitas. Tunc patet ad rationem:luna enim ponitur prope nos:& ideo apparet maior stellis fixis:sed si poneretur in firmamento:non uideretur|sicut nec terra.Secundo dubitatur quia non uidetur q. cuilibet gradui in coelo correspondeant.lx.miliaria ambulanti uersus articum.nam secundum prolemaeu; cuilibet gradui coeli correspondēt.lvi.miliaria:& duae terrae unius. Debes scire q. cosmimetrae inuenerunt terrae quantitatem hoc pacto sumendo astrolabum in nocte clara | & per foramina acceperunt gradum eleuationis poli artici:qua notata|mouebantur uersus polum directe donec in altera nocte eleuetur polus unus gradus:postea mensurarunt spatium terrae peragratum de nocte ad noctem:& inuenerunt cuilibet gradui respondere miliaria.lvi.& duas tertias unius. Multiplicabant demum.lvi.per.ccclx.& relinquebatur quantitas terrae.Ad uerba Aueroes:fortasse illa sunt corrupta:quia alibi legitur cuilibet gradui respondere.lvi.miliaria fere uel fortasse miliare est diuersimo de acceptū ab Auero.& a ptolemeo.Sed haec nullius sunt utilitatis ut dicit hermes in libro de natura locorum.

Dubitatio. Solutio. Scdo dubi.

Qua propter ii qui eum locum:qui circa columnas herculeas est-coniunctum esse ei-qui est circa indicum:Atq; hoc modo mare esse unum: non uidentur incredibilia ualde extimare.Dicunt autem ex elephantibus etiam coniectantes:Nam circa utraq; loca:quae extrema sunt:genus ipsorum est:uelut extremorum;hoc passorum-propter coniunctionem.

Cōiunctū eē coaptare elephantibus barris. coniectantes argumētātes.

Expositio. Ex paruitate terrae|ostendit cosmographiā aliquorum esse rationabilem : & inquit qua propter ii qui eum locum:qui circa columnas herculeas est|coniunctum esse ei | qui est circa indicum mare|atq; hoc modo mare esse unum:quod est inter hos terminos:non uidētur incredibilia ual-

de

de extimare· Aueroes autem columnas has appellat idola:quorum unum ait positum esse in ultimo occidentis hispaniæ quod dicebatur idolum cadem uel in diæ:quod se uidisse asserit eleuatum/deinde corruptum in prælio inter barbaros/& hispanos anno machcmeti i·cccccxxx· Alterum est positum in oriente:quæ hercules posuit in signum uictoriæ· Inter hæc mare positum putatur esse unum & continuum· de columnis herculis/& de maribus illarum in libro cosmographiæ multa scripsit ptolemæus:nunc uero hoc colligatur tantum hos terminos non fuisse positos:nisi quia terra parua est:& ab uno homine meabilis:ut ab hercule· Deinde aducit signum: quo utebantur geographi/& inquit dicunt autem hoc supple coniectantes etiam ex elephantibus:nam circa utraq; loca quæ extrema sunt:genus elephantum est uelut extremorum : id est q elephantes sunt extremi : & patiuntur hoc id est esse in extremis locis propter coniunctionem locorum:quia igitur elephantes extremaliter differentes sunt in utroq; loco columnarum:arguerunt illa loca esse coniuncta:& non ualde distantia:& ita terra est parua:cum animalia eiusdem generis specie differentia extremaliter sint utroq; in loco· Sed occurres:quia medium est propinquius extremis/q̃ extremum extremo· igitur si elephantes sunt in locis extremis propter locorum illorum propinquitatem:magis erunt in locis inter illa mediis· Hoc autem non uidetur:sunt·n· elephantes orientales & occidentales tantum:ut Plinius inquit:& obseruatio docet· Vnde Plinius lib· viii· capite· xi· Inquit elephantes fert aphrica ultra syrticas solitudines:& in mauritania Ferunt æthiopes/& troglodytæ/ut dictum est· Vbi apparet elephantes gigni in extremis locis· Et dicuntur elephantes orientales extremaliter diuersi ab elephantibus occiduis : quia differũt moribus & robustitate/ut Plinius dicit· At elephantes aphrici non sunt ıtc extremaliter differẽtes inter se· Aueroes soluere uidetur in commento intelligens per coniunctionem locorum:similitudinem· locus orientalis ubi oritur genus elephantum licet sit distans situ a loco occiduo:ubi elephantes sunt:tamen est illi similis in qualitatibus:& ideo animalia consimilia genere pariũt· Media loca licet sint situ propinquiora extremis:affectionibus sunt distantiora:& ideo in mediis non sunt elephantes· Hæc colligi possunt ab Aueroe· asserit etiam se uidisse ceranphen in domo regis marochiæ:quam anno machomethi cccccxiiii· tulit quidam qui dicebatur aliunde de atheno:& sic nec elephantes nec cerãpha generatur in locis mediis· Sed pace Aueroıs dicerem:si per coniunctionem locorum Aristoteles intelligeret propinquitatem qualitatum/ & non distãtiæ:non haberet terram esse paruam· propterea mihi uidetur / q; Aristoteles hanc rationem ab elephantibus sumptam non dicat ad mentem propriam:sed geographorum:quos non curat corrigere:quia licet ratio eorum non ualeat:ut in dubitatione demonstraui : tamen dicunt uerum de paruitate terræ:& hoc sufficit pro ueritate proposita:& sic ad dubitationem patet solutio·

Quæ Auero· com·cxi·

Dubitatio·

Confutatio·

Mathematicorum etiam quicunq; quantitatem circumferentiæ metiri conantur : ad quadrigenta milia stadiorum dicunt esse· ex quibus coniectantibus molem ipsius terræ non solum sphæricam esse:sed etiam ad cæterarum stellarum magnitudinem magnam non esse necesse est·


quãtitatem magnitudinẽ milia myriadas

Vltimo idem probat per rationem mathematicorum/& inquit mathematicorum etiam quicunq; quantitatem circumferentiæ supple terræ metiri conantur:dicunt illam esse ad quadrigenta myrıades id est ad quadrigenta milia stadiorum· ex quibus coniectantibus molem ipsius terræ non solum sphæricam esse:sed etiam ad cæterarum stellarum non omnium sed aliquarum magnitudinem magnam non esse:necesse est· Aueroes autem ait abstrahunt mẽsuram maximi circuli terræ per uiam/quam narrauimus:ut per correspondentiam gradus in astrolobo: & in cœlo· & ex mensura maximi circuli inuenit mensuram sphæræ : quia circuli ad eius diametrũ ... proportio tripla sex qui septima fere quantitatem uero terræ respectu solis & lunæ accipiunt ab eclipsibus lunaribus/ut nunc suppono· respectu autem cæterarum stellarum colligitur mensura terræ per astrolabum/quod habet duas regulas· Nam per hoc astrolabum scitur diameter cuiuslibet stellæ:modo per scientiam diametri scitur quantitas orbis : quibus omnibus depræhensis cognitum est terram esse paruam & respectu cœli:& respectu aliquarum stellarum · Addit autẽ Aueroes aliã rationem q; terra sit parua:quæ non est in nostro textu: uidelicet quia terra continet quantum contineret superficies non circularis· igitur est sphærica : & ita parua:est enim regula si duæ superficies continent æquale:& altera est circularis:illa est parua· Hæc est rõ Aueroıs:quæ tamẽ nulla est:& nec in textu nostro· Sed circa calcem huius secundi occurrit quæstio calculatoris contra Aristotelem in tractatu de ælementis· Aristoteles enim probauit sphæricitatem terræ ex eo q; maiores partes minores comprimunt/& minores resistunt maioribus · Nam

Expositio·

Quæ Auero· com·ultimo·

data hac Aristotelis imaginatione sequeretur in infinitum tarde moueri aliquod corpus graue· & probo consequentiam supponendo primo totam terram esse perforatam a puncto d ad pū/ ctum c per o centrum· & sit foramen d o c certæ magni/ tudinis, ut uides· Secūdo uolo ut spatium d o diuidatur per par/ tes proportionales minoribus terminatis uersus o centrum· his stantibus, pono unum bolum grauis longum· x· cubitorum: quod descendat per foramen d o c · Tunc quæro uel pars b resi/ stit parti a : uel non: si non resistit: tunc tollitur ratio Aristotelis facta per partis compræssionem· sin autem resistit: tunc arguo per quantum descendit molare a b uersus o centrum: per tantū crescit resistentia ipsius b partis ad a sed in quælibet parte pro portionali spatii d o c descendit: igitur in quælibet parte pro/ portionali descendit tardius: sed cum illic infinitæ sint partes pro/ portionales terminatæ uersus o centrum· Relinquetur aliquod graue in infinitum tarde mo ueri· Aliqui concedunt in infinitum tarde moueri aliquod graue: nullum tamen graue in infini tum moueri· Alii concedunt continue tale molare tardius moueri: & tamē nec in hac parte nec in illa tardius moueri peripatetici autem facilius responderent dicentes diuisionem spatii in in/ finitas partes proportionales esse in potentia, & non actu· similiter infinitum spatium fuisse po/ tentia pertransitum: non autem actu· Verum de hac ratione diximus supra·



Solō

¶ Finis secundi Libri de Cœlo ·

Aristotelis de Coelo Liber Tertius Inter-
prete ⁊ expositore Augustino Nipho
phylosopho. Ad Illust. ⁊ Reue-
rendi. dominum Loysium de
Aragonia Titu. S. Marie
in Cosmodin Diaco.
Cardinalem.



Aristotelis de Cœlo liber Tertius Augustino nipho Interpraete ac expositore.



E primo quidem igitur cœlo ac partibus: Adhuc autem de stellis quæ in ipso ferunt: ex quibus cõstant: qualiaq; scdm naturam sint insup etiã q ingenita ac incorruptibilia sint: prius ptractauimus. cum ãt eo℞ quæ natura dicunt esse: alia qdem sint substãtiæ. alia ãt harum opera atq; affectus: dico ãt substãtias qdem simplicia corpora: ut ignem & terram: & quæcunq; sunt iis coordinata. etiã quæcunq; ex his sunt. Veluti totum cœlum atq; ipsius partes. itẽq; aĩalia & plantæ. & horũ partes. passiones ãt & opera: motiones cuiusq; ho℞: aliorũq; quorũcũq; sunt hæc ipsa ælta causa scdm ipso℞ uim. Adhuc ãt alterationes. reciprocæq; mutaciones: patet plurimã de natura hystoriã de corporibus esse: oẽs. n. naturales substantiæ aut sunt corpora: aut cũ corporibus ac magnitudinibus fiũt. Hoc ãt patet: & ex definitione eo℞: quæ sunt natura: & ex singulo℞ contẽplatione. De primo quidem igitur ælemento℞. & quale qd sit scdm naturã: & q incorruptibile ac ingenerabile sit: dictum est. Restat aũt dicere de duobus. Simul ãt accidit de his dicentibus: & de generatione & de corruptione considerare.



Actenus de corporibus: quæ circulari motu mouent: at nũc de corporibus quæ mouent motu recto restat dicere. Primo ergo pmictit proæmiũ: in quo explicat eius intentionẽ. Deinde psequit: & qa cõtinuatio prio℞ ad sequẽtia est de partibus proæmii: ideo primo cõtinuãdo se ad pcedẽtia ostẽdit de qbus iam dictũ est postea de qbus restat dicere. de primo itaq; inqt de primo qdẽ igit cœlo: ac partibus. Adhuc ãt de stellis quæ in ipso ferunt: prius ptractauim⁹: ptractauim⁹ prius declarãdo ex qbus cõstant. & q̃lia fm nãm sint. insup ẽt q ingenita ac incorruptibilia sint: hæc. n. tria de primo cœlo: eiusq; partib⁹: & de stellis ptransiuim⁹: qa declarauim⁹ partes cœli: cœlũq; ipsum: & stellas eẽ alterius naturæ ab ælĩtis. Scdo declarauim⁹ qualia scdm nãm sunt: qa q sint aĩata: atq; sphærica. Tertio declarauim⁹ q sint ingenita & incorruptibilia. Quo uero ad uerba attinet: qd p primum cœlũ: qd ẽt p partes intelligat: nõ una rõe exponit. Sed pmissis inutilibus expõibus/ approbo q p primũ cœlũ Ari. intelligit mundũ superiorẽ cœlicum supralunarẽ: cuius partes sunt orbes seu sphæræ ipsæ: in quo qdem mũdo supiori ferunt stellæ/ ut nodi ad motũ tabulæ: mundus. n. ille supior dr primũ cœlum respectu corpo℞: quæ sub eo sunt: primo ordine sit⁹ qa illud est supræmũ. Scdo ordine duratiõis: qa illud est ppetuũ: cætera hic manentia caduca. Tertio rõne cãlitatis: qa illud est oĩum eo℞: quæ hic sunt: cã p eius partes/ ut dixim⁹/ intelligit orbes: quæ sunt partes integrales p uirtutẽ primæ formæ ad unũ copulatæ. & p astra intelligit stellas tã errãtes: q̃ non errãtes: quæ mouent ad motũ orbiũ. De cœlo igit primo. i. toto: & de eius partib⁹. i. orbib⁹: & de stellis quæ in eo ferunt: dicta sunt tria. quo℞ ultimũ ptractatũ est in primo lib. illic. n. dictũ est q cœlũ nec est genitũ: nec corruptibile. Cætera duo sunt ptractata in scdo lib Nec oĩa quæ ptractauit: resumpsit: sed solũ principalia. Deinde ostẽdit de qb⁹ restat dicere. utq℞ primo mãifestat in quo fere tota naturalis cõsideratio cõsistit. postea ex hoc cõcludit qd restat dicere post pmissa. Circa primũ syllus sic cõponit oẽs sbæ naturales sunt corpora. Sed tota cõsideratio naturalis est de sbantiis naturalib⁹: igr tota cõsideratio naturalis est de corporib⁹. Circa hũc syllum primo minorẽ pmictit: & inqt cũ ãt eo℞/ quæ natura dicunt eẽ alia qdẽ sint sbæ alia ha℞ sba℞ opa atq; affect⁹ siue passiões. Expõit ãt q̃ sint sbæ naturales: & enumerat prio simplicia corpora: q̃ dicunt ælĩa: & inqt dico ãt sbas qdẽ supple/ ut ælĩa ueluti ignẽ & terrã: & quæcũq; sũt his coordinata: uerbũ coordinata græce est systicha latine coælemẽta: nã aer & aq̃ sunt sil' ælĩta corporum mixto℞ cũ eis. at si systicha græce intelligat coordinata: dico q aer & aqua sunt igni & terræ coordinata: nam aer igni: & aqua terræ est ordinata. Secundo exẽplificat de mixtis/ & inquit etiam quæcunq; ex his sunt: hoc est mixta: & exponit quæ sint hæc mixta: quæ sunt ex ælĩtis: & inqt ueluti totũ cœlũ idest uniuersum cœlũ supralu-

Consideratio uerborum

mare:& ipsius partes.i.sphæræ.itemq; aialia|& plātæ:& hoꝝ partes uel membra : sed quo mō cœlū & sphæræ sint mixta ex ælītis:non clare cōstat:fortasse loqtur more empedoclis:qui cœlum ipsum ait esse mixtū ex ælītis.nā ad rem nō refert sic uel aliter dicere:satis.n.est hře q. cœlum est sba nālis.Quæ igitur sint sbæ nāles:patet.Deinde manifestat|quæ sint opera atq; affectus:& inqt passiones aūt & opera supple sunt primo motiones locales unusq; hoꝝ supple ælementoꝝ:& alioꝝ quorumcunq; sunt hæc ipsa ælīta causa ſm ipsorum uim quasi dicat opera & affectus sunt primo motus locales simplicium corpoꝝ:& motus locales mixtoꝝ:quorum ælīta sunt cāæ non ſm eorum substantias:sed ſm uirtutem:ælīta.n.non substantialiter ingrediūtur mixta:sed uirtualiter:ut nunc Ari.indicat.uerum de his postea.Adhuc aūt secundo opera & affectus sunt alterationes supple ſm qualitates|reciprocæq; mutationes quæ sunt generationes ælītorum uel mixtorum:quæ dñr reciprocæ:quia aer fit ex igne:& ignis ex aere:& sic de cæteris.Ex iis apparet Ari.per opera & affectus non diuersa intelligere:sed eadem : sunt.n.in proposito nomina multiuoca idem fere significantia . Hæc de minore . Deinde dat conclusionem syllī|& inquit patet plurimam de natura historiam de corporibus esse:& per plurimā intelligit oēm.Nam tota pħia est principaliter de corpore nāli.Vtitur autem hoc loquēdi modo:ut honeste loquatur.uel dicit plurimam : quia adhuc in nāli phylosophia agitur de anima & primo motore:quorum nullum est corpus nāle.Tertio ponit maiorem & inquit oēs.n.naturales substantiæ aut sunt corpora:aut cū corporibus & magnitudinibus fiūt.nā formæ nāles| & accidētia quæ illas comitanẽ:cum corporib⁹ fiūt ac magnitudinib⁹.hanc maiorē duplř patere ait: primo ex definitione eoꝝ:quæ sunt scdum nām:nam hæc sunt corpora cōposita ex mā & forma. Scdo ex singuloꝝ contēplationē:oē.n.consideratū in nāli pħia est aut corpus: aut cū corpore. Patet igř in quo consistit principlř physica cōsideratio.Hic patet q. nō tm̄ scia de aia dř historia sed uniuersa pħia:ut hic ait Ari.deinde Ari.ostendit qd restat dicere|repetens rursus qd principaliter dictum est:& inqt de primo qdem igitur ælītoꝝ:& quale qd sit scdum nām ut q. est aiatum & sphæricū:& q. incorruptibile & ingenitū sit:dictū est:quare patet de sbātiis esse dictum de cœlo:& q. sit aiatum ac sphæricum:& q. sit simplř æternū.uocat aūt cœlum ælītum:quia est corpus simplex:ut simplicius ait:uel melius ut ait Alex.qa est ælītum mundi. Addit qd restat| & inqt restat aūt dicere de duobus uꝫ leui:& graui:sunt.n.tres tm̄ naturæ:uꝫ grauis leuis:& nā neq; grauis:neq; leuis:quare cū de cœlo sit dictū:quod est nā neutra:restat de duobus aliis dicere.Vltimo addit qd restat dicere quantū ad opera atq; affectus:& inqt sił aūt supple cū his duobus nobis dicentibus accidit dicere de gñatione & corruptione:& forte hoc refert ad lib.de generatione & corruptione.patet igitur intentio duoꝝ libroꝝ sequētiū.Aue.aūt in primo cōmē. primo præmictit intentionē|& inquit qa intentio Ari.in hoc lib . de cœlo est loq de partibus mundi simplicibus:uꝫ in dando cās accidentiū essentialiū:& iam locutus fuit in primo lib.& scdo de corporibus cœlestibus:& accidentibus eoꝝ:uult mō loqui de aliis.iiii.simplicibus corporibus:quæ recte mouenẽ.Hæc de intentione.Quo uero ad uerba attinet Aue.per primū cœlum intelligit oēs motus cœli.i.agregatū ex oībus orbibus qui mouenẽ cœlico motu.& p partes eius intelligit orbes:& ait q. cœlū uocauit primū per æquiuocationē.i.scdum cālitatem: & qa in translationibus arabicis sic legiẽ.Et de stellis existentibus in eo: cuiusmodi corporis sūt: & cuiusmodi naturæ:& q. nō sunt ex aliquo.iiii.ideo Aue.exponit qd intelligit p uerba illa ex aliquo.iiii.prio exponit q. intelligat mixtū:nā stellæ nō sunt ex aliquo.i.de nā mixti facti ex iiii.ælītis.Aliter exponit:& uult q. intelligat formā uel materiā.q.d.q. stellæ non sunt ex fōra: uel materia:q̄ est ipsoꝝ.iiii.ælītoꝝ.Aut exponit.iii.utrūq;.q.d.q. stellæ nō sunt ex materia & forma:ex qbus sunt ælīta.Veꝝ expōes hæ sunt uanæ:nā nihil hoꝝ uerboꝝ est i codicib⁹ græcis nr̄is.Vlteri⁹ qa in ipsius trāslationib⁹ legiẽ.mō aūt dicam⁹ q. naturaliū fere quædā . Ideo ponderat fere:& ait dixisse fere:qa considerat de cœlo:quod non est ex.iiii.ælītis:nec ex mixta natura:& addit hoc dixisse ne qs crederet de cœlo & ælītis non esse eandē considerationem: nā licet cœlū sit æternum:est mobile:& ita cadit sub consideratione physica:& hæc quæ dicit : ēt uana sunt:nam in ueris Ari.lib.hæc particula nō reperitur.Vlterius Aue.uult per opera & passiones non idem intelligere:sed diuersa . Nam per passiones ipse intelligit accidentia ꝓpria ac essentialia . Nam passio cōmuniter diciẽ tam de ꝓprio|q̄ de cōi accidente:proprie autem non nisi de essentiali accidente.Sic igitur per passiones:intelligit accidentia propria . per operationes aūt intelligit motus.Nam quæcunq; insunt corporibus physicis sunt aut actiones:aut passiones.Vlterius qa in eius translationibus ait & hoc manifestū est ex hoc &.duplř exponit qd

Elīta sunt uirtualř i mixto

Nō solū scia de aia dř hystoria.

Quæ auero. com.i.

p hoc intelligit & primo p hoc intelligit cœlũ:nã de cœlo dictũ est in primo & scdo lib. diuersimode/ut uisum est. Aut intelligit substãtiã huius artis. hoc est subiectũ sciæ naturalis: de quo in primo lib. dictum est. tñ reddit ad primã expõnem & intelligit cœlũ:nam in primo lib. dictum est de ipso cœlo:quæ sit illius natura:& est ingenitum & incorruptibile: & ẽt hæc uana sunt:cũ in libris Ari. hæc nõ reperiant. Deinde Aue. ponit drãm inter consideratioẽ de elẽtis quæ habet in hoc libro:& illam quæ habetur in lib. de generatione. nam lib. hic cõsiderat de elẽtis/ut sunt partes mũdi lib. de gñatione ut sunt partes mixti gñabilis & corruptibilis. Præterea hic lib. considerat de gñatione & corruptione/ut sunt accidentia essentialia ælẽtis ac mixtis in lib. de gñatione ut sunt effectus causati ab ælẽtis. Præterea hic considerat de gñatione ac corruptione/ut sunt subiectũ considerabile. illic ut sunt cãæ sbtĩ:saltem dispositiue: disponũt. n. ad formas:quæ sunt ut sbta Hæc Aue. licet multa alia friuola dicat:quæ non ualent.

GENERATIO Enim aut omnino non est. aut solum est in his ælemẽtis: aut his quæ ex illis sunt. hoc ãt ipsum primũ est considerandũ utrũ sit:aut nõ sit. Omnino Præter oẽ

Propositurus aũt Ari. opiones antiquorũ de proposita intentione:primo magis particulariter loquens præmictit diuisionẽ quandã & inqt generatio. n. aut oĩo non est in rerũ natura hoc est aut nihil est. Aut gñatio si est/solũ est in his ælẽtis:de quibus dicem⁹/aut in his mixtis: quæ ex illis sunt ælẽtis:est igitur hæc diuisio q gñatio uel nihil est:uel solũ reperit in ælẽtis/atq mixtis Facta hac diuisione:recolligit intentionẽ magis in particulari: & inqt hoc aũt ipsum primum est considerandũ utrum uз gñatio sit:aut non sit:qa ex huius primi consideratione patebit secũdum:patebit enim q si gñatio est:non est nisi in ælẽtis & mixtis:& in nullis aliis. Hæc de particulari intentione. Expositio.

HI Quidem igitur qui prius de ueritate phylosophati sunt:tam in his sermonibus:quos nunc dicimus:q̃ inter sese discordes fuere. Nam hi quidem ipsorum generationem corruptionemue tollunt omnino:nihil enim eorum quæ sunt generari aut corrumpi:sed solum uideri nobis dicunt:ut sunt qui circa melissum: & parmenidem.

Præmissa intentione nunc exeqtur de illa:& primo quid ueteres sensere narrat: & inqt hi quidẽ igitur qui prius de ueritate phylosophati sunt:isti in suis opinionibus discordes sunt: tam ĩ his sermonibus:quos nũc dicimus de gñatione & corruptione:q̃ inter sese discordes fuere: ecce q isti drñt inter se:quia de gñatione & corruptione non eodẽ mõ locunt:& drñt a nobis:qa quouis mõ loquant:non recte sentiunt. Et q drãnt a nobis declarat ponẽdo eorũ pões: nam sic patebit illos differre inter se:& inquit:nam hi qdem tollunt oĩo gñationẽ & corruptionẽ ipsorũ corporũ nãlium/dicentes gñationẽ ac corruptionẽ nihil esse in rei ueritate:sed solum hæc uideri gñari/& corrũpi:ut sunt qui phylosophati sunt circa melissum/& parmenidem: isti. n. tollũt oĩo gñationẽ ac corruptionẽ:sed dicũt illas esse fm apparentiã. Quo uero ad uerba attinet/per ueritatẽ intelligit sciam speculatiuã:& dicit qui prius de ueritate contemplati sunt pp eos: qui prius phylosophati sunt de moribus:& re. p. seu politicis. Expositio.

QVOS Et si aliqua bene dicunt:non physice tamen dicere oportet putare. Esse namq entium aliqua ingenita omninoq inmobilia est magis alterius atq prioris q̃ physicæ considerationis præterea quia nihil quidem aliud præter sensibilium substantiam esse suspicati: hi primi quasdam tales intelligentes naturas (siquidem erit eorum aliqua cognitio aut prudentia): Sic ad hæc traduxerunt per rationes:quæ inde sunt. Aliqua Alia Præterea Autem Eorũ est uerbum additũ.

Ostendit quid bene:quidue male dixerunt isti sic dicentes. Quantum enim ad hoc q sint quædam entia ingenita atq incorruptibilia:recte dicũt:sunt enim entium quædam:quæ in rei ueritate nec genita sunt:nec corruptibilia: ut substãtie seperatæ. Sed dupliciter deficiunt primo quia physice credentes loqui:non physice:sed metaphysice locuntur:& hoc ait esse namq entium aliqua ingenita omninoq imobilia est magis alterius atq prioris q̃ physicæ cõsideratõis: quia cõsideratio illorũ spectat ad metaphysicam:quæ est prior scia q̃ sit physica. Secundo defecerunt:quia hi primi phylosophantes nihil quidẽ aliud esse præter sensibilium sbam suspicati/ Expositio.

quasdam tales .f. aeternas intelligentes naturas: si quidem erit earum naturarum aliqua siue cognitio siue prudẽtia: & dixit hoc qa in rei ueritate nihil de illis intellexerũt: sed solũ temere ac a ueritate compulsi: sic adhaec physica corpora traduxerũt p rõnes quae inde sunt. In quibus uerbis patent tres illoꝝ defectus: primus .n. est qa credentes physice dicere: locunt̃ metaphysice. Scdo qa nõ intelligentes aliqd aeterni: locuti sunt de ingẽitis & aeternis. iii. qa quae aeternis cõpetũt: ad physica traduxerũt. & hãc trãslationẽ fecerũt pp rões: quae inde factae sunt: rões .n. infactae sunt: qa crediderũt ppria aeternis cõuenire caducis & gẽitis. Aue. ãt introducit textũ hoc mõ dicẽs cuꝫ uoluit pscrutari utrũ sit gñatio aut nõ sit ad maiorẽ declarationẽ: qa gñationẽ esse est manifestũ: tñ ad maiorẽ declarationẽ declarabit an gñatio sit ideo uult Aue. q. incepit ab eo qd est famosius: & ponit illud tanq̃ suppositionẽ uꝫ q. si gñatio & corruptio sunt: necessario sunt in. iiii. aelẽtis uel in mixtis ex illis: haec igit̃ est ppõ famosa/ & quasi suppõ. & ait hãc famosam ppõem nõ concessisse nisi cõcedentes gñationẽ esse: oẽs .n. qui gñationẽ esse dicũt: aiũt illam eẽ in aelẽtis atq; mixtis: & qa Ari. loqtur cum eis: qui tenẽt gñationẽ esse: ideo primo quaerit utrũ gñatio & corruptio sint in aelẽtis atq; mixtis: qa haec pscrutatio est prior na uel doctrina alia pscrutatione. Nam seqtur si gñatio est in aelẽtis: q. gñatio sit: ipsam .n. esse: nõ est nisi esse in aelẽtis uel mixtis: & sic pꝫ inductio textus sm Aue. Vlteri⁹ Aue. reducit pões antiquoꝝ in duas cõtrarias: & ait q. una põ dicit nulla gñari entia. Alia ait oĩa entia generari: quaꝝ pões ambae falsae sunt: & uerae subcõtrariae. Nã quaedam sunt ingenita: ut sbae seperatae: & sic haec est uera quaedam nõ generant̃. Haec ẽt quaedam generant̃: ut physica corpora aelẽta & mixta: igit pões illae cõtrariae sunt falsae. subcõtrariae uerae. Sed quaeres quare locutus est cõtra eos qui dicũt nulla entia generari: & nõ contra eos qui dicũt oĩa entia generari/ Rñdet Aue. & assignat. quinq; rões: & inqt primo & locutus fuit cõtra istos uꝫ q dicunt nulla entia fieri: & nõ contra alios: q dicunt oĩa entia fieri: q̃uis uterq; sermo sit uerus sm partẽ: quia pars uera in sermone illoꝝ supple qui dicũt nulla entia fieri: ẽ nobilior: est .n. pars uera sub cõtraria illi uꝫ quaedã entia nõ generant̃ nec corrũpunt̃ idest quaedã entia nõ fiunt. Haec pars uera est de substantiis seperatis: q̃ sunt nobiliores res oĩbus rebus. igit̃ cũ haec pars uera sit nobilior: & de nobilioribus sit magis agendũ: relinqtur q. recte cõtra istos debuit loq: & non contra alios. Scdam rõem ponit ibi: & paucissimi: quae talis est. Paucissimi antiquoꝝ partẽ hanc uerã intellexerũt: quia haec pars q. q̃dam nõ fiant: solũ uera est de substantiis seperatis: quas pauci aut nulli intellexerũt. mõ de occultioribus est magis agendũ. & ita recte cõtra hos ipse loqtur: quia pars eoꝝ uera est latentior iii. rõnem ponit ibi: pars aũt uera in sermone: quae talis est: pars uera in opĩone eoꝝ qui dicunt oĩa generari atq; corrumpi est sensui manifesta: est .n. huic subcõtraria haec quaedã entia generant/ & corrũpunt̃: quae (cũ sensibus pateat:) nõ indiguit pertractatione. iiii. rõnem ponit ibi/ & quia haec pscrutatio: quae talis est pars uera scdae põis continet. iiii. aelta & mixta mõ in his gñationẽ corruptionẽq; fieri nemo est qui dubitat ideo nõ erat digna pertractatione. v. ponit ibi & ẽt principia: quae talis est: pars haec uera quae est q. quaedã res fiũt: in lib. physicoꝝ est diligenter discussã: ubi declaratũ est esse quaedã principia abstracta: & poenitus imobilia/ ut sunt sbae seperatae. Ideo non egebat retractatione: nec noua discussione: patet igitur q. contra primã põem recte locutus est ostendendo quae pars sit uera: & quae falsa. Deinde Aue. ibi & nõ oportet nos pscrutari hoc exponit quaedam uerba textus: quae (ut intelligas) sic in eius translationibus leguntur: & non oportet nos perscrutari hic de rebus non cadentibus sub generatione & corruptione: quae neq; mouentur omnino in qualitate: hoc enim conueniens est libro de auditu naturali: in quo perscrutamur de natura. Vult igitur Aueroes circa haec uerba: q. parmenides & melissus deficiant: quia pars uera eorum q. uidelicet quaedam non generantur: solum habet locum in substantiis seperatis: de quibus loquitur non hic: sed in libro physicorum. & ita errant: quatenus posuerunt quaedam nõ pertinentia ad hunc locum: & sic Aueroes per res quae non cadunt sub generatione: intelligit primum mouens: quod in fine. viii. physicoruꝫ declaratur: & prima principia uidelicet materiam & formam: quae sunt aeterna non cadentia sub generatione: de quibus in libro primo physicorum locutus est: & per ea quae non mouentur in qualitate intelligit orbes: qui circulariter mouentur: quia illic declaratum est motum circularem non esse per generationem uel' alterationem transmutabilem: assignat autem Aueroes causam quare in libro physicorum haec omnia pertractauit: & ait quia ille liber est uniuersalis omnibus libris continens radices uniuersales omnibus libris phylosophyae naturalis. Assignat ẽt causam quare addidit in quo perscrutatur de natura: & est quia natura enumerat̃ inter

Quae auero. com. ii.

Dubi.

causas & principia uniuersalia: quæ in illo lib. pertractant. Hæc Aue. sed sunt hæc oia uana: naʒ in codicibus græcis nihil hoꝶ reperit: & ita oia hæc sunt ad cæcũ: sicut multa alia huius hois. Vltimo Aue. ponit ibi. cum dixit opinionem dicentis/ rationem Parmenidis & melisi: qua dixerunt hæc sensibilia nulla gñari: & syllus eius est Scibilia non generant/ nec corrumpuntur: est. n. scia non nisi de æternis. Hæc sensibilia sunt Scibilia: igit nec sunt genita/ nec corruptibilia: hæc dicit Aue. in sũma: & ut dixi: sunt sua uerba: nõ Arı. tam. n. habemus ueros Ari. text?/ & legim? eos ꝑprio in fonte: ideo suadeo iuuenes nihil credãt Aue. circa uerboꝶ Ari. interpretatiões: qm trãslationes qs habebat: erãt oẽs erroneæ: ut ipsemet fatebit infra com. xxxv.

QVIDAM Vero alii quasi studiose contrariam his habuerunt opinionem: sunt enim quidam qui nullam rerum ingenitam esse asserunt: sed omnes fieri. genitas autem has quidem incorruptibiles permanere. Has autem rursus corrumpi. Maxime quidem hi sunt: qui circa hesiodum sunt. Deĩde & aliorum qui primi de natura dixerunt. Quasi ut quẽadmodũ Studiose de industria. De nã dixerũt physiologesantes.

Nunc narrat iam põnem coꝶ: qui sectant hesiodum: q dixerunt oia generari: ueꝶ eoꝶ quæ generant: quædã dixerũt incorruptibilia ꝑmanere: quædã gñari & corrũpi. Vnde inqt quidam uero alii quasi studiose. i. quasi de industria contrariã his habuerũt opionem: & dixit qñ de industria: qa põem hãc habuerũt/ ut illis cõtradicerẽt. Deinde narrat põem hoꝶ & inqt: sunt. n. qdam qui nullã reꝶ ingenitã esse asserũt: sed oẽs fieri fatent. Veꝶ genitas non eodẽ mõ dicũt oẽs: qa alias incorruptibiles ꝑmanere. Alias rursus corrũpi. Vltimo explicat: q fuerũt hi: & inqt maxime qdem hi sunt: q circa hesiodũ sunt. Deinde sunt huius ẽt opionis & alioꝶ qui primi de nã dixerũt. qd græce est physiologesantes. Sed quæ sint res quæ fiũt: & postea ꝑmanẽt incorruptibiles: nõ explicãt expositores de mẽte hesiodi. Veꝶ qdã dixerũt eẽ primã cãm: quã factã eẽ uoluit hesiodus: sed icorruptibilẽ. Alii eẽ caos: qd hesiodus factũ eẽ dixit: sed ꝑmanere semꝑ/ ut ab eo oia ꝑficiscant. Alii dicãt qd uelint: nam hoc parũ ad nos: q quærim? Ari. intelligere. Expositio.

HI Vero alia quidem omnia & fieri & fluere dicunt: nihilq; stabile esse. Vnum autem quoddam solum permanere: ex quo hæc omnia transfigurari sunt apta: quod quidem cæteri complures & heraclitus ephesius uelle dicere uidentur.

Nũc narrat. iii. põem/ & inqt hi uero alia qdẽ oia & fieri & fluere dicunt/ nihilq; stabile eẽ. Vnũ aũt quoddã solũ ꝑmanere: ex quo hæc oia trãsfigurari sunt apta. Hoc aũt ꝑm expositores græcos est mãle principiũ: qd subsistit oĩbus quæ fiũt & corrũpunt. Deinde quoq; sit hæc põ tãgit & inqt qd qdem cæteri cõplures: & heraclit? ephesius uelle dicere uĩr. hui? ẽt põis fuit Thales q aquã eẽ hoc pricipiũ dixit: anaximenes uero aerẽ: anaximãder inter utrunq; scilicet uaporẽ. heraclitus autem ephesius ignem: de quo specialiter mentionem fecit: quia ipse magis asserebat omnia esse in continuo fluxu. Hæc græci expositores addiderunt. Aueroes autem breuiter resumit opiones/ & recte: & ait q ꝑa opio est eoꝶ: q dixerũt oia generari: & isti sunt bipriti. nam alii dicũt gñabilitũ esse quædã genita: & nõ corruptibilia: ut Plato dicit de mũdo: ait. n. Mũdũ factũ: sed incorruptibilẽ. Alii dicũt genita oia & corruptibilia: asserũt. n. oẽ gñabile eẽ corruptibile: q ẽt biparriti sunt: nã alii uolũt genitũ ipsum eẽ ꝑmanẽs & fixũ donec corrũpat. Alii q genitũ semꝑ est in fluxu: & qd nõ est hic nisi mã & subiectũ: rõne cuius generatio est æterna. eo qa omnis transmutatio est firmata sup aliquod permanẽs: & ait q isti nõ discordant in hoc: Sed circa principiũ quod ponunt subsistere: nã alii dicunt illud esse ignem: Alii terrã: alii aquã alii uaporem: ut dictum. est hæc optime Aueroes. Expositio. Stabile Stabiliter Quæ auero.

SVNT Autem quidam qui & omne corpus generabile faciunt: componentes ipsum ex superficiebus: ac dissoluentes insuperficies.

Quarta positio est Platonis: qui dixit omne corpus generari: compositionẽs ipsum ex superficiebus: & dissoluens ipsum in superficies. Expositio.

DE Aliis quidem igitur alius erit sermo: his uero qui hoc dicũt modo: omniaq; corpora ex superficiebus constituunt: Quot quidem alia accidit dicere contra mathematicas scientias perfacile est uidere. erat tamen æquum aut non dimouere ipsas: aut credibilioribus rationibus ꝗ̃ suppositiones sunt: dimouere. Quot quæcunq; Contra Contraria.

Expositio· Nunc reprobat opiniones:& primo ostendit contra quas uult argumētari:& inquit de aliis quidem igitur supple tribus opinionibus alius erit sermo:quia partim in primo physicorum: partim in libro de generatione:partim autem inferius in hoc libro postea resumit opinionē contra quam uult obiicere:& inquit his uero qui hoc dicunt modo:omniaq; corpora ex superficiebus constituunt:ut sunt Platonici:quot quidem alia accidit dicere contra mathematicas scientias:per facile est uidere·Obicit igitur Platoni per hoc generatim quia expositione eius sequitē contra suppositiones in scientiis mathematicis traditas:sunt enim in mathematicis plures suppositiones|ut punctum esse indiuisibile simpliciter:lineam esse indiuisibilem secundum latitudinem:superficiem autem secundum altitudinem:modo dicere q. linea fiat ex punctis:& superficies ex lineis:& corpus ex superficiebus:est suppositiones has destruere: sequitur enim punctum esse partem lineæ:lineam superficiei:superficiem corporis· Modo pars rei diuisibilis est diuisibilis·Quare sequitur illa omnia esse simpliciter diuisibilia· Ecce quo modo expositione Platonis sequitur contra suppositiones mathematicas·Ideo ait contra ipsum: erat tamen æquū aut non dimouere ipsas suppositiones:quas diximus·aut dimouere ipsas suppositiones per credibiliores rationes q̄ sint suppositiones illæ·quasi uelit dicere:q. quia non dantur credibiliores rationes:q̄ sint suppositiones: ideo est fatuum sic opinari:hæc Aristoteles contra Platonē generatim·assignat autē expositor duas rationes|cur prætermissis aliis opinionibus:tantum contra Platonis positionem insistit:primo quia hæc positio erat famosior:sicut & Plato uir erat insignis·Secundo quia hæc positio est ordine doctrinæ prior:quoniam est de generatione corporis in eo q. corpus:aliæ sunt de generatione corporum sensibilium·modo corpus ut corpus est

Quæ auero· com·iiii· prius corpore|ut sensibile· Aueroes autem assignat aliam causam:quare non est loquendū contra primas opiniones:quia illæ non sunt naturales:nam negant generationem esse· modo generatio est quoddam suppositum in naturali phylosophia· ideo loqui de hoc spectat magis ad metaphysicum ac logicum:qui inquirunt supposita ac subiecta aliarum facultatum·Sed hæc ratio Auerois non cogit:quia saltem potest dici cōtra eos qui asserunt omnia generari: isti enim non negant subiectum:nec suppositum·Præterea dubium est si metaphysicus habeat hoc agere:ut alibi dicit ipse:immo naturalis phylosophus probat esse aliquod fixum & immobile: sed hæc Auerois ratio ualeat|quantum ualere potest·

DEINDE Patet eiusdem esse rationis solida quidem ex superficiebus:superficies autem ex lineis:& has ex punctis componi·Quæ si ita sint: non necesse est partem lineæ lineam esse· sed de his prius in sermonibus de motu considerauimus:demonstrauimus enim indiuisibiles nullas longitudines esse·

Expositio· Obicit secundo speciatim:& primo sumit quoddam quasi suppositionē dicens|deinde patet eiusdem esse rationis solida idest corpora quidem ex superficiebus: superficies autem ex lineis: & has lineas ex punctis componi:est igitur suppositio eadem ratione componi corpora ex superficiebus:superficies ex lineis:& lineas ex punctis· Tunc arguit quæ si ita sint hæc supple quæ diximus:non necesse est partem lineæ lineā esse:quia ex quo fit ex punctis:partes lineæ erunt puncta:quod quidem est impossibile:de quo se remictens ad sextum physicorum inquit sed de his prius in sermonibus de motu considerauimus:demonstrauimus enim indiuisibiles nullas

Quæ auero· com·v· esse longitudines:& per consequens non posse componi ex punctis· Aueroes autem dicit primo positionem Platonis sequi impossibilia quæ secuntur positionem dicentem continuū componi ex indiuisibilibus·Secundo ait illam sequi alia impossibilia contra mathematicos· Tertio dicit etiam illam sequi impossibilia naturalia:sed quia hanc sequūtur illa impossibilia quæ sunt contra eos qui dicunt continuum componi ex indiuisibilibus:ideo incepit dicere illa impossibilia secundo dicit Aueroes q. dicentes corpora ex superficiebus componi: non dicunt superficies componi ex lineis·& qui dicunt superficies fieri ex lineis | non dicunt lineas fieri ex punctis:propterea dixit esse eiusdem rationis:nam eadem ratione corpus fit ex superficiebus: qua superficies ex lineis:& qua linea ex punctis: quia proportio superficiei ad corpus est sicut lineæ ad superficiem:& puncti ad lineam:& quia puncta sunt indiuisibilia:ideo idem quasi est dicere corpus fieri ex superficiebus:& superficies ex lineis:& lineas ex punctis:quod continuum ex indiuisibilibus:propterea remisit se ad sextum physicorum:ubi probauit continuum nō componi ex indiuisibilibus· Addit tamē q. licet in sexto sint impossibilia dicta: hic speciatim addit quædam uidelicet q. sequitur partem lineæ non esse lineam:sed pūctum· partem superficiei

cieli non esse superficiem: sed lineam: partem corporis non esse corpus: sed sup̄ficiem. Quæ omnia sunt contra geometras: qui dicunt lineam diuidi in duo media in infinitum: & superficiem: & corpus similiter. In his enim tribus magnitudinibus diuisio proficitur in infinitum. Sed occurres quia tunc de eisdem consideraret physicus: & mathematicus. Secundo quia si de his in sexto libro physicorum est dictum: superfluit hic eadem repetere. Respondet Auerroes ibi: & qa perscrutatus est: & uult q̄ physicus: & mathematicus considerent has tres magnitudines: physicus: ut sunt termini: idest formæ in materia. Mathematicꝰ ut sunt absolutæ a materia: & ita patet solutio ad primam. Ad secundam dicit hic non superfluere loqui de his: quia loquetur per rationes particulares: & magis materiæ propinquas: q̄ locutus sit in physicis. Hæc Auer.

QVAECVNQVAE Autem de physicis corporibus impossibilia accidit his dicere: qui lineas indiuisibiles faciunt: parumper nunc etiam consideremus. Nam ea impossibilia: quæ quidem in illis accidunt: etiam in naturalibus sequentur. At non omnia quæ in his sequuntur: in illis accidunt: propterea q̄ mathematica abstractione dicuntur. physica autem additione. Sequunť uerbum additū. Accidūt uerbum additū.

Nunc Aristotelem per rationes naturales uult Platoni contradicere: & causam reddit ex hoc: quia impossibilia quæ accidunt de corporibus mathematicis: accidunt de corporibus physicis. Contra autem non: non enim oportet ut impossibilia quæ accidunt de corporibus physicis: accidant de corporibus mathematicis: Propterea uult nunc seorsum ponere impossibilia de corporibus physicis/ quia hæc non accidunt de corporibus mathematicis. Dicit autem Aristoteles hæc: quia posset quis dicere: tu dixisti impossibilia de corporis mathematicis contra Platonem: igitur sufficiunt: Respondet q̄ nunc uult dicere impossibilia quæ accidūt de corporibus physicis: quia licet omnia impossibilia/ quæ accidunt de corporibus mathematicis: accidūt de corporibus physicis: non tamen omnia quæ accidunt de corporibus physicis: accidunt de corporibus mathematicis & huius rei causa est: quia impossibile accidens alicui: est illi repugnans idem enim est impossibile: quod repugnās. Modo corpus mathematicum est ut uniuersale ad ipsum corpus physicum: quia corpus mathematicum abstractione est: ut ipsum uniuersale. physicum additione: ut ipsum particulare: quare recte omne impossibile accidens de corporibus ipsis mathematicis: accidit de corporibus physicis. quia omne repugnans uniuersali: repugnat particulari. Inquit quæcunq̄ autem de physicis corporibus impossibilia accidit his dicere: qui lineas indiuisibiles faciunt: parumper nunc etiam consideremus. dixit autem parumper: quia alibi in sexto physicorum ample disputauit: & in libro de generatione. sed quia aliquis diceret: dicta sunt impossibilia de corporibus mathematicis contra Platonem: ut textu proximo raptim: considerauit: igitur non est de nouo īpossibilia repetere: quæ accidunt de corporibus physicis: Respondet/ & inquit nam ea impossibilia/ quæ quidem in illis supple mathematicis accidunt: esse in naturalibus sequetur. at non omnia quæ in his naturalibus sequuntur: in illis mathematicis accidunt & assignat causam: inquit propterea q̄ mathematica abstractione ut uniuersalia dicuntur: physica additione ut particularia: & ita uidetur impossibile quod accidit mathematicis: accidere naturalibus: sicut oē repugnans uniuersali: repugnat particulari. Auerroes autem primo primittit conuenientiam & differentiam inter physicum & mathematicum: & inqt q̄ physicus/ & geometri conueniunt in considerando has tres magnitudines: quæ sunt corpus: superficies/ & linea. Secundo dicit q̄ licet conueniant: tamen differunt in modo considerandi. Tertio ait q̄ quia conueniunt & differunt: ideo conueniunt in propositionibus ex quibus fiunt syllogismi: & conclusionibus: quæ ui syllogismorū inducuntur. Quarto infert q̄ omnia impossibilia quæ accidunt a positione falsa: quam Plato ait de his magnitudinibus tribus: cum ait corpus ex superficiebus: superficiem ex lineis: lineam ex punctis componi: accidūt etiam naturalibus: nisi sint aliqua accidentia: quæ accidunt illis/ ut sunt abstracta a materia: & nō quatenus sunt in materia: aut econuerso: quæ accidunt naturalibus ut in materia: & non illis/ ut abstracta a materia. ponit exemplum: & ait tam physicum q̄ mathematicum concedere continuum posse diuidi per diminutionem in infinitum: siue ipsum continuum consideretur ut in materia: siue ut absolutum a materia: quia ut tertio physicæ auscultationis dicitur: si continuū consideretur ut in materia: cum ratione materiæ sit diuisio in infinitum: ut sic continuum potest diuidi in infinitum. si cōsideretur ut continuum: etiam potest diuidi in infinitum: quare se

Expositio.

Quæ auero. com. vi.

cundum utriusq; considerationem continuum potest diuidi ad infinitum differunt autem ex parte auctionis: quia mathematicus concedit posse crescere in infinitum: quia continuum considerat, ut a materia & forma abstractum: & si absq; omni limitatione, illud contemplatur. physicus uero, quia considerat continuum, ut terminus hoc est ut forma: cuius est aliam terminare: quia est terminus per essentiam: iure non concederet continuum posse crescere in infinitum: ut primo huius com. xxxii. & sexto physicorum com. xv. & septimo physicorum com. ii. dicitur. Quæ ratio docet mathematicum ponere continuum diminui: & augeri in infinitum. physicus uero diminui quidem sic: augeri autem minime. Quinto ait q. impossibilia quæ accidunt naturalibus, accidunt geometricis saltem in parte: non autem uniuersaliter: non enim oportet q̄ accidunt rebus, ut concretæ sunt: accidant rebus: ut abstractæ sunt: non enim quod accidit rei secundum concretionem atq; secundum quid: accidit rei simpliciter. His præmissis Aueroes introducit textum: & uult q. cum deducta sunt impossibilia quæ pertinent geometriæ: deducentur quatenus pertinent huic scientiæ naturali: & dixit parumper: quia non perfecte omnia geometrica impossibilia adducit in hac naturali scientia: cum quædam eorum prætermittat. Sed occurres: quia physica & mathematica sunt scientiæ diuersorum generorum: & nō subalternæ igitur differunt pænitus in syllogismis, propositionibus, & conclusionibus: & etiam in impossibilibus. Vult q. Aristoteles respondeat concedendo simpliciter has duas scientias differre: ait tamen scientias has conuenire in aliquibus, & secundum quid: & ita non omnia: sed quædam impossibilia sunt cōmunia utriq; scientiæ: assignat autem causam Aueroes: quia mathematic9 & physicus conueniunt quo ad subiectum: differunt autem quo ad rationem considerandi. nā geometra considerat corpus, ut diminutum idest absolutum ab accidentibus materialibus & a motu. Physicus, ut concernens hæc, & sic quando Aristoteles ait mathematicam esse scientiam absolutam: & physicam concretam: non intelligit per absolutam: uniuersalem subalternantem: & per concretam subalternatam: ut geometriam & perspectiuam. arithmetricā & musicam: quarum una alteram subalternat: sed intelligit has circa idem subiectum cōsiderare sub diuersa ratione: quia geometra sub ratione abstracta: & physicus sub ratione concernente motum & accidentia materialia: & addit q. quomodocunq; sit inter scientiam altiorem: quam uocat Aristotelis diminutam: & inferiorem: quam uocat additam: est aliqua conuenientia: ꝓpter quam potest dici quod accidentia: quæ accidunt geometricis: accidunt etiam physicis. Ex his refellit obiectionem: quæ fiebat contra Aristotelē: nam Aristoteles in posterioribus dixit nō licere migrare de genere in genus: & ita nō licet migrare de geometricis ad physicas: alter uteretur propositionibus non propriis huic scientiæ. Tunc uerificat illam propositionem quæ dicit quicquid accidit scientiæ superiori: accidit inferiori: ait enim hoc esse uerum quando quod continetur in superiori: est causa eorum quæ continentur in inferiori. quando uero quæ accidunt superiori scientiæ: non sunt causæ eorum: quæ sunt in inferiori: & maxime quando scientia superior, & inferior sunt differentes omnino & nullo modo subalternæ: tunc hæc propositio non habet locum. quomodo se habet geometria cum naturali: geometria enim cōtinet res: quæ non sunt causæ rerum naturalium: quare impossibilia accidentia geometriæ non omnia: sed quædam accidunt physicis: hæc Aueroes. Ex dictis igitur Aristotelis & Aueroīs patet omnia impossibilia quæ accidunt falsis opinionibus de corporibus mathematicis: accidunt falsis opinionibus de corporibus physicis. & huius rei causa est: quia impossibile & repugnans idem est modo omne repugnans corporibus mathematicis, repugnat physicis corporibus. Nam mathematica corpora sunt abstractione: & quasi uniuersalia: physica autem additione: & quasi particularia. omne autem repugnans uniuersali repugnat particulari. Sed occurres: nam repugnat corporibus mathematicis finiri ad maximum: hoc autem competit physicis potest dici: q. per mathematica intelligit uniuersalia corpora secundum quorum rationem mathematicus considerat: modo omne repugnans uniuersali repugnat particulari. Tunc ad rationem dico q. non repugnat corpori uniuersali & corpus finiri ad maximum: nam aliquod corpus finitur ad maximum: igitur corpus finitur ad maximum: bene tamen dico corpori ut corpus non competere ut finiatur ad maximum.

Dubi.

Affectus
Passiones

COMPLVRA Autem sunt: quæ indiuisibilibus inesse non possunt: physicis autem necessario insunt: ut si quid est indiuisibile. In indiuisibili enim diuisibile inesse nō potest. Affectus autem omnes dupliciter diuisibiles sunt: Aut. n. secundum

cundum

cundum speciem:aut secundum accidens·secundum speciem quidem, ut coloris album & nigrum·secundum accidens autem,si id cui inest:diuisibile sit· Quare quæcunq; simplices sunt affectiones·omnes sunt hoc modo diuisibiles·Quapropter impossibile ipsum in talibus est considerandum·

Affectiones
Passiones
Expositio·

Hic textus est obscurus:& nec latini:nec græci(ut mihi uidetur)clare ipsum exponunt· Ego uero saluo meliori iuditio:dicerem q̃ hic incipit Aristoteles physice contradicere Platoni/& primo sumit duo quasi duas suppositiones:quarum prima est q̃ complura sunt: quæ rebus indiuisibilibus inesse non possunt:physicis autem corporibus necessario insunt:& dico hoc/ut si quid sit indiuisibile: quia fortasse rei ueritas est/q̃ in rerum natura nihil est indiuisibile/nisi substantiæ seperatæ:& intellectus:ut in libro de substantia orbis disputaui· Hanc suppositionem declarat/& inquit in indiuisibili enim diuisibile inesse non potest:quod tamen corporibus inest· albedo enim extensa puncto uel lineæ non potest inesse:quæ tamen corpori inest· hæc est prima suppositio·Deinde ponit secundam quasi ad declarationem primæ : & inquit affectus autẽ omnes dupliciter diuisibiles sunt : aut enim secundum speciem · Aut secundum accidens : secundum speciem quidem:ut coloris:qui est genus:quod diuiditur in album & nigrum: secundum accidens autem:si id cui inest diuisibile sit:hoc est ad diuisionem subiecti:diuiditur enim albedo diuisione superficiei:quia extenditur extensione subiecti: ex hoc colligit suppositionẽ & inquit:quare quæcũq; sunt simplices passiones:omnes sunt hoc modo diuisibiles· Sed occurres non omnes passiones esse dupliciter diuisibiles:quia aliquæ sunt secundum speciem diuisibiles:quæ secundum subiectum non sunt diuisibiles:ut uirtutes· Aliquæ uero econtra secundũ subiectum quidem diuidi possunt·secundum speciem autem non:ut album· Dici potest uerbũ omnes teneri disiunctiue:& non copulatiue:non enim qualibet passio utroq; modo diuidit̃: sed omnis passio diuisibilis est uno uel altero modo·His habitis arguit quare impossibile ipsũ in talibus est considerandum·nam data positione Platonis sequitur passiones nullo modo esse diuisibiles per accidens·quia illa positione data sequitur corpora esse indiuisibilia:quia sunt ex rebus ipsis indiuisibilibus:omne enim compositum ex indiuisibilibus est indiuisibile:corpora igitur erunt indiuisibilia:quare passiones non possunt esse ratione subiecti diuisibiles:& ita nõ possunt esse diuisibiles per accidens Auerroes autem introducit textũ hunc omnino extranee: inquit enim Aristotelẽ uelle assignare causam:q̃ naturalis phylosophus potest considerare de accidentibus primis ac propriis magnitudinum/idest de diuisione magnitudinis in magnitudines:q̃uis iste modus diuisionis sit proprius magnitudini ut magnitudo est:& mathematico ipsi:est igitur introductio q̃ Aristoteles uelit dare causam q̃ naturalis phylosophus potest loq̃ de diuisione continui:q̃uis de continuo loqui ad mathematicum spectet·Causa autem quam assignat Aristoteles secundum Auerroẽ est:quia diuisio corporis physici est similis partitioni uidelicet mathematicæ·Nam corpus physicum est diuisibile/ut etiam corpus mathematicum·cũ non posset corpus mathematicum recipi in physico nisi physicum esset diuisibile:non enim potest diuisibile recipi in subiecto indiuisibili·quare corpus physicum est diuisibile diuisione saltem simili diuisioni mathematicæ quare physicus potest de diuisione corporum & magnitudinum loqui:quia de similibus idem artifex dicere potest· Hæc Auerroes in prima parte textus: quæ sunt ita aliena a mente Aristotelis:ut somnia ueritati:non enim in græcis quos habemus codicibus:sic habetur ut Auerroes exponit·Deinde sequitur secunda pars textus quæ in arabicis translationibus incipit ibi·passiones autem·ubi Auerroes quo ad uerba ait Aristotelẽ per diuisiones secundum speciem uel secundum formam intelligere diuisionem generis in species per differentias formales:duæ enim sunt formæ idest differentiæ formales:quibus genus diuidit̃· per diuisionem autem secundum accidens intelligit:quia non nulla accidentia essentialiter:ac perse sunt indiuisibilia:per accidens uero ratione subiectorum in quibus sunt : sunt diuisibilia: nam quantitas seu quantum in quo ut in subiecto sunt ipsa accidentia : diuisibile est perse & essentialiter:qualitates autem per accidens:quia sunt in quanto· Tertio Auerroes epylogat de his quæ continentur in hoc textu:& inquit hunc textum tria continere primum q̃ passiones recipiunt diuisionem·Secundum est causa quare recipiunt diuisionem:uidelicet quia sunt in subiecto diuisibili· Tertium est quem modum diuisionis recipiunt uidelicet per accidens: & non per se·Quartum est q̃ potest naturalis considerare de accidentibus quæ sunt secundum qualitatem in hac questione Platonica idest de diuisionibus:quæ sunt non secundum quantitatem:sed se-

Dubi.

Sol.

Quæ auero. com·vii·

Dubi. cundum qualitates in hac opinione Platonis. Sed obicit Aueroes sibi: quia diuisio qualitatum est per accidens. modo naturalis phylosophus cum sit artifex scientificus considerat res perse: & per propositiones essentiales ac perse. Soluit Aueroes & non ad formam: sed ad materiam: & ait q. accidentium de quibus artifex ipse considerat: quædam sunt quæ subiecto insunt perse & primo: ut par & impar numero: quædam autem insunt subiecto per quandam similitudinē ad accidentia quæ insunt subiecto alterius scientiæ. ut arithmeticus considerat: considerat de numerus superficialibus & solidis siue corporeis per similitudinem ad superficies & corpora: de quibus considerat geometra perse: geometra enim considerat de superficiebus lineis & corporibus cōmunicantibus secundum proportionem: & non cōmunicantibus. sic igitur arithmeticus cōsiderat per similitudinem de his: de quibus considerat perse geometra: & addit q. etiam inferiores scientiæ considerant de accidentibus subiecto geometriæ & arithmetricæ & sic fieri potest hæc diuisio: q. accidentium de quibus artifex considerat: quæ sunt quæ perse insunt & proprie: alia per similitudinem: alia uero per subalternationem: quatenus superiorum scientia dicit causam illorum: quomodo perspectiuus considerat accidentia lineæ per causam traditam in geometria. Tunc ait physicum considerare de diuisione continui dupliciter scilicet uno modo per assimilationem: nam diuisio continui quam naturalis considerat: est similis diuisioni: quam cōsiderat geometra. Secundo per causam: quia reddit causam diuisionis qualitatum: considerat. n. physicus diuisionem qualitatis: quia est similis diuisioni quantitatis. Et addit causam illius: quia recipitur in subiecto quanto: quod est perse diuisibile. Hæc Aueroes ad materiam. Ad formam autem dic tu q. physicus considerare potest de per accidens rebus: ut sunt similes his quæ sunt perse: & ut illæ habent causam perse: ex dictis igitur ab Aueroe & numerus patet q. ubi positio Platonis esset uera: tunc corpora essent indiuisibilia: componuntur enim ex rebus indiuisibilibus ut superficie puncto & linea. Vlterius sequitur nullum accidens diuidi ad diuisionem eorum: quo existente sequitur nullum accidens esse diuisibile per accidens.

Sol.

Totū ambo Hēc suppletū uerbum Habebūt uerbū suppletū. Nō hnt uerbū suppletū.

SI Igitur impossibile est utraq; parte nihil grauitatis habente: totum habere grauitatem: sensibilia autem corpora aut omnia: aut quædam grauitatem habent: ut terra & aqua: ut etiam ipsi dicent. Si punctum nihil grauitatis habet: patet neq; lineas habere. Quod si hæ non habent: neq; superficies habebunt. Quare nec corporum ullum.

Expositio.

Secundo arguit: & primo probat corpora non posse habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente: & inquit si igitur impossibile est utraq; parte nihil grauitatis habente: totum habere grauitatem: est igitur maior nullum totum potest habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente. sensibilia autem corpora aut omnia: aut quædam grauitatem habent: igitur sensibilia supple corpora habere non possunt grauitatem nulla earum parte grauitatem habēte. Ex hoc syllogismo colligatur hæc conclusio pro maiori uidelicet corpora sensibilia grauitatem habere non possunt nulla eorum parte grauitatem habente. Cui addo hanc minorem: pūctum nihil grauitatis habet: igitur corpora sensibilia non sunt ex punctis. uerum Aristoteles facto primo syllogismo: facit secundum hypothetice a primo ad ultimum: & inquit si punctum nihil grauitatis habet: patet neq; lineas habere: nam linea secundum pla: est ex punctis: Vltra si lineæ non habent grauitatem: nec superficies habebunt: q. si nec superficies: igitur nec corporum ullum grauitatem habebit: potest igitur dupliciter ex opinione Platonis deduci sensibilia corpora grauitatem non habere: primo ex conclusione primi syllogismi hoc modo: nullum corpus potest habere grauitatem nulla eius parte habente grauitatem: puncta lineæ & superficies non habent grauitatem: igitur nullum corpus est ex punctis lineis & superficiebus. Secūdo potest aliter deduci hypothetice sic: si punctum non habet grauitatem: lineæ non habent grauitatem. Si lineæ non habent grauitatem: nec superficies: si nec superficies: igitur nec corpora sensibilia: quæ sunt ex superficiebus. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud totum græce est ampho: latine ambo uel utrunq;. Sed quoniam totum nihil aliud est q̄ utraq; medietas: ideo transtulimus totum: quatenus totum & utraq; medietas idem est. Item etiam per partem non essentialem intelligit: quales sunt materia & forma: seu genus & differentia: sed quantitatiuam: impossibile enim est totum esse graue nulla eius parte quantitatiua existente graui: potest tamen totum esse graue dato q. materia eius non sit grauis: & hoc pacto Plato loquebatur

Declaratio uerborum.

de

de partibus:uoluit enim corpus esse ex superficiebus tanq̄ ex partibus quantitatiuis:& superficies ex lineis:& lineas ex punctis uelut ex partibus quantitatiuis · Quare si puncta non sunt grauia:nec lineæ erunt graues:quæ sunt ex punctis:& si lineæ non sunt graues:nec superficies quæ sunt ex lineis:& si superficies non sunt graues:nec corpora:quæ secundum Platonem sunt ex superficiebus· Aueroes autem uult q. hic Aristoteles incipiat cōtradicere Platoni· Vnde ait modo incepit perscrutari de parte indiuisibili intellige q. nullum corpus sensibile componitur ex parte indiuisibili·Deinde Aueroes ibi Alexander autem digreditur·ad cuius digressionem declarandam debes scire q. uerba textus arabici sunt hæc|dicamus igitur q. impossibile est ut duo sint:quorum neutrum habet grauitatem:& cum congregantur: utrunq; haberet grauitatem·Noster uero textus est:si igitur impossibile est utraq; parte nihil grauitatis habente: totū habere grauitatem·uerbum totum græce est ampho latine utrunq;:& uerbum utrunq; intelligitur pro toto:nam totum est utraq; partium:super his uerbis Alexander ait q. laudandus est Aristoteles:qui addidit cum congregantur: habebit utrunq; grauitatem : est enim laudandus quia posuit uerbum utrunq;·Nam posuit hoc propter materiam & formam : nam nec materia nec forma grauitatem habet:& tamen corpus compositum ex eis habet grauitatem:quasi dicat q. signanter dixit utrunq;:quod græce est ampho:& non dixit totum:quia possibile est neutra parte existente graui : totum esse graue non autem est possibile neutra parte existente graui: utrunq; esse graue:quia si neutra grauis est:utrunq; graue esse non potest·tamen potest neutra pars esse grauis:& totum bene esse graue:ut nec materia nec forma grauis est : & tamen totum est graue:quare propositio est neutra parte existente graui:utrunq; non potest esse graue·Aueroes autem ait q. Aristoteles dixit utrunq; & non totum:non tantum propter materiam & formam:sed uniuersalius ob multa alia:utpote propter ea de quorum neutro dicitur aliquid:quod dicitur de toto:unaquæq; enim partium non est totum:sed congregatio est totum:uerbi causa: sint tres homines qui simul iuncti moueant nauim:seorsum nullus mouere possit : dico q. neutra pars mouet:& tamen totūmouet:& licet hoc pacto sit:tamen neutra parte mouente nauim: utrunq; mouere non potest:quare differt dicere utrunq; & totum·Nam neutro mouente:totū mouere potest:non tamen utrunq; mouere potest:neutra parte mouente:quare illa additio recta fuit·Ex iis ipse Aueroes colligit illam additionem utrunq; non tantum esse positam ꝑpter materiam & formam:sed uniuersaliter propter omnes partes quantitatiuas·Nam neutro homine mouente nauim:totum mouere potest:neutra enim parte mouente nauim in actu : totum mouere potest in actu:non enim partes sunt actu in toto:sed potestate· Quare hæc additio nō tantum propter materiam & formam ponebatur:sed uniuersaliter propter omnes partes quantitatiuas:neutra enim existente tali:utrunq; non potest esse tale·Et ideo Aueroes laudat Alexandrum:quia nouit differentiam inter totum:& utrūq;·& fuisset mirum de Aristotele si indifferenter posuisset totum:& utrunq;·Nam si ista additio utrunq; non fuisset esset sermo sophysticus:quia ubi posuisset loco uerbi utrunq;:ipsum totum : sermo esset multiplex : quia de toto quantitatiuo & partibus quantitatiuis uerus:de toto essentiali & partibus essentialibus falsus· Obicit autem contra Alexandrū & inquit & si ista additio non esset scilicet illius uerbi utrūq; nisi propter formam & materiam:& tunc sermo essent disputabilis in fine carentiæ contradictionis idest ualde disputabilis:& ita non demonstratiuus·Secūdo arguit:& inquit & tunc ista propositio cōtradiceret dicentibus corpus esse ex materia & forma:supple si illud uerbū utrūq; additum esset solum propter materiam & formam·Nam si solum esset additum propter materiam & formam:esset quia totum compositum ex materia & forma non esset utrunq; idest materia & forma simul·Hoc est falsum:quia totum nihil aliud est q̄ utrūq; idest materia & forma simul· Tertio arguit:& inquit tunc etiam esset ratio dicentium partem indiuisibilem esse·Nam dicere possunt ut totum quantum est ex materia & forma non quantis: ita ex partibus indiuisibilibus potest esse quantum·quare oportet dicere uerbum illud utrunq; non esse additum solum propter materiam & formam·Ideo Aueroes inquit nos autem diximus q. hoc est uerum: impossibile enim est ut cum congregantur habeat utrunq; eorum quantitatem:quam ante cōgregationem non haberent:& sic oportet dicere materiam & formam prius esse quantas: si ex illis fit aliquod quantum totum:& ita uelle uidetur q. uniuersaliter totum omne est utrunq;·i· suæ partes & per consequens non tantum propter materiam & formam:sed propter omnes partes additum est illud uerbum ad signandum omne totum esse utrunq; idest suas partes· Vltimo Aueroes sic componit syllogismum:puncta non sunt grauia neq; leuia : corpora compo/

Quæ auero. com·viii.

nuntur ex punctis·igitur corpora non componuntur ex grauibus & leuibus: & ita oportet dicere nullum corpus eſſe graue:nec leue·

PVNCTVM Vero grauitatem habere non poſſe:perſpicuum eſt· Nã graue quidem omne & grauius eſt·& leue etiam leuius aliquo eſſe poteſt · grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe · Quemadmodũ & magnum quidem eſt maius : maius autem non ſemper magnum eſt : complura enim ſunt:quæ cum abſolute parua ſint:quibuſdam aliis maiora ſunt·ſi igiť qd: cum graue ſit grauius ſit:neceſſe eſt maius eſſe : & graue omne : diuiſibile utiq; erit·punctum autem indiuiſibile ſupponitur eſſe·

Expoſitio· Secundum Aueroem probatur in hoc textu maior uidelicet q. punctum nec ſit graue:nec leue:& ſyllogiſmus ſic componitur:omne graue eſt diuiſibile·punctum non eſt diuiſibile · igitur non eſt graue·Maior probatur:omne maius eſt diuiſibile omne graue eſt maius·igitur omne graue eſt diuiſibile · Minor iterum patet: quoniam omne : graue eſt grauius: & maius graue:& non econtra·Primo igitur probat hanc minorem & inquit punctum uero grauitatem habere non poſſe perſpicuum eſt·Hæc eſt maior proximi ſyllogiſmi:deinde probat minorem ultimi ſyllogiſmi:& inquit nam graue quidem omne:& grauius eſt: & leuius etiam aliquo leuius eſſe põt· grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe huius rei exemplum ponit & inquit quemadmodum & magnum quidem eſt maius: maius autem non ſemper magnum eſt complura enim ſunt:quæ cum abſolute parua ſunt:quibuſdam aliis maiora ſunt: & ſic patet omne graue eſſe maius:& ita patet minor ultimi ſyllogiſmi·demum reſumit ſyllogiſmum: qui probat maiorem proximi ſyllogiſmi:& inquit ſi igitur quod cum graue ſit : grauius ſit: neceſſe eſt maius eſſe:ut nunc probatum eſt:concludit & graue omne diuiſibile utiq; erit : & ſic habeẽ maior ſyllogiſmi præſentis:deinde accepit minorem:& inquit punctum autẽ indiuiſibile ſup-

Quæ auero· ponitur eſſe:igitur ſupple non eſt graue:& pari ratione nec leve·Aue·autem in præſenti cõm·

com·ix· Vltra textus expoſitionem: ſoluit per ordinem quinq; dubitationes : prima eſt quia non ui-

Prima dubi· detur recte dictum omne graue eſſe grauius:& non omne grauius eſſe graue· nam omne com-

Solˊ paratiuum ſupponit poſitiuum quare ſi eſt grauius:ſequitur id eſſe graue · Soluit hanc dubitationem parte illa ſi igitur de aliquo aliquid dictum fuerit:& uult q. rerum quædam ſunt abſolute tales:quædam non niſi comparatiue tales·tũc uult q. omne comparatiuum in abſolute talibus infert ſuum poſitiuum·In aliis uero quæ ſolum ſunt reſpectiue talia:non tenet:& ſic patet

Scđa dubi· ſolutio·Secundam dubitationem ponit ibi:& non debet aliquis:quæ talis eſt : una parua pars

Solˊ terræ eſt grauior magna parte aquæ:& tamen non eſt maior aqua· Reſpondet ibi Reſpondemus:& uult q. propoſitio phyloſophi intelligatur in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei· in his enim

Tertia dubi· quæ ſunt eiuſdem naturæ:omne grauius eſt maius:& omne leuius eſt maius· Tertiam dubita-

Solˊ tionem ſoluit ibi·Et etiam eſt manifeſtum:quæ talis eſt pars parua plumbi eſt grauior magna parte ligni:& tamen non eſt illa ligni parte maior·Reſpondet eſſe intelligendam propoſitionem tam in ſimplicibus q̃ mixtis eiuſdem ſpeciei:in his enim omne maius eſt magnum:ut di-

Quarta dub· ctum eſt·Quartam ponit ibi·Neq; etiam aliquis:quæ talis eſt minimum terræ eſt ſimpliciter

Solˊ graue:& tamen nullo eſt maius:cum·n·ſit minimum:nullo poteſt eſſe maius igitur non omne ſimpliciter tale:eſt maius aliquo·Reſpondet ibi·Quoniam Ariſtoteles:& ſolutio eſt q. propoſitio Ariſtotelis eſt uera in genere:hoc modo omne graue ſimpliciter eſt maius inquantum graue:non autem in ſpecie:quia minimum terræ eſt graue ſimpliciter:quod tamen non eſt ali-

Quinta dub· quo maius·Quintam dubitationem ponit ibi Cum enim poſitum fuerit: quæ talis eſt:q. data

Solˊ hac ſolutione:tunc ſyllogiſmus Ariſtotelis nullus eſſet·Reſpondet q. ſyllogiſmus debet ſic cõponi:omne ſimpliciter graue eſt grauius inquantum graue:punctum non eſt grauius inquantum graue:quia eſt ſimpliciter indiuiſibile·igitur punctum nõ eſt ſimpliciter graue·Quod uero punctum non ſit grauius inquantum graue:patet quia non eſt diuiſibile/nec ut quantũ:nec ut punctum·Hæc Aueroes:Sed ego contra hæc dubito ſatis quia intenſio formæ cuiuis modo fiat:fit ſecundum eundem punctum : quotiens enim ſecundum idem punctum ſubiectum eſt magis:tunc fit intenſio·quare non ſequitur punctum eſt grauius·igitur maius:ſed ſequitur igr̃ magis:poſſumus enim dicere unum punctum eſſe magis uel minus graue:quod nec eſt maius: nec minus alio puncto·Poteſt dici nunq̃ poſſe eſſe indiuiſibile quale niſi per accidens: quate-

nus

nus est aliquid subiecti diuisibilis: & ita saltem sequitur in his quae sunt eiusdem speciei: si unũ punctum est magis graue: saltem per accidens esse maioris subiecti: tu uero melius considera.

PRAETEREA Si graue quidẽ est densum. leue autem rarum; & densum hoc a raro differt, q; æquali in mole plura ipsi insunt. Si igitur punctum sit graue ac leue: & densum & rarum erit. At densum quidem est diuisibile. punctum autem indiuisibile.

Expositio. Secundo idem probat sic omne graue uel leue est diuisibile. Punctum non est diuisibile. igit̃ punctum nec est graue: nec leue. Maiorem probat sic omne densum est diuisibile: & omne leue est diuisibile. graue est densum: & leue rarum. igitur omne graue & omne leue erit diuisibile. Qd uero omne densum sit diuisibile: & omne rarum sit diuisibile: patet ex differentia densi & rari: nam rarum & densum differunt: quia in denso plures partes insunt. uel potest componi hypothetice syllogismus sic: si punctus est grauis: uel leuis: punctuʒ est rarum uel densum tenet argumentum: quia graue est densum: & leue est rarum. ultra si punctum est rarum uel densum: punctum est diuisibile tenet consequentia: quia rarum & densum differunt penes partes plures uel pauciores at punctum est simpliciter indiuisibile: igitur non potest esse nec graue: nec leue. Aueroes autem ait hanc esse rationem secundam: quæ substentatur in propositionibus: prima est omne graue est densum: & omne leue est rarum. Secunda est rarum & densum est diuisibile. Ex his syllogismus componitur apud Aueroem omne graue est dẽsum: & omne densum est diuisibile. ergo omne graue est diuisibile. Sed punctus non est diuisibilis. igitur non est grauis: eodem modo potest argui de leui. Sed Aueroes dubitat contra primam propositionem: nã lapis diaphanus est rarus/ut christallus: qui tamen lapis est grauis. Præterea nubes est leuis: quæ tamen est densa. Secundo si graue est densum: & leue rarum: tunc non daretur simpliciter graue: sicut nec simpliciter densum: nec daretur simpliciter leue: ueluti nec simpliciter rarũ. Tertio dubitatur contra differentiam densi & rari. Nam si densum differt a raro: quia sub æquali magnitudine plures continet partes: & rarum inquantum æquales continet sub minori mole: tunc nec terra esset densa: nec ignis rarus. Nam terra sub æquali mole non continet plures partes: non enim terra est æqualis molis cum igne ipso est enim regio ignis ualde maior regione terræ. Ad primam Respondet Aueroes q; quæ dicta sunt de raro & denso: sunt dicta secundum opinionem Platonis: nam qui ponit corpus componi ex punctis: cogitur dicere densum eẽ: qd ex pluribus punctis constat: rarum autem ex paucioribus: modo ambo sub eadem sint dimensione. Ad secundam etiam Respondet q; secundum opinionem Platonis oportet dicere nihil esse graue simpliciter: nihilq; leue simpliciter. Sed solum quod est grauius/& minus graue: leuius: & minus leue. Nam quod ex pluribus superficiebus est: ipsum erit grauius: quod autem ex paucioribus: ipsum est leue. Patet igitur secundum opinionem Platonis nihil esse graue simpliciter: nihil etiam leue simpliciter. Ad tertiam dico ego q; rarum & densum conueniunt in dimẽsione: sunt enim ambo sub æquali dimensione. differunt autem: quia densum sub æquali dimẽsione plures continet partes: rarum autem: pauciores. Tunc dico terram totam esse densiorem igne toto: non absolute sed dato q; sint ambo sub eadem dimensione est igitur ignis rarior terra: pro quanto sumpto igne & terra sub æquali dimensione: terra plures cõtinet partes q̃ ignis. Ex his sequitur q; hæc secunda ratio non est simpliciter: sed ad aduersarium. econtrario rationi prædictæ in proximo textu: quæ fuit contradictio simpliciter.

Quæ auero. com. x.

Dubi.

PRAETEREA Si omne graue durum aut molle esse necesse est: ex his aliquod impossibile facile deduci potest: Nam molle quidem idest: quod i se ipsum cædit. Durum uero: quod non cædit. At quod cædit: diuisibile est.

Præterea autem

Expositio. Hæc est tertia demonstratio/ut dicit Aueroes/secundum rem in se: & non ad hominem: & componitur hypothetice si punctum est graue: punctum est durum aut molle. Tunc ex hoc inferẽ aliud impossibile uidelicet q; punctum facile cædit: uel non facile cædit: deducitur ex definitione mollis & duri. nam molle quidem idest: quod in se ipsum cædit. durum autem: quod nõ cædit. Valet igitur si punctum est graue: erit durum: aut molle. & ultra si durum aut molle igr̃ cædens in se ipsum uel non cædens. & ita sequitur punctum esse diuisibile: quoniam quod cædit: diuisibile est. Aueroes uero resoluit textum in ꝓpositiones: quarum prima est q; omne graue aut leue est durum aut molle: & hanc Aueroes probat: quia omne graue aut leue est tangi/

Quæ auero. com. xi.

bile. & omne tangibile est durum aut molle. ergo omne graue. aut leue est durum aut molle. Verum text? Aristotelis loquitur solum de graui: & non de leui: & dicit q. omne graue est aut durum/ aut molle. & hoc facile patet: quia omne graue est aut aqueũ: aut terreum. modo aqueũ uel aqua mollis est & terreum uel terra dura. Secunda propositio: quam Aueroes notat: est q. durum est illud quod non cædit secundum empedoclem: & molle quod cædit: quod est uerũ/ ut Aueroes ait: quia est acceptũ a definitione duri & mollis. Hæc secũda propositio/ ut ait Aueroes/ si coniungitur propositioni primi syllogismi/ hoc pacto uidelicet: omne durum nõ cædit. omne molle cædit. graue. est durum & leue molle: igitur omne graue non cædit: & omne leue cædit. Tertia propositio est q. omne cædens aut non cædens præmenti est diuisibile. Ex his sequitur omne graue aut leue esse diuisibile. quarta propositio uidelicet q. omne cædens est diuisibile: & omne non cædens est diuisibile: declaratur ab Aueroe ex difinitione eorum: nã cædens illud est: quod in profundum cædit. non cædens uero: quod non cædit in profundũ. modo omne quod profundum habet: est diuisibile. quare omne cædens & non cædens diuisibile est. Tunc ex his totus syllogismus est: omne graue aut leue est diuisibile. Punctus non est diuisibilis. igitur non est grauis: nec leuis. Hæc Aueroes. Verum Tertiam propositionem quæ dicit omne cædens uel non cædens esse diuisibile: melius declarant alii quia cædere est in se ipsũ locum dare. Hoc autem esse non posset/ nisi haberet plures partes: quarum una quodamodo resurgeret in locum alterius: quare molle erit partibile. eadem ratione durum diuisibile esse oportet: non enim posset dici non cædens/ nisi haberet partes: quarum una non dat locum alteri.

AT Vero neq; ex his quæ grauitatem non habent: erit graue: in quot enim hoc atq; in qualibet accidet: Quonam modo definient. si non fingere uolunt.

Expositio. Hactenus probauit puncta non posse esse grauia/ nec leuia: quæ fuit maior in syllogismo Aueroïs. at nunc probat q. nullum graue potest esse ex non grauibus: quæ fuit quasi uis minoris illi? syllogismi: & hoc proponit: & inquit at uero neq; ex his/ quæ grauitatem non habent: erit graue: supple tu tanq̃ ex partibus quantitatiuis/ ut superius dicebatur. Probat autem hoc/ primo quia nõnulli dixerunt graue esse ex partibus multis. leue autem ex partibus paucioribus. inquit modo: in quot enim hoc atq; in qualibet accidet. Hoc est dicere si graue est quod ex numero maiori partium resultat: quotus est ille numerus/ utrum denus: uel uigenus: & ex qualib? partibus numerus ille est. & quo nam modo definient supple illum numerum: & illas partes si non uolunt fingere: non enim assignabilis est numerus: nec partes. Aueroes autẽ in præsenti loco exponit/ ut diximus: addit tamen esse intelligendum de compositione secundũ quãtitatem: & non secundum qualitatem: ad differentiam corporum grauium quæ secundum qualitatem componuntur ex materia & forma: quæ non sunt graues: nec leues.

Quæ auero. com. xii.

Præterea & Maius ẽ uerbũ additum. Grauitate maius graue grauius. Fit quare

PRAETEREA Si omne grauitate maius graue: est grauitate maius: continget & unumquoq; eorum quæ indiuisibilia sunt: grauitatem habere. Nam si puncta quatuor grauitatem habent: Quod uero ex pluribus constat q̃ hoc: grauius est eo quod est graue: atq; quod graui grauius est: graue esse necesse est: ueluti ẽt albo albius est album: fit ut uno puncto maius: grauius erit ablato æquali. Quare punctus unus grauitatem habet.

graue quinq; punctorum.



A

graue quatuor punctorum.



B

Expositio. Secundo confutat eandem. positionem: quæ dicebat graue esse ex pluribus punctis: leue autem ex paucioribus: & inquit præterea si omne grauitate maius graue idest: si omne graui? est grauitate maius idest est grauius propter grauitatem: ueluti omne albius est albius propter albũ additum: contingit/ & unumquod eorum quæ indiuisibilia sunt: ex quibus constat corpus: grauitatem habere deducit enthymema: & inquit nam si puncta. Quatuor grauitatem habent: ex quibus constat quantitatiue b corpus: Quod uero ex pluribus constat q̃ hoc: grauius est eo quod est graue idest est grauius ipso b: & ipsum sit a ex quinq; pũctis. quasi dicat & si est unum aliud quinq; pũctorum grauius ipso b uidelicet quod sit a: & quod grauius est ali/

quo

quo graui:necesse est esse graue:ueluti albo et albius est album:si ita hæc oia sint: sit ut corpus qd est uno puncto maius u3 a grauius erit supple ipso b ablato æquali.i.quod est graue uno puncto minus. Quare punctus unus grauitatē h3:ē igitur breuiter deductio enthymematis a est grauius ipso b : & non nisi pp unū punctum:quod h3 plus igitur punctū illud ē graue:non.n.posset a esse ipso b grauius in illo uno pūcto: nisi punctus ille esset grauis: non.n.potuisset Ceruus eē Caprea maior uno digito:nisi digitus esset aliquātus. Sed occurres: nā calidum a est calidius ipso b : qa constat ex pluribus caliditatis gradib9: & tn̄ nullus gradus est calidus. Simil̄r sol est calidior Ioue qa cōstat ex pluribus gradibus lucis:& tn̄ lux nō est calida. igr̄ non u3: a est grauius ipso b : qa cōstat ex pluribus pūctis. igr̄ puncta sunt grauia. Dici pōt q̄ rō ualet ad Platonē:q uoluit corpora sensibilia/ut grauia & leuia cōponi f3 quantitatem ex punctis. Nam f̄m eum sequitur grauius esse corpus:quod ex pluribus punctis est:& leuius ex paucioribus:quare oē punctum erit graue:qa ex illis fit graue quātitatiua compositione modo calidū non fit ex gradibus quantitatiue:nec sol ex gradibus lucis: & ideo nihil ad rem. ex his patet prima uia refellendi positionem Platonis. Dubi.

PRAETEREA Si superficies solum ut lineæ cōponi pn̄t:absurdū est. nā ut & linea ad lineam utroq3 modo & per longitudinē:& per latitudinē cōponit̄ eodem modo & superficiem cū superficie oportet. linea uero compōi cum linea pōt:si secundum longitudinem superponatur:non solum si apponatur. At si per latitudinem ēt componi possunt:erit aliquod corpus:quod neq3 est ælemētum: neq3 ex ælementis:si sic superficiebus compositis componatur.

Hactenus de prima uia refellendi opioem Platonis:nūc Ari. transit ad secundā uiam: ubi primo debes scire q̄ Plato posuit corpora qnq3 componi ex sup̄ficiebus: nā igni ꝑbuit pyramidalē figurā. terræ figurā sex basiū. Aeri figurā octo basiū:aq̄ figurā .x. basiū. Cœlo ēt figurā .xii. basiū Hāc igr̄ opionē Ari. refellere intēdit:& ꝑmittit distictionē talē:q̄ sicut linea duob9 modis pōt alteri lineæ cōponi:uno mō f̄m lōgitudinē/ut lōgitudini unius lineæ cōponit̄ in pūcto lōgitudo alterius lineæ siue faciat angulū cum ea siue nō. Alio mō f̄m latitudinē qd est scdm appositionē toci9 lineæ ad totā lineā in uia latitudinū:ita ēt sup̄ficies dupl̄r pōt sup̄ficiei cōpōi uno mō scdm ꝓfunditatē ut si tota una sup̄ficies supponat̄ alteri sup̄ficiei. Alio mō scdm linealē cōtactum/siue cōstituāt angulū corporalē:siue nō:ex hac distinctione uult h̄re q̄ Plato uoluit ex sup̄ficiebus fieri qnq3 corpora:qn̄ illæ componunt̄ scdm profunditatem. Obicit igitur Aristoteles contra Platonē: & primo breuibus innuit illius opinionem:& inqt si superficies solum/ut lineæ componi possunt:sic q̄ ex illarū compositione secundū profundum resultent corpora quinq3 prædicta:absurdum est:& deducit illud absurdū esse/præmittens distinctionem/ ut eligat membrum ad mentē Platonis:& inqt nam ut & linea ad lineā utroq3 modo & per longitudinem:& per latitudinem componit̄:eodem & sup̄ficiem cum superficie oportet dupl̄r componi. Explicat de lineis:& inquit linea uero cōponi cum linea pōt:si secūdum longitudinem superponat̄:non solum si apponat̄:igitur dupliciter ꝑ appositionē: & per superpositionē eodem supple mō & sup̄ficies componi possunt dupliciter u3 appositione:& suppositione. Hoc est per linealem contactum:& ꝑ profunditatem. Hac distinctione præmissa obicit contra Platonē eligendo membrū de quo loquebat̄ in compōe superficierum:& inquit at si per latitudinē etiā ipsæ sup̄ficies componi pn̄t/ut Plato ait quod est dicere per superpositionē unius ad alteram:erit aliquod corpus:quod nec est ælementū:nec ex ælementis idest mistum est igitur ratio: si sup̄ficies componunt corpora per hoc q̄ una alteri superponitur secundū profunditatem: dabitur corpus:quod nec est ælemētū:nec mistū. Sequit̄ dico illud si sic superficiebus compositis scdm superpositionē componat̄ corpus ipsum. Quasi dicat si scdm Platonem corpora fiunt ex superficiebus compositis secundum superpositionem:dabitur corpus aliquod: quod non est ælementum:nec mistum. Quam consequentiam non clare declarāt expositores. Aueroes autem declarat:quia si ex superficiebus sic per superpositionē compositis fieret aliquod corpus: sit illud aut octibasiū:aut sexbasiū:aut .xii. basium:aut icocedron uel .x. basiū:ꝓbo q̄ non pōt esse aliū:nā non posset esse ex superficiebus sic superpositis/nisi intus eēt uacuū. aliter illæ superficies etiam infinitæ sic suppositæ nunq̄ facerēt maius scdm ꝓfundū. oportet igitur inter illas statui uacua ut resultet corpus. modo tale non potest esse coelum / nec / ignis / nec aliorum aliquod: cum Expositio. Quæ auero. com. xiii.

nullum componatur ex uacuo/ut nunc supponatur:non potest igitur illud corpus esse ælementum:nec etiam mistum:quia omne mistum est ex ælementis:quare ut nullum ælementū potest constare ex uacuo:sic nec mistum. Hæc Aueroes/ut puto.

PRAETEREA Si corpora qdē multitudine supficiez grauiora sūt:ut i timæo definitū ē:patet & lineā & pūctū grauitatē hrē ꝓportióabilr.n.ad iuicē se se hñt ut ēt prius diximꝰ. sin āt nō hoc dr̄nt mō. sed ex eo qa terra qdē ē grauē: ignis āt leue:erit & supficiez alia quidē grauis:alia āt leuis:& lineaz similiter.& punctoꝝ utiq;.nam terræ supficies grauior erit q̄ ipsius ignis.

Expositio. Duæ possunt esse pōes de compositione corporum sensibilium ex superficiebus: Altera quæ graue simplr̄ non concedit:nec leue simpliciter:sed solū grauius & leuius comparatiōe/hoc modo ut in timæo definitur grauius esse:quod pluribus componitur supficiebus. leuius autem quod paucioribus. & contra hanc obicit Aristo & inquit præterea si corpora quidem multitudine superficiez grauiora sunt:sic q, nullum sit absolute graue:nec simplr̄ leue:sed comparatiōe tantū hoc grauius:illud leuius:ut in timæo definitum est:patet non tm̄ superficiem:sed lineam & pūctum grauitatem habere. Nam sese habent proportionabiliter ad se inuicem: est.n.corpus ex superficiebus:supficies ex lineis:lineæ ex punctis:& ita ut corpora erūt grauiora multitudine superficierum:& superficies ēt erunt grauiores multitudine linearum:& lineæ grauiores Multitudine punctorum:quæ ratio docet supficies/lineas/& puncta oia esse grauia/secundum primam opinionem. Altera est opinio quæ concedit graue & leue simpliciter : ut terrā grauē simpliciter:& ignem leuem simpliciter:cætera aūt intermedia talia in respectu.& hoc ait ideo terram esse simpliciter grauē:quia constat ex superficiebus simpliciter grauibus:ignem aūt simpliciter leuem:quia cōstat ex superficiebꝰ simpliciter leuibus. Nam ſm hanc opinionem sicut corporum sunt alia simplr̄ grauia:alia simplr̄ leuia:alia & grauia & leuia in respectu:ita quoq; superficierum aliæ sunt simplr̄ graues:ut hæ ex qbus corpora simplr̄ grauia componunē:aliæ simplr̄ leues:ut illæ ex qbus simplr̄ leuia corpora cōstāt. Aliæ graues & leues in respectu:ut illæ e quibus ælia media constabunt:& ēt contra hanc opiniōnē obicit Ari.& inqt sin āt non hoc dr̄nt modo:sed ex eo qa terra est graue supple simplr̄:ignis āt leue supple simplr̄ : erit & superficierū alia quidē grauis simplr̄:utpote illa ex qua constabit simplr̄ graue. Alia aūt leuis simplr̄ uz illa ex qua constat leue simplr̄:& ita sequeē ut prius eadem rōe similiter & linearum & punctorum esse supple hæc grauia simpliciter:illa leuia simplr̄. Nam superficies terræ uz ex qua terra constat erit grauior:q̄ sit supficies ipsius ignis:Immo erit simplr̄ grauis supficies terræ: & illa ignis simpliciter leuis:& sic ſcdm ambas opiniones sequitur puncta esse grauia. Hoc pacto Aueroes intellexit hunc locum:& recte exposuit:ut patet.

Quæ auero. com.xiiii.

Quidē uerbū ꝑtermissū ē. Et Aūt Fieri pōt Contingit.

OMNINO Autem accidit aut aliquando nullam esse magnitudinē:aut tolli posse:si similiter se habet punctum quidem ad lineam:linea autem ad superficiem:& hæc ad corpus:omnia enim si ad inuicem resoluantur: in prima resoluentur.quare fieri potest ut puncta sint sola:corpus autem nullum.

Expositio. Hic ponitur tertia uel quarta ratio:& inquit oio ēt accidit aut aliq̄n nullā esse magnitudinē : aut aliq̄n tolli posse ōem magnitudinē:sequiē supple dico si similr̄ se hz pūctū quidē ad lineā:linea aūt ad supficiem:& hæc supficies ad corpus.deducit aūt consequentiam:& inquit oia.n.si ad inuicem resoluanē:in prima resoluenē.quare fieri pōt/ut puncta sint sola:corpus autem nullum: quia puncta sunt simpliciter prima in compositione. Et ita corpora ad superficiem resoluentur: superficies ad lineas:lineæ autem ad puncta:quare puncta possent sola remanere non existente corpore aliquo. Aueroes autem inquit & si corpora componentur ex superficiebus: & superficies ex lineis:& lineæ ex punctis:necesse est ut aliquo tempore non inueniatur corpus omnino:probat ipse hoc:propter dissolutionem corporum omnium in non corporea scilicet in superficies/& lineas/& puncta nam in illo tēpore erunt oia corpora dissoluta in ea ex qbꝰ cōponunē:neq; inueniē aliquod corpus dissoluendū in ea:ex qbus cōponiē:qa oia corpora sunt dissoluta. Ecce q, Auer.deducit Aristo.consequentiā hoc pacto:oē compositū resolubile in aliqua: erit aliquādo ad illa resolutum: omne corpus est compositum ex pūctis:quia ex superficiebus: & superficies ex lineis:& lineæ ex punctis igitur aliquando omne corpus erit resolutū ad pū

Quæ auero. com.xiiii.

cta quare sequitur tunc solum esse puncta:& nullum corpus esse. Haec Aueroes de consequentia. Dubi.
Sed contra hanc deductionem sunt dubitationes: nam mistum componitur ex aelementis: & tamen non sequitur aliquando esse aelementa sola:& nullum mistum. Praeterea aelementum est ex materia & forma:& tamen non sequitur aliquando esse materiam & formam:& nullum aelementum. Respondet Aueroes & uult hoc impole sequi eos qui faciunt generationē ex non corpore:& corruptionem in non corpus:ut Platonici qui autem ponit q̧ corpus generetur ex alio corpore:& corrumpitur in aliud corpus:ut ait Aristoteles:non contingit ei ut aliquod tēpus ueniat:in quo nullum erit corpus. quam relinquit in posterum declarādam:& sic uelle uidetur Aueroes consequentiam ualere de compositione quantitatiua:qua Plato ait: corpora cōponi ex punctis. Nam omne compositum ex aliquibus compositione quantitatiua resoluetur aliquando ad illa. modo nec mistum fit ex aelementis compositione quantitatiua:nec aelementum ex materia & forma:& sic nec mistum aliquando resoluetur ad aelementa: nec aelementū ad materiam & formam, taliter ut sola sint aelementa:uel materia & forma solae:& nihil aliud. Sol' Auero.
Sed adhuc dubito contra solutionē Auer. quia totus mundus fit ex quinq; corporibus compositione quantitatiua:& animal ex membris compositione quantitatiua:& tamen partes mundi non erunt aliquando:& mundus erit corruptus. similiter nec membra erunt aliquādo absq; animali. Melius igitur expositor auctoritate simplicii Respondet:q̧ qui ponit mistum fieri ex aelementis bene potest dicere necessitatem mistionis:nam miscibilia subduntur motibus coelorum:qui necessario secundum Aristotelem operantur mistionem. Puncta autē cum sint simpliciter indiuisibilia:non supponuntur coelestibus motibus:& sic non pn̄t:coeli in punctis ipsis inferre necessitatē mistionis:sunt enim ipsa indiuisibilia non idonea mistioni: nec apta subdi coelis:& sic ad formam dici potest omne compositum ui suae naturae posse resolui aliquando ad illa:ex quibus componitur:ut mistum ad aelementa. & aelementum ad materiam & formā: & animal ad membra:& mundus ad quinq; corpora:quoniam omne compositum ui suae naturae est resolubile ad ea ex quibus componitur. Verum necessitate motoris extrinseci nullū horū pōt esse aliqn̄ resolutum ad ea:ex quibus est:ita ut sola illa sint. Nam coelum quod est motor necessario agit mistionem misti ex aelementis:compositionem aelementi ex materia & forma. quare licet necessitate intrinseca omne compositum sit aliquando resolubile ad partes ex quibus est:necessitate tamen extrinseca non omne compositum est taliter resolubile: ut aliquādo solae partes sint. At s'm Platonem qui ponit corpora componi ex punctis oportet dicere duplici necessitate esse aliqn̄ puncta, & nullum corpus intrinseca quidem:qa omne compositum p uim suae naturae est resolubile ad ea:ex qbus est extrinseca uero:quia puncta non subduntur coelestium actioni:& haec sol' simplicii & expositoris est optima:ut mihi uidetur: & hanc solutionē Aue. fortasse olfecit in fine p̄sentis cōmenti:dū ait:& hoc qd dicit est necessariū eis:qm̄ nō est dissolutio corporis in spē in aliquo tēpore cum corruptione suorum indiuiduorum s'm hanc opinionem, nisi mō accidentali. nam q ponit corpus ex punctis fieri:ponit compōem hanc fieri p accidens:nō per se:& ita pole est ut aliqn̄ non inueniatur corpus s'm speciem:quia quod est p accn̄s potest non esse:imo de necessitate oē per accn̄s aliqn̄ erit. at cum posuerimus s'm Ari. q̧ gn̄atio corporum est ex corpore per se:& intrinsece:& extrinsece:tunc continuatio & ppetuitas corporis in spē est eēntialis & p se:in indiuiduo est accidētalis. Ecce q̧ Aue. uelle ur̄ duplicē eē cōpōem alicui⁹ ex aliqbus:p accn̄s, ut qn̄ cōponitur aliquod totū ex partibus p accn̄s u3 caput ex capillis & p se:ut est compō aelti ex mā & forā:& misti ex aeltis:tūc uult q̧ oē compōitū ex aliqbus per accn̄s aliqn̄ resoluetur ad illa:ita ut illa sint:& ipsu3 nō sit:nec i spē:nec in nūo. cōpositū āt alicuius ex aliqbus p se, nō o3 ut taliter resoluatur ad illa ex qbus est:ut illa sint:& ipsum nō sit in spē: nec in nūo:& sic ur̄ Aue. q̄si aliter r̄ndere:uolens q̧ compō corporum ex pūctis sit p accn̄s: & corporum mistorum ex aeltis:& aelti ex mā & forā:& uliter corporum ex corporibus sit p se. Tu uero cōsidera quia fortasse haec solutio Auerois secunda est ficta:nō. n. constat sic esse ad mentem Platonis:& ideo cum simplicio & expositore sentirem. Dubi. contra Sol' auero. Quae expōt.

PRAETEREA Etiam si tempus similiter se habet:tolletur aliquando:aut tolli potest:ipsum enim nunc indiuisibile est, ut punctum lineae.

Quinto arguit:& inquit praeterea ēt si tēpus se h3 simil'r ad ipsa nūc:ut linea ad pūcta. ita ut tēp⁹ cōponatur ex ipsis nūc:ut linea componitur ex pūctis:tēp⁹ itaq; tolletur aliqn̄:aut saltē tolli pōt per resolutionē factā ad ipsa nūc. & cām consequentiae assignat: & inqt ipsum. n. nunc indiuisibile Expositio.

est:ut punctũ lineæ· Quare ut linea resoluitur ad ipsa puncta indiuisibilia: ita tempus ad ipsa nunc· Aueroes autem facit unum syllogismum primo & inquit & si instantia in tempoee sunt similia punctis in lineis·lineæ aũt componuntur ex punctis:igitur tempus ex instãtibus· hic est syllogismus:tunc infert:& cum ita sit:necesse est|ut in aliqua hora sit : in qua tẽpus non sit: quod est impoſe:& hoc ostendit quia in aliqua hora non esse tempus implicat contradictionẽ quia ponens hunc sermonẽ negat & affirmat tẽpus esse in simul·nam contingit ut sit tẽpus ali/quod:in quo non sit tẽpus·& ita erit tempus:& nõ erit·Deinde Aueroes ostendit consequenti/am ualere:quia si ponat̃ tempus compositũ ex instantibus:ut compositæ sunt lineæ ex pũctis: oportet dicere tempus resolui ad ipsa instantia:ut linea ad puncta resoluit̃ nam ois compõ re/soluitur ad illa:ex quibus est:uel saltem de poſſi ad illa resolui põt:dico de poſſi:si non concedit̃ de inesse· Verum ut dicit:si conceditur tempus resolui posse de possibili ad ipsa nunc : sequitur aliquando fore resolutum:quia omne possibile necessario aliquando ponetur in esse· Verum de his alibi·

Quæ auero· com·xv·

IDEM Autem & iis accidit:qui cœlum ex numeris cõponunt · Quidam enim ex numeris naturam constituunt:ut & pythagoricorum non nulli·Nam corpora quidem physica grauitatem atq; leuitatem habere uidentur·Vnitates ãt neq; corpus facere compositæ possunt:neq; grauitatem habere ·

Expositio· Nunc quasi per uiam consequentiæ atq; corollarie opionem pythagoricoꝝ refellit:& primo pro ponit generatim illius opinionis errorem|& inquit idem aũt absurdum & iis accidit:qui cœlũ ex numeris componunt·Deinde positionẽ eorum breuibus tangit:& inquit quidam·n·ex nu/meris naturam constituũt hoc cœlum:& oẽ compositum nãle:ut mixta: & ælementa:ut & py thagoricorum non nulli· Vltimo qa dixerat idem absurdum sequi hanc positionem : explicat spectatim illud:& inqt & supple tu idem absurdum sequitur:nam corpora quidẽ physica graui/tatem atq; leuitatẽ habere uident̃:est igitur maior corpus physicum est graue aut leue· Deinde dat simul conclusionẽ:& minorem:& inquit unitates aũt neq; corpus facere compositæ põt:& hæc est conclusio:neq; grauitatem habere:& hæc est minor · Vnde põt totus syllogismus esse oẽ corpus graue est ex grauibus:& oẽ corpus leue est ex leuibus·ælemẽta & mixta sunt oia aut leuia aut grauia:igitur ælĩa & mixta componet̃ ex grauibus · Vltra oẽ ælementum aut mi/xtum constat ex grauibus·nũi non sunt graues:nec leues:ueluti nec unitates : igitur nec æliũ nec mixtũ põt esse ex nũis:nec ex unitatibus·Hæc est tota rõ·Aiaduerte q. in codicibus aliq/bus reperit̃ epylogus:ut expositor habebat:in nr̃is uero codicibus græcis nõ legi ipsum· Quo uero ad uerba attinet:Aue·ponderat uerbum naturã:& dixit q. quidam naturã constituunt ex nũis:nam sunt duæ pões:una uoluit corpora nalia componi ex nũis:ut pythagoreoꝝ nõ nul/li:& isti per naturã intelligunt corpora nãlia·Alii ut Plato dixerunt formas·i·ideas|intelligen tiam i·deum|seu aiam mundi:& aiam nostram componi ex nũis : qa dixerunt aiam esse nũm seipsum mouentẽ·Ari·igitur obicit contra dicentes nãm esse factam ex nũis·qa ad illos sequr unitates esse graues aut leues:eo qa corpora nãlia sunt aut grauia aut leuia : & nõ cõtra eos qui dixerunt aiam factam ex nũis·non enim sequitur unitates esse graues:uel leues:si anima sit ex numeris:quia anima nec est grauis nec leuis:& sic patet cur dixit naturam·Hæc Aueroes·Præ terea Aueroes com·xvii·laborat primo circa quorũdam uerborum interpræ tationem·Vbi de/bes scire q. in arabicis codicibus reperiebatur duplex textus:unus erat:Neq; pũctus:neq; uni/tas habet soliditatem:aut grauitatem omnino·Et hic textus apud eum non habet dubitationẽ nam clare patet unitatem non habere grauitatem:nec soliditatem in cõtinuo·similiter nec pũ/ctus·Alius textus erat:Neq; punctus:neq; unitas habet soliditatem aut actionem omnino: Et tunc Aueroes laborat super uerbum actionem:& ait per actionem debere intelligi cõe actioni & passioni:quæ a formis naturalibus proficiscuntur·Nam qui corpora componit ex superficie bus:aut ex punctis:non potest assignare causam:qua actiones & passiones corpoꝝ naturalium differunt:nam omnes superficies:& omnia puncta sunt eiusdem rationis:igitur substantiæ cor poꝝ oium erunt eiusdem rõnis:& ita actiones & passiones non differunt·Præterea est necesse ponere actiões & passiões existere in supficiebus & unitatibus siue punctis:ex qb⁹ sunt corpo/ra·aut oportet ponere corpora physica non componi ex his· aut oportet dicere tales actiones atq; passiones non esse in corporibus·Et confirmat hæc democriti auctoritate: qui cum posu/erit physicacorpora fieri ex athomis:dixit res tribus modis differre tantum uidelicet ordine

Quæ auero· com·xvi·

Quæ auero· com·xvii·

athomorum:figura athomorum:& situ illorum:ut in lib·de generatione dictum est·modo democritus ita dicens cum difficultate potuit assignare alias dr̃as sensibiles:quæ apparent ex gustu:colore:& tactu:ppea coactus fuit dicere tales dr̃as esse ꝑm apparentiam:& non ꝑm ueritatē at qui corpora componūt ex superficiebus:non possunt assignare ex illis dr̃am : qua differunt corpora ppea Ari·præposuit in lib·de generatione democritum Platoni·Præterea est alius error in opinione Platonis/quia ea data res mathematicæ erunt principia rerum naturalium · at democritici pn̄t rerum naturalium assignare saltem principia naturalia:uel propinqua naturalibus·Et sic melius dicit democritus·licet/ut dicit Aue·uterq̧ erret:ut in lib·de generatione uisum est·Hæc Aue·ait quo ad textus expositionem·Quæ/ut mihi uidetur:nulla sunt ad textū· Cum in nostris codicibus nullus illoꝝ textuum reperiatur·Aue·tamen parte illa Themixtiꝰ autem:digreditur circa opinionem Platonis:& disputat cum themixtio:& primo narrat quid themixtius ait de contradictionibus Ari:& inquit themixtius autem in hoc loco sui lib·dixit defendendo Platonem/& quasi contradicendo Ari · hæc uerba uꝫ : qua de causa igitur fuit ille sermo Ari·contradicens ꝑm extimationem dicentibus corpora ex superficiebus fieri: nō est facile ad intelligendū/nisi aliquis uellet esse iniustus dicendo supple q̧ facile est intelligere has contradictiones ualere·Hæc themixtii uerba Aue·exponens inquit idest q̧ omnes istæ cōtradictiones quas induxit Ari·non potest homo concedere eas esse cōtradictiones nisi uoluerimꝰ impugnare substinētes hanc opinionē supple Platonis·q·d·Tunc oportet dicere has contradictiones esse ualidas:qn̄ uolumus dicere opinionē Platonis esse falsam:qđ qdem est iniustū: deinde themixtius quasi deridēdo Ari·ait non esse Platoni cōtradicendū nisi intelligat̄ intentio sui sermonis·nā ut scribit̄ in timæo:anaxagoras dixit socrati si tua cōclusio cōtra me esset ꝑm intellectum meæ intētionis:uere cōcluderet̄ mihi:cum āt tu non intelligis intentionē mei sermonis:nō reputo mihi cōcludi in qbus uerbis themixtius innuit Ari·non recte Platoni cōtra dixisse:qa non intellexit intentionē eius sermonis:& sic themistius derisit Ari·Tertio Aue·introducit them:dicentē q̧ Plato non dixit lineam componi ex punctis:nec supficiem ex lineis Imo nec seq ad suum sermonē:quia lꝫ uelit corpora ex supficiebus componi:non dicit lineā ex punctis:nec supficiem ex lineis cōstitui:nec sequit̄ si corpus componit̄ ex supficiebus: q̧ linea cōponat̄ ex punctis:& q̧ supficies componat̄ ex lineis·Deinde·iiii·assignat cām quare hoc nō sequit̄:& ait supficies posse cōponi inuicē dupl͛r:aut scđm lineā uꝫ aplicādo unā supficiē alteri linealiter·Aut scđm latitudinē & suppōem:ut ponendo unā supficiē sup aliā donec resultet altum & ꝓfundū quoddā·simil͛r ēt compō lineaꝝ cum lineis est duplex scđm lineā aplicando lineā lineæ scđm longū siue faciant angulū:siue nō faciant:& scđm latitudinem imaginando q̧ una iuxta aliā ponat̄ donec faciat supficiē:tūc dicit q̧ qn̄ dr̄ lineā eē ex pūctis: & supficiē ex lineis nō est intelligendū nisi scđm aplicationē uꝫ aplicādo pūctū puncto donec resultet linea: & aplicādo scđm latitudinē lineā lineæ donec resultet supficies·mō apud Platonē corpora sunt ex supficiebus non scđm aplicationē in ꝓfundū:sed scđm lineā·i·aplicationē supficiei ad superficiem in longum:& ppea ait quo mō igitur sequit̄ ut linea fiat ex punctis: cum modus cōpositionis sit diuersus ab altero:est igit̄ ratio compō qua linea componeret̄ ex punctis:& superficies ex lineis dr̄t a compōe:qua Plato dicit corpora fieri ex supficiebus:igitur ex uno concesso nō sequit̄ aliud fore concedendum & ita dato q̧ corpora fiant ex supficiebus:non pp hoc sequitur lineam fieri ex punctis:uel superficiē fieri ex lineis·ex his uel͛ ur̄ them : q̧ Plato concessit corpora componi ex superficiebus compōe scđm profundū:quia ponendo aliam super aliā resultat corpus:non tn̄ concessit lineā ex punctis componi:& superficiem ex lineis:& tota causa est:quia istæ compōnes sunt impermixtæ:& una non sequit̄ ad aliam·Nam quouis mō componantur corpora ex supficiebus:non sequitur lineas aliqua compōe componi ex punctis: uel supficies ex lineis:deinde sequitur illa pars cōmen·Et uliter non est inopinabile: Vbi Aue·inducit themixtiū ponentē motiuum Platonis:quo Plato mouebat̄ ad dicendū corpora sensibilia fieri ex supficiebus:& breuiter motiuū erat:qa supficies ē prima forma corpoꝝ:quæ primitus materiæ primæ inest·quæ rō docet oīa sensibilia corpora esse ex illa constituta·Vnde ait tres dimensiones esse primā materiæ formā:quā cæteræ qualitates secunt̄ : & in qua reperitur figura quædam corporea:haꝝ dimensionum primuꝫ est supficies/quæ est ante figuras rectangulas:& ante q̄litates dictas·Quare si supficies est res prima dimēsionē : ur̄ quasi forma prima omnium corpoꝝ sensibilium:& per consequēs omnia corpora sensibilia constitui ex illa tanq̄ ex prima forma·iuxta hæc patet hunc ordinem esse apud themistium:q̧ primo sunt dimensio

Digressio Auero·

nes in mā. Secundo superficies, ut terminus illarū. Tertio qualitates sensibiles. ex quo sequit̄ superficiem praecedere corpus sensibile: qa non dicitur corpus sensibile nisi, ut includit qualitates sensibiles. cum igitur superficies praecedat qualitates illas: uř praecedere corpus, ut sensibile: & ita superficies uř prima forma materiae. quare oīa sensibilia corpora erūt ex illa substantialiter. Obicit autem sibi themistius: quia superficies illa potest considerari, ut figura: & ut quantitas. mō ut figura est forma materiae: & non ut quantitas: Immo ut quantitas habet rationem potētiae, & materiae: quare superficies est forma, ut figura: sed ut figura non praecedit corpus sensibile: qm̄ corpus sensibile est sbā: & figura est qualitas: quae est post sbam: & ita superficies, ut forā non praecedit corpus sensibile. Secūdo obicit quia Plato uelle uř forte primo q corpora sint ex superficiebus sm̄ aplicationem unius super aliam postea mutat̄: & uult q corpora sint ex superficiebus scdm compositionem: & ita Plato uř dupliciter errare: primo qa in opinione non uidetur uniformis: sed uarius. Secundo errat q illud corpus quod est ex superficiebus per lineas terminatum: non est infinitum: idest continuū diuisibile in infinitum. nec est corporeū solidū p supficies: quia supficies simul compositae nunq̄ reddunt corporeum solidum. Respondet themistius & inqt debent igitur perscrutari quid erat huius phylosophi intentio: & non accusare eū: quasi uelit dubitationes has proficisci ex malo intellectu opinionis Platonis: & tn̄ ipse non explicat Platonis intellectum. Deinde sequitur illa pars cōmen. Hoc igitur quod dixit: ubi Auerroes exponit quaedam dicta themistii: & sunt duo dicta. primū quid themistius uelit per compositionē corporis ex supficiebus scdm lineam: & dicit q intendit compōem superficiei cum superficie quatenus cōcurrunt super unā lineam non scdm rectum: sed ut oblique continuantur mō quo dicunt mathematici supficies facere corpus icocendron: uel octibaium: uel id genus. Scdm est qd intelligit p primam formā existentē in prima mā: quam cōsecunt̄ aliae qualitates: & respondet Auer. q per formā eiusmodi intelligit dimensionē terminatam: unde prima forā: supficies: & dimensio terminata idem est. Nam dimensio terminata accipitur in defitione corporis existētis in prima mā: & ēt est prior figura ipsa: & in figurae definitione posita. nam dr̄ figurā corporis cōtineri a supficie uel supficiebus. dr̄ ēt corpus esse: quod superficie claudit̄: & ita uř superficies prima forma post dimētionē interminatam: tūc quia praecedit corpus ipsum figuratum: tum qa praecedit qualitates: & notāter dixit qa praecedit corpus ipsum figuratū: quia nō praecedit corpus interminatū: quod dr̄ dimensio in potentia. Quod supficies terminantes corpus sint priores tribus dimensionibus quae sunt de definitione corporis: probat primo quia tres dimensiones non pn̄t esse in mā actu: nisi ut finita est mā: & nō est finita nisi pp superficies: igr̄ supficies sunt priores trina dimensione. Secundo quia posita superficie in mā ponitur dimensio interminata: & illa remota remouetur ēt dimensio: igit̄ superficies est prior trina dimensione: & corpore: & ita seqtur superficiē esse primā formā: ex qua componunt̄ corpora. & haec rōes probant nō solū supficiem esse priorē corpore figurato: sed corpore simplr̄: quia est prior dimensione trina: quae ponit̄ definitione corporis simplr̄. Praeterea dicit q supficies est prior oībus figuris: qa est prior figuris rectangulis quae sunt oium figurarū primae: & oībus modis. i. supficieb⁹ sunt priores ipse supficies: qa superficies praecedit oēm spēm supficiei figuratae. Ex his uult hīc supficiem esse primā formā simplr̄: quia praecedit corpus simplr̄: cuius sba est trina dimēsio: nā praecedit trinā dimensionē uult ēt esse primā scdm qd: quia praecedit figurā: & ita praecedit corpus, ut figuratū. & haec duo Aue. de intentiōe themistii hucusq pbauit: & ex his patet motiuū Platonis q corpora sensibilia sint ex supficiebus: nā ex prima forma: & prima mā resultat corp⁹ simplr̄ & corpus figuratum: superficies est prima forma: igitur ex supficie fit corpus simpliciter: & corp⁹ figuratū: dico fit corpus ex supficie uera compōe ex partib⁹ scdm q̄litatē: qa supficies ē forā prima. Haec est una themistii expō circa intētionē Platonis: uult. n. Platonē uelle corpora fieri ex supficie & mā: qa supficies est prima materiae forā: & ita uult corpora fieri ex supficie cōpōe q̄litatiua: & nō quātitatiua. Deinde sequit̄ illa pars. Et cū themistius: ubi inducit themistium dubitantē aduersus opionem: & dicta Platōis: & primo epylogat breuiter motiuū p opione Platonis, cōtinuando se ad sequētia: scda ibi. Et dixit sed inquātum: exequit̄ prima pars p3. In scda probat q corpus est prius supficie: qa ut tāgebat̄: superficies est figura: & corp⁹ simplr̄ est prius figura: & haec est prima dubitatio. Scda ponit̄ ibi posset aliqs opinari: quae talis est: quia posset dici Platonē p cōpōem corporis ex supficieb⁹ intellexisse cōpōem quātitatiuā: & nō q̄litatiuā: qa locut⁹ ē de cōpōe scdm suppōem: q̄ est spēs cōpōis quātitatiuae. iii. ponit̄ ibi: Deinde induxit q̄ talis est: quia nō uř superficies prima materiae forma: sed ultima: nam dimensio terminata

minata est ultima forma materiæ·modo supficies est dimensio terminata·iiii·ponit ibi·Et im possibile est:Quæ talis est:concesso q corpora componant ex superficiebus cōpositione super pōs:ut Plato prima fronte sentire uidetur:sequitur ut illud quod est inter superficies : non sit solidum:neq infinitum idest continuum diuisibile in infinitum:Immo contingit ut illud qd terminat per superficies circum circa:sit uacuum:non·n·potest dici esse superficiebus plenum: qa superficies addita superficiei nuq̄ facit maius corpus:nec minus : nec dici potest illud esse infinitum idest continuum diuisibile in infinitum:quia superficies superposita supficiei nunq̄ continuabitur:quare illud erit actu aut uacuū:aut quoddam ex supficiebus aggregatū non faciens maius in corporeitate·Deinde seqtur illa pars·Et hoc quod dixit·ubi Aue· compat dubitatiōes contra Platonē rationibus pro Platone:& ait has dubitationes cōtra Platonē non esse leues:nec minores rōibus pro Platone:signum aūt est:quia postea in fine ipse met themistius ait opinionē Platonis nō esse adhuc intellectam·Deinde sequit illa pars·Dicamus igitur nos ubi Aue·contradicit themistio per·iiii·rōes:prima est q Plato non nouit materiam:igitur per compositionem corpoꝝ ex superficiebus:non potuit intelligere compositionē corpoꝝ ex mā & superficie·Deinde cum dicit·Et ideo cum dixit:ponit secundam rationē:quæ talis est Arist· non debuit exponere:quod claꝝ est modo clare Plato ait corpora componi ex superficieb? s3 suppōem ad euitandum uacuū igitur non debuit exponere intentionē eius : nam non potuit dicere nisi corpora componi ex supficiebus more mathematico:per interpositionē uacui· deinde cum dicit·Et ēt si concesserimus ponit·iii·rōnem:quæ talis est:nam si corpora sensibilia sūt ex mā & superficie:superficies erit loco formæ:& ita sequitur aliam superficiem esse grauitatis: aliam leuitatis cām:uelut forma est cā grauitatis uel leuitatis·quod est falsum: nam oēs superficies sunt eiusdē rationis:& ita si una est cā grauitatis:oēs erunt illius cāæ·Deinde cum dicit·& ēt contingeret:ponit·iiii·rōnem:quæ talis est:q si corpora sensibilia componunt ex mā & superficie:tunc superficies erit s ba:deducitur primo qa prius s ba est s ba·modo superficies est prior corpore:quod est s ba:ut dixit themistius:igitur superficies est s ba·Scdo qa partes s bæ sunt s bæ·mō mā & superficies sunt partes corporis:quod est s ba:igitur sunt digniores ut sint s bæ· istud uero cōsequens est falsum:qa superficies est forma corporis mathematici: qd non est s ba· Deinde seqtur ultima pars cō·ibi Et cā q supficies·Vbi Aue·soluit motiuū themixtii pro pōe Platonis:& breuiter inuit esse negandū antecedēs·non·n·supficies est prima forma materiæ & ad rōnem Rn̄det q supficies nō inest materiæ nisi qa formæ aelioꝝ coæternaliter existunt in illa u3 grauitas:leuitas:& cæteræ id gen?:& sic supficies non inest materiæ primitus · sed quia hæc res exposcit rem longā: remisit se ad aliū locum u3 lib·de s ba orbis · Ex his clare constat Aue·nō posuisse dimensionem interminatam materiæ coæternā:ait·n · supficiem seq formas aelioꝝ·ꝓterea dicit s ba prius esse s bam· Veꝝ de his in lib·de s ba orbis·Aiaduersione dignum tripli de Platonis opinione alias nos sensisse:una·n·interp̄tatio fuit Platonē uoluisse corpora fieri ex supficiebus per suppōem imaginando plures supficies suppositas reddere corpus:& hic sensus est Ari·de illa pōe:quē ipse reprobat ubiq:qa non pōt euitare uacuū : & pp alias rōnes· Scda interp̄tatio est:q cū Plato ualde in mathematicis uersaret:assuetus in illis oia more mathematico tradidit ideo uoluit corpora fieri ex supficiebus p defluxū qa mathematici dicūt pūctum motū facere lineā:qa de puncto ad punctū licet rectā lineā ducere·Similr lineā motā facere supficiē:quia de linea ad lineā licet supficiem ducere:ita Plato autumat supficiē motā de imo ad altū:uel de alto ad imū facere corp?:quare corpora fiūt ex supficiebus fm imaginationē mathematicā quæ licet concedant more mathematicoꝝ:tn̄ physice Plato nō cōcederet·iii·interpraetatio est:q Plato loqtur mathematice:sed sentit physice·mathematicus·n·cū consideret solā formā:ideo solā quātitatē contemplat quā credit esse formā:imo solā formā·Quare mathematice supficies est dicēda forma:& tāto magis q̄ quātitas:quāto ipsa est terminata·ideo fm rōnes mathematicas corpora nō fiunt nisi ex supficiebus:ecce qūo uerba sunt mathematica: sensus āt est physicus:qa ipse p supficiē intelligit formā s balē corporis:uerbi gr̄a p supficiē ignis intelligit formā ignis:p supficiem aquæ:formā aquæ:& in cæteris id genus· Qn̄ igit Plato corpora ait fieri ex supficiebus:uoluit dicere corpora fieri ex suis formis principaliter:quatenus s3 ipsum mā aut nihil est:aut ꝓpe nihil & ita uelle ur corpora esse principalr a supficiebus·i·a suis formis quatenus totū esse corpoꝝ est a formis·Quæ interpraetatio si est ad mentē Platonis:recte ipse sentit : sin aūt aliter intelligeret:ut sibi imponit discipulus u3 Ari·opinio eius falsa est: & recte eum refellit Ari·Hæc mihi occurrūt de opinione Platonis·

Quæ Auero· de dimēsione interminata. Quæ de Pla· opinione·

Moueri Mota Ipsa uerbum additum est. Ille Ipse.

QVOD Autem necessarium sit corporibus simplicibus omnibus natura motum aliquem inesse: ex his perspicuum est. Nam cum moueri uideantur: ui necesse est ipsa moueri; si proprium motum non habent. ui autem & præter naturam idem est. At si præter naturam est motus aliquis: & secundum naturam necesse est esse præter quem ille est. & si multi hi sunt: qui præter naturam sunt: unum esse qui secundum naturam est: necesse est. nam secundum naturam quidem simpliciter est. præter naturam autem unumquodq; plures habet.

Expositio.

Quæ auero. com. xviii.

Secundum expositores inquirit nunc an corpora naturalia habeant motus naturales. & hoc proponit dicens: quod autem necessarium sit corporibus simplicibus omnibus aliquem motuz inesse secundum naturam: ex his supple: quæ dicentur: perspicuum erit. De necessitate autẽ præsentis intentionis: Aueroes uult præsentem intentionem necessariam esse ad demonstrationẽ factam Paulo ante contra Platonem: quia in ea accepit omne corpus quod recte mouetur: esse graue aut leue. modo hæc propositio non potest demonstrari nisi declaretur omne corpus naturale habere motum naturalem: & hac necessitate Aristoteles transit ad hanc rem. Alii uoluerunt Aristotelem transisse ad hanc intentionem: quia quidam in illa errauerunt: ut uidelicet ueritas quæsiti appareat. Melius autem dico hanc intentionem esse inductam: quia Aristoteles est pertractaturus q. grauitas & leuitas sunt principia motuum naturalium: quam rem non potest declarare nisi præaccipiat & declaret id: quod nunc proposuit. Accedit adhæc q. quidam errauerunt in hac re: & ideo quasi obiter remouet errorem eorum. Quo uero ad uerba attinet: debes scire q. Aristoteles expræssit corpora simplicia: quia idem est iudicium de corporibus mixtis: omne enim mixtum mouetur ab ælemento prædominante: & ideo si cuilibet corpori simplici competit motus naturalis: cuilibet etiam corpori mixto competit: quoniam mouetur a pdominante ælemento. Hæc de intentione. postea probat quod dixerat: & inquit nam cũ moueri uideantur: sensu enim constat ælementa moueri: si proprium naturalem motum non habent: ui necesse est ipsa moueri. est igitur consequentia: ælementa uidentur sensibus moueri: & non proprio naturali motu: igitur ui necesse est ipsa moueri: omne enim corpus physicum qd mouetur aut natura: aut præter naturam mouetur. ui autem & præter naturam idem est. quare si omne quod mouetur: mouetur aut natura: aut præter naturam: necesse est ut omne moueať aut ui: aut naturali proprioq; motu. Vltra procedit: & inquit at si præter naturã est motus aliqs supple eis competens: & secundum naturam necesse est esse eum præter quem ille est. quare si simplicia corpora mouentur motu præter naturam: oportet ea moueri etiam motu naturali eo uidelicet præter quem ille dicitur præternaturalis: & sic patet ipsa moueri motu proprio naturaliq;. Aueroes autem reducit rationem ad tres propositiones: quarum prima est q. omne corpus naturale necessario mouetur. & patet sensu. Secunda est q. omne corpus naturale mouetur aut naturaliter: aut uiolenter: & probatur ratione: quia omne quod competit alicui: aut sibi cõpetit secundum naturam: aut præter naturam. Modo uiolenter moueri est præter naturam moueri. Tertia omne quod uiolenter mouetur: habet motum naturalem: probatur quia uiolentũ dicitur respectu naturalis: & ita omnis motus uiolentus dicitur respectu motus naturalis: quare si aliquod mouetur uiolenter: oportet ut habeat motum naturalem. Deinde Aueroes remouet tacite quæstionem Auicẽnæ: & inquit & hæc uniuersaliter propositio est manifesta: & probata primo cœli: & abnegatio Auicẽnæ in ea nulla est. Hanc rem disputauit Aueroes primo cœli contra Auicẽnam: & ideo hic illam tetigit: & non expræssit: Sed in fine illam aliquantulum exprexit. Deinde componit syllogismum sic omne corpus uiolenter uel naturaliter motum: naturaliter mouetur. omne corpus simplex naturaliter uel uiolenter mouetur. igitur omne corpus simplex naturaliter mouetur. Deinde declarat qualis fuit syllogismus Aristotelis: & ait & per positionem omnium antecedentium supple propositionum concludit consequens intentũ: & sic uelle uidetur Aueroes q. in textu syllogismus sit acceptus in forma hypothetica: in quo p antecedente sumptæ sunt tres propositiones: hoc pacto: si omne corpus simplex mouetur: & oẽ corpus physicum uiolenter aut naturaliter mouetur: & omne quod mouetur uiolenter: moueť naturaliter: omne corpus physicum mouetur naturaliter: hæc est hypothetica: cuius antecedẽs sunt tres propositiones: & ait Aueroes consecutionem hanc esse manifestam: ubi si ponatur antecedens sequetur positio consequentis: ait enim similiter esse notam positionem antecedentis.

Quæ auero. com. eodem.

Ecce quomodo forma huius syllogismi est hypothetica a positione antecedentis ad positionem consequentis. deinde sequitur illa pars. Et hoc sicut diximus: ubi remouet unum dubium: nam posset dici q. hæc propositio omne corpus naturale habet motum naturalem sit perse nota: igitur non est demonstrabilis. Quod autem sit perse nota patet ex hoc quod sonat hoc nomen natura est enim definitio naturæ/ut sit principium motus & quietis: cum igitur posuimus aliquod corpus esse naturale: necesse est ut natura sit sui motus causa: & sue quietis: nam motus & quies quorum causa est necessaria: sunt ex hoc etiam ipsi necessarii: & ita natura si ex sui definitione est principium motus & quietis: sequitur corpus naturale habere motum naturalē: & esse hoc quasi perse notum. igitur non est demonstrabilis hæc propositio. Responsionem innuit Aueroes asserēs hunc syllogismum esse necessarium non simpliciter: sed respectu negantis. Secundo uero physicorum com. iii dixit hanc propositionem egere modica innuitione: & ideo syllogismus hypotheticus ualet ad eam. Deinde sequitur illa pars commē. Et hoc quod dixit: ubi ponderat cur dixit motus uiolentos plures esse naturalem unum tantum: ait enim esse hoc additū ne quis credat motum extra naturam esse unum uelut naturalis est unus/propterea quia uiolētus dicitur respectu naturalis: & etiam quia contraria extimantur secundum eundem numerū/ ut de sanitate & ægritudine tamen non est ita: quia motus uiolenti plures esse possunt: & tamē unus est naturalis: uiolenter enim aer fertur ad centrum: & uiolenter fertur ad concauum: & tamen naturaliter fertur solum ad concauum ignis: & hoc ait Aristoteles & si multi hi sunt: qui præter naturam sunt: unum esse qui secundum naturam est/necesse est. Nam secundum naturā quidem simpliciter idest uno modo est. Præter naturam autem unumquodq; ælementorū plures habet. Sed occurres quia licet ælementa media possint habere plures motus uiolentos: & unū naturalem: extrema ælementa nō habent motum uiolentum nisi unum: & unum naturalem. Quicquid uelint alii: ego dicerem q. Aristoteles loquitur generatim: accepit enim præter naturam pro eo quod non est secundum naturam: modo quod nō est secundum naturam multiplex est: uiolentum uero & naturale: quæ extremaliter contrariantur: nō nisi simpliciter sunt Dubi. Sol.

Ex his patet textum resolui in duos syllogismos: quorum primus est: omne quod mouetur: mouetur uiolenter: uel naturaliter corpus simplex mouetur: igitur corpus simplex mouetur uiolēter: uel naturaliter. Secundus est: omne quod mouetur uiolenter uel naturaliter: habet motum naturalem. omne corpus simplex mouetur uiolenter uel naturaliter per conclusionem primi syllogismi: igitur omne corpus simplex habet motum proprium naturalem hæc est resolutio textus. Resolutio textus

PRAETEREA Etiam ex quiete patet: & enim aut ui: aut secundum naturam quiescere necesse est. ui autem manet: quo & ui fertur. & secundum naturā: quo secundum naturam.

Secūdam rationem ponit nunc ex parte quietis: & duo præsupponit: quorum primum est q. omne quod quiescit: necesse est aut ui: aut secundum naturam quiescere: & inquit præterea etiam ex quiete supple hoc idem patet. Deinde tangit suppositionem primam: & inquit & enim aut ui: aut secundum naturam necesse est quiescere: supple omne quod quiescit: hæc est prima suppositio. Secunda suppositio est: q. ibi quiescit aliquid ui: quo & fertur ui. & ibi quiescit aliquod secundum naturam: quo & fertur secundum naturam. Hoc inquit: ui autem supple ibi aliquid manet: quo & ui fertur & secundum naturam subaudi ibi aliquid manet: quo secundum naturā fertur. Hæc est secunda suppositio. Aueroes autem ait hanc rationem acceptam ex parte quietis fundari in duabus propositionibus: quarum una est: omne corpus naturale / habet quietem naturalem. Secunda est: omnis locus in quo quiescit corpus naturaliter: ad ipsum mouetur naturaliter postea in exponendo partes textus: non has propositiones: sed eas: quas collegimus: notat esse supponendas: uidelicet omne quod quiescit: necesse est aut ui: aut naturaliter quiescere. & secunda est: illic aliquid quiescit ui: quo ui fertur. illic quiescit secundum naturam: quo fertur secundum naturam: & huius secundæ propositionis Aueroes causam reddit ex eo quia qes est finis motus: & ita si quies fuerit naturalis: motus ad ipsam erit naturalis: & si uiolenta: motus ad ipsam erit uiolent?: & sic patet secunda suppositio. Expositio. Quæ auero. com. xix.

CVM Igitur aliquid in medio manere uideatur: si secundum naturam quidē: patet & lationem huc: secūdum naturam ipsi inesse. Sin autem ui: quid est quod Manere Manens. Huc Hic

prohibet ferri· Si igitur quiescit quidem: eundem uoluemus sermonem: necesse est enim aut secundum naturam esse primum quiescens: aut in infinitum abire: quod quidem est impossibile·

Expositio· His suppositis arguit cum igitur aliquid in medio manere uideatur uidelicet terra uel lapis: ut sensibus patet: quaeritur de eo: quod sic uidetur in medio manere: aut manet in medio secundũ naturam: aut ui illic manet· Si secundum naturam quidem: patet & lationem: quae huc uergit: secundum naturam ipsi quiescenti inesse: ut secunda suppositio ait· Si autem terra uel lapis ui quiescit in medio: oportet esse aliquid detinens terram uel lapidem: quod prohibet terram uel lapidem ferri· Verbi gratia ut columna detinens lapidem· Modo uoluemus sermonem de prohibente: & cum illud quiescat in medio detinendo lapidem uel terram: necesse est aut secundũ naturam esse primum quiescens: quod quidem primo detinet: & primo naturaliter quiescit: & sic habetur: quod illuc fuit naturaliter motum: aut est necesse in infinitum abire: sic q. a detinet ui ipsum b: & c ui detinet ipsum a: & d ui detinet ipsum c: & sic in infinitum: modo hoc est impossibile· igitur oportet dare aliquid in medio primum quiescens naturaliter: & ita oportet esse aliquod quod illuc naturaliter fuerit motum: & ita est aliquod corpus: cui cõpetit motus naturalis: quod est intentum· Sed occurres: cur Aristoteles in probando propositum suum ex quiete: induxit exemplum speciatim de terra quiescente in medio: & non de aliis aelementis· Soluit Aueroes quia de terra maxime dubitatur· Nam alia aelementa extimãtur esse fixa naturaliter secundum totum in suis locis· De terra uero tantum dubitatur· & causa dubitationis est: quia uidemus cum pars inferior aufertur partem superiorem descendere: & ita extimatur esse de tota: ut de parte cernitur: & ideo extimatum est terram totam in medio ui quiescere· Hac igitur ratione de terra induxit exẽplum· Quo uero ad uerba textus attinet: animaduerte q. textus Auerois habet· Inducemus sermonem super ipsum: ubi Aueroes exponit super ipsum scilicet aduersarium: & errat: quoniam in graecis uerbis stat: ut nos transtulimus· Praeterea dicitur in textu Auerois aut mouebitur in infinitum· Et Aueroes dupliciter exponit uno modo referendo ad terram: alio modo referendo ad prohibens: si refertur ad terram: est sensus: q. si terra non quiescit naturaliter in medio: ipsa mouebitur deorsum in infinitum· Quam expositionem Aueroes: non tenet: & recte: quia ut patet in graecis codicibus: non potest sic intelligi· Sin autem refertur ad prohibens: recte dicitur: nam si terra non quiescit in medio naturaliter: sed ui: cum uideatur illic stare: oportet esse prohibens ipsam ne ulterius moueatur: & quaeratur de prohibente: uel quiescit naturaliter: uel ui· Si naturaliter: habetur propositum· si ui: oportet esse aliud prohibens: & sic uel ibitur in infinitum: uel oportet uenire ad aliquid: quod illic quiescit naturaliter· Et haec expositio optima est·

SIN Autem id quod ferri prohibet: Mouetur: ut empedocles inquit: terram a reuolutione quiescere: aliquem in locum sane moueretur: cum impossibile sit in infinitum ferri nullum enim impossibile fit· In infinitum autem transire impossibile est· Quare quod fertur: necesse est alicubi stare: & illic non ui: sed secundũ naturam manere· Quod si est quies secundum naturam: latio in hunc locus motus erit secundum naturam·

Ferri uerbũ supple·

Expositio· Iste textus solet induci continuus praecedenti: nam quaesiuit de prohibente: an quiescat: uel moueatur· Cum probauit q. si quiescit: relinquitur intentum: nunc probat quod non potest moueri tale prohibens: ut dicit empedocles· Et hoc modo Aueroes exponit hic· Melius autem uidetur q. Aristoteles remoueat responsionem empedoclis: qui dixit terram ui quiescere in medio: & q. prohibens est reuolutio coeli: ut uisum fuit in secundo huius: contra quam obicit Aristoteles dicens si ita est: tunc terra remota coeli reuolutione aliquem in locum sane moueret supple determinatum: cum impossibile sit in infinitum ipsam ferri: nullum enim impossibile fit: in infinitum autem pertransire impossibile est: quare non potest terra remota coeli reuolutione in infinitum ire: ibit igitur coeli reuolutione ammota in aliquem locum determinatum: & tunc complet rationem: & inquit quod si est quies supple terrae secundum naturam in aliquo loco determinato: latio in hunc determinatum locum motus erit secundum naturam: & ita relinquitur aliquod corpus habere motum naturalem· Haec Aristoteles· Aueroes autem ex tex

tu

tu ultimo colligit talem rationem: si possibile est ut aliquod incipiat motum in infinitū: possibile erit ut motus infinitus generetur. Sed impossibile est motum infinitum generari: igitur impossibile est aliquod incipere motum infinitum generare. Quare cum remota reuolutione cœli motus erit infinitus: igitur nihil potest illum incipere generare. Quæ auero. com. xix.

QVA Propter & leucippo & democrito: qui prima ipsa corpora asserunt in uacuo atq; infinito semper moueri: occurrendum est: quo nam motu mouentur: quisue est ipsorum secundum naturam motus. Occurrēdū Dicendum.

Improbat, ut recte sentit expositor, aliquorum phylosophorum errata: primo illud democriti atq; leucippi: quorum insufficientiam primo ipse narrat: & inquit qua propter & leucippo & democrito: qui prima ipsa corpora: quæ athoma uocant ac rerum principia: asserūt in uacuo atq; infinito semper moueri: occurrendum est & dicendum: quonam motu mouentur: quisue est ipsorum secundum naturam motus? Qui cum hæc non determinassent: insufficiēter uisi sunt tradidisse. Hæc de insufficientia eorum. Aueroes autem uult q. Aristoteles nunc destruat opinionem eorum qui dicunt motum innaturalem esse ante naturalem. Secundo ait hos esse diuisos in duas sectas: una est leucippi & democriti dicentium athoma moueri in uacuo atq; infinito motu æterno. Alia Platonis dicit q. Quatuor ælementa mouebantur anteq̄ mundus esset: motu inordinato: deinde cum deus fecisset mundū: induxit illa ad motum ordinatum. Tertio ait Aristotelem primo contradicere primæ sectæ: secundo uero secundæ. Hæc Aueroes de textus introductione: quam non uideo: quo modo ualeat. Deinde sequitur illa pars: & intendit: Vbi Aueroes exponit quædam uerba textus: quæ in græcis codicibus non reperiuntur. Quibus prætermissis, ponit conuenientiam & differentiam inter opinionem Platonis: & democriti: cōuenientia quidem est q. ambo ponunt innaturalem motum priorem naturali. differentia uero quia Plato innaturalem motum posuit in præterito: & nunc in præsenti non. democritus autē ait motum innaturalem corporibus athomis & de præterito & de præsenti semper inesse. causa autem: quia ipse posuit hæc athoma rerum omnium ælementa: quare oportet ipsa semp fuisse & semper esse: & cum eorum esse sit motus: oportet ut semper fuerint: & semper sint in motu sed cum hic motus non possit esse naturalis: erit igitur uiolētus: quare democritus differt a platone in hoc: q. motum uiolentum ponit præcedere: & ponit esse de præsenti. Deinde Aueroes parte illa. Dicamus igitur eis si hæc: refellit opinionem democriti: & colligit in textu duas insufficientias: quæ sunt duæ quasi questiones: prima est: quis est primus motor corporum athomorum. Secunda cum primus motor debet habere motum naturalem: quis est eius naturalis motus. Hæc Aueroes quæ pace sua non sunt ad propositum: est enim una tantum insufficiētia: uidelicet quo nam motu mouentur corpora hæc athoma: & quis sit illorum motus naturalis. Quod si hæ sint duæ insufficientiæ: non sunt illæ: quas resumit Aueroes. fuit autem causa erroris Auerois textus male translatus ad eius linguam. Expositio. Quæ auero. com. xx.

NAM Si ælementorum aliud ab alio ui mouetur: necesse est & cuiusq; etiā aliquem motum esse secundum naturam: præter quæm uiolentus est. Etiam Sed

Nunc ponit excusationem illorum: dicebant enim illorum ælementorum: quæ sunt athoma aliud ab alio moueri ui: Quod excludit primo: quia si ita est: necesse est & cuiusq; etiam aliquem motum esse secundum naturam: præter quæm uiolentus est, ut dictum est. Expositio.

ET Oportet primam motricem, non ui, sed secundum naturam mouere. In infinitum enim erunt: si non erit aliquid primum mouens secundum naturam: sed semper ipsum prius ui motum mouet. Primā motri. Primū moue.

Secundo obicit excusationi quia oportet saltem primum mouens non ui mouere: sed secundum naturam. nam quod mouet ui: habet principium suæ motionis extra: & ita non mouet nisi motum: & ita oportet moueri ab alio semper: uel standum est ad primum: quod nō ui mouet. Vnde inquit & oportet primam motricem supple uim non ui: sed secundum naturam mouere. probat hoc: & inquit in infinitum enim erunt supple tu mouentia & mota, si non erit aliquid primum mouens secundum naturam: sed semper ipsum prius motum uiolenter, aliud moueat: est igitur consequentia si primum mouet ui: igitur procedetur in infinitum in mouentibus & motis: probatur quia si mouet ui: igitur non mouet nisi motum extra. quare mouebitur ab alio: & quæratur de illo. uel igitur ibit in infinitum in mouentibus & motis: uel oportet ut primū mo Expositio.

nunc habent·ea quidem quæ grauitatem habent:ad medium·Quæ autem leui/tatem:a medio·Hunc autem ordinem habet mundus·

Nunc reprobat opinionem Platonis:uoluit enim Plato ut in timæo dicitur ælementa ante mũ/di ipsius facturam moueri inordinate·Vnde dixit ante mundi generationem materiam inor/dinate fluctuasse·Materia autem/& ælementa idem est:quare uoluit ante generationem mun/di ælementa moueri inordinate·Postea uero reducta esse ad motum ordinatum ab ipso deo: quam quidem reductionem Plato appellat mundi genituram·Obicit autem Aristoteles huic positioni asserens accidere illi:quod democriti & leucippi opinioni accidebat·Vnde inqt hoc autem idem supple absurdum:quod democrito accidebat:necesse est accidere:& si ut in timæo scriptum est:ante mundi facturam ælementa inordinate mouebantur·& hoc facile ipse dedu/cit:& inquit necesse est enim aut uiolentum esse motum supple eorum ante mundi facturam: Aut secundum naturam·probat q. non secundum naturam:quia tunc mũdus præfuisset: & ita fuisset anteq̃ esset:unde inquit:si autem secundum naturam mouebantur:necesse est tunc mun dum esse:siquis uelit contemplari cum diligentia·Deducit:quia ex quo ælementa tunc moue/bantur secundum naturam:necesse est tunc primum mouens mouere ipsum supple primũ mo/tum secundum naturam:hoc est cœlum·nam motus ælementorum reducitur ad motum cœli quare si tunc ælementa mouebantur secundum naturam:oportet tunc cœlum a primo motore etiam moueri secundum naturam·Oportebat etiam ea quæ mouentur non ui: sed propria na/tura:quæq; quiescunt suis in locis etiam non ui:sed natura:eum facere ordinem:quæm quidem nunc habent:tam supple in quiescendo:q̃ supple in mouendo·Expositiue uidelicet ea quidem quæ grauitatem habent:oportebat ad medium moueri:quæ autem habent leuitatem: oporte/bat moueri a medio·Hunc autem ordinem mundus habet:igitur si hæc omnia sunt ante mun di facturam:oportet dicere mundum etiam tunc præfuisse:& ita mundus esset anteq̃ esset·Ta/cuit autem probare q. ante mundum ælementa non possunt uiolenter moueri: quia per se no/tum est:q. si uiolenter mouerentur:oporteret illa naturaliter moueri:ut superius est deductum laborat autem expositor declarare quid Aristoteles uelit per primum mouens: & quid per ip/sum motum:quæ certe patent·Aristoteles per primum mouens intelligit primum motorem incorporeum:& per ipsum motum intelligit cœlum:quod est primum motum a se ipso idest a motore quod est aliquid sui:ut nos exposuimus·Aueroes autem dat huic rationi uim:& uult q. tres dispositiones requirantur ad esse mundi perfectum·prima est:ut quædam eorum mouean tur a primo moto·Secunda ut quædam quiescant in suis locis·Tertia ut quædam moueant̃ ad sua loca uidelicet illa quæ fuerunt extra loca genita·modo si ælementa ante mundi facturam mouebantur:cum non poterant moueri nisi naturaliter:tunc erant omnes istæ tres dispositio/nes:& ita tunc erat perfecte mundus·quare mundus esset anteq̃ esset·Quo uero ad uerba atti/net debes scire q. in uerbis arabicis sunt hæc uerba·Sed dico q. ælementa & reliqua:ubi Auero es ait hæc uerba posse esse rationem per se:& distinctam a ratione nunc facta & posse esse partẽ rationis factæ:sed quia hæc nulla sunt:lege uerba:ut nos legimus· Expositio·

Quæ Auero. com·xxi·

PRAETEREA Tantum aliquis quæret utiq;:utrum possibile aut nõ pos/sibile erat·inordinate mota·talibus etiam mistionibus aliqua misceri:ex quibus corpora constant:quæ secundum naturam constituuntur? Dico autem ut ossa: & carnes:quemadmodum empedocles in amore fieri dicit·Ait enim q. multorũ capita sine collo sunt orta·

In amore
In amicicia
In concordia
Collo
Ceruice

Secundo obicit contra Platonem:& facit unum quæsitum:& ad neutram partem arguit·Quæsi tum est hoc: utruȝ ante mundi genituram ælementa/quæ inordinate mouebantur: poterant: uel ne talibus mistionibus misceri:ut ex illis mixta complura orirentur·Vnde inquit præte/rea tantum/hoc est illud unum aliquis quæret utiq;:utrum possibile:aut non possibile erat/ali qua inordinate mota quæ ponebantur ante mundi generationem·talibus etiam mistionibus misceri:ex quibus corpora constant supple illa:quæ secundum naturam constant: hoc est mix ta·Hoc est quærere utrum ælementa ante mundi generationem: quæ inordinate mouebant̃: poterant taliter moueri/ut ex illorum mistione mista proficiscerentur:uel non poterant sic mo ueri·nec arguit ad aliquam partem:ut quidam exponunt:sed dimictit insolutum: quia quauis parte quæsiti concessa/sequitur mundum esse anteq̃ esset·Nam si non poterant ælementa illa Expositio·

sic inordinate moueri:ut mista nascerentur:erant igitur hac ratione in motu non confusa: nec inordinata:sed uniformia: ac æqualia:& sic fuissent ordinata:& ita sequitur ut prius fuisse mũdum:sin autem poterant sic inordinate moueri:ut inde mista nascerentur:igitur erat generatio mistorum ex ælementis:& ita:ut prius:erat mũdus:quare quauis parte quæsiti data: sequitur mundum esse anteq̃ esset:& sic Aristoteles non curauit partes quæsiti examinare: quia erant a parte absurdæ. Aueroes autem magnus uerborum Aristotelis confusor:exponit hanc rationẽ sic:si ælementa ante mundi genituram mouebant irregulariter:aut hic motus inregularis erat proprius ac substantialis illis. Aut supple accidentalis. Si motus irregularis erat proprius ælementis illis:tunc ælementa illa non poterant suis naturis recipere ordinem a deo: quia in eorum naturis erat carentia ordinis:& ita non poterat unq̃ ex eis fieri mistio:nec aliquod corpus: & sic non possent unq̃ uenire ad finem terminatum. Sin autem motus ille ante mundi generationem erat per accidens competens ælementis:tunc poterat tolli sine ui primi motoris: & sic possent uenire ad ordinem sine ui motoris primi:quod est contra Platonem. Aueroes autem primum membrum tantum disputat:& prætermittit secundum. Addit Aueroes hoc idem accidere empedocli:quoniam si ælementa non habuissent naturam ut miscerẽtur:nunq̃ possent misceri:& ita ex eis fierent semper capita sine collis:& colla sine capitibus. Secundo obicit etiã empedocli Aristoteles, ut Aueroes ait q. si quodlibet simile esset a suo simili congregatũ: Tunc esset possibile, ut amicitia faceret hanc congregationem. Hæc sunt quæ Aueroes ex textu collegit:& certe nunq̃ hæc sõniauit Aristoteles:ut uidisti. deinde sequitur illa pars cõmenti. Themistius autem: Vbi Aueroes:exponit textum secundum themistium:& certe expositio est illa:quam nos dedimus. Vult igitur primo themistius q. Aristoteles uelit alio modo atq; alia ratione inferre q. data positione Platonis sequitur mundum esse:anteq̃ esset: & dixit themistius q. alia ratione hoc deducit:quia prima erat accepta ab ælementis:hæc secunda accipitur a mistis. modo utraq; sunt mundi partes. Secundo uult themistius q. Aristoteles fecit quæsitum bimembre:& partes dimisit nobis perficere. Tertio themistius compleuit membra: quoniam si ælemente ante mundi generationem poterant cõmisceri:tunc poterant partes mundi fieri:& cum partes non sint:nisi totum sit:igitur mundus præfuisset: & est propositum si impossibile est illa misceri:igitur motus eorum erant ordinati:quia semper sic ordinati:ut nunq̃ fierent mista:& ita, ut prius, sequitur mundum fuisse:si enim diceret ælementa posse esse ante mundi generationem aliquando moueri:aliquando non:saltem aliquando potuissent cõmisceri:& ita sequitur mundum præfuisse. Vltimo Aueroes abreuiat expositionem themistii:hoc modo: uel ælementa ante mundi generationem poterant uenire ad ordinem mistionis: uel non si poterant:igitur tunc mundus fuisset. Si non poterant. igitur hac ratione erant ordinati: & sequitur ut prius:mundum præfuisse. Hanc expositionem themistii reprobat Aueroes dicens, esse, difficilem intelligi ex uerbis Aristotelis secundum translationem:quam habebat:sed ait suam, esse uerisimiliorem. Ego autem dico suam nullo pacto uerbis græcis consonare. Sed illam themistii approbo:& dico fatuum esse credere Auerroi circa textus expositiones:cum ipse ob malas translationes sepe deliret.

HIS Autem qui in infinito infinita mota faciunt:si quidem unum mouens fuerit:uno moueri motu necesse est. Quare non inordinate mouebuntur. Sin autẽ mouentia infinita sunt:& lationes infinitas eẽ necesse est. Nã si finitæ sint:ordo aliqs erit:non.n.quia in idem non feruntur:inordinatio accidit:neq;.n.nunc in idem feruntur cuncta:sed ea tantum:quæ eiusdẽ generis sunt.

Expositio. Quidam arbitrantur hanc rationem esse contra Platonem, non simpliciter: sed coassumpta opinione democriti. Ego uero opinor hanc rationem esse contra democritum quasi ex his:quæ dicta sunt contra Platonem deductam. Inquit his autẽ qui in infinito uacuo faciunt infinita mota:quæ athoma uocant:ut sunt democritici:dupliciter dicere possunt:aut unum omnium ponẽdo motorem saltem secundum speciem aut infinita secundum speciem:& tot quot mota ipsa. si quidem omnium athomorum unum mouens fuerit secundum speciem: uno moueri motu secundum speciem necesse est:quare non inordinate mouebuntur: quoniam omnia mouebunt sub eadem ratione. Sin autem mouentia infinita secundum speciem sunt:etiam lationes secundum speciem infinitas esse necesse est. Deducit hanc consequentiam:nam si finitæ sint ipsæ lationes

Quæ auero. com. xxii.

tiones specie:ordo aliquis erit·quia omnes reducẽtur ad unam rationem generis· Sed remouet unam tacitam obiectionem:nam nunc sunt infiniti termini ad quos mouentur mobilia ipsa: & tamen est ordo·igitur in rebus infinitis potest esse ordo· Respondet non enim quia in idem non feruntur ipsa mota:sed ad infinita:& ab infinitis:inordinatio accidit:quia nunc secundum rei ueritatem in idem non feruntur omnia mota:sed solum ea quæ sunt eiusdem generis ferun tur ad idem secundum genus:& quæ sunt eiusdem speciei feruntur in idem secundum speciem· quare licet omnia non ferantur in idem:tamen est ordo:quia feruntur in idem specie: uel gene re· Aueroes autem in præsenti cõmento primo exponit partes textus:secundo disputat cũ the mistio:& Alexandro·Circa primam uult q. Aristoteles declaret q. dicentibus q. ante mũdum fuerunt corpora infinita tempore infinito in uacuo infinito:contingit q. aliqua ordinatio fuit ante ordinationem mundi hoc est q. ordinatio aliqua fuit ante mundum:quod relinquit tanq̃ impossibile:& sic:ut dicit non uult destruere sermonem eorum simpliciter:sed tantum ad homi nem arguendo· Vlterius Aueroes colligit in textu has consequentias: prima est si corporũ in diuisibilium:quæ ante mundum mouebantur:motor est unus in specie:sic q. formæ eorꝝ erunt eiusdem speciei:igitur motus eorum non erunt diuersi:neq; consequentes substantias idest ma terias eorum corporum:sed potius consequentes formas eorum : & addit q. quasi per hæc uult habere q. sequitur esse aliquem ordinem in eorum motibus:licet motus eorum sint infiniti : cũ sint eiusdem speciei omnes· Secunda si mot⁹ sunt infiniti:quia formæ sunt infinitæ: species mo tuum erunt infinitæ:& processus eorum erit infinitus· Hæc Aueroes colligit· Deinde sequitur illa pars· Et hoc explanauit themi· Vbi digreditur circa has consequentias· Vbi primo narrat quæ themistius dixit circa secundam consequentiam/& inquit & hoc explanauit themistius sic idest & si fuerint huiusmodi·s·motus infiniti & processus infinitus:etiam erunt ordinati: & sic quouis modo dicatur sequitur ante mundum fuisse ordinem· Et Alexãder: hic Aueroes narrat quæ Alexander ait circa secundam consequentiam:& inquit Alexander non dixit hanc expla nationem:quam themistius suppleuit:sed uult Aristotelis sermonem fuisse diminutum: & nõ compleuit sermonem ipsum:quæm debuit complere· Immo solum destruxit consequens dicen do q. est impossibile motus esse infinitos/& species eorum esse infinitas· Ecce igitur q. Alexan der:non compleuit sermonem Aristotelis:sed destruxit consequens· Deinde sequitur illa parti cula Dixit them· Vbi them· repræhendit Alexandrum asserens eius expositionem esse turpẽ: & hoc dupliciter:primo quia Alexander uidetur uelle ex textu hanc esse Aristotelis consequẽ tiam uidelicet si motus sunt infiniti:motus sunt infiniti & processus motuũ est infinitus· Obi cit autem themistius q. Alexander sumit idem in consequente & antecedente ac si quis dicat si est animal:ergo est animal:& quasi intendit themistius dicere q. errauit Alex· quia qui uult de struere aliquam positionem idest aliquod antecedens:debet considerare quid sequitur ex illo: & si illud consequens non fuerit supple possibile:non erit illud antecedens possibile: Vt conce das si hoc est animal:hoc est Tragelphus· Nam sequitur non est tragelphus:igitur non est ani mal· Sic igitur patet q. primus error Alexandri est idem assumi pro antecedente: & pro conse quenti· Deinde sequitur illa particula· Et etiam dixit:ubi secundo obicit Alexandro : quia sen sus Aristotelis non est arguere destructiue in secunda consequentia:sed constructiue inferendo q. si motus sunt infiniti & processus infinitus:igitur fuit aliquis ordo ante ordinem mundi· hæc sunt obiectiones duæ themistii· Deinde sequitur illa particula· Et interio· Vbi Auer· exponit themistii uerba·& uult q. trifariam potest sermo Aristotelis intelligi secundum themistiũ uno modo q. motus sint numero infiniti:& motores & mota eiusdem formæ siue speciei: tunc sequi tur illorum motus habere ordinem:cum omnes sint eiusdem speciei· Secundo modo potest in telligi q. motus sunt infiniti & motores etiam infiniti specie differentes: & etiam sequitur in il lis esse aliquem ordinem:quia saltem hic q. motus sunt tot quot formæ mouentes:quia diuersi tas motuum sequitur diuersitatem formarum mouẽtium· Tertio potest intelligi motus esse nu mero infinitos:& motores finitos scilicet specie:& motus etiam specie finitos : & tunc sequitur ut prius esse ordinem in illis· Ex his colligitur q. themistius uoluit fieri tria antecedentia: & unum consequens:quod est in motibus illis esse ordinem· Alexander uero uoluit tria etiam il la antecedentia:& ad primum & tertium intulit esse ordinem· Ad secundum uero dixit suũ cõ sequens esse destruendum· Deinde colligit sũmatim positionem them·& inquit quasi igĩ Ari stoteles secundum hanc explanationem induxit aliquid quasi antecedens supple in secunda ra tione siue consequentia:& aliquid quasi consequens:& tacuit consequens supple secundum : &

Quæ Auero. com·xxiii·

propterea quia tacuit secundum consequens: Alex. resistit Aristoteli in suo sermone arbitrans illum sermonem Aristotelis esse diminutum. & putauit q. diminutio erat: quia debuit destruere consequens uidelicet motus esse infinitos & infinitarum formarum: ac terminorum: demum epylogat|& inquit hanc esse themistii expositionem|uel saltem potentia est hæc expositio themistii. Deinde sequitur illa particula. Et hoc non contingit Alexan. Vbi nunc Auer. defendit Alexan. ab obiectionibus themistii. Ad primam igitur Respondet q. hoc non contingit Alexan. quia sermo Aristotelis continet antecedens|& consequens: & non est idem consequens: quod antecedens: debet enim sermo Aristotelis sic componi|si motus sunt numero infiniti propter formas mouentes & propter motiones in alterum: motus erunt specie infiniti: & processus motuum erunt infiniti. modo consequens est impossibile: igitur & antecedens: & ita est impossibile formas esse infinitas quia motio in alterum est infinita: patet itaq; q. si sic ratio componatur: consequens differt ab antecedente. at themistius: ut repræhenderet Alexandrum: posuit quasi consequens idem cum antecedente: & dixit uerum consequens esse ablatum a textu: sed esse suplendum modo: quo supleuit ipse. Vlterius ait q. Alexan. uoluit Aristotelem non destruxisse consequens: sed posuisse oppositum positionis siue antecedentis: hoc est oppositum consequētis. Ecce q. Alexan. uoluit Aristotelem non posuisse nisi antecedens|& oppositum consequentis: & tacuisse consequens. Sed difficile esset uidere quo modo ualet hæc consequentia motus sunt numero infiniti: igitur motus sunt infiniti forma. Tu uero considera dicta Auerois. quia Respondet antecedens quod est q. motus sunt infiniti numero potest dupliciter intelligi aut hoc modo q. motores differunt forma: & sic sequitur motus esse specie infinitos. Aut hoc modo q. motus sint numero infiniti: & in se forma differentes: & tunc antecedens nō differt a consequente. & Alexan. loquitur primo modo: per hæc patet error them. & quod non ualet id quod dicit contra Alexandrum quia non intellexit differentiam inter antecedens & consequens: & proprerea dixit Alexandrum destruxisse positionem idest antecedens: quia credidit consequēs non differre ab antecedente: & sic obiectio them. contra Alexandrum nulla est. Deinde sequit̄ illa particula. Sed tamen quod Alexan. ubi defendit Aristotelem asserens obiectionem Alex. contra Aristotelem nullam esse: quia si expositio esset ut Alex. ait: solum consequens fuisset diminutum: quod non est diminutio: quia facile potest illa destructio subitelligi: ueluti sæpe diminuit multas propositiones perse notas: quæ possunt facile supleri: propterea concludit quæ igitur diminutio contingit in hoc Aristoteli: quasi dicat nulla. Deinde sequitur. Nisi Alexan. Vbi ostendit quomodo contradictio Alex. contra Aristotelem haberet locum: & ait q. tūc haberet locum: quando expositio Alex. concordaret cum them. in faciendo tria antecedentia & unum consequens uidelicet q. ante ordinem esset ordo: tunc enim Aristoteles concessisset eis motus esse infinitos in specie: & infinitos in processu. Quod si ita esset: tunc dupliciter Alexā. Aristoteli resisteret: primo quia concessit hoc illis: quod non erat concedendum. Secūdo quia a ratione fuisset diminutum consequens: quod non facile ex antecedente intelligeretur. primū tangit Auer. hic. Secundum uero tetigit supra & propterea concludit: q. melius esset facere duo antecedentia primum & tertium inferendo ordinem ante ordinem: & prætermictere secundā diuisionem idest secundum antecedens: non inferendo ordinem ante ordinem. Nam sic exponendo non destruit primam intentionem Aristotelis: quæ est obicere antiquis cogendo illos ponere ordinem ante ordinem: nam licet hoc non sequatur ex tribus antecedentibus: sequitur ex primo & ultimo. ex secundo uero sequitur impossibile: quod destruxit: & sic omnino habet̄ ordo ante ordinem: quæ est prima Aristotelis intentio contra antiquos: ut etiam themisti9 extimauit. Deīde sequitur illa particula. Aristoteles enim potest. Vbi quasi ponit Tertiam expositionem: circa quam debes scire q. tres possunt fieri diuisiones de partibus athomis: quas ponunt democritici moueri ante mundum in uacuo infinito motu īordinato. Prima est q. partes sint finitæ specie|numero uero siue finitæ: siue infinitæ: & motus sit finitus. & hæc diuisio est secundum naturam. Nam secundum naturam partes mundi sunt quinq; speciæ: & motus etiam finiti. Secunda diuisio est ponendo partes athomas specie infinitas: & motus infinitos. Et hæc diuisio est omnino præternaturalis: & ex toto primæ opposita. Tertia est q. partes sint infinitæ specie: & motus uel motores finiti: & hæc etiam est præternaturalis. Ait modo Aueroes q. ex prima diuisione concessa sequitur ordinem esse ante ordinem. Nam si conceditur athoma esse specie finita: & motus finitos ante mundum: sequitur illa moueri ordine: & cum sint ante mundum: erunt ante ordinem: & ita sequitur ordo ante ordinem. duæ aliæ diuisiones sunt falsæ: &

sae:& praeternaturales. Ecce quasi haec est. Tertia expositio:& aplicando hanc sententiam uerbis:ait contra Alexandrum:q. secundum hoc non intendit destruere illud consequens uidelicet q. motus sit infinitus:& partes infinitae:sed accipit hoc quasi antecedens & infert ordinem ante ordinem:ut dictum est. quia uelle uidetur partes illas esse eiusdem formae ac speciei: & sic aplicando diuisiones uerbis:tandem ait redendo ad expositionem Alexandri q. apparet uniuersaliter q. diuidit sermonem in tres diuisiones: ubi mediam destruxit:& primam & tertiam accepit pro antecedentibus inferendo ordinem ante ordinem. Themistius uero uoluit tria esse antecedentia & unum omnibus consequens uidelicet q. ordo sit ante ordinem. Deinde sequitur illa particula. Diuisio naturalis. Vbi Aueroes ut complete loqueretur reducit diuisionem ad quatuor:supponit enim partes illas indiuisibiles:quae dicuntur athoma : quadrifariam posse constitui:aut ponendo formas illarum finitas & motus finitos. & haec diuisio est naturalis. Nam secundum rei ueritatem partes rerum sunt numero infinitae:sed forma sunt finitae: & motibus etiam finitae. Et ait in textu Aristotelis esse hoc tertium condiuidens. secundum est q. formae sint specie infinitae:& motus etiam infiniti specie. Et hoc secundum est praeternaturale omnino:de quo fuit questio inter themistium & Alexandrum : utrum hoc concesso sequitur ordo ante ordinem. & diuersimode fuit responsum:nam themistius uoluit q. ipso concesso sequitur ordo ante ordinem:& Alexander uoluit q. erat consequens destruendum. Tertium membrum inter haec medians est q. formae sunt finitae:& motus infiniti: quod membrum fuit primum in textu:& propinquum naturali:& ideo extimatur q. ordo sit ante ordinem ipso concesso. Quartum membrum est q. formae sunt infinitae:& motus finiti. & Aristoteles non posuit ipsum in textu:aut uirtualiter continentur in primo uel secundo diuidente. Reliquum commenti perspicuum est. Haec ex commento collegi. Ego uero considerans & super considerans non inueni has diuisiones in textu:sed solum reperi duas diuisiones:prima est si athoma ante mundum sunt infinita:dupliciter fieri potest aut q. motores eorum erunt finiti puta unus uel plures finiti:& sic sequitur athoma non inordinate moueri. Nam licet athoma sint infinita : quia tamen motores sunt finiti:in motibus eorum erit aliquis ordo. Aut potest intelligi athoma infinita: & motores esse infinitos specie:& est secunda diuisio:ex qua infert lationes esse infinitas specie & hoc membrum uoluit Alexander:esse destruendum:quo modo fuit destructum primo huius: Vbi probatum est tres esse tantum motus specie. Potest tamen per uerba illa. Nam si finitae. Innui tertium membrum. uidelicet q. athoma sint infinita:& motores infiniti specie:& motus finiti:& tunc ad hoc tertium infert ordinem esse ante ordinem. d. si enim finitae sint motiones:& supple athoma & motores infiniti:aliquis ordo est saltem ex parte motuum:quia omne finitum ordinatum est aliquo modo. Et sic duo membra sunt in textu nostro expraesse:& tria possunt intelligi:quorum primum & tertium infert ordinem ante ordinem. Secundum infert unum consequens destruendum secundum Alexandrum. Caetera uero quae dicit Aueroes circa textum:sunt superflua. Deinde Aristoteles parte illa. Neq; enim nūc. Soluit dubitationem (ut etiam Aueroes notat) quae posset oriri : ut diximus in expositione textus. Tu uero uides quo modo multa dixit Aueroes extra propositum:quae applicauit uerbis Aristot. qbus applicari non possunt:ut mihi uidetur.

PRAETEREA Ipsum esse inordinate nihil aliud est : q̄ esse praeter naturam:ordo enim propria natura sensibilium est. At uero & hoc absurdum & impossibile est:ipsum uidelicet infinitum inordinatum motum habere. Est enim ea rerum natura:Quam plures & pluri in tempore habent. contrarium igitur ipsis accidit:inordinationem quidem esse secūdum naturam. ordinem uero atq; mundum praeter naturam. Quamuis nihil eorum quae sunt secundum naturā: a fortuna fiāt.

Esse uerbum additum. Videlicet uerbū additū quamuis & tamen A fortuna: ut contingit.

Scdo obicit democrito:& pōt rō cōponi logice hoc pacto:si ante mundū athoma mouebant̄ motu inordinato:tūc ordo erit praeter nām. & inordinatio erit ſm nām deducit̄ consequentia:qa motus ille inordinatus ante mundum fuit in omnibus athomis & tempore infinito : motus

Expositio.

autem ordinatus post mundi generationem non est in oībus athomis: nec tēpore infinito: qa secundum democritum mundus fuit sub non esse in præterito infinito: & sub esse in tempore finito· Quare sequitur motum inordinatum: cum fuerit pluribus competens: & maiori tempore: etiam secundum naturam: & ordinatum esse præter naturam: quia non omnibus: nec maiori tempore· Inquit præterea ipsum esse inordinate nihil aliud est q̄ esse præter naturam · quod declarat· d· ordo enim propria natura sensibilium naturaliumq; corporum est: est enim ordo corporis naturalis ad aliquem finem: illius ad illum finem inclinatio· Inclinatio uero rei: & eius natura inclinans ad illum finem idem est· Et sic ordo rei: & natura rei idem est· & ita patet ordinem esse secundum naturam: immo potius ipsam naturam: & inordinationem esse præter naturam· accepta hac suppositione procedit ad rationem: & inquit at uero & hoc absurdum & impossibile est ipsum uidelicet infinitum inordinatum motum habere: & sic repugnat motum infinitum esse inordinatum: quia (ut ait) ea rerum natura est: quam plures scilicet res: & pluri tempore habent· modo ipsis democriticis accidit dicere contrarium uidelicet q; ordo & mūdus sint præter naturam: & inordinatio secundum naturam· Et quod accidat sic dicere: patet· quia inordinatio illa præcedens mundum competebat pluribus: & maiori tempore· ordo autē post mundi generationem competit paucioribus & breuiori tempore· quæ ratio docet inordinationem esse secundum naturam: ordinem autem præter naturam· & apponens destructionem consequentis inquit: q̄uis nihil eorum quæ sunt secundum naturam a fortuna fiat: hoc est præter ordinem & breuiori tempore· Est igitur ratio breuis q; democritici sic dicentes sibi ipsis contradicunt: quia coguntur dicere ordinem esse præter naturalem: & inordinationem secundum naturam· Quo uero ad uerba attinet: per esse a fortuna: intelligit: ut dicit Aueroes esse in paucioribus temporibus· Nam quod fortuna uel casu est: in minori tempore est: ideo accipit alterum pro altero· Animaduerte igitur secundum Aueroe3 q; Aristoteles Platoni contradicit per hanc rationem: & non democrito: nam Plato posuit res moueri ante mundum motu inordinato tempore infinito· In contradicendo igitur Platoni uult eum accipere duas suppositiones: prima est inordinatum & indefinitum est præter naturam· Secunda est ordinatum & definitū est secundum naturam· His acceptis: arguit si res mouebantur inordinate tempore infinito ante mundum: ergo motu naturali: tenet argumentum ex suppositionibus: quia ordinatum definitum est maiori tempore & pluribus subiectis competens· res uero post mundi generationē mouebuntur motu finito: quia ex quo cœperunt moueri aliquando: desinent moueri: ut deductu3 fuit in primo libro & ita patet tempus motus rerum ante mundi generationem fuisse maius tēpore motu rerum post generationem· Modo regula est illud esse naturale: cuius tempus est maius: ut de sanitate dicitur illud minus/cuius tempus est minus: ut de ægritudine· Hæc Aueroes breuibus·

Quæ auero· com· xxiiii·

VIDETVR Autem anaxagoras hoc ipsum bene accepisse· Ex inmobilib9 enim incipit mundum confitere·

Expositio · Videtur mihi q; Aristoteles uelit comparare inter opinionem Platonis: & opiniones aliorum physicorum: ut ostendat omnino Platonem errasse· Vbi debes scire q; Plato duo posuit circa corpora: quæ erant ante mundum· Primo quidem: quia posuit illa moueri· Secundo quia posuit ipsa segregata· Circa primum comparat opinionem Platonis opinioni anaxagoræ: & inqt uidetur autem anaxagoras hoc ipsum bene accepisse: & explicat quod bene accepit: & inquit: ex in motis enim incipit mundum conficere· quare melius anaxagoras ex in motis mundum facit: q̄ Plato ex motis· Anaxagoras enim ut Aueroes ait: dixit res stetisse tempore infinito in ipso Chaos siue mistione: donec intelligentia cœpit res distinguere· Causa autem quare melius est facere mundum ex in motis: q̄ ex motis: est quia generatio fit ex ente in potentia: & non ex ente in actu· modo in mota uidentur magis ens in potentia: & mota ens actu: quæ ratio docet rationabilius dixisse anax· q̄ dixit Plato· nam Plato quasi fecit mundum ex ente actu· anaxa· ex ente in potentia·

Quæ auero· com· xxv·

ENITVNTVR Autem & cæteri congregantes aliquo modo: mouere & segregare· ex distantibus autem & motis generationem facere non est rationi consonum· qua propter & empedocles omictet eum motum: qui in amore est:

Autem Enim

non enim cœlum constituere potuisset:ex seperatis quidem construens ·ob amorem autem faciens congregationem·Ex segregatis enim ælementis mundus est constitutus·Quare ex uno fieri:& congregato necessarium est·

Nunc comparat opinionem Platonis opinionibus cæterorum physicorum quo ad secundum:& uult q. melius dicat empedocles:q̄ Plato circa generationem mundi quo ad secundum: qa empedocles ait mundum fieri ex ælementis congregatis: quando per litem disgregantur· Plato uero uoluit mundum fieri ex disgregatis:quæ inordinate mouebantur· Modo melius est facere mundum ex congregatis:q̄ ex seperatis·Nam disgregata uidentur quasi esse in actu: cōgregata quasi in potentia:non enim aliqua disgregari possent:nisi essent per suas formas in actu· Nec aliqua cōgregari nisi essent aliquo modo reducta in unum: in quo essent aliquo modo in potentia·Inquit enituntur autem & cæteri congregantes aliquo modo ut anaximander: & empedocles:enituntur dico ad saluandam generationem mundi mouere/& segregare supple ælementa ex illo uno:in quo unita erant·& q. hoc sit bene dictum:probat:ex distantibus enim & motis generationem facere non est rationi consonū·quia sic generatio esset ex entibus in actu: ut dictum est·& ad huius rei confirmationem adducit opinionem empedoclis circa mundi generationem:& inquit qua propter & empedoclis omittit eum motum:qui in amore est supple in generatione mundi uniuersali:quia non uult mundum fieri per concordiam atq; amorē ælementorum:sed potius per discordiam:non enim cœlum idest mundum ipsum potuisset constituere:supple per amorem : uelut constituit animal per amorem ælementorum : oportet enim mundum ipsum fieri per litem eorum ælementorum:quæ in amicitia erant ante mundi generationem·propterea inquit Aristoteles:non enim mundum potuisset constituere / construens dico ipsum ex seperatis propter litem:& destruendo ob amorem faciendo ipsam congregationem:ut fit in generatione particulari rerum:animal enim fit congregatione seperatorum : corrumpitur autem seperatione congregatorum:mundus uero non sic:non enim fit congregatione seperatorum·Nec corrumpitur seperatione congregatorum:sed fit seperatione: & corrumpitur congregatione est igitur series textus:non enim mundum potuisset constituere:modo quo animal constituitur:uidelicet construendo ipsum ex seperatis:& destruendo ipsum ob amorē: faciendo congregationem ælementorum:quia non constructione ælementorum mundus oritur:sed seperatione eorum:quæ erant in uno·Ex segregatis enim ælementis mundus est constitutus·Ideo concludit quare ex uno & congregato necessarium est fieri:supple si fit·Ex his uult habere q. dupliciter Plato errauit:primo quia mundum fecit ex motis·Secundo quia mundum fecit ex seperatis atq; distantibus·Melius igitur ex uno & immoto est mundum facere·Aueroes uero circa hunc textum dicit·Quatuor primum est cur empedocles posuit litem & amicitiā ante mundum:& ait illas posuisse:ut dicat res moueri non a se propriisq; naturis: sed a motoribus extrinsecis uidelicet lite:quæ mouet ad seperationem:& amicitia: quæ mouet ad congregationem·Nam cum mundus fieri non possit/nisi ælementa ante mundum mouerētur:& nec moueri possunt a se:igitur oportet ponere litem atq; amicitiam/ut res ipsæ ex quibus mundus est:moueantur ad mundi generationem·Secundum est q. empedocles iuuabatur in ponendo litem & amicitiam:quia dixit mundus fieri ex rebus quæ erant ante generationem mundi segregatæ:quæm motum ex lite ipsa habebant res·Deinde mouebātur ex amicitia ad inuicem donec ex eis fuit congregatus iste mundus·Ecce q. Aueroes de intentione empedoclis uoluit mundum fieri ex rebus disgregatis propter litem:propter amicitiam autem componi & perfici·Huius contrarium est in nostris græcis codicibus:dicitur enim q. empedocles genuit mundum ex rebus congregatis:quæ postea ex lite seperatæ mundum faciunt·Et causa erroris ut sæpe dixi:est quia malas habebat translationes·Tertium quod Aueroes ait:est causa:cur hæc omnia uoluit empedocles:& ait hæc omnia fecisse ad fugiendum absurda : quæ contingunt aliis· Nam alii cogebantur dicere motum in esse rebus a se ante mundi generationem : & sic hoc fugiendo posuit litem & amicitiā·Quartum est q. alii homines dixerunt mundum fieri ex re quiescente:ex qua segregata mundus fiebat· Et hoc dixerunt euitando impossibilia : quæ contingunt dicentibus fieri mundū ex motis·Hæc Aueroes:notat circa expositionem textus : quoq; primum est pœnitus contra nostrū textum:cætera & si non sint contra textum:nihil faciunt ad textum:ut tu uidere potes:qui legis nostras translationes fideles ex græcis lib·Deinde sequitur illa pars com·Et debes scire: Vbi Aue·digredit̄ : Vbi primo disputat utrum mundus factus sit ex

Expositio· | Quæ auero· com·xxv· | Digres· Aue·

rebus quiescentibus: & respondet q. dicentibus mundum factum esse ex rebus quiescentibus: contingunt contradictiones similes contradictionibus eorum: qui dicunt ipsum fieri ex rebus motis: & ita uult utriq; sectæ accidere absurda. Deinde sequitur. Quærendum est enim. Vbi prosequitur ostendendo contradictiones: quæ secuntur dicentes mundum fieri ex quiescentibus: & arguit sic mundus fit ex rebus quiescentibus: aut illæ res quiescentes quiescunt naturaliter ante mundi generationem: aut uiolenter si uiolenter quiescebant: igitur habent quietem naturaliter. Violentum enim non est nisi respectu naturalis: si enim terra quiescit uiolenter sursum: naturaliter stabit deorsum: & si ignis deorsum uiolenter stabit: quiescet sursum naturaliter Ostendit q. nec naturaliter: quia si ælementa quiescebant naturaliter: habebant motum naturalem: est enim quies naturalis finis motus naturalis: si terra enim quiescit in medio naturaliter: ad medium naturaliter mouebatur. Et sic patet ante mundum ælementa moueri & quiescere naturaliter. Et cum hæc duo habent ælementa ipsa: necesse est ut mundus sit anteq̄ sit. Nam idem est locus motus naturalis & quietis naturalis. Igitur ea pars mundi ubi hæc ambo loca sunt scilicet quietis & motus: erit eadem numero. oportet igitur fateri dari aut sursum aut deorsum: & quouis dato: oportet dare utrunq;: & utroq; dato: sequitur mundum esse. Deinde sequit̄ Et hoc declaratum est: Vbi probat locum quietis naturalis & locum motus naturalis eiusdem corporis esse eundem: quia si non esset idem locus: tunc motus naturalis non esset ad superius neq; ad inferius: sed ubi totum ipsum ælementum quiesceret. Verbi gratia: glebba non moueretur ad medium mundi: quia sit locus quietis naturalis glebbæ: sed quia illic quiescit totū: nec glebba ignis moueretur ad concauum: quia illic esset locus naturalis eius: sed quia illic est tot⁹ ignis. quare sequeretur: q. in uniuerso non esset sursum & deorsum simpliciter: sed in respectu tātum: oportet igitur dicere esse locum naturalem: ubi ælementum naturaliter quiescit: & ad quē ælementum naturaliter mouetur. & sic erunt sursum & deorsum: ad quæ ælementa ferunt̄. Deinde sequitur. Et ideo omnis: Vbi Aueroes infert duo excerpta: primum q. qui ponunt mundū fieri ex entibus: coguntur dicere mundum esse anteq̄ sit deductum est hoc: quia si mūdus fit ex entibus: uel in actu: uel in potentia. Si in actu: non possunt esse nisi ælementa: & ita sequitur ut prius mundum esse anteq̄ sit. Sin autem ex entibus in potentia: Tunc non esset nisi materia materia enim dicitur ens in potentia: ut sæpe deductum est. Sed cum materia nō sit sine forma: oportet præcessisse formā. mundus igitur fit corrupta priori forma ex illa materia. Sed nihil potest corrumpi nisi alteratio præcesserit: oportet igitur præfuisse primum alterās: & tale est cœlum. igitur mundus fuisset anteq̄ esset. patet igitur si mundus fit ex entibus: mundum fuisse anteq̄ esset. Deinde sequitur. Et rationes: Vbi infert secundum uidelicet q. si mundus fieret ex nihilo: tunc non esse transmutaretur in esse. Et propterea ait antiquos omnes dixisse mundum fieri ex nihilo esse impossibile: quæ res: ut ait est contra eos: qui ponunt leges. Sed quicquid uelit sua secta: hoc quod dicit nihil est contra nos: nam nos non dicimus mundum fieri ex nihilo per ueram generationem: quia sic sequeretur ipsum nihil transmutari subiectiue in esse: generatio enim illa non potuisset recipi nisi in ipso nihilo: postq̄ non præcessit materia. Sed dicimus fieri ex nihilo per creationem: quæ nihil aliud est q̄ ipse met mundus creatus: & ideo nihil ualet: quod ait hic homo. Deinde sequitur illa particula. Dicit themistius: Vbi secundo loco in præsenti disgressione disputat opinionem Platonis. Et primo narrat quæ dicit themistius: & dicit themistium uoluisse q. dicentes mundum esse factum ex rebus non ordinatis uel motis inordinate: non possunt fugere hæc impossibilia: quia isti coguntur dicere mundum factum esse ex entibus in actu: & ita sequitur mundum fuisse anteq̄ esset: ut deductum est. Deinde sequitur. Et potest homo dicere: Vbi ponit modum quo themistius defendit Platonem & ait primo q. non intellexerunt urentes his sermonibus contra Platonem: opinionem eius secundum rectitudinem: & recta uia: cum non intelligatur id quod sibi imponunt: ex uerbis eius. & ita uult q. ordo & mundus fiat ex non ordine & non mundo. Velut morbus non fit ex sanitate: sed ex non morbo. mundus igitur uel ordo perse fit ex non ordine uel non mundo. Per accidens autem ex rebus inordinatis uelut per accidens ægritudo fit ex sanitate. Deinde sequitur. Sed quia: Vbi soluit adhuc replicam contra Platonem: quia Plato ait mundum fieri ex inordinato: & non dicit ex inordinatione. Secundo q̄a inordinatio est aliqua priuatio: & priuatio presupponit s̄btum in quo est. R̄ndet inordinatū dici tot modis: quot dr̄ informe: dr̄. n. aliq̄d informe: q̄a fedum: ut hō fedus dr̄ informis: & dr̄ informe p̄ priuationē formæ: ut mā dicitur informis: quia carens forma. Ad propositum cum Plato dixit mundum fieri ex inordinato: in

tellexit mūdum fieri ex materia:quæ dicitur informis & inordinata per priuationem formæ: & per priuationem ordinis. Dicitur etiam non qualis:quia caret qualitate:q̄uis nullo tempore ipsa fuit qualis per essentiam:dicitur enim non quale dupliciter:uel quia fœde quale : ut turpe: uel per priuationem:quia caret qualitate/ut materia:& hoc pacto non quale potest dici inordinatum:quia ordo est quædam qualitas.& ita carens ordine dici potest non quale. Patet igitur mundum fieri ex inordinato/informi/& non quali:quia ex materia:quæ est informis: inordinata:& nō qualis per priuationem formæ:ordinis:& qualitatis:& sic patet sol'ad obiectiones. Deinde sequitur quoniam autem Plato: Vbi disputat Aueroes aliud motiuum contra Platonē quod erat:quia ipse dixit inordinationem præcedere ordinem:& naturale prius est non naturali. sequitur inordinationem esse rem naturalem:& ordinem esse rem præter naturam. Respōdet q. ex uerbis Platonis etiam colligitur oppositum:ut ex suis libris satis constat. Potest ēt colligi oppositum ex his:quæ ait:dicit enim inordinationem esse in malo : & omne diuinum esse antiquum & æternum:& ita malum non potest esse in rebus diuinis: sed in natura mortalium:& ita in rebus posterioribus. Præterea omne quod fuit uiuum primo fuit mortale. Et dicit alibi deum esse æternum:& sine fine:& sine ordine. Ex quibus potest colligi q. inordinatio est posterior ordinatione:cum sit in malo quod est posterius bono:& re ipsa diuina:potest etiam colligi q. sit prior ordinatione:nam dicitur deus sine ordine: & sic inordinatum : quod est deus est:prius re mortali:quæ dicitur ordinata:quare hinc inde potest colligi utrunq;. & propterea concludit neutrum horum esse simpliciter asserendum in doctrina Platonis: quia dicta sunt hæc non simpliciter:& uniuersaliter. propterea ait q. sermo dicens inordinationem esse priorem ordinationem:non esse simpliciter uerum. neq; sermo dicens ordinationem esse priorem ordine Et ita uult q. in rebus particularibus generabilibus aliqua inordinatio est ordinatione prior. Vniuersaliter uero omnis ordinatio est prior inordinatione: uelut potentia respectu eiusdem prior est actu. simpliciter uero actus est prior potentia. Deinde sequitur. Et abbreuiatio: Vbi breuibus resumit sol: themistii ad primum : dicens inordinatum accipi dupliciter priuatiue/& positiue positiue inordinatum est fœdi ordinis. priuatiue est materia:ut dictum est de informi:& non quali. Voluit igitur Plato mundum fieri ex inordinato priuatiue:quia materia carere ordine/qualitate/& forma. Vltimo themistius probat hæc ex lib. Platonis : & quæ dicit:omnia patent. Deinde sequitur illa pars. Nos autem dicimus: Vbi Aueroes contradicit themistio probans defensionem esse nullam. Primo quia Plato dixit ælementa ante mūdum moueri motu inordinato. igitur per inordinatum non potuit intelligere priuationem : quia si mouebantur motu inordinato:mouebātur. Et si mouebantur:illud inordinatum non erat priuatio:cum motus non sit priuatio. Deinde sequitur. Cum enim. Vbi ponit secundam rationē contra expositionem themisti. Nam secundum Platonem ælementa ante mundum mouebantur motu diuersificato:igitur motu malo & inordinato nullum habente terminum ad quem. & per consequens non potuit intelligere priuationem:diuersatus enim motus nō est priuatio. Deinde sequitur. Et non esset possibile: Vbi ponitur. Tertia ratio:quæ talis est: ex uerbis Platonis habetur q. ælementa in mundi generatione mouebantur ex inordinatione ad ordinem. igitur non potest intelligi per inordinatum/priuationem. Deinde sequitur. Et non dixisset. Vbi ponit. Quartam rationem:quæ talis est:Plato attribuit motui ordinationem & inordinationem. igitur cum motus non sit pura priuatio:non potuit per inordinatum intelligere priuationem simpliciter. Deinde sequitur. Nomen enim priuatiuum: Vbi ponit. Quintam rationem:quæ talis est priuatiuum dicit aut diminutionē:aut corruptionem:aut ablationē. Vnde ut medici dicūt:lesio est aut q̄a actio diminuta est:ut uisus q̄n debiliter uidet:aut quia corrupta est:ut q̄n uidet phantasmata:ut in scothomia.aut q̄n totaliter aufertur : uelut q̄n cæcus efficit̄. Inordinatum igitur Trifariam erit: quæritur igitur cum Plato dixit ante mundi generationem motum esse inordinatum:aut intellexit per priuationem:& hoc non : quia concedit illa moueri:aut intellexit per diminutionem:& hoc minime:quia tunc motus eorum fuisset debilis. modo debile est de genere fortis:differunt enim solum secundum magis & minus : quæ nō uariant speciem:igitur potuissent moueri fortiter. Quare remanet eum per inordinatum motum intellexisse motum non naturalem. quare non potuit intelligere priuationem. Deinde sequitur:Etiam si confessi: Vbi ostendit q. non potuit per inordinatum intelligere primam materiam:nec secundum Platonem:nec secundum Aristotelem:quia s̄m Ari. materia mūdi sunt. Quatuor ælementa:non enim mundus potuit habere materiam proprie:quia caret cōtrario.

nec secundum Platonem: quia Plato per materiam mundi intellexit omnia aelementa: & non quaedam: ex quibus fit mundus: ut etiam Aristoteles ait. Praeterea Plato non percepit primam materiam: igitur per inordinatum non potuit primam materiam intelligere. Deinde sequitur illa pars cōmenti. Et nihil est: Vbi Aueroes reprachendit quoddam aliud: quod dicebatur in defensione Platonis. Vbi debes scire q. themisti. & simplicius defendendo Platonem per inordinatum intellexerunt aelementa: quatenus secundum naturam prius intelliguntur sub priuatione ordinis: q̄ sub ordine: & ita uoluerunt de mente Platonis mundum fuisse ab aeterno: ut Aristoteles etiam sentit. Factum uero fuisse de inordinato ad ordinatum ab ipso deo: quia fuit factus ab aelementis: quae secundum ordinem naturalem intelligendi prius intelliguntur / ut inordinata: q̄ ut ordinata: & sic inordinatio praecessit ordinem non tempore sed natura etiam mundus ab aeterno dependet a deo: & ab aelementis. a deo quidem effectiue: ab aelementis uero materialiter. & quod hoc potuit esse de mente Platonis: patet quia ipse dixit materiam esse priorem forma: & certum est q. non intellexit per prius: prius secundum tempus: sed secundum naturam. igitur eodem modo inordinatio praecedit mundum secundum naturam: quia inordinatio se tenet cum materia. Obicit modo Aueroes. contra: quia Plato genuit tempus: quia tempus sequitur motum orbis. igitur. & motus & orbis non fuerunt ab aeterno: & per consequens per ipsum prius non potuit intelligere secundum naturam: sed proprie prius tempore. Deinde sequitur illa pars. Hoc autem quod reprachendit: Vbi defendit Aristotelem a contradictione themisti: qui reprachendit Aristo. dicentem ordinationem priorem simpliciter esse inordinatione: nullam faciendo differentiam inter prius secundum naturam: & secundum tempus. reprehendit ipsum quia aliquando ordinatio in uno indiuiduo tempore priore est inordinatione in alio indiuiduo ut in rebus generatis & corruptibilibus patet: nam forma patris prior est materia filii tempore & natura: quae quidem forma patris dicitur ordo: & materia filii inordinatio: & ita ordo aliquando natura & tempore praecedit inordinationem: utpote quando sunt in diuersis. Aliquando econtra in eodem: nam materia filii: quae est inordinatio praecedit tempore & natura formam filii: quae dicitur ordo. Et sic themistius reprachendit Aristotelem: quia non distinxit. Deinde sequitur hoc autem declarauit: Vbi respondet: quia non distinxit: quia alibi declarauit uz in. ix. metha. hoc: ubi uz declarauit actum esse priorem potentia: & etiam in secūdo de anima: & in. viii. phicorum: illic. n. dixit in diuersis indiuiduis actum priorem esse potētia: in eodem potentiā esse priorē actu: eodem mō de ordine & inordinatione: ordo. n. prior est inordinatione in diuersis. In eodē inordinatio ē prior ordine: & sic male themi. rephendit Ari. Vtrū uero opio Pla. possit defendi: & quo mō: in lib. I. tetigim⁹: nūc uero haec quae Auer. ait: sufficiant. qa nihil est disputare ad mentem nrām: atq; ad ueritatē siue hoc siue illud sit.

QVOD Quidem igitur sit naturalis motus uniuscuiusq; corporum: quo nec ui: nec praeter naturam mouentur: ex hisce patet.

Expositio. Epylogat nunc breuibus: & inqt q. quidem igitur sit nālis motus uniuscuiusq; corpoꝝ. s. pħcoꝝ: quo nec ui: nec praeter nām mouenť: ex hisce supple quae diximus: patet: declarauimus. n. nalē motum esse: quo corpora physica / non ui: nonq; praeter naturam mouentur.

Momentum Inclinationē Ropem.

QVOD Vero non nulla necessario habeant grauitatis ac leuitatis momentū ex his dilucidabitur.

Expositio. Ostendit nūc q. corpora quae nāliter mouenť motu recto: necessario hn̄t grauitatem aut leuitatē quae sunt principia motus nālis in dictis corporibus: & primo sumit intentionē: & inqt q. uero nō nulla. s. corpora necessario habeant grauitatis ac leuitatis momentū: quo inclinenť ad motum: ex his: quae dicemus: dilucidabiť. Quo uero ad uerba attinet: dico q. dixit quaedā: & non oia: ad drām eoꝝ corpoꝝ: quae circulariter mouenť. Est igitur totius capituli cōclusio: Qd sursum aut deorsum mobile est: ipsum aut leue aut graue necesse est esse. Et hanc intendit.

MOVERI Quidem enim dicimus: necessarium esse.


Expositio. Prosequitur: & primo supponit quod communiter a physicis in uniuersalibus libris accipitur uz q. motus necessario sit in rerum natura. Vnde inquit moueri quidem. n. dicimus: necessarium esse supple in rerum natura. Cur uero hoc supposuerit: non facile patet: fortasse enim hoc supposuit: quia syllogizabit quasi hypothetice sic: si nullum corpus est graue aut leue: nihil mouebitur. ut deducet: ideo supposuit aliquid moueri: ut sciatur id ad quod deducit: esse impossibile intendit igitur per hanc suppositionem hanc hypotheticam si illa corpora non sunt nec grauia

nec leuia: ipsa non mouebuntur. probabit consequentiam: quia uel mouebuntur naturaliter: uel uiolenter. & primo probabit: q non mouentur naturaliter. Secundo q nec uiolenter: & sic complebitur syllogismus.

SI Autem quod mouetur: non habebit natura momentum: impossibile est ipsum moueri aut ad medium, aut a medio. Ipsum est uerbū additū

Probat igitur nunc q non possunt moueri naturaliter illa: si non sint grauia aut leuia: & accipit hanc hypotheticam: si autem quod mouetur: non habebit natura momentum: quo uidelicet inclinetur ad motum: impossibile est ipsum moueri aut ad medium: aut a medio. Hæc est hypothetica. Expositio.

SIT Enim in quo a quidem non graue. In quo uero b: grauitatem habens: transeat autem non graue, g d magnitudinem. b autem: æquali in tempore g e. per maius enim id, quod grauitatē habet: fertur. Si igitur corpus quod grauitatem habet: ea ratione diuidatur: qua se habet g e ad g d: (potest enim ad partium suarum aliquam sic se habere) si totum per totam g e fertur: pars eodem in tempore per g d feratur, necesse est. Quare id quod grauitate uacat: & id quod grauitatem habet: per æquale eodem tempore ferentur: quod quidem impossibile est. eadem autem & in leuitate ratio est. Magnitudi. uerbū suple. ea rōe ut Se hȝ uerbū additum.



Probat igitur hypotheticam uidelicet si quod mouetur non est graue: non potest naturaliter moueri. Et primo sumit casum: & inquit sit enim in quo a quidem: non graue. In quo uero b grauitatē habens. Hæc est prima pars casus. Deinde sumit secundam: & inquit trāseat autem non graue uidelicet a. g d magnitudinem. b autem æquali in tempore g e. Et si diceres g e magnitudinem esse maiorem g d magnitudine. Respondet per maius enim id quod grauitatem habet: fertur: & sic nihil phibet g e magnitudinem maiorem esse. Hæc est secunda pars casus: tertia pars casus est: ut ipsum b graue diuidatur ad partem c: ad quā partem se habeat ea proportione: qua g e magnitudo se habet ad g d magnitudineȝ: hoc est q si g e magnitudo sit dupla ad g d magnitudinem: b sit duplum ad c eius partem: inquit si igitur corpus quod grauitatem habet: ea ratione diuidatur: qua se habet g e ad g d. Et assignat causam: q possit b diuidi in partem aliquam: ad quam ea ratione se habeat: qua g e se habet ad g d: & inquit potest enim ad partium suarum aliquam sic se habere: supple quia ipsum b potest diuidi in infinitū uelut ipsa magnitudo g e: & sic tertia pars casus constat. Hoc toto casu stante arguit: & supple tu igitur si totum b per totam magnitudinem g e fertur: pars eodem tempore per g d magnitudinem feratur: necesse est. Nam sicut se habet g e ad g d: ita se habet b ad partem eius c. igitur permutatim sicut se habet g e ad b: ita g d ad c. Sed g e transitur in f tempore ab ipso b. igitur g d in f tempore trāsibitur ab ipso c. sed transiebatur ab ipso a non graui in f tempore: ut in casu supponebatur: ideo concludit quare id quod grauitate uacat: & id quod grauitatem habet: per æquale spatium eodem tempore ferentur. quod quidem impossibile est: nam alterum graue est: alterum non graue. Addit q eadem ratio potest de leuitate fieri. Sic igitur patet q si quod mouetur non est graue uel

Expositio.



leue:non potest naturaliter moueri:quia si non graue uel non leue naturaliter moueretur: possent duo corpora aequale per spatium aequali in tempore ferri:quorum unum esset graue:& alterum nō graue:quod ipse relinquit pro impossibili. Sed dubitatur & satis rationabiliter: nam Aristoteles uult probare omne quod mouetur naturaliter eē graue uel leue:& sumit q. b graue moueatur naturaliter per g e magnitudinem. modo hoc est petere: quod a principio probare uoluit:uult enim probare a principio quod corpus quod naturaliter mouetur sit graue : & sumit b graue naturaliter moueri per g e spatium. igitur petit. Praeterea sumit q. b graue naturaliter uelocius mouetur/q̄ a nō graue:& hoc petit. Nam si uelocius naturaliter mouetur ipso a non graui:igitur graue naturaliter mouetur:quod est in petitione. Ego dicerem q. haec duo supponit:ut sensibus nota. patet enim sensibus graue moueri naturaliter ad mediū per magnitudinem uel lineam g e : nam relictum suae naturae mox descendit. Secūdum etiam sensibus patet:nam uidemus grauiora uelocius moueri minus grauibus. igitur sensibus patet graue moueri uelocius ipso non graui non igitur petit:quia procedit per sensibus nota. Aueroes autem in praesenti commen. xxvi. primo epylogat:& uult esse ex dictis manifestum corpus omne naturale motum habere naturalem:& non uiolentum uel praeter naturam solum. Immo imposibile est uenire tempus aliquod in futurum:in quo non habeat motum naturalē: sicut imposibile fuit in praeterito non habuisse:& sic oportet de praesenti / praeterito / & futuro semper habere motum naturalem. Hoc est quod declarauit Aristoteles. at nunc uult declarare: q. omne corpus naturale:quod habet motum naturalem:& rectum:necessario est graue uel leue:ita ut sit imposibile non graue uel non leue moueri ad medium uel a medio naturaliter. Et Aueroes hypotheticе arguit sic:uel oportet ut omne corpus:quod mouetur ad medium sit graue:uel potest moueri ad medium:& non esse graue. Si primum : habetur conclusio uidelicet q. omne corpus naturale:quod ad medium mouetur/naturaliter motu recto:est graue. Sin autem potest moueri ad medium:& non esse graue:sit hoc corpus non graue a : graue uero b . & ulterius corpus a non graue/transeat in g tempore c d spatium. graue autem in eodē g tēpore transeat ultra d spatium usq ad h : ita ut spatium pertransitum ab ipso b graui sit c d h : quod quidem sit duplum uel triplum:uel in aliqua proportione maius spatio pertransito ab ipso a non graui. Et q. graue ipsum in eodem tempore caeteris paribus transeat maius spatium:q̄ transierit non graue:patet:quia habet graue ad non graue dispositionem/ quam habet grauius ad minus graue. Nam sicut minus graue est non graue secūdum quid : ita non graue est non graue simpliciter. igitur si non graue secundum quid in eodem tempore caeteris paribus minus mouetur q̄ grauius:ita non graue simpliciter:minus simpliciter mouebitē ipso graui. Patet igitur recte esse dictum ipsum b uelocius moueri & per maius spatium eodem in tempore ipso a . Tertio sumit Auer. q. ab ipso b graui:quod mouetur in eodē tempore g supra spatium maius/quod est c d h : secetur quaedam pars : cuius proportio ad ipsum b totum/sit/sicut proportio spatii c d pertransiri ab ipso a non graui: ad spatium c d h pertransitū ab ipso b graui:hoc est subdupla:uel subtripla : uel aliqua alia. Et ait Aueroes q. posibile est inuenire hanc proportionem/ut probatum est in geometria : quia tam b corpus:q̄ c d h spatium diuisibile est in infinitum. His stantibus arguitur:cū totū corpus b graue mouetur in g tempore ab ipso c puncto usq ad h punctum per spatium c d h : & sit ab ipso b secata pars quaedam:cuius proportio ad ipsum b : est uelut proportio c d ad c d h : necesse est ut in illo g tempore pars illa grauis corporis/ moueatur per illud idem spatium per quod non graue corpus mouebatur scilicet per spatiuȝ c d in ipso met tempore g : quod quidem spatium c d est pars uel minus spatio c d h. Et q. hoc sequatur:probat:quoniam cum duo mota quorum proportio grauitatis unius ad grauitatem alterius est uelut proportio spatii ad spatium:necesse est ut pertranseant spatium aequale i eodem tempore:& sic a nō graue & ipsius b pars grauis mouebuntur eodem tempore supra aequale spatium:quod est imposibile:quia tunc graue & non graue aeque uelociter mouerētur. Haec est sūma rationis Aueroїs. Deinde sequitur illa pars ponatur ergo. Vbi disponit terminos/& ait q. graue corpus intelligatur per lineam b v pars cuius proportio ad ipsum graue b v est uelut proportio spatii c d ad spatium c d h : sit b ȝ . Et ponatur tempus g in quo a nō graue & b graue mouenē per spatia c d : & c d h / g enim sic cōmune tempus hora uel dies uel aliquid tale. quibus dispositis arguit: igitur erit proportio b z partis ad b v graue totum:uelut proportio c d minoris spatii ad c d h minus

Dubi.

Sol.

Quae auero. com. xxvi.

Rō Auero.

nus spatium:& tempus g . sed in hoc eodem tempore scilicet g mouebatur corpus nō graue per spatium c d . igitur per idem spatium & eodem tempore mouētur duo corpora:quorum alterum est graue:& alterum non graue:quod est imposibile.

g tempus

a non graue c ______ d

b graue v c ______ d h

b z pars grauis c ______ d

cdh cd bv bz

Vnde potest syllogism⁹ fieri a cōmutata proportione sic sicut se habet c d h spatium ad c d spatium:ita se habet b v totum graue ad b z partem/utrobiq; enim est eadem proportio/ut dictum est. igitur permutatim sicut se habet c d h ad b v : ita c d ad b z . Sed b v transit c d h in g tempore. igitur b z trāsibit c d in g tempore. Sed c d pertransiebatur ab ipso a non graui in g tempore. igitur non graue uidelicet a & graue uidelicet b z mouebuntur æqualiter supra æquale spatium:& æquali tempore:& hoc erat imposibile:igitur id ex quo sequitur:sequitur autem ex hoc quod dicitur aliquod corpus moueri ad mentem : quod non est graue. igitur hoc est impossibile. eadem demonstratio fieri potest de leui. Hæc Aue.


ADHVC Autem si erit aliquod corpus motum:quod neq; leuitatē: neq; grauitatem habet:necesse est ipsum ui moueri . ui autem motum:infinitum efficit motum . — *Ipsum Hoc*

Hactenus probauit q. corpus neq; graue neq; leue non potest recto motu naturaliter moueri : at nunc probat q. nec motu uiolento moueri potest. & breuis ratio est:quia si moueretur ui:infinitum efficeret motum idest moueretur motu infinitæ uelocitatis. Vnde dicit: adhuc autē si erit aliquod corpus motum:quod neq; leuitatem:neq; grauitatem habet:si supple non potest naturaliter motu recto moueri:necesse est ipsum ui moueri. ui autem motum:infinitum in uelocitate efficit motum . Et sic uult probare : q. corpus nec graue : nec leue non potest ui moueri : & tota ratio est:quia tunc moueretur motu ueloci in infinitum:quod relinquit tanq̄ imposibile. Sed quo modo hæc consequentia deducatur:non paruus erit labor:& in hoc Ari. ipse insistet . — *Expositio.*

NAM Cum potentia quædam sit:quæ mouet:& minus ac leuius ab eadem potentia plus moueatur:sit non graue quidem:in quo est a , per g e magnitudinem id autem quod grauitatem habet/sit in quo est b æquali in tempore per g d magnitudinem. Si igitur diuisum fuerit corpus quod grauitatem habet:ea ratione qua g e ad g d se habet:contingit id quod a corpore habente grauitatem aufertur:æquali in tempore ferri per g e magnitudinem quoniam totam quidem ferebatur per g d . Velocitas enim minoris ad uelocitatem maioris ita sese habebit : ut corpus maius ad minus . per æquale ergo non graue/corpus . & grauitatem habens in eodem tempora ferentur . Hoc autem est impossibile.

Et Aūt
Magnitudi. uerbū additū
Magnitudi. uerbū additū
Ea rōe qua ut
Se hz uerbū est additum.
Magnitudi. uerbū additū
ad uelocitatē uerbū additū
Ita sese habe. uerbū additū

Expositio.



Erat breuis ratio hæc: si corpus nõ graue nec leue ut mouetur: mouebitur infinite uelociter nõ graue. Intendit igitur probare hanc consequentiam / in probando hanc consequentiam probat primo q. si non graue uel non leue mouetur ut sursum: non graue & graue eodem in tempore uersus sursum per æquale spatium mouebuntur: & utitur eadem deductione: qua usus est uersus deorsum. Sumit uero primo duas suppositiones: quarum prima est q. in rerum natura sit potentia uiolẽtans quæ mouet sursum. Patet hæc per aduersarios: nihil enim mouetur uiolẽter a se. & hoc ait nã cum potentia quædam sit: quæ mouet: Secunda suppositio est q. corpus minoris quãtitatis & leuius plus supple sursum uersus mouetur ab eadem potentia uiolentante sursum. patet quia minus resistit: cum sit minoris molis & leuius: & hæc secunda suppositio patet sensibus: uidemus enim minora corpora / & leuiora facilius sursum traici. Inquit & minus scilicet corpus ac leuius ab eadem potentia scilicet uiolentante moueatur plus. quæ suppositiones si concedantur: ponit casum: & inquit, sit non graue quidem: quod sursum ut mouebitur: in quo est a per g e magnitudinem motum. id autem quod grauitatem habet / sit in quo est b: quod etiam sursum moueatur æquali in tempore per g d magnitudinem subduplam ad g e / uel subtriplam / uel alio modo: ut hæc est secũda pars casus: quæ patet: quia ex quo b est graue: plus resistit sursum mouenti per secundam suppositionem. Deinde ponit tertiam partem casus: quæ est ut ab ipso b resecetur quædam pars: quæ ea proportione se habeat ad totum b: qua g d se habebat ad g e hoc est subdupla / uel subtripla: uel eadem proportione: quæcunq; sit illa. hanc ponit & inquit si igitur diuisum fuerit corpus quod grauitatem habet uidelicet b: ea ratione qua g e ad g d se habet hoc est tali diuisione: ut sit eadem proportio magnitudinis g e ad g d: & ipsius b ad c partem: si itaq; hoc pacto fiat casus: contingit id quod a corpore habente grauitatem auffertur: æquali in tempore ferri per g e magnitudinem uidelicet uersus sursum: cuius causam ponit. d. quoniam totum b ferebatur per g d. Sed pars c ab ipso resecata se habet ad b / ut g d ad g e magnitudinem. igitur c pars mouebitur per g e magnitudinem maiorem: cum sit minus graue in tanta proportione minus: in quanta g d magnitudo est minor magnitudine g e. Et hoc dicit: uelocitas enim maioris ad uelocitatem minoris ita sese habet: ut corpus maius ad minus: quia qualis est proportio ipsius b totius ad c partem in grauitate: talis in uelocitate. quare ipsius b pars mouebit in duplo uelocius sursum uersus. & in hac proportione a nõ graue transiebat g e magnitudinem duplam ad g d. igitur æquæ uelociter a non graue & c pars grauis mouebuntur. & hoc inquit per æquale ergo non graue corpus & grauitatem habens in eodem tempore ferentur. Hoc autem est impossibile. Ex his patet prima consequentia uidelicet q. si non graue & non leue ut ferentur: æque uelociter graue & non graue mouebuntur: similiter leue & non leue. Tu uero syllogiza ut supra a comutata proportione.

Si quoniam

QVARE Si quouis proposito: non graue per maius spatium mouebitur: per infinitum utiq; ferretur. Patet igitur omne definitum corpus necessario grauitatem aut leuitatem habere.

Expositio. Probauit q. si corpus nec graue nec leue ut sursum fertur: æque uelociter mouebit sicut graue aliquod. Et supponit / ut mihi uidetur / primo q. per quantum graue sursum moueri potest: per tantum & plus moueri poterit corpus neq; graue neq; leue. Quod quidem per quantum graue potest sursum ferri: per tantum corpus nec graue nec leue moueri potest: nunc deductum est. Sed q. per plus: non probauit: sed sumit coniecturaliter: quia graue resistit uiolentanti uirtuti. corpus

pus uero nec graue nec leue nullatenus resistit: quia si resisteret: esset aut graue aut leue. Igr̄ supponit q. per quantum graue sursum moueri potest: per tantum & plus corpus neq; graue neq; leue moueri poterit. Secundo supponit b graue motum esse sursum in æquali tempore uidelicet h per g d magnitudinem subduplam ad g e : quam a non graue pertransiebat. Tertio supponit minus graue uelocius moueri sursum q̄ moueretur grauius. patuit ex suppositionibus textus præcedentis. Ex hac suppositione sequitur minus graue ad subduplum ad duplum uelocius moueri. Et ita medietas ipsius b in h tempore mouebitur per magnitudinem g e duplam ad g d . Et medietas medietatis adhuc in eodem h tempore mouebit̄ per magnitudinem duplam ad g e : & sic in infinitum: quia potest fieri diuisio medietatis in medietates in infinitum. Et cum per suppositiones per quantum potest moueri graue: per tantum & plus potest moueri corpus nec graue nec leue. igitur sicut in infinitum paruum graue p infinitum spatium mouetur in tempore h : ita corpus nec graue nec leue per infinitum mouebitur in eodem tempore. Inquit quare si quouis supple graui proposito: non graue per tantū supple & maius spatium mouebitur: sequitur q. per infinitum utiq; ferretur. quia potest in infinitum paruum graue per infinitum spatium moueri in tempore finito: ut deductum est. ppea concludit patet igitur omne definitum corpus necessario grauitatem aut leuitatem habere. Ex quibus patet Aristotelem processisse in hac ratione a primo ad ultimum: & non resoluisse textu; ad duo impossibilia: ut quidam uoluerunt. Hæc de textu. Aueroes uero textum hunc inducit iuxta eius superficiem, & uult q. Aristoteles uelit probare: q. si corpus naturale: quod recte fertur: mouetur: & non a grauitate uel leuitate: mouebitur uiolenter. Nam si mouetur: & non a grauitate uel leuitate existente in eo: mouebitur a motore extrinseco: & omne tale mouet̄ uiolenter. quare patet q. si corpus naturale mouetur: & non a grauitate uel leuitate existente in ipso: mouebitur uiolenter. Demonstrat modo q. hic motus sit impossibilis, quia sequitur ipsum esse infinitum: & sic secundum Aueroem Aristoteles arguit a primo ad ultimum uidelicet si corpus naturale quod recte fertur: mouetur non a grauitate uel leuitate existente in eo: mouebitur uiolenter. Vltra si mouebitur uiolenter: igitur motu infinito. Vltimum consequens est impossibile: igitur & primum antecedens. Quæ expositio mihi non placet: quia secunda consequentia si ualeret: sequeretur q. quotiens corpus naturale graue moueretur uiolenter: infinito motu moueretur. Et ita propterea quia uiolenter aliquid fertur: non sequitur ipsum infinito motu ferri. Melius igitur dicamus: q. Aristoteles cum probauit non graue uel leue moueri nō posse motu naturali: probat ipsum moueri non posse motu uiolento: quia si moueretur motu uiolento: sic q. nullatenus motu naturali: sequitur ipsum moueri motu infinito: & hæc est uera loci expositio. Deinde sequitur. Manifestum est enim. Vbi incipit deducere ultimam consequentiam uidelicet q. si corpus quod mouetur motu recto: fertur nō a grauitate uel leuitate existente in eo: sed uiolenter: ipsum moueatur infinito motu. Et sumit Aueroes propositiones quarum prima est hypothetica hæc cum omne corpus non moueat̄ nisi a motore: & uelocitas motus sit ex augmento potentiæ mouentis supra potentiam moti: patet q. si aliquis motor mouet aliquod corpus per aliquod spatium in aliquo tempore: quod mouebit minus illo moto eodem tempore per maius spatium. Hæc est prima propositio. Secūda est: quæ uidetur quasi hāc sequi: q; proportio spatii ad spatium est uel potest esse similis proportioni potentiæ rei motæ uiolenter ad potentiam rei motæ. Hoc est q. potest accipi una potentia rei motæ uiolēter: quæ ita se habet ad totum a quo resecatur: ut spatium minus pertransitum a mobili secundo ad spatium maius pertransitum a mobili primo: idest quæ ita se habet ad suum totum: ut se habet c d ad c h : ut dicetur. Deinde sequitur: & sit corpus nō graue a : Vbi Aueroes disponit terminos. Et ait q. corpus non graue sit a : & spatium quod pertransit: sit c h . Corpus uero graue sit b : quod moueatur ab illo eodem motore & illo eodem tempore per aliquod spatium: & patet q. moueri debet spatium minus illo primo spatio secundum prædictam propositionem uidelicet primam: sit ergo spatium minus quo fertur b ipsum: c d : qd̄ sit pars prioris spatii. Deinde sumit tertiam partem casus: uidelicet q. a corpore graui uidelicet ipso b accipiatur una pars: ad quam ipsum b eam habeat proportionem: quam spatium maius c h habet ad spatium minus uidelicet c d . Ex his deducit partem hanc moueri in illo eodem tempore super spatium maius c h : super quo mouebatur a nō graue. Huius causam affert: quia corpus b totum: cuius pars accipitur: mouebatur per minus spatium ab eodem motore in eodem tempore scilicet per c d spatium. Et motus corporis diuisi ab eo debet es

Quæ auero. com. xxvii.

se uelocior: quia est minus/ & minus graue. Et cum proportio uelocitatis ad uelocitatem sit ut proportio totius ad partem: patet q, æque uelociter mouebitur illa pars: ut mouebatur a nõ graue: & sic pluribus uerbis: tandem deducit æque uelociter graue/ & non graue moueri: & intellige uersus sursum/ut diximus in textu. Addit Aueroes q, etiam per eadem deduci poterit graue uelocius ferri non graui per diuisionem semper ipsius partis in partem in infinitum: ut patet intelligenti. Vbi patet translationes has Auerois esse diminutas: quia deficit deductio secundæ consequentiæ uidelicet q, si moueretur uiolenter: tunc motus esset infinitus. Hæc enim deductio/ut uides/deest.

Ferẽ uerbum additum est. Faciet uerbũ additum est.

CVM Autem natura quidem id sit principium motus: quod est in ipso: potentia autem id quod est in alio, ut aliud est: atq; motus alius quidem sit secundum naturam: alius autem uiolentus omnis: eum quidem qui secundum naturam est ut eum quo lapis deorsum fertur: ueIociorem faciet id quod est secundum potentiam. Eum autem qui est præter naturam; omnino secundum ipsam, faciet.

Expositio.

Ostensurus quo nam modo motus naturalis & motus uiolentus fiant: primo colligit differentiã eorum. Et differentia est q, motus naturalis potest misceri uiolento. Sed uiolentus non potest misceri naturali: ut exemplo patet. Nam motus lapidis sursum non potest esse nisi uiolentus: motus uero lapidis deorsum est naturalis quidem: quia a principio: quod est in ipso. potest uero misceri uiolento: quatenus potentia quæ est extra: potest uelociorem eum facere impellendo in lapidem. Volens igitur concludere hanc differentiam sumit duo in antecedente: primũ uidelicet quid sit natura: quæ est principium motus naturalis: & inquit cum autem natura quidem id sit principium motus: quod est in ipso scilicet quod mouetur. Potentia autẽ supple que uiolenter mouet: id quod est in alio: ut aliud est. Hoc est primum. Secundo sumit diuisionem motus: & inquit atq; motus omnis/alius quidem sit secundum naturam. alius autem uiolent⁹: ex his duobus infert differentiam & inquit eum quidem qui secundum naturam est: ut eũ quo lapis deorsum fertur: faciet uelociorem id quod est secundum potentiam: & sic potest naturalis misceri uiolento. quia potest naturalis fieri uelocior ab eo quod est per uim atq; potentiã. eum autem qui est præter naturam: omnino mouens supple uiolenter faciet secundum ipsam potẽtiam nullo modo miscendo illi aliquid naturalitatis. Quo uero ad uerba attinet: Aristoteles primo definiti naturam & potentiam: quia natura est principium motus naturalis: & potẽtia est principium motus uiolenti: & ita quasi per hoc uult habere differentiam motus naturalis & uiolenti a priori. Secundo accepit diuisionem motus naturalis & uiolenti: ut habeat ea inter quæ uult differentiam ponere. Præterea dixit potentiam esse principium motus uiolenti in alio ad differentiam naturæ: quæ est in eo: quod mouetur. Sed quia potest aliquando potentia efficere motum in subiecto in quo est per accidens: dixit ut aliud: quasi dicat quia potest agere motum in eo in quo est: sed non quatenus est idem: sed quatenus est aliud: sed de his in secũdo physicorum Aueroes autem in præsenti cõmento textum eodem modo exponit: & uult q, Aristoteles declaret quo modo motus uiolentus & motus naturalis fiant. & præcipue quo modo fit motus uiolentus. Nam de hoc est questio quo modo fiat: uidemus enim motum uiolentum remanere cessante actione motoris: quod non deberet esse. Nam motus non est: nisi sit mouẽs ut igitur declaret quo modo motus uiolentus fiat: primo dedit differentiam inter motum naturalem & uiolentum. Hæc Aueroes quo ad textus introductionem. Vlterius notat Aueroes differentiam inter uiolentum & naturalem hoc modo: q, uiolentus motus est simplex hoc est nullo modo compositus: sed uno tantum modo. naturalis uero est duplex quia alius naturalis simplex nihil habens præter naturalitatis. Alius compositus scilicet habens non nihil præter naturalitatis: ut de motu lapidis deorsum: qui fit a pellente. ait tamen Aueroes motum hunc non esse proprie compositum: sed quasi compositum. Quia quatenus est ab aptitudine passi est naturalis: quatenus uero a potentia pellente est uelocior q̃ esset ex aptitudine passi: est uiolentus.

Declaratio uerborum.

Quæ Auero. com. xxviii.

AD Vtrunq; uero utitur aere ipso ut instrumento: est enim hic aptus & leuis esse: & grauis lationem igitur eam: quæ sursum est: faciet quatenus leuis: cum pulsus fuerit: principiumq; sumpserit a potentia ipsa: eam autem quæ deorsum est; rursus

rursus faciet quatenus grauis: potentia enim quasi uim quidem impressam tradit utriq; qua propter & non sequente eo quod mouit: fertur id quod præter naturam est motum. Si enim non tale quid corpus esset: uiolentus motus sane non esset.

Facies uerbū suppletum. Potentiā uerbum additū. Vim uerbum suppletum.

Cum posuit differentiam inter motum naturalem & uiolentum: nunc ostēdit quo modo aer uel aqua deseruit utriq; motui: & primo quo modo deseruit motui uiolento. Et inquit ad utrunq; uero supple potentia mouens uiolenter utitur aere ipso ut instrumento. Circa hæc Aueroes facit primo hanc consequentiam uidelicet si motus uiolentus esset a motore extrinseco tantum simplex: ut motus lapidis sursum: mox lapis quiesceret cum proiceretur a manu proicientis. & intendit q. si esset tantum simplex nihil habens naturalis: mox cessante manu ipse cessaret: deduco quia a nullo conseruaretur inesse. Et ideo uult declarare q. habet aliquid naturalis saltem ex parte medii uidelicet aeris: qui pulsus quasi naturaliter mouetur sursum & deorsum. Secundo exponit Aueroes per utrunq; naturalem & uiolentum: quæ expositio uera est: sed non ad propositum: sed per utrunq; intelligit sursum & deorsum. Cuius signum est: quia subdit: est. n. his scilicet aer aptus & leuis esse: & grauis. propterea infert lationem igitur eam quæ sursum est faciet quatenus leuis: cum pulsus fuerit supple a proiciente: principiumq; sumpserit a potentia ipsa uiolenter mouente. Eam autem supple lationem: quæ deorsum est: rursus faciet quatenus grauis. quia potentia uiolenter mouens supple quasi uim impræssam tradit utriq; uidelicet lapidi: & aeri. Ecce quod per utrunq; intelligit motum sursum: & deorsum. Ex hec soluit cauillū eorum: qui negarunt motum uiolentum: dixerunt enim quidam nullum esse motum nisi naturalem: quia si esset motus uiolentus: mox cessaret: cessante ui impellente. Respondet Aristoteles & inquit qua propter & non sequente eo: quod mouit uidelicet manu / uel baculo / uel alio id genus: fertur id quod præter naturam est motum. Et causa est quia uirtus remanet in aere ipso impræssa. Signum affert: quia si non esset tale quid corpus scilicet quale est aer: uiolentus motus sane non esset. Et sic potest motus uiolentus manere cessante motore uiolentante: quia aer remanet in quo est uis illius impræssa. Sed queres utrum motor uiolentans imprimat utriq; uidelicet aeri / & lapidi uirtutem: qua aer mouetur & mouet lapidem: & lapidi etiam qua mouetur: an uim solum præbeat aeri: qua mouet lapidem. Hæc questio non est leuis: & debet uideri in octauo physicorum. quidam Respondent q. motor non imprimit lapidi uirtutem: qua mouetur: primo quia motus uiolentus esset a principio intrinseco: quod esset contra rationem motus uiolenti. Secundo sequeretur q. lapis hoc ipso: quod moueretur ui localiter: alteraretur: qd est contra sensum. tenent igitur q. motor uiolentans lapidi imprimit solum motum: quod quidem fit dum tangit ipsum. aer uero subsceptibilior est talis impræssionis / primo quia tenuior est. Secundo quia est & leuis & grauis: & sic potest tenere uim motoris: qui sursum: & qui deorsum mouet. aer igitur conseruans uim mouet lapidem mouendo aerem sibi proximum: qui ulterius mouet alium tam diu q̄ diu durat impræssio motoris. Ego uero crederem q. tam lapidi q̄ aeri potentia mouens imprimit uim: qua mouentur: & qua aer mouet lapidem. est tamē hæc differentia: q. uis illa in lapide parum durat / quia contra naturam eius omnino est. In aere uero potest diu durare secundum maiorem uel minorem impræssionem agentis: quia ipse est tā leuis / q̄ grauis. Nec rationes cogunt: Ad primam dico q. licet esset a principio intrinseco per accidens: non tamen substantiali: quia illa uis non est forma substantialis: sed mere accidens. Ad secundam etiam dici q. bene lapis alteraretur: sed non alteratione per qualitates primas: lapis enim qui sursum fertur a proiciente recipit leuitatem quandam accidentalem: / qua sursum fertur: non tamen per qualitates primas illam recipit: uerum de his in octauo lib. dictum est.

Expositio. Quæ auero. com. xxviii. Questio. Prima sol'

ET Ad eum etiam qui est secundum naturam uniuscuiusq; promouet eodem modo. Quod quidem igitur omne corpus sit aut leue: aut graue: & quo modo motus præter naturam se habeant. ex his perspicuum est.

Corp⁹ uerbū additum

Nunc quo modo naturali motui deseruiat aer: ostēdit. Et inquit & ad eum etiam motum qui est secundum naturam cuiusq; aer supple ipse promouet eodem modo: quia sua leuitate promouet ad motum sursum. Sua autem grauitate ad motum deorsum. post modum epylogando concludit perspicuum esse ex prædictis omne corpus esse aut leue: aut graue. & esse etiam manifestum quo modo motus præter naturam se habeant hoc est quo modo competant corporibus natura

Expositio.

Quæ Auero. com. xxviii. libus grauibus/& leuibus. Aueroes autem digreditur in hoc cōmento parte illa & quærendū est hoc. Verum digressionem complet post expositionem textus. quærit igitur utrum aer sit motui naturali ac uiolento necessarius: uel propter bene esse. Deinde sequitur. Extimatum est enim: Vbi ponit opinionem aliquorum/ut auempaces & aliorum: qui uoluerūt aerem ad motum tam naturalem q̄ uiolentum non esse simpliciter necessarium: sed tantum propter bene esse: quia arbitrati sunt naturale corpus posse naturaliter & uiolenter moueri sine aere: & ita dixerunt aerem esse quasi iuuantem hos motus: non autem quasi necessarium. Nam utens aliquo instrumento in mouendo dupliciter utitur: aut scilicet propter melius hoc est propter facilius: aut propter necessitatem scilicet quia non potest mouere sine illo. Ad propositum igitur isti uoluerunt aerem esse instrumentum quo utitur uirtus motiua: non quidem propter necessitatem: quia sine eo fieri potest motus: sed propter melius: quia per ipsum facilius fit motus. Deinde sequitur. Et iste est locus perscrutationis: Vbi refellit hanc positionem: & ait esse locum perscrutationis: & non sic leuiter pertranseundum: ideo arguit contra probans medium esse simpliciter necessarium utriqꝫ motui. Primo quia motus fieri non potest per uacuum: nec per plenum durum non diuisibile ab ipso mobili. igitur est necesse/ut fiat per corpus: quod habet dispositionem aeris uel aquæ scilicet molle/facile cedens/ac diuisibile. Hoc supposito arguit. Motus aeris est necessarius quatenus ab ipso mobili aer ipse diuiditur. igitur aer non est adiuuans eum: tantum: imo diuisio aeris erit conditio necessaria in esse motus. Deinde sequitur. Inquātum enim: Vbi quasi soluit questionem breuibus: & uult q. aer potest dupliciter considerari: uno modo/ut mouetur ab eo quod in ipso mouetur naturaliter uel uiolenter. Et hoc pacto concurrit ad utrunqꝫ motum propter bene esse: & potest uterqꝫ motus isto modo esse sine aere. Alio pacto potest considerari aer ut est motus idest diuisus potest quietem idest ut diuisibilis: & facile cedens: & sic est simpliciter necessarius. Vltimo se excusat remittens complementum digressionis post expositionem textus: parte illa. Sed cum demonstratum fuerit. Ego uero anteq̄ ueniā ad partem hanc: uolo colligere quæ Aueroes dicit exponendo uerba Aristotelis: quæ licet pro maiori parte non sint ad textum: tamen sunt utilia Primum igitur quod colligo est sol' dubii/ uidelicet quo modo potest aer existens unius naturæ duobus motibus contrariis conferre. Respondet q. licet isti duo motus sint contrarii quia unus uergit sursum: alter deorsum: tamen iuuat eos: quoniam in aere existit grauitas: & leuitas: adiuuat enim graue ut deorsum moueatur aer ipse sua grauitate: & leue sua leuitate. Secundum quod colligo/est quo modo fit motus uiolentus in proiectione lapidis: & uult q. lapis dum proicitur a manu mouetur sursum: & mouet aerem: qui motus defert lapidem sursum. Vnde uult q. lapis per suam lapideitatem idest per suam formam substantialem mouet aerem: quatenus mouetur a manu. & aer motus a lapide retinet illum motum postq̄ seperabitur a proiciente: retinet enim illum motum propter leuitatem quam habet: & expellitur a lapide: & expellit ipsum. Nam lapis in motu hoc habet quasi duos motores/alterum uidelicet intrinsecum uidelicet naturam scilicet quæ est eius forma: & extrinsecum/uidelicet manum. Imaginatur igitur Aueroes q. uiolentus motus qui dicitur proiectio fit hoc pacto: q. lapis in principio mouetur a manu: & postq̄ motus est ratione suæ materiæ: mouet aerem per eius formam: quæ est lapideitas. aer uero/cum sit sua natura leuis: continuat motum sursum mouendo lapidem: & ita proiectio fit ex hoc q. lapis mouet aerem: & aer mot9 mouet lapidem. Tertio colligitur q. motus lapidis sursum est mixtus ex naturali & uiolento. nam ratione aeris est naturalis: qui sua leuitate sursum fertur. ratione suæ grauitatis est uiolentus. Quarto colligitur q. cum Aristoteles dicit aerem esse medium inter extrema: intelligit per medium secundum locum: non autem secundum formam: non enim aer habet formam mediā inter graue & leue: sed bene est in loco medio inter extrema. Vel aliter ait q. aer non est uere medius inter extrema: sed similis medio: quatenus est grauis & leuis in respectu: & sic dici potest medius secundum locum proprie: & potest dici medius secundum formam per quandam similitudinem. Vltimo colligitur q. dupliciter potest littera exponi quæ dicit si non esset aer: non esset motus uiolentus. Vno modo q. si non esset aer: non esset motus uiolentus omnino: & hæc est expositio uera. Alio modo q. si non esset aer: non esset motus uiolentus ita facile: nec ita bene. Deinde sequitur illa pars. Sed cum demonstratum fuerit: Vbi perficit digressionem. Et primo declarat quo modo aer concurrit ad motum uiolentum. Et declarat primo q. debet quiescere & moueri quiescere quidem: quia declaratum est q. locus est necessarius motui: nam locus ad quem necessarius est ut terminus. locus per quem necessarius est ut uia. Item declaratum est

tum est q. locus ad quem est terminus & ultimum corporis continentis. Praeterea etiam declaratum est q. locus qui est terminus continens est quiescens apud motum. Ex his declaratum erit locum atque aerem ipsum debere quiescere: & tota causa est quia est locus. Moueri uero aer debet: quia est locus per quem. igitur aer debet quiescere & moueri in motu grauium & leuium Fieri autem non potest q. quiescat & moueatur | nisi patiatur diuisionem a corpore quod mouetur in eo. sic q. pars circumscribens corpus motum moueatur. Et pars continens illam partem quiescat. per haec uult habere aerem necessario concurrere quatenus diuisibile quid facile cedens | nec non ut medium. Deinde ostendit q. concurrit propter bene esse ac propter melius: & ait motum uiolentum fieri facilius at melius per hoc q. aer est grauis & leuis. & propterea concludit ambo q. uidelicet aer est necessarius: & est utilis. Necessarius quidem: ut est corpus continens passiuum ac diuisibile. Vtile uero ut aer est corpus graue aut leue facilitans hunc motũ: & sic patet quo modo aer concurrit ad motum uiolentum. Deinde sequitur. Aer autem. Vbi ostendit q. est necessarius ad motum naturalem & utilis necessarius | ut corpus passiuum & diuisibile. Vtilis uero | ut grauis & leuis. Deinde sequitur illa pars cõmenti. Et uidet etiam. Vbi Aueroes quasi de nouo disputat utrũ aer sit necessarius motui aelementorum: an propter bene esse. Et inquit & uidetur etiam ipsum esse necessarium modo proprio motui naturali: & in hoc est difficultas. Haec est igitur questio. accipit igitur primo q. aelementa non mouentur perse ut animal mouetur a se: cum moueantur a generante. Modus autem est q. cum generans dat aelemento formam dat sibi omnia accidentia: quae formam illam consecuntur. Vt locum qualitates & motum: nisi aliquid impediat. Verbi gratia cum aelementum est ignis statim in prima eius parte in qua igneitas est ab igne generante sunt omnia accidentia in igne ut ignis est: quorum unum est motus sursum. Nam ut in parte genita est aliquid leuis: ita aliquid loci sursum: & alia propria ei. Secundo accepit q. omnia haec & praecipue motus non inest aelementis nisi propter formam: causa autem: quia non insunt haec aelemento nisi mediante ipso genito aelemento. pars autem praecipua est forma: igitur motus & alia propria insunt mediante forma. Tertio concludit q. motus non est primo a motore extrinseco scilicet generante: sed imediate est ab aelementi forma concludit. Quarto q. motus naturalis aelementi habet hoc proprium | q. generante ipso cessante potest remanere modo nõ impediatur: quia remanet forma a qua est imediate. Vltimo concludit q. hoc pacto aelementa assimilantur his: quae mouentur per se: ut animalia. quia cessante motore extrinseco continuant motum. Ex his uult habere q. generans non est imediatum mouens: sed forma. Deinde sequitur illa pars. Et quia motor: Vbi uult declarare quo modo motor & res mota distinguantur in aelementis: & accepit q. in his quae mouentur a se perfectiue & inciatiue | ut animalia sunt: motor & res mota distinguntur essentialiter. Nam motor est anima: & res mota est corpus. Secundo accepit q. in aelemẽtis motor & res mota idem est secundum speciem: hoc est secundum speciem subiecti: sed differunt secundũ modum hoc est ratione. Sic igitur uult q. in aelementis motor & res mota idem sunt subiecto: & differunt ratione. Differunt quidem ratione: quia lapis mouet se ut est actu grauis: & mouetur ut habet materiam: qua est potentia deorsum mobilis. Huius rei causam affert ex eo: quia lapis componitur ex materia & forma. sunt autem idem subiecto mouens & motum: qa forma mouet: & ipsa mouetur. mouet quidem | ut forma. Mouetur ut in materia. quia lapis uel eius forma non est potentia ad inferius nisi ut est in materia. Ex his infert primo q. lapis non mouet se per se | ut animal: quod incohatiue & perfectiue mouetur a se. Secũdo infert q. lapis eget motore extrinseco: ut generante: a quo incoatiue mouetur. Vel remouente prohibens. Tertio infert q. lapis non numeratur inter ea quae mouentur ab extrinseco tantum: quia tunc eius motus eẽt uiolentus. Et sic concludit q. lapis licet moueatur ab extrinseco aliquo modo: & ab intrinseco aliquo etiam modo: tamen sine medio non mouetur. Deinde sequitur. Et hoc est quod: Vbi remouet opinionem Platonis: Plato enim ex hoc q. in lapide uidit motorem & rem motã idem esse: uoluit in primo motore | & omnibus idem esse motorem & rem motam: & ita cõclusit primum motorem monere se per se ac essentialiter. Respondet Aueroes q. non est simile: nam in lapide licet idem sit motor & res mota subiecto: differunt ratione | ut in prima demonstratione septimi libri physicorum demonstratum est. Hoc autem in primo motore esse non potest: quia non potest distinctio rationis habere fundamentum: fundamentum enim distinctionis rationis inter motorem & rem motam in aelementis est quia motor est in materia. at primus motor nullo pacto est in materia. Ideo in eo non potest haec distinctio fundamentaliter reperiri:

nisi forte ficte. Deinde sequitur. Et quia lapis sicut: Vbi accepit q. lapis mouetur a se quasi per accidens: & non per se. Probatur quia motor & res mota non sunt distincta actu. & ita sequitur q. lapis mouetur a principio quod est in ipso uidelicet forma accidentaliter: quia non habet esse motus nisi ab illo principio: quia non mouetur lapis nisi ut est potentia deorsum. quare forma mouet ut est grauis. ideo concludendo ait q. si lapis mouet ut est grauis/ & mouetur ut e grauis: tunc motor & res mota erit idem essentialiter: quod est impossibile quare patet lapidē non esse essentialiter motorem & motum: sed solum mouere se per accidens. Deinde sequitur. Et cū ita sit. Accepit etiam nunc q. lapis non mouet se nisi mouendo aerem/ in quo est. Nam omne q. mouet se per accidens: non mouet se nisi quia mouet aliquid per se ad cuius motum mouet. quare lapis non mouet se nisi mouendo aerem: ad cuius motum mouetur: ut de homine in naui: qui mouet nauim: & se ad motum illius. Deinde sequitur. Et cum ita sit: aer igitur. His suppositis & bene declaratis soluit quaestionem uidelicet quo modo aer concurrit ad motum grauium & leuium. & uult q. aer uel aqua non modo confert motui naturali: sed est necessarius confert quidem quatenus est grauis & leuis. est autem necessarius: quatenus graue uel leue nō mouet se per se: sed per accidens mouendo aerem: ad cuius motum mouetur. per formam enim eius mouet aerem: & per materiam mouetur ab aere moto. Haec Aueroes de digressiōe. Obicit huic determinationi expositor: primo quia forma non est inmediatum principium motus in grauibus uel leuibus ut agens motum: sed ut quo mouens mouet. Velut color est principium uisionis: quo aliquid uidetur. Secundo quia octauo physicorum Aristoteles ait q. grauia & leuia nō mouent se ipsa: & propterea concludit illa habere principium paciendi: & non agendi motum Secundo principaliter arguit q. non requiritur alia resistentia extriseca: q̄ illa quae est inter genitum & generans. & sic non requiritur aer/ ut medium resistens: quia resistentia intrinseca sufficit. Videtur autem haec sententia uerbis Aristotelis conuenire: nā de moto uiolento loquens ait si enim non quid tale corpus esset: uiolentus motus sane non esset. de naturali autem inquit & ad eum etiam qui est secundum naturam cuiusq; promouet eodem modo: & non dixit eē necessarium: sed promouere. Ex his expositor tenet in motu uiolento esse necessarium aerem in naturali autem motu concurrere ad bene esse. Sed quoniam haec materiae satis in libris physicorum sunt disputatae: ne libros repetitionibus impleamus: tantum defendimus Aueroem. Ad primam Aueroes concedit assumptum: nam totum est quod mouet: & totum est quod mouet. uerum ratione formae totum mouet: & ratione materiae totum mouetur. Vel dici potest q. totum est quod mouet ratione formae ut forma: & totum est quod mouetur ratione formae: non quidem ut forma: sed ut in materia. Ad secundam concedo q./ grauia & leuia non mouent se p se ut animal mouet se incoatiue & perfectiue: sed mouentur a se per accidens: ut dictum est mouendo medium. & propterea habent principium paciendi motum ab alio scilicet generante. Ad secundum principale patuit sol' quarto physicorum com lxxi. Vbi Aueroes declarauit resistentiam non esse nisi ratione medii: & ita uult nullam esse resistentiam intrinsecam. ad ultimā patet solutio ait enim in motu naturali medium promouere eodem modo: ut in uiolento. si igitur dicit eodem modo. igitur est necessarium ut in motu uiolento. Haec itaq; dixi cursim: quia in libris physicorum copiose diximus.

Quae expōr

Defensi. aue.

QVOD Autem neq; omnium: neq; nullius simpliciter sit generatio ex dictis perspicuum est: Impossibile enim est uniuersi corporis generationem esse: si nō & uacuum qd seperatum esse possit: quo. n. in loco id quod generat': erit: cū fuerit genitū: in hoc prius uacuū esse: si nullū sit corpus: necesse est.

Vniuersi
Omnis.
Cum
Si
Expositio.

Hactenus de motu locali: quo modo corporibus naturalibus competit: satis explicauit: nunc de generatione proponit duas contrarias esse simul falsas uidelicet omnium est generatio: nullorum est generatio: ambae enim falsae sunt hae. Et hoc inquit q. autem neq; omnium: neq; nullius simpliciter sit generatio ex dictis hic contra Platonem: & cōtra democritum patet. Sed quia imperfecte declaratum est: declarat iterum. Et primo q. non omnium sit generatio declarat ex hoc: quia mundus non potest generari. quia si mūdus simpliciter generaretur: esset uacuū praecedens deducit: quia si nullum praecessit corpus ante generationem mundi: non praecessit plenum. & praecessit aliquod corpus de cuius corruptione fit mundus: & non in pleno: igitur praecessit in uacuo: quare si mundus generaretur: oportet esse uacuum seperatum. Vnde inquit impossibile enim est uniuersi corporis generationem esse: & per uniuersum corpus intelligit mūdum ipsum.

dum ipsum·dico impossibile esse mundum fieri/si non & uacuum quid seperatum esse possit deducit:& inquit quo enim in loco id quod generatur erit:cum fuerit genitum:in hoc uacuū prius esse/si nullum sit corpus:necesse est:& tale uacuum est uidelicet spatium actu carens corpore potens tamen ipsum habere·est igitur ratio Aristotelis breuis:si mundus generaret̃:prius fuisset uacuum seperatum·dixit autem seperatum:quia nõnulli bene concesserunt uacuum imbibitum corporibus:democritici·n·dixerunt corpora componi ex uacuo & pleno: nemo tamen cõcessit uacuū seperatū:ideo hoc impossibile est apud oẽs pħos·Quo uero ad uerba attinet: Vniuersi corporis graece est·Apantos somatos:latine uero omnis corporis:uerum ipsum omnis nõ distributiue:sed integraliter tenetur:quia ꝑ ipso toto mundo intelligitur·

ALIVD Quidem enim ex alio fieri corpus possibile est:uelut ex aere ignem: Sed omnino ex nulla alia præcedēte magnitudine impossibile est·Maxime quidem enim ex quodam corpore potentia existente actu corpus fit·Quare si id quod est potentia corpus : nullum aliud actu corpus sit prius ; uacuum erit seperatum· Quare Sed Alia·

Remouet cauillum quēdam:nam uidemus unumquodq; corporum generari nullo uacuo existēte:uelut ex aere fieri ignem nullo uacuo existente·igitur non est uerum:q; si uniuersum generetur:uacuum præsit·Respondet & inquit aliud quidem·n·ex alio fieri corpus possibile est:uelut ex aere ignem:sed omnino ex nulla alia præcedente magnitudine impossibile est·est igit̃ solutio:q; secus est de particularibus corporibus:& de ipso uniuerso·Nā de particularibus corporibus potest unum corpus fieri ex alio non præcedente uacuo : de uniuerso autem fieri non potest/nisi uacuum præsit·Huius differentiæ causam assignat:& accipit uelut quandam suppositionem omne corpus actu fieri ex quodam corpore potentia· Vnde inquit maxime quidem enim ex quodam corpore potentia existente actu corpus fit·Hæc est suppositio:quam non aliter declarat:quia in libris physicorum satis eam declarauit:illic enim declaratum est omne qđ actu fit:fieri ex ente in potentia:hac suppositione existente compleatur ratio hoc pacto·corp⁹ actu fit ex corpore existente in potentia:uniuersum quod fit:est actu corpus·igitur fit ex corpore existente in potentia·quæro igit̃ de illo corpore existente in potentia ex quo fit:uel est actu corpus/ut ignis uel aer uel id genus:uel est omnino potestate & nullo modo actu·non est actu ignis uel aer & id genus:quia tunc uniuersum non fieret pœnitus·igitur est corpus mere in potentia:tale autem est uacuum:est enim uacuum spatium:quod nullū corpus est:sed potest omne recipere:& ideo Aristoteles breuibus inquit quare si id quod est potētia corpus: ex quo uniuersum fit:nullum aliud actu corpus sit prius:ut nec aer/nec ignis/nec id genus aliquod: uacuum erit seperatum:ex quo uidelicet ipse mundus oritur:& sic patet quomodo secus est de generatione corporum particularium:& de generatione uniuersi·nam ad generationem uniuersi sequitur uacuum præcessisse:ad generationem uero particularium corporum non sequitur uacuum præfuisse·Aucroes uero textum hunc introducit aliter:uult enim q; Aristoteles pertractet opiniones antiquorum de generatione:quæ sunt duæ/ut in principio huius libri dixit: prima q; omnia sunt generabilia·Secunda q; nullum ens est generabile : quæ opiniones sunt contrariæ:uult igitur Aueroes q; Aristoteles nunc perscrutetur has opiniones : nam sensui patet non omnia esse generabilia·Ideo de generatione quærit utrum generatio existat in omnibus:an in aliquibus sic:& in aliquibus non·Addit tamen Aueroes:q; illa diuisio per contraria non est dubitabilis:quia sensibus patet non omnia esse generabilia:sed quærēdum est utrum omnia sint generabilia:aut non omnia:sed uel quædam sic:& quædā non probat igitur Aristoteles secundum expositionem Auer:non omnia esse generabilia:& supponit primo q; omne quod generatur est in loco:quia omne quod generatur est corpus naturale:& ita in loco·Ex hoc arguit/si igitur mundus totus fuit generatus:aut primum corpus:necesse est ex suppositione habere locum priorem natura aut tempore in quo generaretur·Vlterius locus est aut uacuum aut ultimum corporis continentis·Vacuum quidem secundum extimationem antiquorum·Vltimū uero continentis:secundum ueritatem:si mundus generatur : non potuit ante ipsum esse ultimum alicuius corporis:quia ante ipsum non erat aliqđ corpus:& erat in loco:in quo gñabat̃ ꝑ suppositionē:igitur ante mundi gñationem fuit uacuum seperatum·dicit Aue·q; Ari·tacuit destruere consequens : quia uacuum esse patuit esse de impossibus:& ita sequitur esse impossibile

Expositio·

Quæ auero· com·xxix·

ut primum corpus sit genitum ex non corpore. & per consequens patet fieri non posse ut corpꝰ sit genitum s̃m totum simpliciter: ita ut nullum corpus sit omnino ante eius generationem: & tota cã est: quia daretur uacuum seperatum. Deinde sequitur illa pars cõmenti. Et quasi intendebat: Vbi Auer. resumit uim rationis Ari. & ait q̧ si corpus ita fiat: ut nullum penitus præsit corpus: necesse erit aut ut fiat ex non corpore simpl̃r: quod nec actu nec potentia corpus sit: aut fiat ex aliquo corpore quidem potentia: actu autẽ non corpore. primũ est impose: ut supponit. quare sequitur corpus fieri ex nõ corpore actu: sed potentia corpore: & si ita est sequitur uacuũ esse: nam uacuum est corpus in potentia: quod actu est seperatũ a forma & accidentibus formæ & tale est dimensio abstracta: in qua est corpus genitũ: & hoc dicitur uacuum. Addit q̧ uacuũ esse sequtur ad eos qui dicunt corpus simpliciter fieri: uel dicentibus primũ corpus fieri: non autẽ ad eos qui dicunt quoddam corpus fieri ex quodam corpore: ut est opinio Ari. Deinde sequitur illa pars. Et ideo uidemus: Vbi ponit differentiam inter loquentes suæ legis: & antiquos p̃hos licet utrorumq̧ opinio redat in idem. Nam loquentes suæ legis dixerunt mundum esse genitũ ex non corpore simpliciter: uꝫ quod nec actu nec potẽtia corpus est: & ita quasi ex nihilo: & ita dicunt uacuum præcessisse. antiqui uero dicunt factum esse mundum ex non corpore actu: sed potentia corpore: quia uoluerunt actionẽ agentis fundari in ente: quia agens non operatur in non ente: sed in ente potentia: propterea & antiqui posuerunt aliquod quantũ seperatum a forma & accidentibus formæ: quod uocant uacuum. Ecce q̃o differunt: sed redunt in idem: quia utraq̧ opinio concedit uacuum. Deinde sequitur illa pars. Et hoc quod dixit: Vbi quo uerba Ari. animaduertens dupliciter illa exponit: uerba. n. eius ut in translationibus eius reperiũtur sunt. Sed corpus quod est in potentia si non fuerit illic aliud corpus in actu: inuenietur illic locꝰ uacuus seperatus a corpore: Hæc sunt uerba in suis translationibus. Vbi Auer. ait q̧ possunt intelligi si corpus quod est in potentia: non habuerit actu formam corpoream: tale corpus erit uacuum: quia est dimensio sine forma & accidentibus formæ: quod erit uacuum: uel aliter: si fit generatio corporis ex corpore in potentia: & non fuerit positum illic aliud corpus actu: sed solum corpus quod est in potentia: tunc erit dandum uacuum: ait hanc expositionem esse manifestiorem: quia non sequitur esse uacuum ex eo quia ponitur corpus fieri ex ipso corpore in potentia: nam omnes concedunt hoc: sed ex eo quia ponitur corpus fieri ex corpore in potentia: & nullũ est corpus actu præter illud corpus in potentia. Nam si præcessit corpus in potẽtia: & nullum aliud fuit corpus actu: cum oẽ quod fit: eget loco: sequitur esse uacuũ ponendum in quo genitũ ponitẽ. Deinde sequitur illa pars. Impose autem quod contingit: Vbi remouet quendã errorẽ: nam aliqui dixerunt corpus esse abstractũ a. x. pdicamẽtis. Contra obicit Aue. quia hoc dato: tunc aliq̃d esset actu: & non esset actu. esset quidem actu: quia ponitur ens seperatũ a. x. prædicamẽtis: quod nisi actu esset: non posset seperatum poni. Q̃d uero non esset actu: probat: quia ens in potentia esse non potest nisi esset pars alicuius entis actu: hæc enim differentia est: ut dicit inter non esse: & esse in potentia: quia esse in potentia est pars entis actu: non esse uero nullius est pars: cum nihil sit. Ex his colligit intellectum primæ materiæ: prima enim materia non est actu seorsum: sed bene est in ente actu: quia illius pars: non enim potest esse seperata ab illo. uerum de illa se fecisse sermonem prolixiorem in primo physicorum asserit. Obicit autem simplicius hic contra Ari. quia Ari. uoluit nullum corpus fieri simpliciter: quia tunc esset uacuum. Contra ait quia uidemus ignem fieri ex non igne: igitur corpus ex non corpore: cuius oppositum ait Ari. Recte Respondet expositor: q̧ Ari. bene concederet corpus fieri ex non corpore secundum indiuiduum: non autem secundum genus. ita ut dicatur corpus fierum ex non corpore simpliciter: q̧ nullum omnino præsit corpus: nam reuera sequitur uacuum esse: ut deductum fuit. Sed ubi ponitur corpus secundum indiuiduum fieri ex non corpore secundum indiuiduũ: non sequitur uacuum esse: quia semper præest corpus secundum genus. Præterea quæ Aueroes contra loquentes suæ legis induxit: non sunt contra fidem nostram: quia nos non dicimus mũdum generari: sed ex nihilo fieri: ideo non oportet concedere uacuum: & propterea recte sentit expositor: qui ait Aristotelem locutum esse de generatione: & non de creatione. Nam si mundus generaretur uera generatione: oportet proculdubio concedere uacuum ante mundum: ut deductum est. nos uero dicimus mundum ex nihilo fieri: ideo ante eum nihil nisi deus creans præfuit.

Quæ simpli.

Expõtor que

RELIQVVM Aũt ẽ dicere quoꝝ corpoꝝ g̃ñatio est: & quã ob cãm est. Cũ

igr i oib9 cognitio sit p pria:pria āt coꝶ quæ sūt:sint ælta: cōsiderandū est, quæ sunt taliū corpoꝶ ælta:& cur sunt·deinde post hæc quot:& qlia quædā sint· Quæ Quælia

Nunc quæ sit corporum generatio ostendit:& præmictit intentionem/& ordinem:& inquit reliquum autem est dicere quorum corporum generatio est:hoc autem dicit:quia nec omniū corporum nec nullorum generatio est:sed aliquorum:ideo quærit quorum sit generatio: & quam ob causam est supple illorum generatio:& ut recte ait expositor hæc consideratio incohatur in hoc libro:& in libro de generatione perficitur·deinde tangit ordinem: & inquit cum igitur in omnibus cognitio sit per prima:ex quibus definitiones & demonstrationes constant·Prima autem eorum quæ sunt idest rerum naturalium:sint ælementa:intellige de intrinsecis principiis:quia finis & agens sunt priora·considerandum est/quæ sunt talium corporum ælementa scilicet generabilium: & qua ratione sunt ælementa deinde post hæc quot sint ælementa: & qualia quædam sint: Hæc de intentione & ordine· Expositio·

HOC Aūt manifestū erit:si supposuerim9 quæ nā est ipsi9 ælti natura·Sit igr id corpoꝶ æltum in qd cætera corpora diuidunť:in qbus inest potētia:aut actu: hoc·n·utro mō se habet:dubitabile est adhuc·ipsum āt est in diuersa spē indiuisibile:tale quid·n·omnes ipsum ælementum:& in oibus dicere uolunt· In quib9 uerbū est additū Se habet est uerbū additū

Exequitur nunc de proposita intentione:& primo adhuc particularius proponit intentionem:& inquit hoc autem manifestum erit:si supposuerimus quæ nam est ipsius ælementi natura:& sic particularius proponit dicere quid sit natura seu definitio ælementi·addidit· Hoc autem manifestum erit:& reliqua:ut innuat propositam intentionem patere ex definitione ælementi: & ideo eam uult proponere·deinde prosequitur definionem ælementi:ubi debes scire tria esse de ratione ælementi:quod græci uocant stichaeon:primum quod sit corpus: ad quod cætera corpora resoluuntur:per hoc enim quod est corpus:differt a materia & forma: quæ licet dicantur uniuersalia ælementa in libro physicorum:tamen hic non habent rationem ælementi:de quo loquimur·per illud uero q. ad ipsum cætera corpora resoluūtur:differt a cæteris causis: nam nō omnis causa dici potest ælementum:sed solum:quæ compositionem ingreditur·Secundum uero est q. ælementum insit in illis:quorum est ælementum actu uel potentia· dixit autem actu uel potentia:quia non dum patet quo modo ælementum insit corporibus mistis utrum actu uel potentia:sed in libris de generatione patebit·nam si generatio uel corruptio sit per congregationem uel seperationem:ælementa actu sunt in mistis:si uero sit per mutationem sbæ:ælementa sunt potestate in mistis·Tertium autem est q. ælementum non diuidatur in alia differētia specie:omne enim corpus diuisibile est:uerum quædam diuiduntur in corpora specie differentia:ut animal:quod diuiditur in membra specie differentia·quædam autem diuiduntur in partes quæ non differunt specie:ut aer:ignis:& cætera·ælementum itaq non diuiditur in corpora differentia specie·Hæc tria tangit:& inquit sit igitur id corporum ælementum: in quod cætera corpora diuiduntur:est igitur ælementum de numero corporum id:in quod corpora diuiduntur:& sic habetur primum·deinde tangit secundum & inquit in quibus in est potentia uel actu:& quia non dum patet quomodo ælementum insit mistis:addit hoc enim utro modo se habeat:dubitabile est adhuc:quia in libris de generatione declarabitur si ælementum insit mistis potentia:uel actu·deinde tangit tertium & inquit ipsum autem est in diuersa secundum speciem indiuisibile:quia licet diuidatur in corpora:omnia illa in quæ diuiditur:sunt eiusdem speciei·Hoc est tertium:ex quibus tribus constat definitio ælementi·Deinde probat hanc definitionem:& probatio est ex cōmuni usu loquentium:quia hæc definitio est etiam secundū nomen·modo nominibus utimur/ut plures/ut dicitur secundo topicorum· Vnde inquit tale qd enim omnes ipsum ælementum:& in omnibus dicere uolunt· Sic igitur uolunt dicere quid tale ælementum omnes:& in omnibus:quia in corporeis locutionibus & indemonstrationib9: in quibus principia dicuntur ælementa·Quæ non resoluuntur in alia principia· Hæc de definitione ælementi· Aueroes autem in illis uerbis· Hoc autem erit manifestum· Et reliqua ait hunc processum esse a definitione rei ad suum accidens:& causam assignat quia ratio ælti accidit corporibus simplicibus quæ sunt ignis aer aqua & terra:& ppterea processus est ab ipsa definitione ælti ad accns corpoꝶ:quod est esse æltum·Scdo Aue·notat q. Ari·indistincte loquitur de mō quo ælemētum est in mistis:ait·n·aut potentia aut actu:propter differentes opiniones: ut diximus circa textum·Tertio notat Aueroes q. ælementū hic aliter accipitur q̄ in libris phy Quæ Auero· com·xxxi·

ficorum quia hic loquitur de ælementis mistorum· Illic uero de ælementis simplicium & mistorum: quæ sunt materia & forma: & addit q. materia & forma dicuntur ælementa æquiuoce: quia quando compositum resoluitur ad ipsa: non remanet nisi materia· Sed quando mista resoluuntur ad corpora simplicia: ipsa remanent· Hæc Aueroes hic·

SI Igitur id qd̄ est dictum: est ælſtum: talia quædam corporꝝ esse necesse est· Nā in carne qdem ac ligno cæterisq; id genus inest ignis potentia atq; terra· quippe cum hæc ex illis manifeste segregentur· In igne aūt caro aut lignum non inest· neq; potentia neq; actu· Segregarentur·n·iam similiter neq; si unum quid solū sit tale: in illo est: neq;·n·si caro: aut os: aut qduis cæteroꝝ erit dicēdū est cōtinuo potētia in eē sed p̄considerandū est qs nam sit modus generationis·

Expositio· Nunc ostendit quæ & quot sunt ælementa: sed primo ex definitione data de ælemento concludit esse quædam corpora: quæ sunt ælementa· Inquit si igitur id quod est dictum: est ælementum: talia quædam corporum esse necesse est: & hoc ostendit per hoc: quia sunt quædam corpora quibus competunt conditiones positæ in definitione ælementi: & hoc inquit nam in carne quidem: ac ligno: cæterisq; id genus/ inest ignis potētia atq; terra: quia hæc mista fiunt per quādam alterationem ex illis: & sic propter hanc conditionem: quæ competit terræ & igni: habēt esse quædam corpora ælemēta: quæ sunt ignis ut terra/ & cætera id genus· probat autem ita esse ex ipsa segregatione: & inquit quippe cum hæc ex illis manifeste segregentur: animal enim resoluitur in puluerem/ & in quandam humorositatem/ atq; in quosdam uapores: & etiam cætera mista eodem modo· Quo uero ad uerba attinet: per segregationem non intelligit dissolutionem quantitatiuam: sed resolutionem: ut intelligenti patet: quia segregatio fit eorum quæ sunt in actu coniuncta· resolutio uero eorum: quæ sunt potentia unū· Quod autem caro & os & cætera id genus non sint ælementa illorum: ostendit: & inquit in igne autem caro aut lignū non inest: neq; potentia neq; actu· cuius signum affert dicens/ segregarētur enim hæc ex igne si supple essent in illo: quod nullo modo apparet· Nam licet caro uel lignum sit ex ælementis: non est ex illis per resolutionem: sed per mistionem eorum alteratiuam: & quia nonnulli ut thales/ posuerunt unum esse omnium ælementum uidelicet aquam: addit similiter neq; si unum quid solum sit tale ælementum omnium/ ut thales posuit/ in illo uno est caro aut lignum: ut dicetur in libro de generatione: sed quia quispiam dicet ex ælementis fieri lignum & carnem & cætera mista: & ita posset dici hæc mista esse in ælementis: Respondet neq; enim si caro aut os aut qduis cæterorum erit supple ex ælementis: est dicendum propter hanc rationem continuo illa inesse potentia in igne & aliis ælementis: sed est præconsiderandum uidelicet in libro de generatione quis nam sit modus generationis illorum mistorum ex ælemētis· Nam dicetur mista fieri ex ælementis non per resolutionem: sed per mistionem· Patet igitur ex iis esse quædam corpora: quæ sunt ælementa: & huius causa est: quia his competit definitio data de ælemēto· Animaduertendum est q. textus quos Aueroes habebat a com·xxxiii: usq; ad·xxxviii parū aut nihil concordant: ideo dictis Auerois non est facienda uis quo ad uerba Aristotelis Notat Aueroes com xxxiii·in fine sillogismum quēdam quo probat corpora similaria/ ut caro os & eiusmodi sunt: non esse ælementa: & est corpora similaria dissoluuntur in alia· ælementa non dissoluuntur in alia· igitur corpora similaria non sunt ælementa· Huius syllogismi prima propositio est minor: secunda uero est maior·

Quæ auero· com· xxxiii·

Affert uerbū additum Ait uerbum additum· Dicit uerbū additum· Putat uerbū additum·

ANAXAGORAS Autem contrario modo ipsi empedocli de ælementis dicit· Nam hic quidem ignem & terram cæteraq; eiusdem seriei corporum ælementa esse: ac omnia ex his constare dicit· Anaxagoras autem huius cōtrarium asserit: similaria enim (dico autem ut carnem & os· & cætera id genus· ælementa esse ait· aerem autem & ignem horum· cæterorumq; seminum omniū miscellam esse: utrunq; enim ipsorum ex cunctis similaribus inuisibilibus congregatis esse dicit: qua propter & omnia ex his fieri putat ignem enim & ætherem idem appellat·

Expositio· Nunc ponit differentiam inter opinionem empedoclis/ & anaxagoræ: & primo proponit eos di

uersa sentire imo contradictoria:& inquit anax·autem contrario modo ipsi empedocli de aelementis dicit·Deinde exponit quo modo diuersa sentiunt:& inquit nam hic quidem ignem & terram caeteraq; eiusdem seriei corpora uidelicet aquam & aerem ait esse aelementa corporum supple omnium quae generantur & corrumpuntur:ac omnia quae fiunt cōstare ex his·Anax· autem huius contrarium asserit·quatenus ait similaria ut carnem os & caetera id genus eē aelementa omnium eorum quae fiunt·Immo quod plus est asserit aerem & ignem & caetera talia esse miscellam quandam horum uidelicet carnis & ossis:& caeterorum seminum omnium : quae dicunt partes similares·& hoc quia utrunq; ipsorum scilicet aerem & ignem dicit esse ex similaribus inuisibilibus congregatis:ecce quomodo dicunt contraria omnino·& huius causam assignauit Aristoteles in libro physicorum:quia posuit quodlibet in quolibet : & quodlibet fieri ex quolibet:& sic partes similare quae sunt sensu indiuisibiles sunt omnium rerum principia:et aelementorum empedocles autem ait aelementa esse principia similarium partium · quo uero ad uerba attinet:debes scire q. partes eiusmodi dicebantur spermata hoc est semina apud anax· ideo ait aerem & ignem esse ex his uidelicet carne & osse:& caeteris seminibus : quia ex infinitis inuisibilibus·Et quia anax·de igne nihil meminit:ideo subdit ignem enim & aetherem idē appellat:& sic quae dicit de aethere:intelligenda sunt de igne · de his opinionibus prolixe dictum est in lib·physicorum:ideo nunc sit dictum de his hactenus · Quae dicit Aueroes in hoc commento non sunt ad propositum:quia nec textus eius concordat cum graecis uerbis· Ex his colligi potest prima ratio:qua probatur aelementa esse : quae partim definitione aelementi:partim auctoritate empedoclis est comprobata· Quae auero· com·xxxiiii·

CVM Autem cuiuslibet naturalis corporis sit motus proprius: motuum autē sint alii quidem simplices:alii uero misti·& mistorum quidem misti:simplicium autem simplices sint:patet eē quaedam corpora simplicia: sunt enim & simplices motus:quare & aelementa esse:& quam ob causam aelta sint:pspicuum est·

Ponit quasi secundam rationem q̄ probat aelementa esse:& inquit cum autem cuiuslibet naturalis corporis sit motus proprius:motuum autem sint duplices/alii quidem simplices:alii autem misti:& mistorum quidem motus misti:simplicium autem simplices sint:haec tria primo hui9 sunt declarata:patet esse quaedam corpora simplicia in rerum natura·& hoc quia motus simplices sunt in rerum natura·Deinde epylogat & inquit quare & aelementa esse:& quam ob causaȝ aelementa sint perspicuum est:sūt enim aelementa:quia motus simplices sunt·in quibus uerbis patet secunda ratio:quae est enthymema:cuius antecedens est una copulatiua ex tribus propositionibus declaratis in primo huius·cōsequens uero est q. quaedam corpora sint in rerum natura aelta mistorum·Aue·autem qui non habebat textum cōcordem cum uerbis graecis:disputat cum themistio circa expositionem sui textus:uult enim ipse q. Ari uelit q. qui ponunt corpora similaria fieri & resolui in similaria:non possunt dicere mista fieri ex aelementis:& causa est qa mista non resoluunē ad similaria:quia si resoluanē ad aelementa:aelta differūt specie·Praeterea impossē est etiam id quod dicunt uidelicet q. similaria fiant ex similaribus:non·n·facies ex faciebus:aut figura ex figuris:aut os ex ossibus fit:cuius contrarium uolunt antiqui dicentes gn̄ationem esse congregationem similis cum simili:& corruptionem dissolutionem similis a simili Patet igitur hm hoc eos non posse generare corpora nō consimilia id est mista ex consimilibus hoc est partibus unius rōis:ut dicebat anax·Themistius uero exposuit hoc capitum q. Ari·uelit probare cōsimilia/quae sunt aelta non esse infinita:nam si aelta sunt infinita:drae eorȝ erunt infinitae dicunt ēt q. drae mistorȝ:quae fiunt ab aeltis:sunt infinitae:& tn̄ aelia non sequitur eē infinita nā ponunt dr̄as in mistis:quas nō ponūt in aeltis:& ita licet drae mistorȝ sint infinitae: drē aeltorȝ non erūt infinitae·Praeterea addit Aue·q. dicētes cōsimilia esse infinita: ponūt infinitū duobus modis in quātitate & q̄litate:& dicentes partes esse indiuisibiles: ponūt eas quātitates tm̄:& ideo cōtingit dicētib9 cōsimilia plura impossia:q̄ dicentib9 partes eē indiuisibiles· Aiaduersiōe dignū quo ad uerba:ait·n·Aue trāslatiōes q̄s ipse hȝ eē alchindi:& diminutas ueriores eē illas isaac:uide cō·lvi·ēt·Vbi pȝ nō esse sibi tribuendā fidē in his:quae dicit circa textū: quia quae dicit:fundanē in falsis trāslationib9·Praeterea de nūis & unitate Aue·notat: q. si unitas & nūis cōsiderenē respectu subiectorȝ:in qbus sunt: tūc in eis nō inuenitē diuersitas specifica:qm̄ dr̄a subiectorȝ est p accn̄s: Sed si cōsiderenē inter se:in nūis reperitē dr̄a specifica:quia trinarius dr̄t a quatrinario:non āt in unitate:quia in unitate:nulla potest reperiri dr̄a nisi ratione subie/ Expositio· Quae Auero· Que Them·

eti:quæ est accidentalis:& non essentialis. Hæc Auerroes quæ non carent dubitatione: nam si unitas non differt specie ab unitate:tunc numeri non uidentur differre nisi secundum maius & minus:quatenus uidelicet quaternarius plures q̄ trinarius numerus continet. Præterea differētia subiectorum aliquando est essentialis: differunt enim genere dimensiones cœli a dimensionibus corruptibiliū:quia subiectū differt a subiecto. tu uero lege quæ diximus alibi de his.

VTRVM Autem finita sint:an infinita;& si finita sint:quot numero sint:cōsequens est contemplari.

Expositio. Hactenus quid sit ælementum:& quod ælementa sint:declarauit: nunc cōsequenter pertractare proponit de finitate ac infinitate ælementorum: & proponit eius intentionem dicens utrum autem finita sint supple ælementa:an infinita:& si finita sint:quot numero sint:consequens est contemplari:quæ res etiam in libris de generatione plene dicetur.

Similaria Homiomera.

PRIMVM Igitur infinita non esse, ut quidam arbitrantur:cōtemplandum est:atq; eos primū:qui cuncta similaria ælīta faciunt:ut anaxagoras.

Expositio. Proposita intentione in uniuersali:adhuc particularius illam proponit:& inquit primum igitur infinita non esse/ut quidam arbitrantur:contemplandum est. atq; eos primum contemplandū est:q cuncta similaria:quæ græce dicuntur homiomera:ælementa faciūt:ut anaxagoras:quare a pōe anaxagoræ ꝓponit dicere:qui uoluit partes similares esse reꝝ mistarum ælementa.

Qui dignum putant: Dignificātiū Consentium.

NEMO Enim eorum:qui ita dignum putant:recte accipit ælementum:&.n. uidemus multa mistorum corporum dico,autem ut carnem, & os, & lignum, & lapidem:in similaria diuidi. Quare si compositum non est ælementum:non omne similare erit ælementum:sed id quod est indiuisibile in diuersa secundum speciem: ut dictum est, prius.

Expositio. Obiicit igit̄ anaxagoræ:& primo ex definitione ælīti:qa non recte anaxagoras accepit ælīum/ cū dixit similare corpus eē ælīum. nā caro/os/lignū/& lapis sunt similaria corpora:quæ nemo dicet esse ælīa:& q. nullum hoꝝ sit ælīum:probat:quia nullū compositū est ælīum. quoddam similare est cōpositum:ut caro/os/lignū/& lapis:qa quodlibet hoꝝ resoluit̄ ad ælīa/ut patet quare non oē similare est ælīum. ꝓpea concludit illud similariū esse ælīum:quod est indiuisibile in diuersa ſm spēm/ut ignis & aer:& cætera id gen⁹:quoꝝ nullū diuiditur in partes diffentes spē: inqt nemo n. eoꝝ/qui dignū putant:recte accipit ælīum:Dignū putant:græce est axiuntō:& pōt latine exponi censentiū:uel putantiū:& qd nemo hoꝝ recte acceperit ælīum:ꝓbat/& inqt &.n. uidemus multa mistoꝝ corpoꝝ:dico aūt ut carnē/& os/& lignū / & lapidem/in similaria diuidi: & tā nullū hoꝝ est ælīum. Deinde syllogizat qd dixerat:& inqt quare si compositum supple ex diuersis spē non est ælīum:& supple aliqd similare est cōpositum: concludet̄ non oē similare esse ælīum:sed cōcludet̄ id esse ælīum:qd est indiuisibile in diuersa ſm spēm/ut dictū est prius. Hæc est prima rō accepta a definitione ælīi:nō qdem cōtra infinitatē principioꝝ:sed cōtra acceptionē ipsius ælīi. Quo uero ad uerba attinet: debes scire: q. homiomera. i. similaria corpora duplicia sunt:quædā homiomera existenter:quædā apparenter/ut notant græci expositores. apparenter qdem homiomera sunt corpora:quæ uīr diuidi in partes eiusdē rōis:ut caro & os:nā quælibet pars carnis est caro:& quælibet pars ossis est os. non āt dicunt̄ homiomera existenter:qa non diuidunt̄ in homiomera corpora prima diōe. qa caro prima diōe diuidit̄ in q̄tuor corpora quæ sunt ælīa:quæ nō sunt eiusdē spēi. ignis uero & aqua & aer & terra sunt homiomera exñter:quia nō diuidunt̄ in corpora prima diōe:quæ sunt diuersaꝝ spērum:sed i partes eiusdem rōnis. Nam licet diuidant̄ in māam & formam:hæc non sunt corpora:sed partes essentiales/ut patet. Sic igitur ælementum male acceperunt. Hæc Aristoteles.

Sumentes Sumentibus Velit Sumpserit Facere uerbū additum.

ADHVC Autem neq; sic ælementum sumentibus, facere infinita necesse est: omnia enim eadem etiam finitis existentibus reddentur:si quispiam uelit: idem enim facere:si duo aut tria talia solum sint, ut & empedocles nititur: cum enim ipsis & hoc modo non omnia ex similaribus facere accidit:(faciem enim non ex faciebus faciunt: nec aliud quicquam eorum quæ secundum naturam figurata sunt:) patet longe melius esse principia facere finita:& hæc tanq̄ minima: si ea,

dem omnia demonstrari possint: quemadmodum & qui in mathematicis cen- sent: semper enim aut specie: aut quantitate finita principia sumunt. Possint Futura sint

Secundo obicit anaxagoræ ratione tacta in physicis uidelicet q dato q anaxagoras bene sumeret ælementum: non recte facit principia infinita. & addit rationem quia omnia ea quæ saluari possunt per principia infinita: saluari possunt per finita: & æque bene: quare frustra principia infinita facit. Inquit adhuc autem nec sic ælementum sumentibus ut anaxagoras sumit: necesse est facere infinita ælementa tanq̃ rerum mistarum principia. & reddit causam: quam in physicis posuit: & inquit omnia enim eadem etiam finitis existentibus ælementis reddentur / si quispiam uelit supple reddere. idem enim faciet si uelit: si duo aut tria talia solum sint: ut & empedocles nititur facere. Deinde (ut mihi uidetur) alia quasi ratione sumpta: præponit anaxagoræ empedoclem: & inquit cum enim ipsis & hoc modo non omnia ex similaribus facere accidit: (faciem enim non ex faciebus faciunt / nec facere possunt: nec aliud quicquam eorum quæ secundum naturam figurata sunt) patet longe melius esse principia facere finita / & hæc tanq̃ minima si fieri potest: & si hæc eadem demonstrari possint per finita: quæ demonstrantur per infinita: quemadmodum & qui in mathematicis censetur: supple faciūt: qui semper aut specie: aut quantitate hoc est numero / finita principia sumunt. Sic igitur Aristoteles prius obiecit anaxagoræ ratione simpliciter: secundo obiecit eidem præponendo sibi empedoclem. Quo uero ad uerba attinet: debes scire q quæ sunt rerum principia essendi: sunt etiam principia demonstrandi accidentia per se rerum. & propterea Aristoteles uoluit melius dixisse empedoclem q̃ anaxago. quia res potuit facere: & demonstrare accidentia illarum per principia finita: quod non fecit anaxago. & sic melius fecit & quo ad rerum generationem: & quo ad rerum demonstrationem: ut tetigit Aristoteles in libro posteriorum. Expositio.

PRAETEREA Si corpus a corpore diuersum dicitur secundum proprias differentias: corporum autem differentiæ sint finitæ: (ipsis enim sensibilibus differunt: atq; hæc sunt finita: quod quidem demonstrari oportet:) patet & ælemẽta necessario esse finita.

Tertio arguit Aristoteles syllogismo hypothetico: cuius antecedens est una propositio composita copulatiua / sic præterea si corpus a corpore propriis differentiis diuersum dicitur: & corporũ differentiæ sunt finitæ: hoc est antecedens: uerum anteq̃ inferat consequens: probat secundam propositionem & inquit ipsis enim sensibilibus differunt corpora ipsa: que sunt calidum humidum siccum & frigidum. atq; hec sunt finita: quod quidem demonstrari oportet supple in libro de generatione: & usq; ad illum locum relinquatur: concludit propositum: & inquit patet & elementa necessario esse finita. potest autem syllogismus categorice sic componi: quorumcũq; corporum differentie sunt finite: ipsa sunt finita differentie elementorum sunt finite. igitur elemẽta sunt finita. Minor probabitur in libro de generatione: quia tot sunt combinationes possibiles. Hec Aristoteles: & ita Aristoteles in hac ratione supponit duo: primum q corpus a corpore non differt nisi propriis differentiis. Secundum q differentie corporum elementorum sunt finite: ex his sequitur elementa esse finita. Expositio.

PRAETEREA Etiam nec ut quidam alii dicunt ut leucippus & democritus abderites: ea quæ accidunt: rationi sunt consentanea: primas enim magnitudines multitudine quidem infinitas. Magnitudine autẽ indiuisibiles esse dicunt: & neq; ex una multa fieri: neq; ex multis unum: sed harum complexione: amplexioneq; omnia generari. Et hi namq; quodammodo numeros omnia quæ sunt: atq; ex numeris faciunt. Nam & si non dilucide dicunt: hoc tamen dicere uolũt. Et insuper cum figuris corpora differant: figuræ uero sint infinitæ: infinita & ipsa simplicia corpora esse dicunt. qualis autem & quæ est uniuscuiusq; ælementi figura: nihil definierunt: sed igni solum sphæram tribuerunt: aerem autem & aquam & cætera magnitudine paruitateq; diuisere: quia natura ipsorum est ut omnium ælementorum semen. Semen Pansperma

Expositio. Consequenter obiterq; opinionem democriti & leucippi narrat: deinde illi contradicit. inqt praeterea etiam nec ut quidam alii dicunt uidelicet democritus abderites & leucippus: ea quae accidunt circa generationem corruptionemq; rerum sunt rationi cōsentanea. Postea narrat ea quae dixerunt circa generationem: & inquit primas enim magnitudines multitudine quidem infinitas: magnitudine indiuisibiles esse dicunt. est igitur eorum quae dicunt primum| uidelicet q; primae magnitudines sunt multitudine infinitae. magnitudine uero indiuisibiles. haec democritus uocat athoma. ponit secundum eorum: quae dicunt: & inquit: & neq; ex una illarum magnitudinum dicunt multa fieri: neq; ex multis unum: sed dicūt omnia generari harum magnitudinum complexione amplexioneq;. differt autem amplexio ab ipsa complexione: quatenus amplecti est circum circa plecti: complecti uero est simul plecti. Dixerūt igitur res fieri utroq; modo agregatione magnitudinum uidelicet amplexione: & complexione. Eorum etiam quae dicunt: tertium est| quod ait: & hi namq; quodammodo numeros omnia quae sunt: atq; ex numeris faciunt. Sed quia hoc non a parte dicunt: ostendit eos sic uelle dicere: & inquit: nam & si non dilucide hoc dicunt: hoc tamen dicere uolunt: in eo enim quod dicunt physica fieri ex corporibus: uidentur dicere non omnia fieri ex numeris. In eo autem q; ponunt corpora illa athoma quasi unitates: uelle uidentur omnia fieri ex numeris. Deinde ponit quartum eorum quae dicunt: & inquit & insuper cum figuris corpora differant: ut nunc supponit ad mentem illorū: figurae uero corporum sunt infinitae: infinita & ipsa simplicia corpora esse dicunt. & sic quartū est q; athoma corpora sunt infinita| quia corporum quae fiunt ex athomis figurae sunt infinitae. Deinde addit quae praetermiserunt de aelementis: & quae de illis dixerunt: & inquit qualis aūt & quae est uniuscuiusq; aelementi figura: nihil definierunt: sed igni solum sphaeram tribuerunt. aerem autem & aquam & caetera uidelicet terram magnitudine paruitateq; diuisere. quia non differunt nisi secundum densum & rarum: quatenus ipsorum natura est ut omnium aelementorum quae sunt corpora athoma semen: & sic terra aer & aqua non differunt: quia conueniunt in hoc q; sunt semē omnium athomorum: & ita uelle uidetur athoma esse rerum principia: & tria illa aelementa esse semen athomorum. dixit autem & caetera in numero plurali: quia licet praeter aerem & aquam sit sola terra: secundum eos quae sit pansperma athomorum: tamen loquitur si plura essent ultra terram. Haec igitur breuiter sunt: quae dixerunt de rerum naturalium principiis democritus & leucippus. Multa alia in libris de generatione dixit. Quae autem Auerroes ait in com. xxxvi. & . xxxvii. non sunt ad propositum: quia nec eius translationes concordant| cum graecis uerbis: ideo & nos dimisimus.

Quae auero. com. xxxvi. & . xxxvii.

Error
Peccatum
Euenit uerbū additum.
Dum liceret exon.
Expositio.

PRIMVM Quidem igitur & ipsis idem error euenit. non finita ipsa principia sumere: dum eadem omnia dicere liceret.

Ennarratis his quae dixerunt leucippus & democritus: nunc obicit illis: primo quia eis euenit ille idem error: qui aliis eueniebat| uidelicet non finita ipsa principia sumere: est enim error: pro quanto per principia finita aeque bene omnia saluari possunt: ueluti per infinita. inquit primū quidem igitur & ipsis democrito & leucippo idem error euenit: qui accidit anaxagorae: quem exponit dicens non finita ipsa principia sumere: dum eadem omnia dicere & saluare ipsis liceret per finita: ueluti per infinita: & aeque bene. igitur frustra ponunt infinita: & hic est primus eorum error: qui accidit his ueluti accidebat anaxagorae.

Figurarum
Corporum
Elementorū.
Expositio.

PRAETEREA Si figurarum differentiae non sunt infinitae: patet aelementa infinita non fore.

Secundo arguit| ut prius corporum scilicet aelementorum sunt differentiae finitae: & non infinitae: igitur aelementa sunt finita. antecedens patet: quia differētiae sunt sensibiles qualitates: quae finitae sunt. Quo uero ad uerba attinet| figurarum graece est Schematon: sed alibi legitur stiche on hoc est aelementorum: alibi somaton hoc est corporum: & quouis modo legatur: per figuras intelligit species corporum: quae si sint finitae: aelementa ipsa infinita esse non possunt: siue per corpora intelligat mixta| siue simplicia.

Sub opionē omnium Cadunt.
Endoxon.

PRAETEREA Indiuisibilia corpora esse dicentes necesse est mathematicis scientiis aduersari. Compluraq; eorum quae sub opinionem omnium cadūt: & eorum: quae sensu uidentur: destruere: de quibus antea diximus in his quae de tempore motuue sunt dicta.

Tertio

Tertio obicit quia ponentes athoma corpora destruunt mathematicas: quatenus coguntur dicere continuum componi ex indiuisibilibus: quod est contra mathematicas scientias. Destruunt etiam cõmunes opiniones naturalium: quae sunt q. res naturales generantur atq; corrumpuntur. Nam datis athomis generatio & corruptio rerum naturalium tollitur: quas cõmunis omnium hominum opinio tenet. Destruunt multa quae cadunt sub sensum ut alterationem & augumentationem quo uero modo haec destruere ipsis accidat: inquit de quibus antea diximus in his quae de tempore motuue sunt dicta: hoc est in libris physicorum: illic enim exposuit quo modo dicentibus athoma accidat haec destruere. Hoc modo Aueroes exposuit ultimam partem textus. Expositio.

SIMVL Autem & contraria ipsos dicetur sibi ipsis necesse est: impossibile est enim si aelementa indiuisibilia sint: magnitudine paruitateq; differre aerem, & aquam, & terram: nõ enim possibile esset ex sese mutuo generari. Corpora nãq; maxima si segregantur: semper deficient. At hoc pacto aquam & aerem & terrã uicissim ex sese fieri asserunt. Quae auero. cõ. xxxviii.

Quarto obicit quia sibi ipsis contradicunt: ubi debes scire q. democritus & leucippus dixerũt aerem & aquam & terram differre magnitudine & paruitate athomorum aelementorum ex quibus ipsa sunt: quatenus aelementa ex quibus terra est: sunt maiora aelementis ex quibus est aq̃: & aelementa ex quibus est aqua: sunt maiora aelementis ex quibus est aer: & sic ut dictum est haec tria differunt magnitudine & paruitate eorum aelemẽtorum athomorum ex quibus sunt. Secundo dixerunt aerem & aquam & terram ex sese mutuo generari: modo haec duo aduersari uidentur. Cum ex secundo concesso sequatur oppositum primi. Nam si aqua fit ex terra secundum eos segregatione aelementorum athomorum ex quibus terra erat: aut illa aelementa athoma terrae ex quibus ipsa erat pro generatione aquae diminuentur: aut aeque stabunt. Si diminuentur: tunc erunt diuisibilia: non enim potest indiuisibile diminui. Sin uero aeque stabunt aelementa athoma ex quibus erat terra in generatione aquae: tunc aelementa ex quibus aqua est erunt aequalia aelementis ex quibus erat terra: quoniam illis non diminutis fit aqua: & sic aelementa aquae & terrae erunt aeque maxima: quare aqua & terra non differunt magnitudine & paruitate aelementorum ex quibus sunt. Ecce quomodo ex secundo concesso sequitur oppositũ primi. Inquit simul autem & contraria ipsos dicere sibi ipsis necesse est: & hoc deducit. d. impossibile est enim si aelementa indiuisibilia sint: ex quibus supple sunt aer aqua & terra: magnitudine paruitateq; differre aerem & aquam & terram. & ostendit q. contradicant: & inquit non enim possibile esset ex sese mutuo generari. Corpora namq; maxima hoc est aliquanta & diuisibilia si segregentur ab aliquo pro generatione alterius corporis semper deficient: & diminuentur. modo hoc est impossibile: ex quo sunt athoma: propterea subdit at hoc pacto aquam & aerẽ & terram uicissim ex sese fieri asserunt: quare sibi aduersanẽ: quatenus dicunt aelementa ex quibus sunt terra & aer & aqua esse athoma: & q. haec ex sese mutuo fiant. quia ut deductum est ex secundo concesso sequitur oppositum primi. Aueroes autem aliter textum exponit. Et primo narrat: quae ipsi uolunt. & inquit q. ipsi uolunt q. terra non differt ab aqua: nisi quia est composita ex partibus indiuisibilibus maioribus: q̃ sint partes indiuisibiles: ex quibus componitur aqua simili modo aer differt ab aqua: partes enim ex quibus constat aqua: sunt maiores partib9 indiuisibilibus: ex quibus constat aer. Secundo dicunt quomodo aqua ex terra: & aer ex aqua fiat: & ait q. quando terra fit ex aqua: partes magnae propriae terrae exeunt ex aqua: & remanẽt paruae propriae aquae: & sic terra ex aqua. econtra fit: quando ex terra fit aqua: exeunt enim partes paruae ex terra: & congregantur in aquam: remanentq; partes magnae. Obicit igitur Aristoteles huic opinioni ut exponit Aueroes: & potest ratio sic reduci ad formam. Vel partes magnae & paruae ex quibus sunt aelemẽta illa: sunt finitae uel infinitae. Si infinitae: erunt magnae in terra infinitae: & paruae etiam infinitae. Similiter in aqua erunt utraeq; infinitae: & ita sequitẽ q. aqua & terra in nullo differunt: quoniam in utroq; paruae & magnae partes erunt aequales numero. Sin autem utraeq; sunt finitae: hoc esse non potest nisi in terra praedominẽtur magnae: & in aqua praedominentur paruae. Quo dato secuntur duo: primum q. partes ex quibus haec sunt: sint diuisibiles. & secundum q. generatio cesset: ita ut non sit perpetua: & per consequens si aqua fit ex terra: non reuertetur semper terra ex aqua. primum deducitur supponendo terram

Expositio.

Quae Auero. com. xxix.

constare·cxxy·partibus·x·uidelicet magnis & quinq; paruis· aquam econtra ex·x·uidelicet paruis:quinq; uero magnis·Hoc patet:quia in terra magnæ prædominantur: in aqua paruæ· Secundo supponit aquam fieri ex dimidio terræ:quando fit ex terra:& terram fieri ex dimidio aquæ:quando fit ex aqua·Hoc saltem de possibili est uerum:tunc arguitur:terra fit ex aqua:igitur fit ex medietate aquæ:ut in secũdo dicebatur:quare fit ex·vii·partibus cum dimidio:quinq; uidelicet magnis duabus paruis:cum dimidio unius paruæ:& sic sequitur partem illam diuidi·Simili modo deduci potest si aqua fieret ex terra·& sic patet primum q; partes illæ erunt diuisibiles·Secundum deducitur etiam quia ex quo partes utreq; sunt finitæ:tandem finientur & ita:non perpetuo aque ex terra:nec terra ex aqua generabitur·Hæc Aueroes quæ quidem multifariam deficiunt:non enim consonant rationi:nec textui:ideo omictantur · Deinde sequitur illa particula·Themistius autem: Vbi inducit expositionem themistii aliam · Nam themisti9 ait sequi ex illis concessis:uidelicet q; partes magnæ generẽtur ex paruis:& paruæ ex magnis: aut uia alterationis eiusdem partis ex magnitudine in paruitatem:& ex paruitate in megnitudinem:aut uia diuisionis/& compositionis:uidelicet qui pars magna diuisione fit parua:& paruæ congregatione fiunt magna:quæ sunt absurda·Indiuisibilia enim non possunt alterari:nec possunt diuidi·Hæc themistius:ut narrat Aueroes quæm ego non uidi:sed scio: q; nec hæc expositio est ad propositum codicis græci:& ideo non puto esse themistii · Deinde sequitur illa particula·Deinde opponit Aristoteli· Vbi inducit themistium respondere Aristoteli·& distinguit de generatione:q; alia est improprie:quæ dicitur generatio per æquiuocationem·Alia proprie quæ est per formæ de potentia materiæ eductionem mediante alteratione· Prima ut dicit themistius:fit subtractione:uelut cum generatur rhob:hoc est mustum coctum · Velut cũ per decoctionem a uino seperantur partes subtiles:& crassiores remanent·aut fit diuisione uel compositione:ut cum magnæ partes diuiduntur:& fiunt paruæ·uel cum paruæ componuntur: & fiunt magnæ·Vult igitur themistius q; democritus & leucippus locuti sunt in generatione improprie:& non in generatione propria·Obicit autem Aueroes themistio pro Aristotele / & ait q; quomodocunq; sit:sequitur ut partes indiuisibiles fiant diuisibiles · Nam siue loquantur in generatione accidentali:quæ fit subtractione:uel congregatione:siue in generatione substantiali:quæ fit formæ eductione:semper sequitur dictum impossibile·& quomodo hoc sequitur: dictum est:tamen Aueroes dat ueram rationem Aristotelis: nam per eos istæ partes fiunt ab inuicem·aut igitur uera generatione alteratiua:aut accidentaliter·si uera generatione:tunc aut paruæ in magnas aut magnæ in paruas mutabuntur secundum qualitatem uel quantitatem· Nam si secundum quantitatem:hoc fiat uia diuisionis uel uia compositionis: & sequitur ut prius:q; pars diuidetur:ut quando constat ex partibus imparibus·si uia alterationis:partes indiuisibiles alterabuntur:quod est impossibile·Sin autem fiunt generatione accidentali: hoc non fiet nisi per segregationem magnarum in paruas:& sequitur diuisio:uel congregatione: & sic finietur generatio·Quare omnino errauerunt·Ego uero dicerem:q; si illi locuntur in generatione accidentali:quæ dicitur generatio per æquiuocationem:erunt diminuti:quia nihil dixerũt de uera generatione·quare si sufficienter locuti sunt:oportet:eos loqui de uera generatione: & sic secuntur omnia quæ dicit Aristoteles·

Sententiam
Hypolepsim
Opinionem
Suspictionẽ·

PRAETEREA Neq; secundum horum sententiam infinita sane ælementa fieri uidebuntur:si corpora quidem figuris differunt · figuræ uero omnes ex pyramidibus constant:Rectilineæ quidem ex rectilineis sphæra autem ex partibus octo:sint enim aliqua figurarum principia necesse est·Quare siue sit unũ: siue duo:siue plura:& simplicia corpora totidem erunt multitudine·

Expositio· Secundo ostendit sibi ipsis contradicere·Nam ponunt corpora abinuicem per figuras differre:ex hoc sequitur simplicia corpora non esse infinita:& syllogizemus sic: quæcunq; corpora differunt figuris:sunt finita numero·simplicia corpora differunt figuris:igitur simplicia corpora sunt numero finita·Maior probatur:quia figuræ sunt numero finitæ:nam omnes constant ex pyramidibus:rectilineæ quidem ex rectilineis·rotundæ autem ex rotundis:ut sphæra ex octo partibus·Modo pyramides sunt finitæ·quod uero simplicia corpora differunt figuris: patet: quia mista resoluũtur ad simplicia:& simplicia corpora ad figuras: ut dicunt igitur simplicia corpora differunt figuris:inquit præterea neq; secundum horum sententiam infinita sane ælementa

uidebuntur

uidebuntur fieri:cuius contrarium sentiunt:& ponit rationem dicens: si corpora quidem figuris differunt scilicet ælementaria:& figuræ supple omnes sint numero finitæ: quia figuræ omnes ex pyramidibus constãt:quæ sunt numero finitæ. Rectilineæ quidem ex rectilineis:sphæra autem ex partibus octo:& q pyramides sint ex quibus constant figuræ: patet: quia necesse est esse aliqua principia figurarum:quæ non uidentur esse nisi pyramides. Tunc dat conclusionem|& inquit quare siue illud principium figurarum sit unum:siue duo:siue plura:& simplicia ipsa corpora totidem esse multitudine necesse erit. Patet igitur quali ratione sibi ipsis etiam aduerientur. Quo uero ad uerba attinet: Aueroes notat primo q figurarum aliæ sunt essentiales corporibus|ut coelo sphærica:& hominibus humana. Aliæ accidentales|ut sphærica ælementis. Secundo notat q illi supponunt figuras esse essentiales corporibus ælementis: siue illa sint diuisibilia:siue indiuisibilia. Tunc ex his concludit figuras differre propter corpora:& q numeris figurarum sit secundum numerum corporum. Quod uero figuræ sint finitæ: ait Aueroes esse accipiendum ex suppositione facta in geometria:illic enim ut dicit Aueroes declaratum est omnes figuras quinq resolui in pyramides:quæ sunt rectilineæ aut rotundæ. ut sphæra octo: cubus sex:& similiter in aliis quæ dicuntur in libro euclidis. Vlterius Aueroes reducit ratione̅ ad propositiones tres pro antecedente:& infert ex illis consequens. Prima igitur propositio est corpora figurata differunt per figuras. Secunda omnes figuræ corporeæ componuntur ex pyramidibus. Tertia propositio quæ est causa resolutionis figurarum in pyramidem|est q figuræ rectilineæ sunt ex rectilineis:& resoluuntur in triangulum:& pyramis etiam resoluitur in triangulum:ita ut prima corporalium figurarum sit prima superficialium. ponderat uero Aueroes cur dixit sphæricam figuram componi ex partibus perfectis:& nihil dicit: quia hæc uerba no̅ sunt in græcis codicibus:dicit enim sphæram esse ex partibus octo. hæc sunt tres propositiones acceptæ quasi antecedens:ex quibus concludit figuras habere principia. Nam corporeæ resoluuntur in pyramides:& superficiales in triãgulum. Hæc est ratio. uerum addit Aueroes: q Aristoteles accipit tanq̃ suppositionem q si ælementa sunt specie finita: mista ex illis sunt etiam specie finita. addit etiam secundo q licet hæc ratio geometrica nulla esset: tamen est concedendum omnes quinq figuras resolui in figuras finitas|aut unam|aut duas | aut plures. Hæc Aueroes quæ certe non plane uerbis græcis aplicantur. Deinde sequitur illa particula. Themistius autem. Vbi inducit themistium defendere antiquos:ait enim themistius duplices esse figuras regulares & enormes. regulares quidem finitæ sunt ut ratio concludit: & de his non locuntur ueteres:cum dicunt athoma differre figuris. enormes uero sunt infinitæ: & his figuris athoma differre dicunt:qua ratione sibi non aduersantur: quia corpora sunt infinita: & figuræ quibus differunt sunt infinitæ. Deinde dicit. Dicamus igitur: Vbi replicat co̅tra themistium|quia no̅ possunt illi intelligere nisi de figuris regularibus:quoniam figuræ irregulares sunt accidentia corporum:quibus non differunt corpora athoma nisi per accidens:quare non possunt loqui nisi de figuris regularibus quibus hæc corpora differunt perse:& essentialiter. Modo cum hæ sint finitæ:& athoma erunt finita etiam:quare recte Aristoteles contradixit antiquis. Hæc Aueroes & sapide.

Quæ aueroes com. xl.

PRAETEREA Sicuiq; quidem ælementorum quidam motus proprius insit:& simplicis corporis simplex sit:non sunt autem simplices motus infiniti: propterea q neq; simplices lationes plures q̃ duæ sunt: neq; loca infinita sunt: neq; hoc modo profecto ipsa ælementa infinita erunt.

Expositio.

Vltimo obicit opinioni eorum. & concludit ælementa finita esse: & sumit pro antecedente tres propositiones:& inquit præterea si cuiq quidem ælementorum quidam motus proprius insit. Hæc est prima & perspicua:eo quia ælementum est corpus naturale:cui omnino oportet inesse motum aliquem. Deinde ponit secundam|& inquit & simplicis corporis simplex sit: hæc est secunda & in primo libro plane declarata. Deinde ponit tertiam & inquit non sunt autem simplices motus infiniti:cuius duas assignat causas|& inquit propterea q. neq simplices lationes plures q̃ duæ sunt uidelicet sursum & deorsum. Secundo quia neq loca infinita sunt:sunt enim duo loca uidelicet alter sursum|alter deorsum. Ex his tribus propositionibus pro antecedente sumptis|infert consequens:& inquit neq hoc modo profecto ipsa ælementa infinita erunt. potest autem hæc ratio sic resolui ad syllogismos:primus quidem erit cuiq ælemento motus proprius inest. Athomum corpus est ælementum. igitur cuiq athomo inest proprius motus. Secu̅

dus cuiuslibet simplicis corporis simplex est motus. athomum est corpus simplex: igitur motus eius est simplex. Tertius motus proprii ælementorum & simplices finiti sunt: quoniam nō plures duobus. Motus athomorum sunt proprii athomis & simplices. ut duo primi syllogismi probant. igitur motus proprii athomorum & simplices non sunt infiniti: sed finiti. Ex his tribus syllogismis sequitur. Quartus sic quot motus tot athoma finiti sunt motus. igitur athoma finita erunt. Hoc igitur modo ratio syllogistica Aristotelis resoluitur. Aueroes autem uult q. Aristoteles nunc demonstratione ostensiua & recta probet ælementa esse finita: quia antea probauit demonstratione ducente ad impossibile|ut uisum est. Deinde abreuiat eius textum & probat primo numerum corporum simplicium esse secundum numerum motuum simplicium. nā ælementum est corpus simplex: & omne corpus simplex habet motum simplicem: ideo quot simplices sunt motus: tot corpora erunt simplicia. Secundo probat q. numerus motuum simplicium sit pro numero locorum: & huius causa est quia motus simplices sunt ad loca terminata: ideo sequitur quot loca sunt: tot esse motus simplices. Ex his arguit a primo ad ultimum: si loca sunt finita: motus sunt finiti si motus sunt finiti: corpora simplicia erunt finita. Sed loca sunt finita: igitur & corpora simplicia erunt finita. Quo uero ad uerba attinet: debes scire| ut notat Aueroes q. simplices lationes non sunt plures duabus: loquendo de lationibus rectis: quia loquendo generatim sunt tres uidelicet a medio|ad medium|& circa medium. Vlterius idem de locis: nam loca generatim sunt duo scilicet sursum & deorsum. specialim sunt. Quatuor quia alius locus est sursum simpliciter: alius deorsum simpliciter: alius sursum in respectu. Alius deorsū in respectu: ideo quatuor sunt ælementa specialim|uidelicet simpliciter leue ut ignis: qui ē sursum simpliciter: simpliciter graue ut terra: quæ est simpliciter deorsum: leue in respectu|ut aer: qui est sursum in respectu: graue in respectu ut aqua: quæ est deorsum in respectu. generatim āt duo sunt graue & leue: uelut etiam duo sunt loca generatim sursum & deorsum.

CVM Autem finita esse necesse sit: restat considerare utrum plura sint. an unū quidam enim unum solum esse supponunt: & horum alii quidem aquā: alii autē aerem: alii uero ignem. alii autem aqua quidem subtilius. aere autem densius: quod uniuersos cœlos. cum sit infinitum: continere dicunt.

Expositio. Cum terminata sit questio de infinitate ælementorum: in qua determinatum est non esse infinita ælementa: proponit nunc aliam questionem: & inquit cum autem finita esse ælementa necesse sit: restat considerare utrum plura sint uno: an unum tantum ælementum. Deinde prosequendo narrat ueterum opiniones: & primo eorum: qui unum esse dixerunt: & inquit quidam enim unum solum rerum generabilium ælementum esse supponunt: & supple alii plura uno: & eorum qui unum esse supponunt: narrat differentiam: & inquit & horum alii quidem aquā: alii autem aerem: alii uero ignem: alii autem horum extremorum medium uidelicet aqua quidem subtilius: aere uero densius: & hoc medium dicunt ambire atq; continere uniuersos cœlos cum sit infinitum. Quo uero ad uerba attinet: debes scire q. cum Aristoteles ait. Quod continere dicunt uniuersos cœlos: Potest dupliciter intelligi uno modo: q. illud medium cōtineat cœlos: quatenus extra cœlos est illos ambiens atq; penetrans: & potest stare ad illorum mentē. Alio modo q. medium illud contineatur ab uniuersis cœlis: quatenus intra cœlum stans est materia omnium generabilium. Alii intelligunt & tertio hoc medium cōtinere uniuersos cœlos: & omnes res intra cœlos contentas: quatenus est uniuersalis materia cœlorum: & rerum generabilium: & totum est bonum. Aueroes autem addit tertiam questionem uidelicet si ælementa sunt plura: questio emergit tertia quot sunt: ait tamen Aristotelem hanc questionem dimisisse usq; ad librum de generatione: & propterea extimatur q. iste liber quasi præcedit librū de generatione & corruptione: & non solum extimat̄ ita esse: sed reuera ita est|ut alibi dixi.?.

Quæ Auero. com. xli. Quæ auero. com. xlii.

QVICVNQVAE Igitur hoc unum quidem aquam aut aerem faciunt: aut aqua quidem subtilius: aere uero densius: deinde ex hoc raritate densitateq; cætera generant: ii ipsi ignorant aliquid aliud ælemēto se facere prius. Nam generatio quidem ex ælementis compositio est: ut dicunt. ad ælementa uero: est dissolutio. quare id quod est subtiliorum partium: natura prius esse necesse est. cū igit̄ oīum corpoꝝ ignem subtilissimū esse dicant: ignis utiq; natura primū erit.

Deinde
Siue
Si
Ignorant
Latent.

Obicit

Obicit autem his nunc Aristoteles in simul: nam omnes posuerunt primum aelemētum esse medium quoddam inter extrema: est enim aer quoddam quasi medium ignis & aquae: aqua etiā quasi medium aeris/ & terrae: id quod est aere densius & aqua rarius: quod dicitur uapor: est etiā medium: quare simul his omnibus obicit: quia omnes medium aelementorum dixerunt eē primum: & primo sumit quomodo hi se habent in dictis suis sic dicendo & inqt quicunq; igitē hoc unum quidem aquam/ aut aerem faciunt: aut aqua quidem subtilius aere autem densius: deinde ex hoc uno: quod ponunt raritate densitateq; caetera generant: nam raritate generant ex illo ignem: & omnia ignea: densitate autem terram: & omnia terrea: hi ipsi sic dicendo ignorant aliquid aliud aelemento se facere prius. Ex hoc uult habere q; sibi ipsi contradicūt: & hoc deducit: & supponit primo q; quando ex aelementis fit mistorum generatio: illa generatio est compositio: cum non fiat nisi condensatione & compositione: quando uero ex mistis fit generatio aelementorum: illa generatio est dissolutio. generantur enim aelementa ex mistis resolutione: mista uero ex aelementis compositione. Hoc inquit/ nam generatio quidem suppле mistorum ex aelementis: compositio est: ut dicunt. ad aelementa uero supple profectio / est dissolutio. ex hac suppositione infert non medium aelementum: sed extremum esse primum uidelicet ignem: & inquit: quare id quod est subtiliorum partium natura prius esse necesse est. Cum igitur omniū corporum ignem subtilissimum esse dicant: ignis utiq; natura primū erit. Aueroes deducit primam consequentiam ex definitione aelementi: quae est q; sit simplicissimum eorum: quae existunt in composito. at extremum est simplicius medio: est enim medium duplex ut ait qualitate: ut rubrum inter album & nigrum: & hoc est simplicius utroq; extremo. & quantitate: ut eqle inter sūmum & minimum: & hoc est simplicius altero extremo uidelicet sūmo: quod continet aequale: & amplius. Arguatur igitur sic: simplicius est prius composito subtilius est simplicius denso: igitur prius denso. Vlterius sequitur secunda consequentia uidelicet q; ignis sit primum omnium: quia est omnium simplicissimum. Sed haec deductio non placet: quia non seqtur ex suppositione posita: suppositio enim frustra fuisset. Melius igitur dico q; prima & ultima consequentia sequuntur duobus positis: primum est q; aelementorum generatio ex mistis sit resolutio generatio mistorum ex aelementis sit compositio. secundum est q; compositio sit natura prior resolutione: nam compositio est motus a non esse uel saltem ab esse imperfectiori ad esse perfectius. Ex his duobus sequitur id quod est simplicius & subtilius esse prius: quia terminus a quo est uia naturae prior termino ad quem. Arguatur igitur sic quod est prius in aliquo ordine est prius omni eo quo ille ordo est prior. Sed simplicius est prius natura in compositione: & cōpositio est prior resolutione: igitur simplicius est prius misto & medio. quare ignis qui est simplicissimus: erit primum corpus omnium corporum: uel dici potest q; sufficit illa suppositio: quam Aristoteles posuit uidelicet q; generatio misti ex aelementis sit compositio: generatio elementi ex misto sit resolutio: quia si est resolutio: est quia a misto ad aelementū itur tanq̄ ad simplicius: modo simplicius pri9 est natura composito: igitur ignis qui est omnium simplicissimū: erit omnium primum: quod est contra eos: & sic patet deductio utriusq; consequentiae ex illa una suppositione. Ex his infert Aueroes contra themistium: q; hoc impossibile deductum contra antiquos non est quatenus uoluerunt generationem esse uia rarefactionis & condensatiōis: sed quatenus uoluerunt primum aelementum esse quoddam medium inter extrema: & hoc qd dicit Aueroes rectum est: nam contra hoc obicit Aristoteles/ ut omnibus patet. Praeterea arguit Aueroes si confutatio Aristotelis esset contra hoc quod dixerunt de generatione q; sit raritas uel densitas: tunc quaeritur utrum per raritatem uel densitatem intelligerunt formas substantiales: an accidentales uidelicet qualitates. Si substantiales: tunc medium nō esset corpus in actu sed ens in potentia/ ut materia: quod est contra eos: sin autem intelligunt esse qualitates: tunc generatio esset alteratio: ut in libro de generatione argutum est: & ita dici potest q; siue Aristoteles obiciat contra hoc quod dicunt primum aelementum esse medium: siue contra hoc quod generatio est raritas uel densitas: utroq; modo errant antiqui: licet in libro de generatione procedat contra secundum magis. Expositio. Quae auero. com. xlii.

DIFFERT Autem nihil: necesse est enim unum quoddam caeterorum esse primum: & non medium.

Remouet dubium: quia posset dici ignem non esse aliis simpliciorem: uel subtiliorem: quoniam aelementa sunt aeque simplicia: Respondet Aristoteles hoc nihil differre ad rationem: nam ex Expositio.

ratione saltem necesse est non medium esse primum: sed quoddam aliud a mediis ælementis: modo illud sit simplicius ac subtilius: quicquid sit illud. Nam secundum peripateticos in rei ueritate illud est prima materia: ut dicetur: & dictum est suo loco.

Etiam ꝙ PRAETEREA Raritate ac densitate cætera generare, & subtilitate atq; grossicie: nihil differt. Nam subtile quidem rarum: grossum autem densum esse uolũt. Subtilitate rursus atq; grossitie: & magnitudine ac paruitate idem est: subtile enim quod quidem paruarum: grossum autem quod magnarum partium est. Quod enim ad multum extenditur: id subtile est: tale autem id est: quod ex paruis partibus constat. quare accidit ipsos magnitudine ac paruitate substãtias diuidere cæterorum.

Expositio. Secundo obicit iis: & supponit idem esse generari aliquid raritate & densitate: quod generari magnitudine & paruitate. probat suppositionem: quia generari subtilitate & grossicie est generari magnitudine & paruitate. sed generari raritate & densitate est aliquid gñari subtilitate & grossitie. igitur generari aliquid raritate & grossitie est generari magnitudine & paruitate. de ratione primo tangit minorem. d. præterea raritate ac densitate cætera generari & subtilitate atq; grossicie: nihil refert. Hæc est minor: & eam probat. d. nam subtile quidem rarum: grossum autem densum esse uolunt. Deinde sumit maiorem, & inquit subtilitate rursus atq; grossicie: & magnitudine ac paruitate supple generari idem est: & dicit causam: quia subtile est quod quidẽ paruarum partium est grossum autem: quod magnarum: quod enim ad multum extenditur: id subtile est. tale autem id est: quod ex paruis partibus constat. Hæc est maior: deinde dat cõclusionem: & inquit quare accidit ipsos antiquos magnitudine ac paruitate cæterorum substantias diuidere generando: & ita idem est raritate & densitate generari: quod magnitudine & paruitate: quæ erat suppositio.

ACCIDIT Autem ita definientibus cuncta ad aliquid dicere: atq; absolute non erit aliud quidem ignis: aliud autem aqua: aliud uero aer: sed idem ad hoc quidem ignis: ad aliquid autem aliud: aer.

Expositio. Hac suppositione stante: arguit nunc contra eos probando ꝙ si cætera generantur raritate & densitate: tunc nihil erit absolutum: sed cuncta ad aliquid: deducitur: & syllogismus sic componitur quæcunq; generantur magnitudine & paruitate: sunt solum ad aliquid: erit enim genitum omne aut magnum aut paruum: quæ nihil sunt nisi ad aliquid. quæcunq; generantur raritate & densitate: generantur magnitudine & paruitate: ut ex suppositiõe constat. igitur quæcunq; generantur raritate & densitate erunt solum ad aliquid. Inquit accidit autem ita definientibus cũcta ad aliquid dicere: ita ut absolute non erit aliud quidem ignis: aliud autem aqua: aliud uero aer: sed idem adhoc quidem ignis: ad quod est magnum: ad aliquid aliud aer: ad quod est paruũ patet hæc consequentia componendo syllogismum ex suppositione facta. Debes scire ꝙ hæc ratio differt a prima: quia prima fuit contra positionem in se: quæ uoluit primum ælementum esse unum mediorum. Hæc secunda est contra modum ponendi: qui fuit ꝙ ex illo medio cætera generentur raritate & densitate: arguit enim ꝙ sic cætera omnia essent solum ad aliquid: & nihil eorum absolute tale. Hæc quo ad uerba. Auerroes autem in principio cõmenti uelle uidetur, ꝙ Aristoteles contradicat his, inquantum illi concordant cum ponentibus athoma: & fallit: quoniam statim Aristoteles hoc facit: & non in principio textus. postea balbuciendo reducitur ad expositionem nostram: ut bene intelligentibus patet.

Quæ auero. com. xliii.

QVOD Quidem & iis accidit: qui plura quidem ælementa esse aiunt: magnitudine autem & paruitate differre dicunt. Nam cum unumquodq; quantitate sit definitum: erit inter ipsas magnitudines ratio aliqua. quare eorum quæ adinuicem hanc rationem habent: aliud aerem: aliud ignem: aliud terram: aliud aquã esse necesse est: propterea ꝙ in maioribus rationes minorum insunt.

Expositio. Obiter nunc contradicit quibusdam: qui dixerunt plura esse rerum ælementa: sed differre solum magnitudine ac paruitate: quæ uero sint hæc ælementa: quiq; sint hi, qui sic dixerunt: Aristoteles non explicat: nec est nobis curandum. Arguit igitur iis Aristoteles: nam si ita esset: idem esset aer:

ser aer:& ignis:aqua & terra·deducendo consequentiam|supponit ea quæ quātitate differunt: habere inter se aliquam proportionem:qua constituuntur:uerbi causa: si a differt ab ipso b quantitate:ipsum a habet quandam ad ipsum b proportionem:qua ipsum a constituitē in esse:qua posita ponetur ipsum a : & qua remota:etiam remouebitur·Inquit quod quidem & iis accidit:qui plura quidem ælemēta esse aiunt:magnitudine autem & paruitate differre di/ cunt:quicunq; sunt isti:quos non explicat:& quod hoc idem his etiam accidat: deducit:suppo/ nens quod dictum est:& inquit:nam cum unumquodq; quantitate sit definitum: erit inter ip/ sas magnitudines ratio seu proportio aliqua:supple qua constituentur in esse· est igitur suppositio:quæ definiuntur & differunt magnitudine uel quantitate: proportione constituuntur· Ex hac suppositione arguit nullum ælementum esse tale simpliciter : nam ignis erit ad aerem ad quem habet proportionem qua per magnitudinem constituitur:aer etiam erit ignis ad aquam quia quam proportionem habet ignis ad aerem:eam aer habet ad aquam:& aqua erit ignis ad terram ratione eadem:& ita nullum ælementum erit tale absolute·Inquit quare eorum quæ ad inuicem hanc rationem habent:aliud aerem:aliud ignem:aliud terram:aliud aquam esse neces/ se est:& sic quod est ignis ad aquam:erit aer ad ignem:& quod est ignis ad terram:erit aqua ad aerem·& huius consequentiæ causam assignat·d·propterea q. in maioribus rationes minorum insunt:aeri enim inest ratio & proportio minor ad ignem:quæ inest aquæ si comparetur ad aerem:& inest terræ si comparetur ad aquam:& ita proportio minoris ad maius : quæ inest aeri respectu ignis inest aquæ & terræ:aquæ quidem respectu aeris:& terræ respectu aquæ:& ita nihil horum erit absolute tale·Hæc Aristoteles Aueroes autem uelle uidetur Aristotelem contra dicere his:qui dixerunt athoma:quia isti dixerunt athoma esse rerum ælementa:differreq; paruitate & magnitudine:sed errat:quia Aristoteles deducit de quatuor ælementis:& nō de athomis:probat enim q. si quatuor ælementa differunt solum magnitudine & paruitate: tunc nullum eorum erit tale absolute:sed solum proportione:quæ ratio docet fuisse quandam positionē quæ dixit quatuor esse ælementa rerum|ut sunt ignis|aer|aqua|& terra:& illa differre solū quātitate·& contra hos obicit clare Aristoteles:ut omnibus patet:decipitur igitur Aueroes· Quæ auero· com· xliii·

QVICVNQVAE Vero ignem ælementum supponunt: hoc quidem effugiunt:alia uero ipsis accidere absurda necesse est:aliqui enim ipsorum igni figuram accōmodant:ut ii qui pyramidem faciunt:& horum alii quidem simplicius dicentes:pyramidem quidem dicunt figurarum acutissimam:ignem autem corporum· Effugiunt Euadunt Diffugiunt· Absurda Irraciōabilia Accōmodant Adiungunt· Coaptant· Dicunt uerbum additū· Expositio·

Hactenus de his qui primum ælementum fecerunt medium:nunc transit ad eos:qui primū ælementum fecerunt extremum uidelicet ignem:& primo proponit quales facientes ignem ælementum se habeant circa absurda:& inquit quicunq; uero ignem ælementum esse supponunt: quod est extremum:hoc absurdum:quod modo diximus contradicentes medium esse ælementum:effugiunt:alia uero ipsis accidere absurda necesse est:& ita licet euitent dictum absurdum non euitant alia:quæ dicturus est·deinde incipit narrare opiniones:& inquit aliqui enim ipsorum igni figuram accōmodant:ut ii qui pyramidem faciunt:& supple tu:& hi sunt: qui ignem dicunt esse rerum ælementum primum· sed quia isti sunt multi : qui conueniunt in ponendo ignem esse rerum primum ælementum:ponit differentiam eorum pænes modos ponendi seu rationes quibus mouebantur ad ipsum ponendum:& primo narrat primam rationem: quæ sic componitur in secunda figura|pyramidale est acutissimum · ignis est acutissimus· igitur ignis est pyramidalis· Vltra sed pyramidale maxime habet rationem primi ælementi : igitur ignis habet rationem primi ælementi·Aliter potest exponi : q. cum omnes qui ponunt ignem esse ælementum rerum:conueniant in ponendo ipsum esse pyramidalem:ponit differentiam rationum quibus mouebantur ad dicendum ignem esse pyramidalem:& sic non pænes positionē: sed pænes ea quæ consecuntur positionem:Aristoteles ponit differentiam·Inquit et horum alii quidem simplicius dicentes|pyramidem quidem dicunt figurarum acutissimam:& pyramidale esse acutissimum:ignem autem corporum esse acutissimum:quare in secunda figura ex duabus affirmatiuis uoluerunt ignem esse pyramidalē Sed posset dici defendēdo hosce q. ex duab9 affirmatiuis syllogismus est utilis:quando maior conuertitur·Respondet Aueroes q. maior nō conuertitur non enim omne acutissimum in penetrando est pyramidale:nisi quando penetra/ Quæ auero· com·xliiii·

tio fieret merito figuræ:& in habentibus figuras.est igitur rationis huius primus defectus q. fit in secunda figura ex duabus affirmatiuis:quarum nulla conuertitur. Secundus defectus/ut dicit Aueroes est:quia non dum patet an ignis habeat figuram sibi propriam uel ne; & ita minor est falsa. Hæc Aueroes.

Proferentes adducentes Afferétes uer bum additū.

ALII Vero probabilius rationem proferunt: asserentes corpora quidem cuncta ex eo composita esse: quod est omnium maxime subtilium partium. Solidas uero figuras ex pyramidibus. quare cum corporum quidem ignis sit subtilissimum. figurarum uero pyramis maxime paruarum est partium: atq; prima: primaq; figura primi sit corporis:ignis profecto pyramis erit.

Expositio. Nunc tangit rationem secundam aliorum:quæ sic componitur prima figura competit primo corpori. pyramis est prima figura. igitur pyramis competit primo corpori. Vltra pyramis competit primo corpori:ignis est primū corpus. igitur pyramis competit igni. ante igitur q̄ syllogismum componat:narrat qualis sit hæc secunda ratio comparando eam ad primam: & ingr alii uero probabilius rationem proferunt:& ita hæc ratio est probabilior prima. deinde probat primo q. corpus igneum sit primum:& hoc/quia est id ex quo maxime corpora mista componuntur:& sic uult habere minoris probationem in secundo syllogismo: & inquit asserentes corpora quidem cūcta ex eo composita esse:quod est omnium maxime subtilium partium: quale est ipse ignis:ecce quomodo uult habere ignem esse primum corpus: quatenus ex eo omnia alia componuntur:quæ quidem fuit minor secundi syllogismi. deinde tangit probationem minoris primi syllogismi uidelicet q. pyramis sit prima figurarum:& ratio est: quia ex ea omnes solidæ corporeæq; figuræ componuntur:& sic patet minor in primo syllogismo. quibus probatis epylogat primam rationem:& ponit secundam & inquit quare cum corporum quidē ignis sit subtilissimum:figurarum uero pyramis sit maxime paruarum partium: supple concludetur per primam rationem ignem esse pyramidem uel pyramidalem. deinde tangit secundam rationem & copuletur sic & cum etiam pyramis sit prima figurarum: hæc est minor primi syllogismi & iam probata:primaq; figura primi sit corporis:sequitur per primum syllogismum:q. pyramis competit primo corpori. deinde tangit conclusionem secundi syllogismi:quia tota uis stat in minore illius uidelicet q. ignis sit primum corpus:quæ iam probata est: & inquit ignis profectio pyramis erit uel quid pyramidale. Hæc igitur est ratio secunda:quæ duobus syllogismis conficitur. Aueroes autem uoluit q. Aristoteles primo accepit duo antecedentia: & secundo ex illis dedit duo consequentia. Primum est q. corpora omnia sunt composita ex igne. Secundum q. primum corpus scilicet sphæricum est compositum ex pyramidibus. ex his simul sumptis:infert primo q. ignis est cæteris corporibus prior:& subtilior. Secundo q. pyramis est minima & prima figurarum. His duobus illatis: Aueroes ex textu componit duos syllogismos: primus est prima figura competit primo corpori. pyramis est prima figura. igitur pyramis competit primo corpori. Secundus pyramis competit primo corpori: ignis est primum corpus: igitur pyramis competit igni. deinde in cōmento sequitur illa particula. Themistius autem: Vbi Aueroes narrat:q. hæc ratio quam Aristotelem repræhendet:non potest iuste repræhendi: quia illa utitur ipse met Aristoteles quando probat motum circularem competere primo corpori:arguebat. n. primus motus competit primo corpori:circularis est primus motus. igitur circularis competit primo corpori:sed primum corpus est cœlum. igitur competit cœlo:etiam illa utitur Aristoteles quando probat cœlo competere sphæricam figuram: ut patet intelligenti. Aueroes autem dicit q. hæc non sunt paria:quia cœlum necessario debet esse figuratum:quia mouetur & est animal modo omne animal quod mouetur:est figuratum. at ignis cum non moueatur motu animali:nec sit animal:non est clarum an debeat habere figuram propriam.

Quæ Auero. com. xlv.

Plegma Arena unde fit aurum.

ALII De figura quidem nihil dicunt:subtilissimarum autem partium solum ipsum faciunt. deinde ex hoc composito cætera fieri dicunt:perinde ac si arena unde fit aurum conflatur.

Expositio. Nunc narrat positionem aliorum:qui de figura ælementi nihil loquentes/de ælemento ipso concordant:unde inquit alii autem de figura quidem nihil dicunt:sed ipsum ælementum ut alii dixerunt/faciunt tenuissimum ac subtilissimarum partium. deinde ex hoc ælemento ita tenuissimo ac subtilissimo/composito ac cōdensato cætera fieri dicunt:perinde ac si arena unde fit aurum

rum cõflat̃ est.n.arena illa tenuissima:sed cũ ex ea aurũ fit·cõflat̃ ac condensat̃:& hoc pacto frustrũ auri ex ea orit̃ dicit̃ aũt arena unde aur̃ fit:grece uno uerbo plegma latie quoq; frustrũ

Verũ utrisq; hęc difficilia accidũt·Nã si primũ quidẽ corpus idiuisibile faciunt: rursus ad hanc suppositionem rationes/quæ prius dictæ sunt : accedũt· Expositio

Obicit aũt nũc Arist·utrisq; uidel3 tã figurãtibus ęlemẽtũ pyramide:q̃ nõ figurãtibus:& põt rõ sic ordiri:qa uel ælemẽtũ qd ponũt tenuissimũ/est indiuisibile:uel diuisibile·Sed nec sic nec sic:igit̃ ælemẽtũ tale:qle ipm ponũt·eẽ nõ põt primo igit̃ õndit illd nõ posse eẽ indiuisibile: & inqt uerũ hæc utrisq; difficilia accidũt·Nã si primũ quidẽ corpus indiuisibile faciũt·rursus ad hãc suppõnẽ siue oppõnẽ rões q̃ pri9dicte sũt cõtra democritũ & leucipũ/accedũt:quar̃ prima fuit q. q̃tũ ac cõtinuũ nõ esset in infinitũ diuisibile·scda q. indiuisibili posset idiuisibile cõtinuari:q̃ sunt cõtraria principiis mathematicorũ·quo uero ad uerba attinet:uerbum: SVPPOSITIONEM grece est hypothesim:s3 hypothesis iterdũ p põne ac oppõne accipit̃:ut in hoc loco·Auer·ait q. tã ponẽtes figurã igni q̃ nõ ponẽtes cõueniunt prio q. ignis est subtilior cæteris ælemẽtis:& pptérea est ælemẽtũ primũ·scdo q. ex diuersitate cõpositiõis priũ ignis i dẽsitate fiũt cætera corpa ignis·n·apd eos creatus fuit tumorosus apd eos naturaliter in ptibus ab iuicẽ:& cũ ille ptes cõstringunt̃ & appropinquãt:fiũt cætera nã si parũ appropinquãt:fiet aer·si magis:fiet aqua·& si iter̃ magis fiet terra·addit tñ Auer·q. iste sermo potest intelligi solum de hiis:qui dant figurã igni sed ego nõ uideo quomodo possit hoc intelligi:nã littera nostra est negatiua legitur·enim sic alii autem de figura quidem nihil dicunt· Quę Auer·cõ mento·xlvi·

Pręterea si naturaliter cõtẽplari uolũt:hoc dicer̃ nequeũt·Nã si oẽ corp9 ẽ corpori cõparabile scdm quãtitatẽ:& magnitudies ipse tã similariũ:quoq; ęlemẽtor̃ pportiões iter se habẽt:uelut totí9 aquę ad aerẽ totũ:& ęlemẽti ad ęlemẽtũ:& i cęteris id gen9 eodẽ modo:aer etiã maior est aqua:& oĩno id quod est subtiliorũ partiũ/eo quod est crassior̃: patet & ęlemẽtum aquę min9 esse quã aeris·Si igitur magnitudo minor inest maiori : diuisibile pfecto erit aeris ęlementum· & ipsius ignis ident idem:& eorum omnino quę subtiliorum partium sunt: Et Autem· pportiones pportiõabilia Etiam Autem

Obicit nũc scdo rõne naturali:& suppõit primo ælemẽta esse cõparabilia ꝭm quãtitatẽ:& syllogi3at hãc suppositionẽ sic omnia corpora cõparabilia sunt cõparabilia ꝭm quantitate3:ælemẽta sunt corpora cõparabilia:igitur sunt cõparabilia ꝭm quantitatẽ·inqt ptérea si naturaliter cõtemplari uolũt:hoc dicere nequeũt·deinde tãgit maiorẽ & inqt nã si omne corpus est corpori comparabile scdm quãtitatem:hæc est maior uidelicet q. omnia corpora cõparabilia sunt comparabilia scdm quantitatem·deinde tangit minorem & inquit & magnitudines ipe tam similarium corporũ quæcunq; sint illa siue mixta/siue simplicia:q̃ elementorũ ppões inter se habent est igitur minor:sed ælementa & uniuersaliter omnia similiaria sunt comporabilia·ponit exemplũ & habet uim cõclusiõis & inquit uelut totius aquæ ad aerẽ totũ·& uniuersaliter ęlementi ad elementum:& in cæteris id genus similiter hoc est in similaribus eodem modo hæc est conclusio uidelicet q. omnia ælementa & omnia similaria sunt comparabilia scdm quantitatem·secũdo supponit q. in excedente est excessus & res quæ exceditur·ut si a excedit b in digito: in a ipso erit quãtitas b ipsius:& digitus causa autem est quia in maiori est minus & aliquid ultra·inquit aer etiam maior est aqua:& omnino id quod est subtiliorum partium maius est eo quod est crassiorum: q. si ita est patet aerem esse aqua maiorem & aquæ ælementum esse minus ælemẽto aeris·per hæc uult habere q. ex quo aer est maior aqua: in eo est magnitudo aquę:& aliqd ultra:ut ult̃ in cęteris habere uult in maiori cõtineri minus:& aliqd ultra his duobus suppositis·Arguit ppositũ & inqt si igitur magnitudo mior inest maiori·s·per cõtinentiã:diuisibile pfecto erit aeris ælementũ:& ipsius ignis idemtidẽ·& eor̃ oĩno/q̃ subtilior̃ partiũ sunt cõponat̃ igit̃ syllogism9 oĩne cõtinẽs min9 p excessum·est diuisibile·s·in excessu3:& rẽ quæ excedit̃·ignis cõtinet cætera ælemẽta igit̃ ignis est diuisibilis·& ita patet eos nõ conuenire rõnibus naturalibus·sed dices ad qd ponitur prima suppõ·illa enim nihil facit ad syllogismũ dici põt/q. ponit̃ ad obiectionẽ tacitã·posset·n·dici q.ignis nõ est maior nec minor/cum sit indiuisibile:ut ipsi uolunt·ideo posuit primã suppositionẽ/nam per illam tollitur hic cauillus/quia per illam habetur q. ignis sit maior uel minor·quia est comparabilis scdm Expositio. Dubitatio Solutio

quātū alteri ælemēto. Hæc Aristo. q̄ pauci ut mihi ur̄ itellexerīt. Auer. aūt ut diximꝰ. alr̄ pōnē
Quæ Auer: antiquoꝝ interp̄tatꝰ ē: & ideo iuxta eiꝰ interp̄tationē opꝫ dicere q̄ ignis: quē faciūt primū reꝝ
com: xlvii. ęlemētū: sit ex p̄tibꝰ idiuisibilibꝰ: ul' p̄tibꝰ diuisibilibꝰ: ideo dupl'r s̄m Auer. Aristo. obicit p̄rio qdē si diceret ignē eē ex p̄tibꝰ idiuisibilibꝰ. s̄cdo si dicerēt ignē eē ex p̄tibꝰ diuisibilibꝰ. uiteriꝰ s̄ꝫ auer. duabꝰ rōibꝰ obicit Arist. eis si dicerēt ignē eē ex p̄tibꝰ idiuisibilibꝰ rōe qdē doctriali q̄ fūdat̄ i p̄pōnibꝰ mathematicis & rōe naturali: q̄ ē ex p̄pōnibꝰ naturalibꝰ. rō naturalis q̄ ponit in p̄nti textu: s̄m Auer. ē hęc si ęlemēta ip̄a ul' ignis sint ex p̄tibꝰ idiuisibilibꝰ: tūc q̄libꝫ p̄s elemēti q̄ fieret ex p̄te alteriꝰ: fieret ex illa eq̄li i analogia: & ita ex uno pugillo terræ nō fieret x. aq̄: nec ex uno aq̄ fieret x. aeris: nec ex uno aeris fieret. x. ignis. & tota rō p̄ se patet: qa oēs p̄tes ælemētoꝝ ponūt̄ eq̄les nūero sp̄ei ac magnitudie ac idiuisibiles: & ita ḡnatio erit semp̄ eq̄li in analogia. cōsequēs aūt ē cōtra sensū: qa uidemꝰ ex elemēto sp̄issiori fieri elemētū rariꝰ i multiplicata analogia. addit auer. hāc rōnē maxīe tenē si nō det̄ uacuū intrinsecū p̄tibꝰ: nā si daret̄ uacuū intrīsecū: posset fingi unū ęlemētū eē altero maiꝰ nō p̄rium pleni nūero ul' magnitudie s̄ꝫ magnitudie uacuitatū: q̄ itrocludūtur corp̄ibꝰ. hęc Auer. circa primā p̄tē textꝰ: q̄ ita cōsonāt uerbis gręcis Aristo. sicut celo sonat terra: tu uero facile potes itelligere dissonātiā ex trāslatiōibus n̄ris fidelissimis: deide seq̄t̄ illa p̄ticl'a Et cū posuit hoc dixit reuertamur: ubi debes scire q̄ i trāslatiōibꝰ q̄s Auer. expōit sit hęc cōsequētia. si magnitudo mioris elemēti cōtinet̄ i magnitudie maioris: ęlemētū maiꝰ ut aer & ignis: erit diuisibile: & ul'r oē corpꝰ subtile recipiet diuisiōeꝫ sic q̄ erit cōpositum ex p̄tibus diuisibilibꝰ. Auer. dupl'r expōit hoc enthymema uno mō sic intelligēdo an̄s: si ęlemētū alteraret̄ in ęlemētū: tūc p̄tes mutaret̄ de magnitudie in puitatē si elemētū maiꝰ alteraret̄ in puū. uel de puitate i magnitudinē si ęlementū minꝰ alteraret̄ in maius. Aliter intelligit ut sit an̄s si minꝰ elemētū cōtineret̄ i maiori: tūc ęlemētū maiꝰ h̄ret ęlemēta i īfinitū & cōsequētiā deducit: qa h̄ret p̄tes q̄ ulteriꝰ h̄rent p̄tes in ifinitū: & ita ęlemēta infinita qa ęlemēta p̄tes sūt: deinde seq̄t̄ ibi ET ul'r si dixerit: ubi remouet dubiū cōtra hāc rōnē qa dici posset ęlemētū eē unū: & nō plura: & ita p̄tes nō erūt ęlemētū. cōtra obicit Auer. qm̄ unū corpus nō pōt fieri ex altero nisi uel cōplexiōe hoc ē alteratiōe facta i cōplexiōe/ uel cōpositione hoc ē mutatiōe facta in quāto de puo in magnū uel de magno i puū. mō s̄m eos unū corpꝰ nō fit ab uno corpe s̄m cōplexionē. fiet igit̄ s̄m cōpositionē: & ita opꝫ uel ut p̄tes puæ fiāt maiores: uel ut magnę cōgregent̄ in minꝰ: & quouis mō fit: opꝫ ęlemētū h̄re p̄tes: q̄ sūt q̄si elemēta q̄d negabāt: q̄ oia ut mihi ur̄ nullatenꝰ cōsonāt uerbis gręcis Aristo. sed sūt ficta ab eo: et supra falsis trāslatiōibus fundata. deinde seq̄t̄ illa p̄s THEMISTIVS aūt: ubi inducit expōnē themistii: & defensionē: q̄ antiquos defendebat. uoluit igit̄ themistiꝰ q̄ si p̄tes ęlemētoꝝ fuerit posite eq̄les in puitate hoc ē oēs indiuisibiles: tūc ęlemēta erūt eq̄lia: & neutrū neutro maiꝰ. sin aūt p̄tes nō fuerint posite eq̄les hoc est indiuisibiles: sed maiores & miores: tūc elemēta nō opꝫ esse eq̄lia: sed poterit alteꝝ altero maiꝰ esse. & qa antiq̄ siup̄le tn̄ posuerūt p̄tes eq̄les: qa oēs indiuisibiles: ideo seqtur apd̄ eos oia ęlemēta eē eq̄lia: hāc uult esse rōnē Aristo. ut Auer. narrat de mēte themistii postea themistiꝰ ibi. ET IPSE oppōit: soluit hāc rōnē Arist. & ait tūc seq̄ ęlemēta eē eq̄lia: qn̄ p̄tes fuerit posite eq̄les magnitudie & nūero. mō lꝫ p̄tes ęlemētoꝝ sint eq̄les magnitudie: qa oēs sunt indiuisibiles: nō sunt eq̄les nūero: qa plures ponūtur in maiori ęlemēto q̄ i miori. deide ibi NOS aūt dicimꝰ obicit huic solutiōi dupl'r p̄rio qa oꝫ p̄tes maiores eē nūero eq̄les p̄tibus minoris p̄ꝫ ex ḡnatiōe: nā ex oibus p̄tibꝰ minoris fit maiꝰ cū oibꝰ suis p̄tibꝰ: & ex oibꝰ p̄tibꝰ maioris fit minꝰ cū oibꝰ suis p̄tibꝰ: hoc aūt fieri nō posset: nisi p̄tes i utroq̄ eēnt numero eq̄les. aliter nō s̄m se & q̄dlibet sui maiꝰ ex minori: & minꝰ ex maiori: fieret. S̄cdo obicit qa nō pōt fingi p̄tes esse eq̄les nūero in maiori & miori & ęlemētū eē altero maiꝰ nisi ponēdo uacuū in uno maius uacuo i altero: modo hoc uacuū est reprobatū ab Aristote. hæc Auer. ego autem non legi themistiū: ideo si ita dicit uel ne: remitto me Auerroi.

Sin autē diuisibile: iis q̄dem q̄ ignē figura determināt: accidet p̄tem ignis ignē nō
Figura determinant. esse: p̄pterea q̄ pyramis nō ex pyramidibus cōstat. Itē & nō oē corpus aut ęlemētū aut ex ęlemētis esse. Nā pars ignis nec est ignis: nec ullū aliud ęlementū.

Figurant.

Expositio Destruit aliud mēbrū: & inq̄t sin aūt siup̄le faciūt ęlemētū diuisibile: iis q̄dē q̄ ignē figura pyrāidali determināt: accidet p̄rio p̄tē ignis nō eē ignē p̄pterea q̄ pyrāis nō ex pyrāidibꝰ cōstat: qa igit̄ p̄s pyrāidis nō ē pyrāis & ignis est pyrāis s̄m eos. igit̄ p̄s ignis nō ē ignis: q̄d ē falsū. qa ignis ē corpꝰ similare: cuiꝰ p̄tes sunt eiusdē rōnis cū toto. Itē & s̄cdo accidet nō oē corpꝰ eē aut elemētū

aut mixtũ esse ex ælemẽtis. ꝓbat cõsequẽtiã: & inqt nã ps ignis nec est ignis: qa cũ sit pyramis ignis ipse: pars ei⁹ q̃ nõ est pyramis: nõ erit ignis: nec ullũ aliud erit ęlemẽtum: cũ nec aer: nec aq̃: et terra: nec suple tu nec erit mixtũ ex ælementis: quare iis q ignẽ figurãt accidet prio ptẽ ignis nõ esse ignẽ: cõtra rationẽ ignis. accidet scdo aliqd esse corp⁹: qd nec est ælemẽtũ: nec ex ęlemẽtis mixtũ: ut ps ignis. hæc cõtra eos: q ignẽ figurãt. Aueroes in comẽto infert quoddam & inquit & ex hoc apparet destructio sermõis cõuertentiũ ꝓpõnẽ q dãt igni figurãt pyramidalẽ: quia est ælemẽtũ corporũ | hæc Auer. uult. n. q̃ ex dictis Aristo. patet ꝓpõnẽ hãc nõ conuerti oẽ pyramidale est ælemẽtum corpoꝝ: & oẽ ęlementũ corpoꝝ est pyramidale: nã licet oẽ pyramidale sit ęlementũ corpoꝝ: nõ tñ omne elemẽtũ corporũ est pyramidale. Instãtia est de glebba ignis: quę quidẽ est ælementum corporum: & non est pyramis. — Que Auer. comento. IIII.

Iis autẽ qui magnitudie definiunt: accidet aliquid prius ęlemẽto esse ęl'tũ & hoc ĩ ĩfinitũ abire: si quidẽ oẽ corp⁹ diuisibile ẽ: & quod ꝑuaꝝ magis ẽ ꝑtiũ: est ęl'tũ.

Nũc obicit his q ælemẽtũ definierũt ꝑuitate magnitudinis: nã ut dictũ est aliq uoluerũt ęlemẽtum eẽ magnitudie ꝑuũ: & quãto ꝑui⁹: tãto magis est ælemẽtũ. obicit cõtra: & sumit ans sic: si omne corpus est diuisibile | ut ꝓbatũ est: & qd ꝑuaꝝ magis est ꝑtiũ: est ęlementũ: ut ipsi dicũt accidet aliqd pri⁹ ælemẽto esse ælemẽtũ | nã ptes ælemẽti sunt priores ælemẽto: q̃ tñ erũt ælementũ: qm sunt ꝑuiores. istę igit̃ ptes priores ęlemẽto: erũt ælemẽtũ: sunt qdẽ qd pri⁹ ælemento: qa sunt pres: q̃ semp uia cõpositiõis pcedũt totũ. sunt ælementũ imo magis: qa ꝑuę ac minores toto: & addit hoc abire in infinitũ: quatenus ptes illę sunt adhuc diuisibiles in ptes: & illæ adhuc in alias. Aueroes pñti comẽto reducit rõnẽ hãc ad ꝓpõnes | pte illa. ET DIXIT HOC: quaꝝ prima est q̃ oẽ corp⁹ cõpontẽ ex ptib⁹ diuisibilib⁹ in infinitũ: ita & semp ptes minores & in miores in infinitũ sint subtiliores ac subtiliores. Scda est q̃ semp subtile ẽ ælemẽtũ corpis grossioris: hæc scda ꝓpõ cõcedit̃ ab aduersariis: prima uero licet nõ sit ab eis cõcessa: tñ seqtur ab illis: q̃ ipsi cõcedũt. cõcedũt. n. oẽm ptẽ ꝑuã diuidi in minorẽ: & subtile corp⁹ in subtilibus ex iis ꝓpõnib⁹ arguit̃ omne subtile est ælemẽtũ spissioris: omne ælementũ habet subtile & subtilius in infinitũ. igit̃ omne ælementũ habet ælemẽta in infinitũ. hæc Auer. & bene. — Expositio — Quæ Auero. comẽto. xxII.

Pręterea & his etiam accidit dicere idem ad hoc quidem ignẽ esse; ad aliud autem aerem: & aquam rursus ac terram.

Secũdo obicit: & cõponit̃ sic enthymema | ut Auer. facit. Si differẽtię ælemẽtoꝝ qb⁹ differũt ꝑ raꝝ & densum: sunt ẜm magis & min⁹: ita ut ignis nõ differat ab aere nisi ẜm ꝓportionẽ terminatã inter eos in raritate ac dẽsitate: seqtur q̃ si reperiret̃ aliud corpus: cui⁹ ꝓportio ad ignẽ esset: quãta ignis ad aerẽ: illd corp⁹ ad ignẽ esset ignis: & ignis ad ipm eẽt aer. itẽ ignis ad aerẽ eẽt ignis & aer ad aquã eẽt ignis & reliqua. hęc Auer. Meli⁹ deducerẽ enthymema sic arguẽdo. si ignis differt ab aere ꝓportiõe magnitudinis numerali: tũc idẽ corp⁹ esset ignis aer: aqua & terra. deducitur summẽdo a ignẽ cui⁹ ꝓportio ad aerẽ esset: q̃ ignis ad aerẽ. a. n. esset ignis: qd uero eẽt aer ꝓbo minuẽdo ipm a in tãta ꝓportione in quãta aer se habet ad aquã: & seqtur a esse aerẽ. similiter minuẽdo a in tanta ꝓportiõe in quãta aqua se habet ad terrã: & igit̃ ipsum a esse aquã. similiter minuẽdo ipm tm̃ qd ad nullũ alid ꝓportionẽ habeat: & seqtur a ipm esse terrã: quare idẽ corpus specie erit ignis aer aqua & terra: ut patet uariatiõe ꝓportiõis. & ut recte dicit Auer. totum hoc accidit: quia differẽtias illorũ ponũt ex capitulo quantitatis relatiue. — Expositio. — Que Auer. comento. l.

Cõmune autẽ peccatũ iis oibus est: qui ælementum unũ supponũt: unũ naturalẽ solum: oĩumq; eundẽ facere motũ. Omne nãq; naturale corpus prĩcipiũ habere motus uidemus. Si igit̃ oĩa corpora unũ qd sunt: unus sane oĩum motus erit: & hoc eo magis moueri unũquodq; necesse est: quo qdem maius sit. Quẽadmodũ & ignis / quo qdẽ maior fit: eo sua latiõe sursum celerius fert̃. Accidit autẽ m'lta deorsum celerius ferri. Quare ꝓpter hęc ipsa: & insuper cũ definitum sit prius naturales plures esse motus; patet unum ælementum esse non posse. — Ynum quodq; uerbũ additũ. Quo quãto.

Vltimo obicit cõmuni ratione quę omnibus ualet uidelicet q̃ si unum tantum esset elementũ unus esset motus naturalis tantũ: deducitur: quia motus distinguũtur ꝓpter formas diuersas ælementoꝝ: & ita si omnia ęlementa erunt unũ ęlementũ in forma: omnium erit unus naturalis motus: quod est cõtra sensum: quia uidemus motum quo leuia sursum ferũtur. & motum | quo grauia deorsum mouẽtur. Inquit cõe autẽ peccatũ his omnib⁹ est: qui ęlemẽtum unũ sup — Expositio.

ponunt:unũ naturalẽ solũ/ omniũq; eundẽ facere motũ. & deducit hoc sequi ad eorũ positionẽ & inquit omne nãq; naturale corpus principiũ habere motus uidemus:& etiam sic Scdo phisi/corũ est definitũ. Si igitur omnia corpora.s.elemẽta unũ quod elementũ sunt: suple tu unum erit omniũ principiũ motus:& per consequens unus erit motus naturalis omniũ. hoc autẽ est contra sensum:quia reperiũtur plures motus uidelicet quo sursum quedã ferũtur:& quo deor/sum alia:& hoc.s.motu sursum eo magis moueri unũ quodq; leuiũ necesse est:quo quidẽ mai⁹ sit leue: quemadmodũ & ignis:quo quidẽ maior fit:eo sua latiõe celerius sursum fertur. Simili/ter accidit quedã alia deorsum celerius ferri:ut grauia:uel melius hæc pars exponitur.ut sit to/tum hoc pars cõsequẽtis:& tũc cõsequẽs erit unũ esse omniũ quo uidelicet corpora elemẽtaria differũt ẜm magis & minus/non simpliciter.quia ut oĩa elemẽta unũ sunt simpliciter.ẜm eos solum differẽtia in respectu:sic omniũ erit unus motus:quo solũ elementa differũt in respectu & hoc ait:& hoc eo magis moueri unũ quodq; necesse est:quo quidẽ maius sit: quẽadmodum & ignis/ quo quidem inter elemẽta maior fit:eo sua latione sursum celerius fertur. & aer quo q/dem minor est igne:& maior aqua:eo mouetur sursum minus igne:& magis aque:& aquẹ quo quidem est minor aere & igne:& maior terra:eo fertur sursum min⁹ igne & aere: & magis ter/ra.terra uero cum sit omniũ minima:ideo ut dicit mouetur deorsum:ꝓpterea inquit accidit au tem multa deorsum celerius ferri:quia terra mouetur deorsum non simpliciter:sed quasi modo Accidentali in respectu. Sic igitur sequitur si elemẽta omnia sunt unum:omnium unũ esse mo tum:qui differt in eis ẜm magis & minus/uelut elemẽta differunt ꝓportione ẜm magis ac mi nus:hæc relinquit tanq̃ manifeste falsa:ideo inquit quare propter hæc ipsa absurda manifesta & insuper etiã quia definitum est prius naturales plures esse motus.ut primo huius:patet unũ elementũ esse nõ posse:& hoc pacto ego intelligo locũ hunc nõ leuẽ:qcqd iuniores uelint:sed queres utrũ si sint omnia elementa unũ tantũ:sequat̃ unũ esse motũ omniũ corporũ uel solum omnium ẹlemẽtorũ tantũ esse unũ motũ. Recte respondit Auer.q̃.si omnia ẹlemẽta unũ sunt elementũ:sequitur omniũ ẹlementorꝫ & omnium mixtorũ unũ specie esse motũ.causa est q̃a mixta omia unũ erunt specie:quod mouebit̃ ut ẹlementi:q̃d in eo prẹdominat̃.ꝑterea Auer. q̃rit cũ in ei⁹ sermõe addidit. ET HOC EO MAGIS MOVERI:& r̃ndet hoc esse additũ ad demõstrandũ cõsequẽs esse impossibile:quia uidemus quẹdã sursum magis ac magis ferri:quo leuiora sunt:quædã magis deorsum/quo grauiora sunt:Et ita ẜm Auer. hæc uerba posita sunt ad destructionẽ consequentis. Ego uero puto illa esse posita:ut ptes cõsequẽtis/ut diximus.

Cum autem neq; infinita sint : neq; unum : plura esse atq; finita necesse est.

Expositio. Epilogat & inquit cum aũt neq; infinita sint:neq; unũ ẹlementũ:plura esse atq; finita necesse est. Vtrũ autẽ quattuor: in libro de generatiõe cõplebitur.

Considerandum autem primo utrum sempiterna sint : an genita corrumpantur. quo quidem demonstrato : & quot ipsa sint : & qualia : perspicuum erit.

Quo quidem hoc enim Ipsa quidem

His de numero ẹlemẽtorũ generatim discussis/proponit aliã de ẹlemẽtis pertractationẽ:& inq̃t considerandũ autẽ suple post hæc primo utrum sempiterna sint:an genita corrũpãt̃. & reddit causam huius intentiõis/& inquit quo quidem demõstrato: & quot ipsa sint: equalia: perspi/cuum erit.quot quia quattuor:qualia:quia aliud calidũ siccũ ut ignis:aliud calidũ humidum ut aer:aliud humidũ frigidum/ut aqua:aliud frigidum siccum/ut terra:quẹ duo in libris de ge neratione complebuntur.

Dissolui disso/lutũ resolutũ

Sempiterna quidẽ igitur esse ĩpossibile est : & enim ignẽ :& aquã: & unũ quodq; simplitium corporum dissolui uidemus.

Expositio Soluit questionem propositam per ea quæ sensibus patent.& inquit sempiterna quidem igñ esse impossibile est.&.n.ignẽ/& aquã/& unũ quodq; simplicitũ corporꝫ dissolui uidem⁹ & sic quẹ stio hæc per sensus facile soluitur.

Dissolutionem uero aut infinitam esse : aut stare necesse est.

Expositio Soluta q̃õne p sensus:q̃rit aliã q̃õne uidelicet utrꝫ dissolutio ẹlemẽtorꝫ quẹ sensib⁹ constat: sit infinita:an finita:& hoc ꝓponit/& inq̃t dissolutionem uero quẹ sensibus patet:aut infinitam esse:aut stare necesse est:ideo querit quod istorũ duorꝫ sit dicendum.

Si igitur infinita est: & dissolutionis tempus infinitum erit :& tempus rursus cõ/positionis. una queq; enim partium in alio tempore dissoluitur atq; compo/

nitur·quare fiet ut extra tempus infinitũ tempus sit aliud infinitum · qñ quidẽ & cõpositionis:& ẽt hoc quod prius est dissolutionis tẽpus:infinitum est·quare extra infinitum fiet infinitum:quod quidem impossibile est·

Tempus uer/ bum additũ·

Arguit nunc destruendo utrunq; membrum & primo q̃ dissolutio non sit infinita a primo ad ultimum:quia si dissolutio sit infinita:tempus mensurans illam erit infinitum · Vltra si tempus dissolutionis sit infinitum:tempus compositionis erit etiam infinitum: duorum enim contrariorum tempus æquale est:sed dices unum est tempus dissolutionis & compositionis·igitur nõ sunt duo tempora:quasi Respondendo inquit unaquæq; enim partium in alio tempore dissoluitur:atq; componitur·quare tempus dissolutionis aliud est a tempore compositiõis·Vltra arguit:tempus compositionis est infinitum & aliud a tempore compositionis etiam infinito:igitur fiet/ut extra tempus infinitum sit aliud tempus infinitum·quando quidem & compositionis & etiam hoc quod prius est dissolutionis tempus infinitum est:& alterum ab altero infinitum:& propterea cõcludit quare extra infinitum fiet infinitum:quod quidem impossibile est: & ita patet dissolutionem ipsam non posse esse infinitam · Quo uero ad uerba attinet/ dissolutionis tempus ait prius esse uia imperfectionis: compositionis autem tempus prius uia perfectionis Aueroes autem proponendo intentionem capituli uult q̃ Aristoteles declaret nullum æelementorum esse æternum:imo generabile ac corruptibile secundum omnes partes/& hoc siue generatio illorum fiat per diuisionem totius in partes indiuisibiles/ut antiqui dixerunt:siue per transmutationem in substantia:& tangit breuibus rationem propositæ intentionis : quia uidelicet nulla relinquitur ex æelementis pars:quæ non recipiat generationem : & corruptionem:non quidem in quantitate:sed in substantia·Vlterius Auero · notat propositæ intentionis duas utilitates:prima est quia ex hac perscrutatione relinquitur uia inueniendi numerũ æelementorum:nam cum scitur æelementa esse corruptibilia:scitur numerus qualitatum : quo scito per uiã combinationum possibilium scitur numerus eorum·Secundo cum scitur ipsa corruptibilia:scitur quæ sunt cõtraria:quæ media : & ita scitur numerus·Tertio notat Auer·q̃ hæc quæstio de æternitate æelementorum est cõmunis tam peripateticis:qui uolunt tam generationem q̃ corruptionem fieri in substantia:q̃ aliis qui dicunt generationem fieri congregatione:corruptionem uero fieri disgregatione per quantitatem·Quarto notat deductionem consequentiæ quæ fit in textu:uidelicet si tempus dissolutionis est infinitum : tempus compositionis est infinitum·quia/ut dicit/corruptio unius est generatio alterius:& generatio unius corruptio alterius:quare si tempus dissolutionis est infinitum:tempus generationis erit infinitum · Sed pace Auerois hæc deductio non ualet:quia tunc non sequeretur esse duo tempora infinita:quorum unum esset extra aliud:quia tempus dissolutionis & compositionis est unum tempus : & non duo·& maxime cum ipse Auero·laudet translationes alphagaræ:quæ uoluerunt tẽpus compositionis esse aliud a tempore corruptionis·ideo ipse met Auero·uult per tempus corruptionis siue dissolutionis:& per tempus compositionis siue generationis eiusdem rei: tunc enim sunt diuersa:nam tempus quo res generatur:est diuersum a tempore quo illa met res corrumpitur· Potest Auero·defendi quia si tempus generationis unius & tempus corruptionis contrariæ rei sit unum:sequitur si tempus corruptionis sit infinitum:tẽpus generationis etiam sit infinitũ:quare sequitur tempus generationis non esse maius tempore corruptionis · & per consequens siue sint eiusdem rei:siue contrariæ generatio & corruptio in tempore sunt æquales: quare sequitur si tempus dissolutionis sit infinitum:tempus compositionis eiusdem rei erit infinitum: & quoniam generatio & corruptio eiusdem rei sunt diuersæ/& in diuersis temporibus: est enim generatio socratis prior corruptione eiusdem·quare sequitur esse duo tempora infinita:quorum unũ est extra aliud:quod est contra definitionem infiniti·Hæc Auero·quo ad textum:uerum parte illa·Et debes scire quod non est possibile·Digreditur aliquo modo : potest autem digressio sic continuari/dicendo q̃ Auero·soluit in illa dubitationem:dixit enim Aristoteles duo tempora infinita inueniri non posse:quorum alterum sit extra alterum:contra quia præteritum est infinitum:& futurum est infinitum : & unum est extra aliud:igitur duo infinita esse possunt quorum unum est extra aliud·Quidam Respondet q̃ duo infinita secundum quid reperiri ipsum: non autem duo infinita simpliciter·modo præteritum est infinitum ſm quid quia a parte ante & finitum ſm quid:quia a parte post·Similiter futurum est finitum ſm quid:quia a parte ante: infinitum etiã ſm quid : quia a parte post·quare duo infinita ſm quid reperiri nihil prohibet·

Expositio·

Quæ Auero· com·lii·

Auero autem ait duo infinita reperiri posse ex ea parte qua sunt finita: ut præteritum reperitur ex parte post cum futuro ex parte ante. ex parte ante qua infinita sunt: reperiri non possunt: non enim potest reperiri præteritum infinitum ex utraq; parte cum futuro infinito ex utraq; parte. & hoc ut ait sequitur ad hanc positionem: nam cum positum fuerit tempus generationis esse infinitum: & fuerit positum extra ipsum tempus corruptionis: tunc extra infinitum erit positum aliquid ex parte qua est infinitum. Deinde sequitur illa particula. Et apparet hoc cū fuerit: Occurres contra hæc: nam potentia quæ fuit in præterito ad a formam: quæ hodie facta est: ipsa est simpliciter infinita: quia tempore infinito stetit ad formam a. & potentia ad b formam: quæ est generabilis infinito tempore futuro est etiam infinita: igitur dari possunt duo
cō. cxx. cxxxiiii. & cx xxvi xlvi. infinita: quorum unum est extra aliud soluit Auero. hic & primo huius: & octauo physicorum q potētia potest dupliciter considerari aut in se & per se: aut per accidens respectu indiuiduorū formæ. per se quidem & absolute potentia ad formam a est simpliciter infinita: & nullo modo est finita. per accidens uero respectu indiuiduorum est finita a parte post: & infinita a parte ante. Similiter dici potest de potētia ad formam in infinitum post generabilem: absolute enim si consideretur: non finitur ex aliqua parte: sed per accidens quatenus inter indiuidua est ordo per accidens: & quatenus unum indiuiduum per accidens præcedunt infinita: potest dici finita a parte ante: & infinita a parte post. Quare dici potest q potentia absolute considerata ē utraq; ex parte infinita: quia ut sic nihil aliud est nisi materia: & hoc modo est una potentia ad formā: quæ est generabilis tempore infinito post: & ad formam: quæ fuit in præterito infinito: non enim ut sic sunt duæ potentiæ simpliciter infinitæ: sed una tantum: est igitur solutio q si consideretur potentia per se ut subiectum formarum: sic est una tantum: ut materia ipsa: & est utraq; ex parte infinita: sed si consideretur potentia secundum quid & per accidens respectu formæ ad quam limitata fuit: ut sic est infinita secundum quid: & non est absurdum reperiri duas tales. & quia Plato non distinxit inter per se & per accidens: uoluit per se genitum posse corrumpi & esse æternum. Unde concessit duo æternum aliquando desinere: & genitū esse æternum: & motus fuit argumento accepto a potentia: quæ fuit æterna: & tamen in aduentu formæ desinit: tu
com. cxx. uero quære solutionem primo huius clariorem.

SIN Autem stabit alicubi dissolutio: an id corpus in quo stabit īdiuisibile erit: an diuisibile quidem: non tamen diuidetur unquam: ut empedocles uelle dicere uidetur: indiuisibile quidem igitur non erit: propter rationes antea dictas: at neq; diuisibile quidem erit: nunq̄ autem diuidetur. Minus enim corpus facilius q̄ maius corrumpi potest. Si quidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione: ut dissolutio est in minori: ipsum minus adhuc magis id pati, consentaneum est rationi: ignem autem duobus modis corrumpi uidemus. Nam & a cōtrario corrumpitur: cum extinguitur: & ipse a se ipso marcescens. Hoc autē patitur minor a maiori: & eo celerius: quo minus est. quare corporū ælementa corruptibilia & generabilia esse necesse est.

Corrūpi pōt Facili⁹ est corruptibile. Eo: quo Quanto.

Expositio. Hactenus probauit q ælementorum corruptio siue generatio non sit infinita: nunc probat q corruptio ælementorum non sit finita. Ubi debes scire q empedocles agrigentinus posuit duplicia ælementa: quædam quæ uidentur ælementa: & non sunt: ut quæ uidetur aqua: non tamē est aqua pura: sed aqueum. Similiter qui uidetur ignis: non tamen est ignis purus: sed igneum quoddam: & sic de cæteris. quædam sunt ælementa: & non uidentur: ut ignis purus: aer purus: aqua pura: & terra pura: hæc enim sunt ælementa: non tamen apparent. dicebat empedocles ælementa quæ uidentur ælementa esse corruptibilia: & eorum corruptionem stare ad ælemēta uera: quæ licet sint corruptibilia: tamen nunq̄ corrumpuntur. Imaginatur enim empedocles mista resolui ad ea ælementa: quæ uidentur ælementa: & hæc ælementa resolui ad pura ælementa: quæ licet sint corruptibilia: nunq̄ tamen corrūpuntur: & sic corruptionem ælementorū uult ut stet ad corpora diuisibilia: quæ nunq̄ diuidentur. Probat igitur Ari. q corruptio ælrorū: quæ uidenē ælīa non stet ad corpora diuisibilia: q̄ sunt uera ælīa: sed oīa sūt corruptibilia: ita ut aliqn̄ corrūpanē. Inqt sin āt stabit alicubi dissolutio: qrit qle corpus erit illud: ad qd stat dissolutio: & inqt an id corp⁹ in quo stabit: indiuisibile erit: ut dixit democrit⁹: q uoluit corruptionē

ælemētorꝫ resolui ad athoma:an diuisibile quidem:non tamen diuidetur unq̄:ut empedocles uelle dicere uidetur:qui uoluit mista resolui ad ælementa impura:& impura ælementa ad quædam alia ælementa pura:quæ sunt diuisibilia:nunq̄ diuidenda. Obicit contra utrunqꝫ:& inqt: indiuisibile quidem igitur non erit supple illud ad quod stat resolutio ælementorum : ut dixit democritus:propter rationes antea dictas contra eum:quas non repeto:quia satis sunt explicatæ. Deinde specie destruit secundum membrum:quod posuit empedocles: & inquit at neqꝫ diuisibile quidem erit:nunq̄ autem diuidetur:ut dixit empedocles:qui uoluit corruptionem ælementorum impurorum stare ad ælementa pura:quæ sunt diuisibilia : & nunq̄ diuisa : Minus enim corpus facilius q̄ maius corrumpi potest:& supple tu uerum ælementum est minus corpus q̄ ælementum impurum:& ælementum impurum corrumpitur aliquando:igitur ælemētum purum aliquando corrumpetur. Et hoc subdit:si quidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione/ut dissolutio est in minori:ipsum minus adhuc magis id pati consentaneum est rationi Vnde hæc ratio resoluitur ad propositiões prima est q. si corrumpitur corpus maius: corrumpitur etiam minus. Hæc propositio patet in his quæ sunt eiusdem rationis: quia in maiori est maior uirtus resistendi:q̄ in minori. Secunda ælementum impurum est corpus maius ælemento puro:patet quia cæteris paribus ælementum impurum continet purum. Tertia propositio est q. ælementum impurum corrumpitur de facto. Hoc probat exemplo ignis: qui(ut dicit)dupliciter corrumpitur:aut a contrario:cum extinguitur. aut ab intrinseco:cum ipse a se ipso marcescit. Ex his tribus propositionibus componitur syllogismus:si maius corpus est corruptibile:& corrumpitur:minus corpus erit corruptibile/& corrumpetur. sed maius est corruptibile/& corrumpitur aliquando igitur minus aliquando corrumpetur. Sed ælemētum purum est minus:& ælementum impurum est maius:& ælementum impurum corrumpitur aliquando. igitur ælementum purum aliquando corrumpetur. Hæc ratio tota patet ex propositionibus: & ideo inquit hoc autem patitur minor a maiori/ut minor flamma a maiori:& eo celerius:quo minus est. Quo uero ad uerba attinet:debes scire:hæc uerba posse dupliciter intelligi: uno modo ut minus patiatur a maiori:ita ut minus corpus sit paciens:& maius sit agens:& hoc licet sit uerum:non tamen ad propositum. patitur minus calidum a magis calido:non tamen est ad ꝓpositum. Alio modo intelligi potest ut minus hoc modo patiatur a maiori idest respectu maioris. Nam minor flamma patitur magis q̄ maior hoc est facilius:& sic intelligit in proposito inquit hoc autem patitur minor supple ignis a maiori idest respectu minoris : & eo celerius quo minus est. Ex his dat conclusionem/& inquit quare corporum ælementa quæ sunt pura:& propterea dicuntur ælementa corporum:corruptibilia & generabilia esse necesse est. Sed occurres quia illa regula si maius corrumpitur minus facilius corrumpi potest:non ualet nisi in his quæ sunt eiusdem rationis. modo ælementum purum & impurum nō sunt eiusdem rationis. Nam impurum est mistum:modo mistum non est eiusdem rationis cum simplici ex quo constat. potest dici illa esse eiusdem rationis subiecti:quoniam ambo conueniunt in eadem specie materiæ:immo in eadem materia numero:& propterea ualet si impurum ælementū aliquando corrumpitur:quod est maius:purum quod est minus:aliquādo corrumpetur: quia ambo sunt eiusdem rationis subiecti. Pulchra dubitatio esset si ignis potest corrumpi ab intrinseco circumscripto omni contrario extrinseco. Sed quia hæc dubitatio est optime disputata in libris de generatione: usqꝫ illuc dimictatur. Animaduerte q. Auero. dicit fuisse opinionem empedoclis quædam ælementa corrumpi/ut partes ælementorum quæ sensibus nostris patent: Hæ enim partes corrumpuntur:quædam alia esse in se corruptibilia : quæ tamen nunq̄ corrumpuntur : ut sunt ælementa:quæ nobis non uidentur. Et ad hæc dixit empedocles stare corruptionem ælementorum:quæ nobis uidentur corrumpi:& sic Aueroes idem quod nos:sentit. Secundo animaduerte q. secundum Auceroem cum Aristoteles dixit ignem dupliciter esse corruptibilem: uoluit innuere in utroqꝫ modo corruptionis semper minorem ignem citioris esse corruptionis q̄ maiorem:ignis enim minor citius corrumpitur a suo contrario:q̄ maior:& ignis minor citius extinguitur ac marcescit a se q̄ maior:quare uult habere minorem facilius corrumpi. Tertio debes scire q. Aueroes ait ignem marcescere a se: quando defectu materiæ / in qua continetur: extinguitur. Sed occurres an possit ignis corrumpi defectu materiæ sine contrario ipsum corrumpente. Respondet Aueroes quod non : quia corruptio quæ fit defectu materiæ : est etiam ex contrario:sed per accidens : quia contrarium nunquam ipsum corrumpet:donec materiam illi conuenientem repetit. Confirmat hoc:quia ut dicitur in secundo de anima nihil

Dubi.

Sol.

Quæ Auero. com. lii.

generatur a se: & nihil corrumpitur a se supple sine contrario extrinseco: & sic tenet Aueroes ignem qui a se marcescit: non corrumpi absq contrario· Vnde pro satisfatione uerborum Aristotelis uidetur uelle q duplex est corruptio una a contrario: & est quæ principaliter est a contrario: & hæc dicit a contrario principaliter: non q nõ sit defectu materiæ· Altera est a defectu materiæ principaliter: licet non sit absq contrario· uerbi gratia mors naturalis hominis est pricipaliter defectu materiæ: tamen est a contrario: quia a sicco accidentali· Mors uero præternaturalis: ut mors iuuenis est principaliter a contrario: tamen non est sine defectu humidi· Vel fortasse dici potest q Aristoteles uelit ignem posse corrumpi aliquando a se defectu contrarii: quã do uenit ad naturalem finem suæ periodi· Aristoteles enim omnibus genitis in libris meteororum præbuit periodum: qua uiuunt: uel qua stabilita sunt in esse: quæ igitur corrumpuntur p hoc q perueniunt ad finem suæ periodi: uult corrumpi sine contrario: sed solum propter materiam: quæ appetit tunc aliam formam: & ideo tunc pereunt sine contrario positiuo: & per solũ contrarium priuatiuum· alia uero pereunt præter naturaliter quando præuenit eorum corruptio finem suæ periodi: & hæc uult corrumpi propter contrarium positiuum: sed de his in libris de generatione multa quære· Ex his perspicuum est: q ælementorum generatio non sit infinita: nec etiam finita· Sed occurres omnis motus est finitus: uel infinitus· generatio est mot?: uel cum motu· igitur uel finita: uel infinita· dici potest q generationem uel corruptionem esse finitam uel infinitam potest dupliciter intelligi· uno modo respectu temporis: & sic quælibet est finita: quoniam quælibet pars ælementi: quæ generatur: generatur in tempore finito: uel corrumpitur in tempore finito· alio modo respectu terminorum: & sic nec est finita: nec infinita: infinita quidem non: quia pars ignis cum fit: non fit ex parte alia: quæ etiam fiat: & sic in infinitum: nec cum corrumpitur: corrumpitur in partem quæ corrumpitur: & sic in infinitum: finita uero minime: quia non corrumpitur ad aliquod: quod non potest corrumpi: nec generatẽ ex aliquo: quod non potest generari: quare hoc modo nec finita est nec infinita: tamẽ respectu temporis est finita: & sic concludit ratio·

Dubi·

QVM Autem generabilia sint: aut ex non corpore: aut ex corpore ipsorum generatio erit· & si ex corpore: aut ex alio: aut ex se uicissim·

Expositio· Quæ auero· com·liiii·

Aueroes optime introducit hanc questionem: ait enim sensu apparere q ælementa generentur uicissim ex inuicem: & ita hoc non quærit: cum sensibus pateat: quærit autem utrum ælementa generentur ex se uicissim essentialiter ac per se: ita ut non possint fieri: nisi ex inuicem fiant· nã hoc sensibus nõ constat· fecit autem hoc Aristoteles ut dicit Aueroes per simile ad id quod quæsiuit de corruptione: nam quemadmodum quod uidetur sensu de corruptione eorum: non est sufficiens in certificatione q ælementum quod corrumpitur: secundum omnes partes corrumpatur: ita est hoc quod uidetur de generatione eorum adinuicem: scilicet quia non sufficit p hoc scire si per se ex se mutuo fiant: ideo quærit utrum ex se inuicem mutuo fiant ælementa perse· quare cum probauit de ælementis quod illud quod generatur & corrumpitur: generatur & corrumpitur secundum omnes suas partes: quærit nunc de secunda intentione uidelicet utrum ex se mutuo perse generentur: & inquit cum autem generabilia sint supple secundum omnes partes: ut antea probatum est: ideo quæritur post hoc utrum ex non corpore: aut ex corpore ipsorum generatio sit: & si generatio sit eorum ex corpore: quæritur an ex alio corpore supple priori ælementis & alterius generis ab eis: an ex se uicissim supple secundum Aueroem per se & essentialiter fiant· Hæc est expositio Auerois: & satis pulchra·

IS Quidem igitur sermo: qui ex non corpore ipsa generat: uacuum facit: omne enim quod fit: in aliquo fit: & id in quo fit generatio: aut non corpus erit: aut corpus habens· Et si quidem habebit corpus: duo corpora simul erunt in eodem id uidelicet quod fit: & id quod præerat· Sin autem non corpus fuerit: uacuum seperatum esse necesse est· hoc autem impossibile esse & antea demonstratum est·

Ipsa uerbum additum· In græco super fluit uerbum generans· Erunt Habebit Seperatum aphorismenõ Definitum·

Nunc Aristoteles destruit duo membra: ut concludat membrum uerum: probat igitur primo q ælementa non generentur ex non corpore: & hoc proponit id· is igitur sermo: qui ex non corpore ipsa generat: uacuum facit: & sic uult illa non fieri ex non corpore: quia sequeretur uacuũ esse· pro deductione consequentiæ sumit unum suppositum in quinto physicorum satis declara

Expositio·

tum

tum:& inquit omne enim quod fit in aliquo supple ut in loco fit·Hæc est suppositio satis nota: qua stante quærit:& id in quo fit generatio:aut non corpus erit:aut corpus habens·probat q. non habeat corpus:& inquit:& si quidem habebit corpus:duo corpora simul erunt in eodem id uidelicet quod fit:& id quod præerat in eo·Sin autem locus in quo fit:sit non corpus/ita ut in ipso nullum sit corpus sensibile:uacuum seperatum esse necesse est:nam est quantum quoddam in quo fit generatio:& non est corpus in eo sensibile:igitur uacuum·hoc autem impossibile est sic & antea in quarto physicorum demonstratum est·Hoc modo themistius & Alexander exposuerunt/ut Aueroes narrat:eos enim non uidimus·Circa hunc locum Aueroes diligenter procedit:ut mihi uidetur:ideo non sui cōmenti omnes utiles partes adnotabimus·Quantum igitur ad textus introductionem:inquit in hoc capitulo uult destruere duas diuisiones siue duo membra prædicta syllogismi diuisiui/ad concludendum tertium:erat enim syllogismus ælementa generantur secundum omnes partes:uel igitur ex non corpore:uel ex corpore priori eis:uel ex se mutuo:probat igitur secundum Aueroē q. ælementa non generentur ex non corpore: nec ex corpore priori:ut concludat illa fieri mutuo ex se inuicem·Hæc est introductio Aueroís·Deinde sequitur illa particula cōmenti·Et intendit per non corpus:Vbi Aueroes declarat quid Aristoteles pro non corpus uelit:cum quærit utrum ælementa quæ generantur: fiant ex non corpore:uel corpore alio:uel ex se inuicem·Nam declaratis terminis facile intelligitur processus· Aristotelis & probat q. per non corpus Aristoteles non potest intelligere ipsum non esse siue ipsum nihil quod est priuatio simpliciter entis:sed corpus in potentia quale est materia: quæ est non corpus actu·primo quia generatio est motus saltem communiter dictus:omnis motus eget subiecto·igitur per non corpus non potest intelligere ipsum nihil·Secundo probat idē ibi Et etiam res:Quia res quæ fit:alia est a re ex qua:ut e termino e quo fit:ut patet in cæteris trāsmutationibus:sed in aliis transmutationibus necessario requiritur subiectum·igitur in generatione:addit tamen quandam differentiam:quia in aliis trnsmutationibus subiectū est in actu· In generatione autem quæ est in substātia:subiectum est in potentia· ut alibi diximus·Tertio probat idem ibi·Ipse ergo:quia si per non corpus intelligeret non esse:tunc non esse reciperet esse:ut deductum fuit in libris physicorum sæpe·Quarto ibi·Et ideo propositio: probat sic qa antiqui imo omnes uolunt generationem non fieri ex non corpore capiendo non corpus p nō esse:conueniunt enim in hoc omnes:qui de natura locuntur:& sic cum in hoc nulla sit uis:uidetur igitur q. Aristoteles per non corpus intelligat non corpus actu/ut quæstio sit utrū ælementa generentur ex corpore actu tanq̄ subiecto:an ex corpore potentia:quod non est actu corp9· secundum igitur Aueroē Aristoteles probat subiectum ex quo fiunt ælementa: non esse actu corpus·Sed occurres:quia expositio uidetur contra textum:Aristoteles enim probat id ex quo ælementa fiunt:non esse non corpus:ait enim·Is igitur sermo: qui ex non corpore ipsa generat:uacuum facit:Ecce q. probat illa non fieri ex nō corpore:quia sequeretur uacuum esse·Aueroes autem uult q. Aristoteles probat subiectum ex quo fiunt ælementa esse non corpus: & sic expositio est contra textum: quia textus destruit: quod Aueroes ait construi·Potest dici q.· Aristoteles per non corpus intelligat trinam dimensionem seperatam:quod est non corp9 sensibile:sed bene corpus quantum·Vnde inquit is quidem igitur sermo qui ex non corpore ipsa generat:idest qui ex trina dimensione seperata ipsa generat:uacuum facit·Modo idem quærit & intelligit Aueroes uult enim q. Aristoteles probet subiectum ælementorum non esse actu corpus sensibile:nec esse actu corpus quantum seperatum a corpore quali:quæ non repugnāt· Vnde secundum Aueroē textus resoluitur ad duo:quia primo probat subiectum generationis ælementorum non esse corpus actu·secundo q. non sit corpus in potentia idest trina demensio seperata a corpore sensibili:necesse enim est ut dicit Aueroes q. omnis generatio sit in subiecto: & necesse est ut illud subiectum aut non participet corporeitate:nec accidente:neq3 quantitate nec alio:aut necesse est ut in eo sit corporeitas· ideo probat primo q. in subiecto nō sit corporeitas per se:hoc est dicere q. subiectum sit corpus actu:quia si subiectum generati sit corpus actu: & ipsum genitum sit actu corpus:tunc duo corpora penetrabunt se occupando eundem locum uerbi gratia/si subiectum generationis ignis ex aere fuerit aer: & cum subiectum sit in re generata:est enim pars illius:tunc aer & ignis erūt insimul in eodem loco· Deinde sequitur illa particula·Et si locus in quo:Vbi probat q. subiectum ex quo fit ælementum:nō est corpus in potentia idest trina dimensio seperata:quia si sic esset:tunc daretur uacuum: nam ut dicitur quarto physicorum uacuum est corpus in potentia:quod actu est non corpus: capax tamen corpo/

Quæ auero. com. liiii.

ris actu:& tunc iusta hanc positionem cum Aristoteles ait. Omne enim quod fit:in aliquo fit: Intelligit subiectum:quia omne quod fit:ex subiecto:& in subiecto fit. Similiter. Per id in quo fit:intelligit subiectum ex quo & in quo fit generatio. Quare patet aelementa fieri non posse ex subiecto actu per se:nec ex subiecto in potentia:quod est trina dimensio seperata: erit igitur generatio aelementorum ex subiecto:quod est corpus actu:non quidem per se: sed per accidēs. ex subiecto autem in potentia:quod est materia prima:per se. haec est expositio Aueroīs. Deinde sequitur. Themistius autem: Vbi ponit themistii & Alexādri expositionem: qui format sic rationem teitus omne genitum aut erit in loco:in quo nō est corpus:aut in loco in quo est corpus:si in loco:in quo est corpus:tūc duo corpora erūt in eodem loco. Sin autem in loco in quo non est corpus:tunc uacuum erit. Addunt q. Aristoteles nō induxit hunc sermonem apud eos nisi ad declarandum quomodo contingit ex positione generati uacuum esse: & ita uolunt hāc rationem non esse demōstratiuam:sed probabilem:ita q. est inducta ut quaedam dubitatio accidens circa positionem generationis:quam antiqui nesciebant soluere. quae ratio docet: q. generatio sit ex corpore:non quidem actu:sed potentia hoc modo uidelicet q. primum instans esse formae genitae:est primum non esse praecedentis corporis:& sic Alexander:& Themisti? arbitrantur circa rationem hanc. Deinde sequitur. Et hoc non est uerum: Vbi Auero. soluit rationem Aristotelis:(& ut mihi uidetur)Solutio sua est illa:quam dederunt Themistius & Alexāder. nam(ut dicit)qui ponit generatum fieri a corpore in potentia:potest ponere generationē fieri in loco:& non ponere uacuum:poterit enim ponere in loco generationis esse corpus corrumpendum:quod quidem recedet per generationem noui corporis:quia primū esse noui corporis est primum non esse corporis praecedentis:quod recedit. Exemplum huius est: quia corpus liquidum:ut aqua intrat uas:ubi erat aer:quia q̄ cito intrat aqua:tam cito recedit aer:& ita non sequitur uacuum esse. Deinde sequitur illa particula. Si autem intellectum: Vbi redit ad suam expositionem:& uult q. si per corpus & non corpus intelligat materiam: tunc intentio Aristotelis est demonstrare quomodo corpus fiat a corpore:& supple quomodo a non corpore fit enim a corpore:quia a materia:quae actu est subiecto forma alterius corporis: igitur fit a corpore per accidens:fit autem a non corpore:quia fit a materia:quae est non corpus actu:sed corpus in potentia. Deinde sequitur illa particula. Quomodo autem sequitur: Vbi ostendit quomodo sequitur si generatum fit a corpore in potentia:ut uacuum fit:& ait uacuum sequi quando fieret generatum a corpore in potentia idest a materia subiecta trinae dimensioni omnino seperata a corpore coeli:nam cum materia quanta esset seperata actu:proculdubio esset uacuum. Vnde si materia quanta:quae est in potentia:remaneret per se seperata:quanto magis ipsum uacuum actu. Addit q. themistius fatetur locum hūc esse difficilem. Deinde sequitur. Et ego quaero: Vbi probat Auero. q. cum Aristoteles dicit. In quo fit generatio:Non intelligit locum: primo quia si intelligeret locum:& propositiones syllogismi essent uerae:si non poneretur uacuū: omnino generatio tolleretur:probatur quia si intelligit locum:& propositiones sunt uerae:oportet ponere in loco generationis nullum esse corpus:aliter non fit generatio: quare si non ponitur uacuum:generatio omnino tolletur:siue ponatur generationem fieri ex aliquo in potētia: siue ex alio inactu:idem enim consequitur semper. Secundo arguit ibi. Et haec expositio: Quia expositio haec esset idonea:quando per id in quo fit generatio:intelligit corpus in potentia:nā sic dicendo redit expositio nostra:quae intellexit per id in quo:ipsam materiam. Deinde sequitur illa particula. Et hoc quod: Vbi soluit argumentum eorum:arguebant enim Aristotelem non potuisse intelligere per id in quo:ipsam materiam:quoniam si per id in quo intellexit materiam:tunc id in quo non esset pars generati/nec corrupti:sed aliud quid ab eis:& sequitur ulterius materiam nihil esse:quia materia tam diu est:q̄ diu est pars generati: uel corrupti:quare si per id in quo:intelligeret materiam:materia non esset materia nec aliquid:quia illud in quo est quid aliud a genito & corrupto:nec alicuius illorum pars. Deinde sequitur illa particula: & hoc nihil est. Respondet Auero. & concedit Aristotelem per id in quo fit generatio intelligere materiam:& ulterius concedit illam esse partem rei corrumpēdae prius:postea fieri partem rei genitae:quia dum prior forma a materia tollitur:alia in ea fit:& sic possumus tenere generationem esse:& uacuum non esse:& possumus dicere q. uacuum est si generatio est: supple a materia quanta seperata a corpore quali. Haec Auero. quae mihi uidentur acuta:licet fortasse non ad mentem Aristotelis.

AT Neq; ex corpore quodam fieri possunt ælementa: Accidet enim aliud corpus ælementis ipsis prius esse·

Nunc destruit secundum membrum:& probat ælementa ipsa fieri non posse ex corpore alio ab eis:& hoc proponit·d·at neq; ex corpore quodam supple alio ab ælementis ipsa ælementa fieri possunt·apponit absurdum:quod ad hoc sequitur·d·accidet enim aliud corpus ælementis ipsis prius esse·& consequentia probatur:licet ipse nunc non probet: quia id ex quo aliquid fit: prius est eo:quod fit:ut materia prior est composito:quod ex materia fit·tacuit autem probationem:quia in libris physicorum satis dicta est:illic enim dictum est subiectam materiam priorē esse iis:quæ ex materia fiunt:ut mater prior est filiis·

Expositio·

HOC Autem si quidem grauitatem aut leuitatem habet;unum ælementorum erit·Sin autem nullum habet momentum:immobile atq; mathematicum erit·at si tale est:in loco non erit:in quo enim quiescit:in hunc & moueri potest·& si ui quidem:præter naturam·Sin uero non ui:secundum naturam·quare si quidem in loco atq; alicubi erit: ælementorum quoddam erit·Sin autem non erit in loco: nihil ex ipso erit: id enim quod fit: & id ex quo fit: Simul esse necesse est·

Vnum·
Quoddam·
Momentum
Inclinationē
Aptitudinē·
Ropem
Quare igitē
Fit uerbum
Additum·

Græci copulant textum hunc ad præcedentem:quod etiam Auero·fecit uolunt enim per hunc textum Aristotelem declarare id quod deduxit:esse absurdum·Vnde secundum eos sic ratio potest componi:si ælementa fiunt ex corpore quodam alio ab eis:esset quoddam corpus pri⁹ ælementis·Hoc autem est impossibile:quia tale corpus·uel habebit inclinationem aliquam uidelicet grauitatem aut leuitatem: aut nullam· si inclinationem habebit: proculdubio erit aliquod ælementorum: sin autem nullam:erit corpus mathematicum:quod absurdum esse ostēdit·Hæc est græcorum expositio:quæ satis cōmoda est uerbis Aristotelis potest etiam esse aliud argumētum & tunc uerbum autem legatur pro etiam uel præterea hoc pacto uidelicet:præterea si ælementa supple fiunt ex quodam corpore alio ab ælementis: hoc habebit inclinationem aliquam uel nullam:totum hoc est supplendum:quod breuitatis causa prætermisit· Deinde sequitur:siquidem inclinationem hoc est grauitatem:aut leuitatem habet:unum ælementorum erit:patet ipsa consequentia per se·Sin autem nullum habet momentum siue inclinationē mouendi:quæ græce ropes dicitur:immobile atq; mathematicum erit·Deinde destruit hoc:& inquit at si tale est uidelicet immobile atq; mathematicum:in loco ullo erit·deducit: quia si in aliquo loco erit:in illo quiescit: hoc autem falsum esse demonstrat·d·in quo enim quiescit: in hunc & moueri potest·Dico in hunc moueri posse/eo modo:quo in illo quiescit:quia & si ui qescit in loco aliquo:præter naturam ad illum mouebitur·sin uero in illo quiescit non ui:ad eum mouebitur secundum naturam:& sic sequitur quod positum est imobile:ac mathematicum esse mobile:ac naturale·Præterea deducit ad aliud si ponitur tale mathematicum corpus esse in loco:& inquit quare supple sequitur aliud quod est contradicta:q, si quidem in loco erit atq; alicubi:ælementorum quoddam erit:quod erat negatum·Deinde destruit aliud membrum:& inquit sin autem non erit in loco:nihil hoc est nullum ælementum ex ipso fiet:cuius rationem assignat·d·id enim quod fit:& id ex quo fit:simul esse necesse est·quæ autem simul sunt: ut dicitē quinto physicorum/in uno eodemq; loco sunt·quare si nullibi est:nihil ex ipso fiet·Debes scire q, tota ratio potest sic componi:si ælementa fiunt ex corpore quodam alio ab eis: uel habet inclinationem:uel nullam:si habet inclinationem:erit aliquod ælementorum · at si nullam habet inclinationem:erit corpus mathematicum:hoc autem est impossibile:quia uel erit in loco: uel in nullo erit loco·Si in loco erit:mobile erit:quod negabatur·Præterea etiam si erit in loco erit aliquod ælemētorum:omne enim quod est in loco siue sit in eo ui:siue naturaliter:est ælementum:uel ælementum habens·Sin autem in nullo loco fuerit tale mathematicum corpus: ex ipso nihil fiet:quia id quod fit:& id ex quo aliquid fit:oportet esse simul in eodem loco· Patet igitur ælementa fieri non posse ex alio quodam corpore priore ælementis·

Expositio·

CVM Autem neq; ex non corpore:neq; ex alio corpore fieri possint:ex sese mutuo ipsa fieri relinquitur·

Expositio. Recolligit nunc conclusionem syllogismi: & inquit cum autem neq; ex nõ corpore: neq; ex alio corpore fieri possint ælementa: ex sese mutuo ipsa fieri relinquitur. Hæc est conclusio totius syllogismi. Debes scire secundum Auero. q. ælementa fieri ex corpore potest dupliciter intelligi: aut q. fiant per se ex corpore: aut per accidẽs: si per se ex corpore: aut ex corpore actu: aut ex corpore potentia. ipsa per se fieri ex corpore actu: destructum est. ipsa fieri ex corpore in potentia per se: dupliciter adhuc est: aut ex corpore: quod sit seperatum ab actu corporeo: & hoc iterũ destructum est: & pro parte destruetur. aut ex corpore in potentia: quia actu est sub corpore: & potest denudari ab illo: & sic uerum est ælementa fieri per se ex corpore in potentia. Iterum ælementa fieri per accidens ex corpore: potest dupliciter intelligi: aut in potentia: & hoc non: qa ælementa fiunt per se ex corpore in potentia/ad sensum datum. aut actu: & sic est uerum: fiunt enim ælementa ex corpore actu per accidens: quod per se est in potentia: ut dictum est. secundum igitur Auero. Aristoteles probat ælementa fieri per accidens ex corpore actu: quod non est alíud ab ælementis: sed ælementum ipsum: quia illa non fiunt nisi ex se inuicem. Hæc Auero. & non sunt aliena ab his: quæ diximus. Vlterius quo ad uerba inquit Auero. & debes scire q. intendebat per hoc quod dixit/neq; graue: neq; ponderosum/negationem simplicem: econtrario illi: quod dixit de cœlo: cum dixit de eo neq; graue neq; leue esse: illic enim intendebat q. cœlum habet naturam: de qua non dicitur graue/neq; leue. & ita uelle uidetur Auero. q. quãdo Aristoteles ait. Sin autem nullum habet momentum: intelligat simpliciter q. nullum habeat momentum: quia cœlum etiam habet momentum: nam licet non habeat momentum: quo sursum uel deorsum inclinetur: habet momentum: quo mouetur circulariter: quod momentum est eius natura tertia. Vnde si per nullum habere momentum non intelligeret negationẽ simplicem: non sequeretur illa consequentia: uidelicet q. sit imobile atq; mathematicum. quia cœlum nullum habet momentum ælementare: & tamen est mobile & non mathematicum. igĩ intelligit simpliciter q. nullam habeat uim naturalem mouendi. Hæc Auero. & recte. Vltimo Auero. infert contra antiquos/& ex hoc apparet ut subiectum eorum sit idem: & unum cõmune: quod dicitur materia. apparet etiam q. sint ex materia & forma composita. & præcipuæ / ut dicit: patet hoc cum declaratum sit impossibile esse/ut generentur & corrumpantur secundum dissolutionem & compositionem in superficies: aut in partes diuisibiles.

RVRSVS Igitur considerandum est. quis nam sit mutuæ generationis ipsorum modus: utrum ut empedocles dicit atq; democritus: an ut ii qui in superficies dissoluunt: an alius quispiam sit præter hos modus.

Expositio. Nunc consequenter ad aliud transit negotium: cuius/ut sui moris est: intentionem proponit. Et inquit cum supple ælementa generentur ex sese mutuo: rursus igitur considerandum est: quis nam sit mutuæ generationis ipsorum modus. utrum ut empedocles dicit/ atq; democritus. an ut ii qui in superficies dissoluunt: ut Platonici. an alius quispiam sit præter hos modus: ut peripatetici dicunt.

II Igitur qui quidem circa empedoclem atq; democritum sunt: ipsi seipsos latẽt: non generationem mutuam: sed apparentem generationẽ facientes. unũquodq; enim quod inexistit: segregari dicunt: quasi e uase sit ipsa generatio: non autem e materia quadam/mutatio eius: quod generatur.

Mutatio Fieri Generari.

Expositio. Prosequitur nunc de proposita intentione: & primo narrat opinionem empedoclis democriti & anaxagore circa modum generationis ex sese ælementorum: ubi debes scire q. empedocles posuit quatuor prima corpora ignem uidelicet aerem/aquam & terram: & secundum substantiam intransmutabilia: diuisibilia tamen secundum quantitatem: & diuisa in partes paruas per congregationem huiusmodi partium secundum plus & minus constituere illud: qd dicimus ignẽ aerem aquam & terram: nam nihil sincere posuit tale: posuit enim duplicia ælementa uidelicet pura: ut quatuor prima corpora: quæ diximus. & impura: quæ ex partium illorum congregatione resultant: & ex his impuris postea per segregationem posuit generari ea: quæ dicimus mista. Democritus uero posuit prima corpora athoma: & ex ipsis per congregationem generi primum id quod dicim9 ignem/aerem: aquam/& terram. & ex istis per segregationem fieri mista. Anaxago. etiam prima corpora posuit partes similares/infinitas existẽtes in uno quoq;. postea per segregationem mista fieri. Conueniunt igitur hæ opiniones: in eo quod dicunt rerum generationem

nerationem fieri p segregationē eorum:quę inexistūt·obicit igitur Aristoteles cōtra hoc in quo cōueniunt·primo quia tunc generatio non esset uera:sed apparēs tm̄· Inquit·ii· igitur qui quidem circa empedoclē atq democritū sunt:ipsi seipsos latent·& ponit in que seipsos latent· d·nō generationē mutuam ipsorum suple ueram:sed apparentē tm̄ facientes·declarat hoc eos dixisse:& inqt unū quodq·n·qd inexistit:suple in ęlemētis:segregari dicūt:& hoc esse illorū gn̄ationē· q̄si gn̄atio mixtorū sit ex uase exit?: qa fit p segregationē ab illis ęlemētis segregant̄ eī ab illis pua corpa q̄ postea cōgregātᵃd gn̄ationē mixtoꝝ:& ita dicūt gnationē q̄si sit exit? a uase:& non ex qdā materia mutatio uera & substātialis ei? qd fit·ecce ad hāc opinionē seq generationē non esse ueram:sed apparentem tantū mutationē:quod est primū absurdum contra hos:Debes scire q generatio fm hos est segregatio:& cōgregatio·est quidē segregatio puorum corporum ab iis·quæ uocant ęlemēta·est autē congregatio illorū paruorum corpoꝝ:quę iam erant segregata ad unū:quod generatur·quare generatio quouis modo fit:erit apparēs mutatio & nō uera ex materia transmutatio·Auer:autem ait questionē presentem quæ quęrit de modo generatiōis ęlementorū abinuicem declarari nō posse syllogismo hypothetico:cui? causa est quia hypotheticus diuisiu? syllogismus fundatur supra partibus contradictoriis:modo eiusmo di opiniones non sunt contradictoriæ:ideo fieri non potest per destructionem illarum syllo/ gismus hypotheticus diuisiuus a destructione falsaꝝ positionum ad positionē ueram:ulterius auer·dicit q Aristote·in hoc libro cōtradicit opiniōibus falsis:& in libro de generatione indu cit modum uerum:quo elemēta inuicē generāt·hinc concludit librū hūc esse pręambulū ad li brū de generatione·tertio dicit Aristotelem non tantum contradicere democrito & empedo/ cli: sed omnibus dicentibus generationem esse congregationem:& segregationem: & omni/ bus:qui dicunt generationem esse ex subiecto ente in actu:omnes enim sic dicentes coguntur dicere generationem esse aut latitationē:aut alterationē in qualitatę nō in substātia·Sequitur illa particula·SED IAM:ubi mouet dubitationē:quia in libro de anima dictū est empedoclē posuisse ęlemēta intrāsmutabilia:hic uero dicit d mēte illius illa inuicē generari· Respōdet q forte Aristoteles tribuit hanc opinionem empedocli quasi per accidens:quatenus ponit illa in mixto actu modo latitatiōis ul meli? dici potest empedoclē posuisse elemēta duplicia quædā uera:& hæc sunt intrāsmutabilia alia impura:& hæc transmutabilia:de his supra satis dictum est·deinde sequitur illa particula·ET HOC QuOD DICVNT:ubi notat Aueroes duas lit teras:una dicit ita antiquos dixisse rerū generationē esse:sicut generatur ignis excussiōe lapi/ dis cum ferro·licet sit differētia:quia antiqui uoluerūt generationē esse de capitulo trāslatiōis generatio ignis ex lapide est de capitulo alterationis & transmutationis·Alia littera dicit eos ita generationem dixisse:sicut est exitus alicuius corporis a uase:& hoc pacto in nostris græ/ cis codicibus legitur·& est exemplum uerius:quoniā hic exitus est translatio tantū:& sic ge/ nerationem esse translationē dixerunt antiqui:quare melius est·

Deinde si sic : non minus ea quæ accidūt : absurda sunt · Eadē enim magnitudo si densatur :grauior fieri nō uidetur · At qui aquam aeri in esse: & inde segre/ gari dicūt : eos hoc dicere necesse est · Cum enim aqua ex aere fit : grauior est·

Dicūt uerbum additum

Secūdo arguit sic:Si unū ælementū generatur ex alio sola segregatione: tūc motu locali omnib? aliis paribus aliqd fieret grauius q̄ prius erat:immo Sequeret solo motu locali graue fieri: qd falsum est:nam graue aut substātia est:aut cōsequēs p se substantiā:& sic fieri neqt nisi substan tiali mutatiōe·cōsequentia uero deducitur :quia dū ex aere aqua fit:ipsa generat̄ per solā segre gationē eaꝝ partiū:quæ in aere erat apud ipsos·modo patet talē aquā genitam grauiorem esse q̄ prius erat:dū in aere cōtinebat̄·quę ratio docet ipsam fieri nō posse per solā partiū segrega/ tionem ab aere:& ita in aere non prius erat·Inquit deinde si sic suple est q unū elementū gene retur sola segregatiōe earum partiū:quę in priori elemēto erant:nō minus ea:quæ accidūt ab/ surda sunt:suple q̄ pauloante diximus:sequitur enim suple aliqd fieri grauius q̄ prius erat solo motu locali:suple si sola segregatiōe unū ælementū ex separatiōe partiū fieret ex alio· eadem enim magnitudo si densatur:grauior fieri nō uidetur suple solo motu locali & qui aquā aeri in esse·& inde cū generatur:segregari dicunt:eos hoc dicere necesse est:ut deduximus:cum enim aqua ex aere fit:grauior est quare cum hoc absurdum sit ipsam fieri segregatiōe partiū absurdū erit : & per cōsequens aqua nō præerat aeri · Animaduerte q Aueroes pulchre hoc declarat: & dicit contingit enim eis q cum corpus leue:a quo exit graue:cū fuerit in aliqua quantitate:

Que auer·cō mento·lvi·

& inquit sinaũt uacuũ est:& etiã extẽsio corporũ cõtentorũ intumescẽte spiritu:suple tu:uasorũ fractio erit:& si fractio suple erit:absurdũ est id qd seperatur ex necessitate semper sola segregatione maiorẽ occupare locũ. Nam id quod separatur maius erit:aut ꝓpter uacuum:quod inter partes est:aut quia partes extẽdũtur:quæ minores ferant. & nõ ꝓpter solam segregationem: ut ipsi dixerũt. Sic igitur si nec uacuum : nec extẽsio partiũ est : etiam nec uasorum fractio fiet intumescẽte spiritu:Sin autẽ aut uacuũ: aut partiũ extẽsio fit:uasorũ fractio erit:& corporũ etiã intumescẽtia:uerũ nõ erit ob solam segregationem ut dixerũt ipsi:sed uel uacui ĩterpositione: uel partium extẽsione. Et si dices ad quid hæc Aristo:dici potest hęc esse dicta ut demõstraret ãtiquos uix posse saluare ꝓblema de fractiõe uasorũ ẽm eorũ fundamẽta : nisi aut ponãt uacuũ quod est cõtra ueritatẽ:aut ponãt partiũ extẽsionem : quod est cõtra eos: qui uolũt sola segregatione corpora fieri maiora nulla extẽsione de nouo facta. Fuit autẽ mihi non parũ difficilis locus iste:ut cõsiderãtibus patet Auer:autẽ resoluit textũ ad syllogismũ in scda figura : & inqt illũ in duabus ꝓpositionibus fundari prima est corporũ clausorum inuicẽ cum exierit unum ab altero:nõ occupabit maiorem locũ loco corporis in quo erat clausum. Addit auer: Aristo: per corpora inuicẽ clausa itelligere ipa mixta:nõ quidẽ uere mixta:sed cõgregatiue coadunata Scda est q. cum aer exierit ab aqua:occupat maiorem locũ loco aquę:i quo aer ipse erat clausus Ex his i scda figura ut dicit:cõcluditur q. cũ aer fuerit generatus ex aqua: nõ erat clausus i ea. Scdam ꝓpositionẽ ꝓbat Aristo:ut dicit Auer: per quodã cõmune omnibus corporibus subtilibus:uidelicet per hoc quia corpus subtilius occupat maiorẽ locũ:modo aer est subtilior aqua igitur occupabit maiorem locũ:cum ab aqua exierit. Scdo ꝓbat Aristo: idem exẽplo sumpto ab alteratiõe & translatione:& hoc ut Auer. ait ut ꝓpõnem minorem uniuersaliorem faciat in omnibus corporibus:quæ mutantur de spissitudine in raritatem. exemplũ igitur Aristote. est de corporibus turbidis uidelicet musto:& succo cũ clarificãtur:& trãseunt ad aereã dispositionem magis. Nam hęc crescunt adeo:q. frangunt uasa:& mustũ dolium:& succus ampulã. quæ ratio docet aerẽ:cum fit ex aqua:non esse constrictum in ea:quontã nõ inest aquę uis tanta:ut possit aerem sic cõstrictum detinere:cum nec dolio hęc uis insit :eo quia aer est pollentior inter elementa:ut patet in fulminibus:& typhonibus:& cęteris uentis furiosis:qui elidũt durissima ac firmissima corpora. deĩde in translationibus:quas Auer. interpręatur: sequũtur hęc uerba:ET CVM ITA SIT:& nihil est uacuũ:& reliqua:ubi auer. uult q. Aristote uelit ostendere q. siue ponatur uacuũ:siue nõ ponatur:impossibile est ut corpus occupet maiorem locũ: cũ exit a minore corpore:q̃ occupabat cum erat in illo. secũda pars ꝓbatur:quia si uacuũ non est non erit expansio corporis:quia putant causam expansionis esse uacuũ. Si non est expãsio corporum:nullum corpus põt fieri maius q̃ erat. quare aer cum exit ab aqua:nõ potest maiorẽ locum occupare:q̃ antea cum erat in aqua. prima uero sic deducitur:primo quia si uacuum esset bene posset esse causa quare corpus maius fit minus quia compsitione uacuitates tolluntur. secundo quia non potest ꝓpter uacuum corpus spissum fieri rarius. nel rarũ spissius:nisi alteratione mediante. Modo ex solo motu locali quo corpus exit ex alio corpore reditur maius: igitur positione uacui non sequitur corpus posse fieri maius cũ exit ex alio:q̃ quando erat in illo. Addit tamen Auer. in translationibus suis uerba Aristo. esse diminuta:quia non inuenitur uerificata nisi secunda pars. sed in translatiõibus albefaras reperiũtur ambę partes. Addit scdo hoc modo themistium exposuisse. & certe hæc expositio optime consonat uerbis græcis:quæ latina nos fecimus. inquit. n. Aristo:quare si quidem omnino uacuum non est:neq extenduntur corpora:ut hi qui hæc dicũt:inquiunt:uolunt enim ipsa corpora extendi positione uacui: ipm suple quod dixerunt patet esse impossibile uidelicet q. corpus occupet maiorẽ locũ: q̃ occupabat cum erat in alio corpore. nam ut diximus:cum uacuũ nõ est:non est expãsio:quia expãsionis causam uolunt esse uacuum. cũ nõ est expansio:nõ potest ullũ corpus effici maius cũ exit ab alio:q̃ erat cum in illo erat. Et sic patet prima pars. deinde uerificat scdam & inquit sinaũt uacuum est:& extensio ipsa:quæ fit propter uacuum:absurdum est ipsum quod separatur:cum exit ab alio:semper maiorem ex necessitate occupare locũ:hoc Aristo. posuit:sed Auer dupliciter probauit. primo qa non est uerum nisi quando corpora transirent ad minus. secũdo quia positione uacui corpus fieri non potest maius uel minus. nisi alteratione. at isti dicunt sola translatione aliquod corpus fieri maius:ut aer cum exit ex aqua maior fit:& non alteratioue:sed sola translatione:uel separatione partium ab eo:in quo aer erat. hæc expositio mihi placet ualde & est alia a nostra:& fortasse facilior:& uerior:deinde sequẽ ET CVM THEMISTIVS. ubi

Optima dubi. Solutio

Quę Auer: com. lviii.

narrat q. Themistius dixit Alexan: hūc locū aliter itellexisse: cuius tñ expositionē Themist: nō explicauit: postea reddit causam quare Arist: dixit hæc: ubi debes scire q. due sunt difficultates ātiq: utrū d magno ad puū corp⁹ mutari possit absq; uacuo. Et utrū de paruo ad magnū mutari possit corpus absq; uacuo. Hæc sunt due questiões: Dictū fuit in physicis de magno ad paruū nō posse mutationē fieri absq; uacuo. Quoniā nō posito uacuo: daretᷣ penetratio corporis. Ideo in mutatione de magno ad paruū necessariū est uacuum. At in mutatiõe de paruo ad magnū non est uacui necessitas: qa in tali mutatione negato uacuo/ non sequitur penetratio corporis. inqt Auer: & nō dixit hoc. s. quod in textu legitur de uacuo nisi q. cū sermoni dicētis corpus trāsmutari nō posse de magno ad paruum negato uacuo: accidit questio quā dissoluit in physicis de penetratiõe: uoluit narrare questionē illam de penetratione nō accidere sermōi dicētis corp⁹ mutari de puo ad magnū. & reddit causam cur sermoni dicenti corpus mutari de magno in paruum accidit questio de penetratiõe: & sermōi dicenti corpus mutari de paruo in magnū dicta questio de penetratiõe non accidat. causa/ ut dicit/ est quia mutatio de magno in paruū est absq; alteratiõe: suple aqsitiua nouæ formæ: ideo saluari nō potest nisi cōcessa penetratione. At mutatio de paruo ad magnū est cum alteratione āqsitiua nouæ formæ: ideo fieri potest absq; penetratione. Quare ad hæc aiaduertens Arist: declarauit q. siue ponatur uacuū/ siue nō ponatur: fieri minime potest/ ut corpus subtilius generetur cū exit ab alio corpore: q̄ erat antea/ quādo cum illo coadunabatur: & hoc totū satis fuit explicatum. Deide sequitur illa particula NOS AVTEM INTELLIGIMVS: ubi Auer: quasi de mēte Alex: ostēdit q. etiā quādo mutatio fit de paruo ad magnū necessarium est uacuū. qa non potest fieri nisi foramia amplietur. Foramina autem āpliari nō possunt nisi introitu uacui i illa: quare nisi esset uacuū: nō esset ampliatio: & ubi nō esset ampliatio: non posset aliquod corpus fieri maius cū exit ab alio corpore: in quo latebat. Similiter nec posset fieri minus: nā negato uacuo esset penetratio partiū. Sic igitᷣ negato uacuo corpus quod exit ab alio corpore: nec mai⁹ nec min⁹ fieri posset q̄ erat dū cum alio latebat. Cuius oppositū dixit Themist: q uoluit sine uacuo corpus fieri nō posse minus cū exit ab alio: in quo latebat: bene tamē fieri potest maius. Sed hęc tu cōsidera.

Insuper Sed.

Insuper etiā generationē mutuā deficere necesse est: si quidē in ipsa finita magnitudine/ ifinita finita nō insint. Cū enim ex terra aqua fit: aliquid terre auferᷣ Si generatio quidē ipsa ex segregatiõe fuerit: & iterū cum ex eo quod relinquitᷣ simili modo. Quare si quidē semper hoc erit: accidet i ipso finito infinita inesse At cum hoc impossibile sit: non semper ex se se mutuo generabūtur. Non esse quidem igitur ex segregatione mutuam generationem dictum est.

Quare Igitur

Expositio

Vltimo arguit Aristo: hypothetice sic: si gñatio est ex sola segregatione corporis: quod cū alio erat cōgregatum. tūc gñatio mutua elemētorum tandem deficeret. deducitur consequentia: qa pono ex terra certę magnitudinis fieri aquam certę magnitudinis uidelicet pedalem: cū hæc generatio sit mera segregatio aquæ a terra aliquid a terra minutum erit ob quod terra ex qua aqua fit reddetur minor ulterius pono aliam aquam iterum & terra relicta fieri. & certum est terram rursus minorē relinqui: quare oportet tandem aut ut generatio aquæ ex terra deficiat aut ut in terra ex qua aquę ille oriuntur sint infinitę aquę certę quantitatis inuicē incōmunicabiles ac infinita esse in mole finita fieri nequit: igitur generatio ęlementi ex ęlemento tandem deficiet. inquit insuper etiā suple si generatio ęlementi est mera segregatio unius ęlementi ab alio in quo erat congregatum: generationē mutuā deficiētᷣ tādē necesse est. Si quidē i ipsa finita magnitudine infinita finita nō insint: & quod dixerat declarat/ dicens cū. n. ex terra aq fit: aliquid terrę aufertur: quia terra redditᷣ minor q̄ erat: si gñatio quidem ipsa fuerit ex segregatiõe: & fuerit similiter etiā generatio scda quę iterū fit ex eadem terra relicta: segregatio: & sic in infinitum ponit demum conclusionem: & inquit quare si quidem semper hoc erit uidelicet q. in generatione semper aliquod quantū segregetᷣ a terra: accidet in ipso finito infinita esse ac cum hoc impossibile sit: nō semper ex se se mutuo ęlementa ipsa generabūtur & sic generatio mutua deficiet: quod erit ꝓpositū. demū epylogat. d. nō esse quidē igitᷣ ex segregatiõe mutuā generationē dictū est. Quo uero ad uerba attinet debes scire q. infinita esse in magnitudine finita potest dupliciter intelligi continue ꝓportionalia & sic nihil prohibet: quia in omni magnitudine ifinite partes esse possunt cōtinuo eiusdē proportiõis: aut eqlia & nulli certę quan-

Declaratio uesborum

titari nec iuicē cōicabilia:& sic ē ipossibile:& tale seqt̃ eos: q dicūt gn̄atione unius elemēti ex se gregatione: hæc quo ad uerba. auer. aūt ait & istius ꝑmōis forma ē q̄si sylli hypothetici cōtinui: cuius cōpositio est talis si gn̄atio mutua ælemētoꝝ est ꝑmextrū: necesse ē ut gn̄atio secet̃ hęc cōtiuatio ꝓbat̃ ꝑ auer. i textu: qa si n̄ secet̃: i corpe finito erit isinitæ magnitudis finire hęc auer.

Que Auer. comento. lix.

Pila

Sphera

Cubus

Circulus

Restat aūt ut i seipsa trāsmutata fiāt. uerū hoc dupliciter: aut. n. trāsfiguratiōe: ut ex eadē cera pila fit: cubusue. aut dissolutiōe insupficies. ut quidam aiunt.

Expositio.

Nunc uult reprobare alias opiniōes: & primo ponit illud in quo cōueniūt quasi ex dictis illud deducēdo: & inqt restat aūt suple ut ipsa ælemēta fiāt in seipsa trāsmutata: & nō segregatiōe tm̄ Postea distinguit ut opiniōes declaret diuersas: & inquit uerū hoc duplr̃ suple est: hoc e st ælemēta trāsmutari inuicē duplr̃ est aut. n. transfiguratiōe: ut ex eadē cera fit pila modo: & modo cubus: uel aliquod tale: sic ex eadē massa ælementari omnia ælementa fiant: & unum ex alio sola facta mutatione facta in figura. aut dissolutione insuperficies id est sola mutatiōe facta in superficies: ut quidam aiunt uidelicet platonici. tacuit tertium modū uerum: uidelȝ per transmutationē in substātia qa in libris de gn̄atiōe cōplebit̃. quare querit nūc de his aliis duobus modis: quos utrosq3 refellit: hæc Aristoteles de positionibus breuiter quas reprobabit.

Si quidē igit̃ trāsfiguratiōe generātur: accidit ex necessitate ipsa corpa dicere indiuisibilia esse. nō. n. si diuisibilia sint: pars ignis erit ignis: neq3 ipsius terræ terra: propterea q̄ pars pyramidis oīno pyramis nō erit; neq3 ipsius cubi cubum.

Expositio

Incipit nūc reprobare opiniōes: & primo eā: quæ uoluit ælemēta fieri inuicē trāsfiguratiōe: & ut mihi uidet̃ hæc ratio fundant̃ in pluribus ꝓpōnibus: pria q̄ elemēta limitāt sibi figuras quarum trāsmutatiōe mutant̃ in substātia: uerbi cā ignis limitat sibi pyramidē: & terra cubū: & alia aliis quarū trāsmutatiōe ipsa in substātia mutant̃. Secūda ꝓpositio figura est indiuisibilis: nō enim quelibet pars pyramidis est pyramis: neq3 quelibet pars cubi est cubus: ex hac seqtur tertia q̄ corpora quæ has sibi limitant figuras: etiā indiuisibilia erūt: qm̄ sunt ꝓpter has figuras: & ideo si hæ indiuisibiles erūt: & corpora his figuris constituta etiam indiuisibilia erunt. his stantibus arguit Aristoteles si ælemēta mutuo ex se inuicē generarent̃ transfiguratiōe earū figurarum: quas sibi per se limitant: ælemēta ipsa erūt indiuisibilia: quia ꝑ propositiōes si figuræ sunt indiuisibiles: & corpora erūt indiuisibilia: quæ illas sibi limitant. inqt si quidē igit̃ ælemēta ex se se mutuo generātur transfiguratiōe: accidit ipsa corpora dicere indiuisibilia esse. ꝓbat cōsequentiam: & inquit nō. n. si sint diuisibilia: erūt diuisibilia in partes eiusdē rōnis: & ita opȝ dicere illa esse indiuisibilia in partes eiusdē rōnis: nō. n. pars ignis erit ignis: neq3 pars ipsius terræ erit terra ipsa: ueluti neq3 ꝑs pyrāidis: erit pyrāis quā sibi limitat ignis: neq3 ꝑs cubi est cubū: quā figuram sibi limitat terra. quare ælementū omne indiuisibile erit: quod est absurdum intentum unde pōt syllogismus a primo ad ultimū Sic ordinari: si generatio ælemētoꝝ mutua est trāsfiguratione: ælementa limitabunt sibi figuras quasdam quarū transmutatiōe ipsa generant̃ & corrumpuntur. si ælementa limitabunt sibi figuras: ælementa limitabūt sibi formas indiuisibiles in partes eiusdem rationis: si ælementa limitabūt sibi formas indiuisibiles in partes eiusdeȝ rationis: ælementa erunt indiuisibilia in partes eiusdē ratiōis: & ita sequitur impossibile: quare ælemēta trāsfiguratiōe nō mutuo generabūtur: nō desunt q dicūt philosophū obiecisse nō directe cōtra positionē sed cōtra fundamētū positiōis: qd̄ est q̄ ælemēta determināt sibi ꝓprias figuras tāq̄ essentiales formas. obiecit. n. cōtra hoc: qa qdlibet ęlemētū est idiuisibile i ꝑtes eiusdē rōnis: & nullū eoꝝ est similare: ueluti & ipa figura: quā sibi limitāt: est indiuisibilis. in comēto primi Auer. docet oēs opīes ātiquoꝝ de gn̄atiōe ęlemētoꝝ: reduci ad tres: vȝ latitatione ut anaxagoras posuit trāsfiguratione: ut democritici. & dissolutionē eoꝝ ad supficies: ut platōici. ulterius dicit i calce comēti q̄ nō ē ita d̄ cubica figura ueluti ē d pyrāidi: qa terra pōt diuidi i cubica & in ꝑtes: quarū quælibet est cubica. nō sic de pyramide: quod quomodo sit: relinquatur.

Syllogismus

Que Auer. comento. lx.

Sin aūt dissolutiōe supficierū: primū qdē absurdū est nō oīa ex sese mutuo generare: qd̄ qdē ipsos dicere necesse est: & nō dicūt. Neq3 enim cōsentaneū est rationi unum dūtaxat transmutatiōis expers factum esse. Neq3 per sensum uidetur: sed omnia in sese mutuo transmutari similiter.

Verbū non in qbusdā textibus uacat in nr̄is habetur.

Expositio

Obicit autem contra platonē: qui generationē ælementorū uoluit fieri per resultationē ad supfi

Tertio obicit sic: si ignis calefacit: & urit propter angulos: quos habet: omnia ælementa calefacerent & urerent: licet aliud alio fortius: quatenus aliud atq̃ aliud angularius est: deducitur consequentia: quia omnia ælementa sunt angularia: nam aer octoedron est angularis. cælum autem dodecaedron angulare est: uiginti basium figuræ est aquæ. terra cubica & ignis pyramidalis. quare omnia ælementa sunt angularia. democrito autem supple uidetur q̃ & sphæra urit. quia ipsa est tota angulus quidam ut superius dictum est. quare omnia ælementa sunt angularia: & differunt per magis & minus: quia sphæra est minus cæteris angularis. Modo hoc falsum est: quoniã aqua frigefacit: terra exiccat: aer humectat: & ignis calefacit: ut sensibus patet. Aueroes autem aliquantulum digrediendo ponit hanc regulam a causis eiusdem naturæ effectus qui ab illis proficiscuntur. sunt eiusdem naturæ. & si causæ sunt eiusdem naturæ: & nõ differunt nisi ẜm magis & minus: effectus sunt eiusdem speciei: & non differunt nisi ẜm magis & minus. ex hac regula arguit si anguli acuti multum calefaciant: ergo anguli minus acuti minus calefaciet. ultra ex his infert oĩa ælementa esse calefactiua: licet aliud quidem magis aliud uero minus. Nam a causis diuersis in quantitate hoc est differentibus ẜdm magis & minus: effectus qui ab illis proficiscuntur: licet sint eiusdem speciei: tamen differunt ẜm magis & minus per regulam datam: hoc consequens Aristoteles dixit esse absurdum quia ipsum falsum esse: perspicuũ est: hoc est: quia est contra sensum Auero. autem ostendit hoc consequens esse contra rationem. nam concesso q̃ omnia elementa calefacerent: & solum in calefaciendo differunt per magis & minus. tũc a causis differentibus quantitate sola hoc est ẜdm magis & minus: proficiscerentur effectus differentes specie: essentia: ac forma: quod est contra regulam: deducit Aueroes: quia ab angulis ipsis differentibus pœnes acutum & minus acutum proficiscerentur omnia ælementa: que calefactiua esse deductum est / solum in calefaciendo differentia ẜdm magis & minus. Modo ælementa differunt specie: essentia: ac forma. & sic ab illis angulis in specie eisdem proficiscerentur quattuor ælementa differentia specie: quod est contra regulã. Modo hoc esse impossibile probat Aueroes primo quia nihil agit diuersa specie propter diuersitatem in quantitate: hoc est ẜdm magis & minus: nisi per accidens: quia quantitas hoc est res uariabilis ẜdm magis & minus non est terminata: quia potest diminui uel crescere in infinitum ut quantum. ac causæ agentes & patientes materiales sunt terminatæ ad maximũ & minimum: nam ẜdm Aueroẽ nullum agens potest agere quantumlibet maius: uel minus: nec aliquod patiens potest pati ab agente quantolibet maiori uel minori. agens enim & patiens sunt determinatæ ad maximum & minimum propter formas suas. Secundo idem esse impossibile probat: quia qua ratione ab ipso acumine angulorum ẜdm magis ac minus differenti proficiscuntur quattuor ælementa: eadem ratione proficiscerentur infinita corpora specie differentia. nam si sola differentia angulorum ẜdm magis & minus sufficit ad generationem quattuor ælementorũ: cum acumẽ illud sit in infinitum uariabile ẜdm magis & minus: igitur

Octoedrõ. viii basium
Dodecaedron xii. basium.
xx. basium Icocedron.

ab eo possunt infinita corpora specie differentia proficisci. patet igitur dictum absurdum non solum esse contra sensum: sed contra rationem. Sed dubitares contra regulam: nam differentia in causa secundum magis ac minus uidetur facere ad differentiam effectuum in specie: nam eedem qualitates aelementorum temperate sunt causae formae in materia: & illae auctae uel imminute sunt causae formae cadaueris in eadem materia: potest dici q differentia secundum magis ac minus ex parte causarum disponentium bene facit ad differentiam specificam effectuum. non autem ex parte causarum principaliu: causae enim uariabiles secundum magis & minus disponunt ad diuersas formas specie: non autem sunt principales causae illarum: & hoc forte uoluit dicere Aueroes du ait per accides aliqn causas differetes secundum magis ac minus facere differentiam effectuu specificam: quatenus disponunt ad formas: que inducuntur principalibus ab agentibus haec Aueroes.

Dubitatio contra regulam

Solutio

Simul aut accidet & mathematica corpora urere: & calefacere. Nam & illa angulos habent: & in ipsis indiuisibilia: & sphere: & pyramides insunt. praesertim si & indiuisibiles magnitudines sunt: ut dicunt. nam si illa quidem urunt: haec uero non: dicenda est differentia: non tamen sic simpliciter dicendum est ut dicunt.

Presertim Alioste
Vrunt uerbum Additum est

Quarto obicit si ignis calefacit propter angulos: tunc corpora mathematica urerent: & calefacerent deducit consequentiam: quia corpora mathematica angulos habent: sunt enim corpora ipsa mathematica angularia: praeterea in ipsis etiam corporibus mathematicis reperiuntur indiuisibilia puncta: quae possunt esse coni angulorum: reperiuntur & sphaere: & pyramides. inquit simul autem accidet & mathematica corpora urere: & calefacere: cuius causam affert: & inquit nam & illa corpora mathematica angulos habet: & in ipsis indiuisibilia puncta: quae coni angulorum esse possunt: & sphaere & pyramides insunt: quare corpora ipsa mathematica ustiua ac calefactiua sunt. quia non nulli negarut puncta: dicentes nullum indiuisibile esse in rerum natura: ideo inquit presertim si & indiuisibiles magnitudines sunt: quae dicuntur puncta siue athoma ut dicit democritus: na si haec athoma: sunt siue puncta: possunt dari in mathematicis coni ac anguli acuti: & ita comburent. Dicet adhuc fortasse quispiam no omnia indiuisibilia nec omnia sphaerica: uel pyramides agere: sed physica tantum: at mathematica no agunt: huic obicit Aristoteles & inquit nam si illa quidem naturalia urunt: haec uero sphaerica siue pyramides non: ab eis dicenda est differentia: & causa differentiae ut cur haec urunt: illa non. & si assignant causam differentie: non tamen sic simpliciter nulla facta distinctione dicendum est agere ignem propter anglos: ut ipsi dicunt: sed oportet dicere ignem agere propter angulos: quos habet physicos: quare saltem errant/quatenus simpliciter dicunt: quod per distinctionem est dicendum. Aueroes autem uult Aristotelem hic refellere tacitam questionem: quia posset dici ignem coburere propter angulos acutissimos: qui non sunt diuisibiles: caetera aelementa non comburunt: quia eorum anguli non sunt ita acuti: cum sint diuisibiles. & sic anguli figurae igneae: & anguli figurarum aliorum aelementorum differunt specie: quia anguli ignei sunt indiuisibiles caeteri uero diuisibiles: & ita differunt specie & quantitate siue numero: huic obicit Aristoteles ut Aueroes exponit: quia saltem figurae mathematicae essent actiuae. nam in eis possunt dari anguli indiuisibiles simpliciter. Sed mouet Aueroes aduersus Aristotelem dubitationem: quia quispiam dicet angulos mathematicos non agere: quia sunt seperati a materia anguli uero ignei agunt: quia sunt in materia. contra obicit Aueroes & respondet quia tunc anguli ignei per accidens agerent: quia non quatenus acuti: sed quatenus in materia: ergo per accidens. Modo hoc Aristoteles concederet. Aristoteles enim uult quanta non facere perse ad actionem: sed per accidens quatenus sunt dispositiones agentis naturalis: uel patientis naturalis: & sic hec est opinio nostra. praeterea uel res mathematicae sunt secundum esse seperatae a materia uel solum secundum intellectum: & in materia secundum rem: si simpliciter separatae: ergo sunt per se actiue: quia cum non habeant esse in materia: non possunt dici actiue: nisi per se. sin autem secundum rem sunt in materia: ergo per se actiuae non sunt: sed per accidens ratione agentis naturalis: cui coniungunt: & sic habet opinio Aristotelis. Aristoteles enim libris tertiodecimo & quartodecimo methaphysicae uoluit mathematica per se no esse actiua: sed solum per accidens quia non sunt per se seperate.

Que Auer. comento. lxxii.

Dubitatio Auer.

Præterea si quod uritur: ignitur· ignis autem sphera est: aut pyramis: necesse est id quod uritur: fieri spheram: aut pyramidem·

Quinto arguit: ignis est sphæra: aut pyramis: quod uritur: fit ignis· ergo quod uritur: fit sphæra aut pyramis: hæc conclusio est contra sensum· igitur aliqua propositio syllogismi est falsa: non minor: omnes enim concedunt ignem fieri id quod uritur· ergo maior est falsa: que dicit ignē esse sphæram: aut pyramydem huius syllogismi primo ponit minorem· secundo maiorem ibi IGNIS AUTEM tertio conclusionem ibi NECESSE EST: & sic patet ratio· Aueroes autem uult q̄ Aristoteles refellat argumentum antiquorum: quo uia combustionis ꝓbarunt ignem esse sphæram: uel pyramidem: erat enim in secunda figura ex duabus affirmatiuis hoc pacto sphæra uel pyramis est comburens· ignis est comburens· ergo ignis est sphæra uel pyramis· ait Aueroes: q̄ si propositiones hæ non conuertuntur: non concludit syllogismus ex illis: quia ex duabus affirmatiuis in secunda figura per se nihil concludunt: per accidens uero quatenus altera propositionum est conuertibilis: ut syllogismus redeat ad primam figuram hæc Aueroes: quæ ita uerbis Aristotelis conueniunt uelut agnus lupo: nec hoc probare opus est: cum sola uerborum translatione pateat· Que Auer· comento· lxxiii·

Incidere quidem igitur atq; diuidere sic sit accidens sc̄dm rationem figuræ· pyramidem uero pyramides facere: aut sphæram sphæras: omnino irrationabile est simileq; est atq; si quis censeat gladium in gladios: & serram in serras diuidere·

Sexto obicit: quia data positione antiquorum uidelicet q̄ ignis esset per se sphæra: uel pyramis tunc pyramis diuideretur in pyramides: & sphæra in sphæras· quia expositorie sequitur: hoc uidelicet igne demonstrato diuiditur in ignes: hoc eodem ostenso: est per se sphera: uel pyramis: ergo sphæra uel pyramis per se diuideretur in spheras: uel pyramides: quod est absurdum inquit incidere quidem igitur atq; diuidere figuram in figuras sc̄dm rationem sic sit accidens figure ipsi: quasi dicat non esse omnino extra rationem figuram diuidi in figuras: quia potest figura plurium angulorum diuidi in figuras paucioru angulorum: hoc tn̄ per accidens figuræ ipsi: competit· pyramidem uero pyramides facere sua diuisione: aut sphæram facere spheras omnino & per se & ꝑ accidens irrationabile est· Simileq; est atq; si quis censeat gladiū in gladios: & serram in serras diuidere & sic licet figura unius speciei possit diuidi in figuras alterius speciei: nunc tamen diuidi potest in figuras eiusdem speciei cum ipsa· hoc accepto uult esse sub intelligendum q̄ data positione antiquorum sphera in spheras· & pyramis in pyramides diuideretur ut deductum fuit hæc sentit ut mihi uidet̄ Aristoteles Auer· uero uult q̄ antiqui probabant illā ꝓpōnē sphæra uel pyramis est cōburēs hoc pacto angulare cōburit sphera uel pyramis est angularis· ergo sphæra uel pyramis cōburit· ꝑ angulare ipse intelligit diuisionē ultimam hoc est acutissimū· uult itaq; Auer· q̄ Aristote· refellat hūc syllogismū qa si angulare cōburit: tūc sphæra in sphæras: & pyramis in pyramides diuideret̄: qm̄ oīs pars pyramidis est angularis & omnis pars spheræ similiter: q̄ expō nō cōsonat uerbis Aristote· ut omibus constat· Que Auer· comento ·lxxiii·

Præterea ridiculum est igni figurā reddere solū ad diuidēdū· uidetur ·n· magis cōgregare atq; in unū fines redigere: q̄ segregare· segregat quidē ·n· nō similaria: cōgregat uero similaria· & congregatio per se est· (nā in unū fines redigere atq; unire ipsius ignis est ·) disgregatio uero: per accidens· cōgregans ·n· similare: id quod alienū est seperat· quare aut ad utrūq; aut potius ad cōgregandum reddere oportebat·

Reddere
Assignare
Apodunæ
In unū fines redigere
Signori ʒein cō finire cōtinuar̄
Similaria
Homo phyla
Exerci
Seperat
Excipit
Eximit

Septimo obicit Aristote· contra antiquos: quatenus illi figurā coaptarunt sphæricaꝫ: uel pyramidalem ꝓpter id quod igni per accidens cōpetit: & non ꝓpter id quod igni per se competit· Cōpetunt enim igni duo· s· diuidere & congregare diuidit enim dissimilaria: congregat uero similaria· at per se igni competit cōgregare similaria: per accidens sibi competit diuidere inter dissimilaria· modo ueteres figurā sphæricam uel pyramidalē igni coaptarunt propter diuisionem & non propter congregationem· modo diuisio inest igni per accidens· congregatio uero per se igitur figurā ignis attribuerunt ratione eius: quod sibi per accidens competit: & non ratione congregationis: quæ competit igni per se· quare omnino insufficienter locuti sunt inquit preterea ridiculum est igni figuram reddere & assignare solum ad diuidendum· & hoc duplici de-

causa est ridiculum·tum quia ei cõpetit etiam congregare:& ita non debuerũt solum respicere diuisionem:tum secundo quia diuisio competit igni per accidens inquit uidetur enim ignis magis congregare:atq; in unum fines redigere:q̃ segregare:in unu3 fines redigere grece est Synorizein: quod de uerbo ad uerbum sonat confinire: orizein · enim finire est:syn uero grece con latine sonat & assignat causam:& inquit segregat quidem enim non similaria:hoc est dissimilaria:q̃ differunt genere·cõgregat uero similaria:quæ græce dicũt homophyla: latine eiusdem tribus:uel eiusdem generis:melius similaria diximus·Addit & cõgregatio per se est ipsi⁹ ignis disgregatio uero per accidens est ipsius ignis:cuius rationem assignat & inquit nam in unum fines redigere atq; unire ipsius ignis est·congregans enim similare id quod alienũ est seperat eximit atq; excipit·Ex his infert eorũ insufficientiam & inquit quare aut ad utrumq;: aut potius ad congregandum igni figuram reddere oportebat eos:& non ad diuidendũ· & sic patet dupliciter hos fuisse insufficiẽtes:primo quia respexerunt ad id quod est per accidens· Se

Que Auer· comento·lxxiiii· cundo:quia potius ad ipsu3 congregare debuerunt respicere:uel ad utrumq;·Auer· uero dupliciexẽplo probat magis igni competere cõgregationem:q̃ segregationẽ primo: quia ubi essent comixta aurum/argentum/es/& lapis:& ponerentur in igne ut liquefierent:experientia docet illa seperari:& seorsum fieri quodlibet a quolibet·Hoc aute3 non est nisi:quia ignis congregat aurũ:& sic diuidit ab argento:& a cæteris·secũdo quia calor naturalis agendo in cibũ: seperat dissimilaria per accidens:per se uero congregat similare·congregando enim homogeneum: seperat a dissimilari·& ita uult q. igni magis peculiare sit congregare q̃ seperare:quia cõgregat prima intentione hoc est per se:seperat uero intentiõe secunda & per accñs·Sed dubitat Auer· contra se:quia non potest ignis disgregare nisi congreget:nec congregare nisi disgreget: ergo non magis proprium est igni congregare q̃ segregare:Respondet Aueroes esse magis propriũ congregare q̃ segregare ipsi igni:nam fieri potest segregatio nihil congregando:at cõgregatio fieri non potest absq; segregatione quare si ignis congregat:segregat:non tamen si segregat :necessario congregat:quia uero hæc ratio est uoluntaria:ideo Auer·assignat aliam rationem: & uult q. congregatio est quedam generatio:at segregatio est corruptio·modo igni melius est attribuere generationem q̃ corruptionem:quia ipse inter ælementa uidetur formalius & magis generatiuus·uerum hæ rationes sunt uoluntarie:non enim uideo cur igni potius congregare q̃ segregare conueniat:si utrumq; conuenit ·preterea generatio uidetur quedam extractio formæ a materia:ergo generatio magis competit segregationi:propterea Aueroes Aristotelis uerba exponens facit hanc diuisionem·aut congregare & segregare utrumq; igni competit per se: aut alterum per se:& alterum per accidens:si utrumq; per se igni conuenit: ergo non magis figura assignanda est congregatiua:q̃ segregatiua: uel non magis segregatiua q̃ congregatiua· & sic igni nõ assignanda erit figura sphærica uel pyramidalis segregatiua magis q̃ congregatiua a uel b · At si alterum illorum per se competit:alterum per accidens:uel illud est congregare:uel segregare·si congregare:est contra eos:qui igni figuram diuisiuam magis tribuerunt sin autem per se igni competit segregare:cum congregare & segregare sint contrariæ opatiões: figura sphærica uel pyramidalis segregatiua:& figura A uel B congregatiua erunt contrariæ: ueluti operationes illæ·at hoc est omnino impossibile:non enim in figuris reperitur contrarietas:nec contraria in eodem subiecto:quare omnino hæc:quæ isti dicunt:sunt impossibilia· hæc sunt quæ Aueroes suppleuit:& sunt bona·

Adhuc cum calidum & frigidum contraria sint potentia·impossibile est ipsi frigido figuram aliquam reddere:propterea quia contrarium quidem esse oportet: qui redditur· At contrarium nihil figuræ est·quapropter·& omnes hoc prætermiserunt:& tamen conueniebat aut omnia definire figuris:aut nullum·

Octauo obicit sic:si calidum limitat sibi figuram uidelicet pyramidem uel sphæram:eadem ratione frigidum figuram sibi limitabit sunt enim contrariorum contrariæ affectiones propriæ:ac per se· Sed frigidum non potest figuram sibi limitare:nam nullam sibi limitabit:nisi contrariam ei figuræ:quam sibi calidum limitat at hoc fieri nequit:quia figuræ nihil est contrarium inquit adhuc cum calidum & frigidu3 contraria sint potentia quia uirtute actiua:supple oportet si calido figura competit:ut frigido figura contraria conueniat:destruit istud cõsequens:& impossibile est ipsi frigido figuram aliquam reddere·propterea quia contrariam esse oportet si

gura: quæ redditur frigido ipsi. At contrarium nihil figuræ est. addit antiquorum insufficientiam. & causam illius: & inquit quapropter & omnes hoc prætermiserũt: nullus enim assignavit frigido figuram aliquam: quia non potest assignari. & tamen ꝑm eorum fundamenta cõveniebat aut omnia ælementa figuris diffinire: aut nullum ælementorũ. ut rationibus nunc deductum est. Averoes autem addit q. isti coguntur vel omnibus ælemẽtis assignare figuraꝫ: vel nullis: vel saltem assignare causam quare aliquibus assignanda est figura: aliquibus non: Qua quidem cum assignare non possint: omnino visi sunt errare — Que Auer. comento. lxxv.

Non nulli autem de potentia ipsius dicere conati: ipsi cõtraria sibi ipsis dicunt. frigidum enim dicunt esse: quod magnarum partium est. propterea quia premit: & per meatus non transit. patet igitur & calidum esse quod transit. tale autem erit quod est subtilium partium. quare evenit calidum ac frigidum parvitate ac magnitudine differre: non autem figuris. — Premit Cõpinguat

Nunc autem reducit platonicos ad contradictionem: nam disputantes de potentia frigidi ac calidi: dixerunt calidum calefacere parvitate ac tenuitate partium: quibus constat frigidum infrigidare magnitudine partium: quibus conficitur. cum enim frigidum sit partium magnarum præmit id cui applicatur: & per meatus non pertransit. Calidum vero cum sit parvaruꝫ partiũ: calefacit: & per meatus penetrat obicit autem Aristoteles his: q sibi sunt contrarii: quia tunc non figuris differrent calidum & frigidum: sed partium differentia: cuius oppositum dixerunt inquit non nulli autem de potentia ipsius calidi ac frigidi dicere conati: ipsi contraria sibi ipsis dicunt. frigidum enim dicunt esse: quod magnarum partium est: propterea quia premit id: cui applicatur: & per meatus non transit. patet igitur & calidum esse: quod transit. tale autem erit quod est subtilium partium: ex his concludit hos sibi ipsis contrarios esse: & inquit quare evenit calidum ac frigidum parvitate ac magnitudine partium differre: non autem figuris. & sic sibi ipsis adversantur. nã dicunt ælementa figuris differre: & postea dicunt calidum ac frigiduꝫ differre partium magnitudine ac parvitate: que invicem adversantur. Averoes vult hic q. Aristoteles reducat platonem ad contradictiones duas. quarum prima est q. calidum & frigidum differunt parvitate & magnitudine partium: ex quibus constant: non autem figuris: cuius contrarium superius dixit: voluit enim plato calidum & frigidum figuris differre: quia calidũ voluit esse aut spheram: aut pyramidem: frigidum autem non. — Qud Auer. comento. lxxvi.

Preterea si pyramides sint inæqnales: magnæ utiq; nõ ignis erunt: neq; figura urẽdi causa erit: sed eius quod est contrarium. quod quidem igitur nõ figuris differant ælementa. ex dictis patet.

Hec est secunda contradictio ut recte Auer. inquit: & arguit sic dicens: si pyramides sint inæquales: quia aliæ magnæ: aliæ parvæ: magnæ non utiq; ignis erunt: sed parve: nam magnæ pyramides erunt aqua: parvæ vero erunt ignis: dixit enim calidum & frigidum differre magnitudine & parvitate partium: & ita magnæ erunt aqua: & parvæ erunt ignis. Secundo sequitur q. nec figura pyramidalis supple quælibet sit causa urendi: ac calefaciendi: nam magna pyramis non est causa caloris: sed est causa eius quod est calori contrarium videlicet frigiditatis ut recte Averoes interpræctatur demum epylogando inquit quod quidem igitur non figuris differant ælementa ex dictis patet. — Que Auer. comento. lxxvi.

Cum autem propiissimæ differentiæ corporum sint: quæ scd̃m affectiones & opera & potentias sunt: (uniuscuiusq; enim eorum quæ natura sunt: esse dicimus & opera: & affectiones: & potentias:) primũ utiq; erit de his dicendum: ut cõtemplantes hæc: uniuscuiusq; ad unumquodq; differentias sumamus.

Hoc est quasi prohæmiuꝫ ad librum quartum huius: ac ad librum de generatione: unde inquit: cum autem corporum. s. naturalium differentie proprissime ac principales sint: quæ videlicet sunt ꝑm affectiones opa & potentias: cuius causam assignat: & lege suspensive sic (uniuscuiusq; em̃ corporũ eorꝫ que sunt natura: esse dicimus & opera: & affectiones: & potentias:) ex his concludit intentionẽ & ordinem dicens primum utiq; erit de his dicendum quinq; operibus affectionibus & potentiis: ad huc ut hæc contemplantes sumamus vel sumere valeamus uniuscuiusq;

cuiusq; corporis naturalis ad unum quodq; differentias: nã ois differentia corporũ naturaliũ erit aut pænes opera: aut pænes affectiones: aut pænes potẽtias. patet igitur intentionẽ dicendorum esse de operibus affectionibus ac potentiis ælementorum: & huius causam finalem esse ut inter illa differentia omnis colligi possit. Quo uero ad uerba attinet. Aristoteles ut

Que Auer. comento ultimo.

Aueroes inquit intelligit per opera motus ac actiões passionesue. per potentias siue uirtutes intelligit formas substantiales ælementorum: per affectiones intelligit proprias illorum qualitates ut calidum frigidum | humidum, & siccum. propterea ait Aueroes cum quodlibet ælementorum habeat figuram id est formam propriam: & qualitatem propriam: & operationem propriam: dicendum est de his tribus seorsum perfecta speculatione: quia cum hoc fecerimus: patebit eorum differentia: ac conuenientia. tacuit uero ut ait Aueroes conuenientiam: quia intelligiẽ ex differentia: naʒ quæcunq; differunt: conueniunt. Sed cuius sit hoc prohemiuʒ: quod hic proponit: Aueroes uult esse libri secundi de generatione: quia illic exequitur quæ hic promittit causa autem quare hoc prohæmium est secundi libri de generatione & non primi assignaẽ ab Auer. quia primus liber destruit opiniões falsas de affectiõibus uirturibus: ac operibus ælementorum: & propterea liber de generatione primus est quasi præcedens hoc est ut antecedẽs & liber secundus quasi consequens in enthymemate. sed tunc est dubiũ cur opiniones falsas de ælementis hic narrauit: cum & illas narret in libro primo de generatione. Respõdet Aueroes quia opiniões falsæ hic narratę sunt dictę de ælementis: quatenus ælementa sunt partes mũdi & non quatenus sunt generabilia & corruptibilia: at opiniones alię falsæ de ælementis narratæ in libro primo de generatiõe sunt dictæ ut ælementa sunt partes mixti: & generabilia & corruptibilia: & sic falsæ opiniones de ælementis aliter hic: aliter illic dictæ sunt: patet igitur sm Aueroem hoc prohæmium esse libri secundi de generatione. ego uero puto prohæmium hoc esse non modo libri de generatiõe: sed ad quartum de celo & ad libros metheororum deseruire: quia in omnibus his de ælementis agit: uerum hoc non refert: hæc pauca de libro tertio.

Finis libri tertii.

EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI IN LIBRO DE COELO QVARTO INTERPRETATIO.

d E graui autem & leui quid est utrumq;: & quæ nam ipsorum natura: considerandum est: & propter quam causam has potentias habent.

Compleuit opiniones antiquorum de graui & leui in tertio: & in fine proposuit prohæmiũ quasi uniuersale ad multos libros: nunc de graui & leui exequitur fm opinionem propriam: & proponit primo prohæmium particulare huius ultimi libri: & inquit de graui autem & leui: quid est utrumq;: & quæ nam est ipsorum natura: & propter quam causam graue & leue has potentias habent considerandum est. De graui & leui proponit: quia graue & leue comprehendunt oīa quattuor ælementa: sed quia de quattuor ælemẽtis agit. Liber de generatiõe quatenus sunt alterabilia: & non quatenus sunt mobilia: hac ratione proponit de ipsis: quatenus sunt grauia & leuia: quia ut sic mobilia sunt: dixit quid est ipsorum utrũq;: quia considerabit de eis definitiones: & non modo quid sit utrumq;: sed quæ nam sit eorum natura. Addit autem hoc ut daret intelligere idem esse considerare quid sit aliquid: & quid sit eius natura. Addit uelle etiã cõsiderare quam ob causam graue & leue has potentias habent: quæ sunt grauitas & leuitas. ergo duo proponit dicere: quid uidelicet sit graue ac leue: & quam ob causam ælementa aliqua habẽt grauitatẽ: & aliqua leuitatem. Aueroes autem ait Aaristotelem unum presupponere: & alterum declarare. præsupponit enim ælementorum formas esse grauitatem & leuitatẽ: quia est manifestum per se: declarabit autem quid sit grauitas: quæ est forma substantialis grauium & quid leuitas quæ est forma substantialis leuium. Addet etiam & secũdum uidelicet propter quã causam grauia & leuia habent has potẽtias: hoc est ut Aueroes inquit propter quã causam ꝓprietas grauis est moueri ad medium: & proprietas leuis est mouere a medio. & ita fm Auer. unum præsupponit Aristoteles: & quasi duo declarabit. Quo uero ad uerba attinet: Aueroes per causas intelligit formalem & finalem: non autem causam agentem. Nam leuitas non inest igni aliquã ob causam agentem: nec grauitas terræ: quoniam leuitas inest igni perpetuo & necessario: modo licet perpetua habent causam finalem & formalem: non tamen agentem. risibilitas etiã nõ hꝫ agentẽ cãm: q̃ insit homini: sed bñ formalẽ: qa fluit ab hõis definitiões hꝫ etiã finalẽ: qa risibilitas homini in est ut rideat: nõ enim hõ rideret: nisi esset risibilis: est enim operatio finis potentiæ. & ita grauitas nullaꝫ ob causam agẽtem inest terræ uel aquæ: sed bñ habẽs formalẽ cãm: q̃ inest terre ut definitionem eius: & finalem: quæ est operatio terræ: quæ est motus deorsum. Sed dubitatur contra hæc quæ Aueroes ait: primo quia dicit perpetua non habere agentem causam: cuius cõtrarium dicit secundo libro huius comentis. c. ii. & c. iiii. ubi aperte ait æterna habere efficientem causam. præterea Aueroes in assignando rationem: quare grauitas non habet causam agentem. qua inest grauibus: ait quia æterna non habent causaꝫ: & sic supponit grauitatem & leuitatem esse æterna: quod est falsum: sunt enim generabilia & corruptibilia: uelut ælementa. Ad hæc eadem est effectrix causa hominis & coruꝫ: quæ per se homini insunt: dans enim formam dat consequentia illam octauo phylosicorũ comento. iiii. quare si terra habet effectricem causam: grauitas habebit illam met causam: & sic dubiũ est nõ paruũ Secundo dubitatur: quia grauitas est accidens ælementis: ergo non põt esse illis forma substãtialis: non enim potest accidens unius esse substantia alterius. Ad primũ dicenduꝫ agens ipm apud Aueroem multifariam sumi, aliquando pro agente mediantibus qualitatibus alterabilibus: & hoc pacto loquitur de agente tertio physice auscultationis comento tertio in fine / dum ait in plus esse mouens q̃ agens. Aliquando pro mouente: quod mouet ut finis: & sic loquitur xii. metaphysicæ comento. xxxvi. Cum inquit deum mouere ut appetibile. Aliquando ꝓ effectiuo principio: quod non distinguitur a conseruatiuo ut nono metaphysice comento primo

Que Auer. comento primo.

Dubitationes

dum ait q. efficiens in plus est q̃ mouens: & ·xii·metaphysice comẽto sexto aliquando pro forma conseruante:& ita hic accipit:ex his patet quomodo æterna non habent agens:& quomodo habent·non enim habent agens mediante alteratione:cæteris autẽ modis bene habẽt agẽs Ad secundũ dicendũ q. leuitas & grauitas sunt generabiles simpliciter:sed æterne fm inherentiam :quia necessario & perpetuo insunt subiectis:& non possunt non inesse·Ad tertium dicẽdum q. bñ Aueroes uult hæc habere agentem causam mediate:quia illã et:que est causa subiecti·Attamen hic uult illa nõ habere causam agentẽ in mediate:qua insint subiectis·Ad quartũ dicendũ graue & leue sumi æquiuoce:quia si substantialiter sumantur:sunt forme substantialis:si accidentaliter:sunt propriæ ælementorũ affectiones:quibus ælementa sunt mobilia

Energiæ
Operationes
Actus
Ropes
Inclinatio
Momentum
Impetus
Fomenta
zopyra
Sciscitantia
Excitamenta

Est enim contemplatio:quę est de ipsis:sermonibus:qui sunt de motu propria· nã graue & leue eo dicimus quo naturaliter aliquo modo moueri potest: actibus autem ipsorum nomina imposita non sunt:nisi putet quispiam inclinationẽ esse eiusmodi quia uero negotium de motu physicum est:hæc autem habent in se ipsis/quasi motus fomenta quædam;omnes quidem utuntur ipsorum potentiis: non tamen definierunt nisi pauci·

Assignat causã quare de graui & leui agendũ est in hoc libro naturalis phylosophie:& inqt est enim contemplatio:que est de ipsis·s graui & leui:sermonibus hoc est libris:qui sunt de motu ꝓpria:ac accomodata·assignat uero causam/nam graue & leue eo dicimus quo naturaliter moueri potest·ergo de graui & leui est sermo proprius phylosophie naturali·obiter uero remouet dubitationem:quia uerbo uniuersali quædam ælementa dicuntur grauia:quædã leuia:sed in specie terra quo modo dicit̃ grauis:& aqua quo modo similiter·& ignis quo modo leuis & aer similiter:respondet acttibus autem ipsorum hoc est formis ipsorum in specie nomina imposita non sunt:nisi putet quispiam inclinationem esse eiusmodi·uidelicet terræ inclinationem deorsum simpliciter:leue inclinationem sursum simpliciter cæterorum uero inclinationes tales in respectu:& sic per energias id est actus:Aristoteles actus primos intelligit hoc est formas· uel aliter & meli9 p energias intelligit opatiões grauitatis:& leuitatis q sunt mot9 sursũ & deorsũ his enim nomina propria non uidentur imposita:nisi dicantur inclinationes:græce dicuntur ropes id est momenta·Motus uero mixtorum ac cœlorum non dicuntur ropes hoc est inclinationes:quia non sunt mere naturales:sed simpliciter ropes dicuntur motus ælementorũ:quia sunt pænitus inclinationes:& tunc per energias intelligit actus secundos·quare formæ ipsorũ dicuntur grauitas & leuitas:energiæ autẽ ropes id est inclinationes & sic de graui & leui & de eorum operationibus agit physicus·de graui quidem & leui:quia sunt principia motus naturalis·de ipsorum grauis & leuis operationibus:quia sunt motus naturales:quæ dicũtur inclinationes·Auer· uero introducit textum præsentem hoc modo q. uelit hæc noïa graue & leue declarare q. significent habitum & formã:quia hæc nomina pro maiori parte in cõpluribus idiomatibus dicuntur de actione hoc est actu primo: q est habitus:& non de motu qui proficiscit̃ ab illa actione siue actu primo:assignat autem causam:quia hæc duo habitus: & actio hoc est act9 scds:q pficiscit̃ ab habitu:cũ sint diuersæ res nomine etiam differunt: qa uero in idiomate græcorum hoc non contingit: ideo coactus fuit declarare· quid significent graue & leue hæc est Auero· introductio:quæ introductio friuola est·non enim mihi constat hæc duo non habere diuersa nomina apud græcos·immo Aristoteles in presenti loco uult actionẽ quæ est motus dici ropen hoc est declinationẽ·at grauitatem & leuitatem dici potentiam:& sic apud ipm hæc differunt re & nomine·& ideo mihi uidetur q. cũ Aristoteles accepisset de graui & leui esse physicam contemplationem:assignat causam:quia grauitas est principium motus· motus aũt cui9 est grauitas ipsa est principiũ:dicitur ropes siue declinatio hoc est motus naturalis pure:quæ introductio est etiã simplicii·Quo uero ad uerba attinet:Aueroes in suis translationibus habet graue esse illd:quod habet potentiam:qua mouetur motu naturali:iuxta quæ uerba Aueroes uult Aristotelem intelligere per id quod habet potentiam:formam ipsam:qua graue & leue mouetur:non autem compositum ex materia & forma:quia compositum est: quod mouetur:non id quo mouetur·præterea forma dicit̃ habere potentiam: & est ipsa potentia·dicitur habere potentiam: quatenus concretiue accipit̃ ut graue· quo uero abstractiue intelligit

Que Auer· comento·ii·

tur ut grauitas: est ipsa potentia. Addit etiam grauitatem esse potentiam actiuam: non autem passiuam quia grauia & leuia mouentur a suis formis actiue: & non passiue apud Auerroem probat autem hoc Auerroes ex differentia: quæ est inter potentiam actiuam: & passiuam: ut tertio de anima dicitur comento quarto. est enim potentia actiua: quæ non extrahitur de potentia ad actum: at passiua extrahitur ab agente. Quia uero graue suæ naturæ relictum: & remotis omnibus impedimentis mouet se: & a nullo extrahitur ad motum: iure potentia erit actiua & non passiua. hæc Auerroes quæ uera sunt: & non ad propositum. naȝ iuxta græca uerba sic habetur: GRAVE ENIM ET LEVE SECVNDVM POSSE MOVERI ALIQVO MODO DICIMVS: & sic non oportet exponere ipsum graue esse: quod habet potentiam: sed esse id quo potest moueri. Verum uero sit id quo potest moueri actiue: uel passiue: ex uerbis Aristotelis non habemus: licet Auerroes suppleuit. Vlterius animaduerte q. illa uerba ACTIBVS AVTEM IPSORVM NOMINA IMPOSITA NON SVNT: NISI PVTET QVISPIAM INCLINATIONEM ESSE EIVSMODI: Auerroes exponit per actus ipsos actus: primos: qui dicuntur habitus: & tunc uult dicere Aristoteles ut Auerroes exponit ipsis habitibus: qui sunt grauitas & leuitas: non esse nomina imposita scilicet propria: & distincta a nominibus operationum. Quia nomina hæc sunt æquiuoce cōmunia habitibus: & operationibus quæ proficiscuntur ab illis: quod ait esse in idiomate suo: non autem in idiomate arabico. Alii exposuerūt habitus habere nomina operationes uero non habere: quam expositionē refellit Auerroes primo quia Aristoteles incepit demonstrare graue & leue significare potentiaȝ mouendi. Omne autem quod demonstratur est dubium. & sic nomen hoc est quasi ambiguum. de graui & leui: quod non esset nisi diceretur de operatione. secūdo hoc non cadit apud aliquod idioma nullū enim idioma habet nomen habitui impositum: & non actioni: quæ proficiscitur ab illo. est enim quadruplex idioma: aliud habet nomen proprium habitui: & nomen propriū diuersum actioni: quæ oritur ab illo: quod est melius: quia res diuersæ diuersimode intelliguntur: & ita diuersimode significātur: & per consequens habent nomina diuersa. aliud habet actioni & habitui nomen equiuocuȝ aliquando habitum: aliquando actionem demonstrans. Aliud habet habitui nomen impositum: non autem actioni: quod rarenter est. cum semper actio sit notior habitu: modo a notiori sunt nomina ipsa rebus imponenda. Aliud uero nomen habet actioni impositum: non autem habitui: ut apud arabas: Quare ex differentia idiomatum patet Aristotelem non intellexisse habitus habere nomen: & actiones non habere. cum hoc sit raro: & contra rationem: ergo intelligit actus non habere nomen propriū: sed cōmune sibi & habitibus hæc Auerroes in pria expositione. aliter uero exponit q. habitibus nomina non sunt imposita pænitus: sed solum operatiōibus: quæ proficiscuntur ab illis. nisi dicantur inclinationes & sic prima expositio & secunda differunt: quia prima dicebat non esse habitibus nomina propria imposita: sed equiuoca. secunda dicit nullo modo esse actibus id est habitibus: qui sunt actus primi: nomina imposita: sed solum operatiōibus quæ ab illis emergunt: nisi fingamus nomina & dicamus illas ropes id est declinationes: in quibus expositiōibus patet per actus semper Aristotelem intellexisse primos: qui habitus dicuntur. Simplicius uero optime distinguit de agentibus: quia duplicia sunt: alia quidem quæ eodem nomine censentur: quo operationes eorum ut calidum frigidū & id genus. Nam calefactio nomine calidi dicitur: frigescere nomine frigidi: non tamen eadem terminatione: alia uero sunt agentia: quæ non eodem nomine censentur quo eorum operationes nuncupantur. ut graue & leue. Nam operatio grauis est motus deorsum: operatio leuis sursum motus. Modo graue non censetur eodem nomine: quo eius motus. Nec leue etiā. Et tunc iuxta hanc expositionem per actus possumus intelligere actus primos: & actus secundos. Si primos intellexerimus: tunc est sensus: actibus autem ipsorū hoc est habitibus: qui dicuntur graue & leue: nomina imposita non sunt: quæ censentur eadem cum nominibus operationū: nisi putat quispiam inclinationem esse eiusmodi nomen q̄si cōe habitib9 & operationibus. Sin autem intelligit actus secundos ut puto: tunc inquit actibus autem ipsorum id est operationibus ipsorum grauis & leuis nomina imposita non sunt: quibus censeantur agentia ipsa: nisi illa nomina sin declinationes. his enim nominibus possunt censeri habitus ipsi agentes: & operationes. Ex quibus patet error translationū Auerrois qui in suo textu Que simplici9

ubi scribitur declinationes: habet actionem. hoc enim non conuenit uerbis graecis: nam graece est ropes: latine declinationes momenta: uel impetus. Deinde quasi epylogat rationem: qua probauit de graui & leui esse negotium physicum. Et componitur sic de motu negotium est physicum. De graui & leui negotium est negotium de motu. ergo est physicum. Inquit quia uero negotium de motu physicum est: haec est maior. Haec autem habent in se quasi motus fomenta quaedam. per haec uult habere minorem uidelicet q. de graui & leui negotiū est de motu. uerbuз fomenta graece est ȝopyra: latine scitillantia siue excitamēta quia grauitas & leuitas sunt fomenta motuum. grauitas quidem motus deorsum: leuitas sursum. ex his concludit conclusionem: & simul cum conclusione addit defectum antiquorum | & inquit omnes supple ergo utuntur quidem ipsorum potentiis | & per omnes intelligit physicos antiquos: quasi dicas ergo recte physici de eis egerunt in libris naturalis phylosophie. Non tamen has potentias definierunt nisi pauci: & sic antiqui recte dixerunt quo ad hoc: q. de his in physicis libris locuti sunt quo uero illas potentias non definierunt: non recte locuti sunt. Addit Aueroes omnes antiqui de definitionibus istorum aliqua tentasse: sed Aristoteles uult paucos perfectis definitionibus de illis dixisse. quia perfecta definitio est: quae est apta remouere omnem questionem accidentem in re: ut quarto physicorum meminit Aueroes comento trigesimo primo & primo de anima comento undecimo & secundo de anima comento uigesimo sexto

Distribuere Diuidere Dic len

Videntes igitur primo quae ab aliis dicta sunt: dubitantes etiam quaecunq; distribuere ad hanc considerationem est necessarium: sic & id dicamus: quod nobis de ipsis uidetur.

Conclusit de graui & leui esse negotium physicum: & ita ad ipsum spectare: qui scribit naturalem phylosophiam. At nunc quem ordinem uult tenere exponit: & ait se uelle pertractare que ab aliis dicta sunt: et dicere dubitationes huic proposito necessarias: demum postea ait se uelle dicere opinionem: que sibi uidetur de his. inquit uidentes igitur primo: que ab aliis dicta sunt: dubitantes etiam quaecunq; distribuere ad hanc considerationem est necessarium: sic tandem & id dicamus: quod nobis de ipsis uidetur hic est ordo in dicendis. Addit Aueroes q. Aristoteles dicendo eius opinionem: dabit tales definitiones istorum: ut omnes questiones accidentes remoueantur.

Graue itaq; & leue aliud quidem simpliciter: aliud autem ad alterum dicitur. eorum enim quae grauitatem habent: aliud quidem leuius: aliud autem grauius dicimus esse: ut ligno es.

Posita intentione: & statuto ordine: nunc exequitur & primo proponit distinctionem quandam de graui & leui: & uult duplex esse graue & leue: quoniam aliud est tale simpliciter: aliud tale ad alterum: quod dicitur tale in respectu. graue simpliciter est terra: quod omnibus sub est. Leue uero simpliciter est ignis quod omnibus eminet. grauia & leuia in respectu sunt aqua & aer: quae ad ignē sunt grauia ad terram autem leuia. inquit graue itaq; & leue aliud quidem simpliciter aliud autēз in respectu siue ad alterumd icitur. probat autem hanc distinctionem Aristoteles quasi ab exemplo: quo utebantur antiqui: & inquit eorū enim quae grauitatem habent aliud quidem leuius: aliud autem grauius dicimus esse: ut ligno aes dicimus esse grauius & lignum aere leuius: haec est distinctio. Aueroes autem hic uult graue in respectu esse illud: in quo non est pura grauitas neq; pura leuitas: sed utrumq;: quia ideз est alio grauius: atq; alio leuius. Sed dubitares cōtra haec: quoniam magis & minus non differunt specie: ergo graue in respectu non differt specie a graui simpliciter. pro hac parte faciunt uerba Aueroís inferius comento sexto ubi uult simpliciter graue & graue in respectu non differre nisi secūdm magis & minus: & ita non differunt specie. potest dici: q. leue & leue in respectu possunt intelligi aut in

Que Auer. comento: iii. Dubitatio

mixto aut in simplici elemento. Si intelliguntur in mixto: sic non differunt specie: sed solum secundum magis & minus: uelut lignum est leuius ere: quia utrumque est leue leuitate eiusdem speciei. sin autem intelligatur in simplici elemento: sic differunt specie. Nam leuitas aque: & leuitas aeris differunt specie. & grauitas terrae & grauitas aque etiam specie differunt.

De his quidem igitur quae simpliciter dicuntur: nihil a prioribus dictum est: sed de his quae ad aliud nō enim dixerunt quid est graue: & quid est leue sed quid grauius: & quid leuius sit in his quae grauitatem habent.

Obiter addit antiquorum insufficientiam: nam antiqui non de duplici graui sermonem fecerunt sed de graui & leui in respectu: & solum in mixtis corporibus: quae habent grauitatem & leuitatem: non autem de simpliciter graui & leui. Inquit de his quidem igitur grauibus & leuib⁹ quae dicuntur simpliciter: nihil a prioribus dictum est. Sed dixerunt de his grauib⁹ & leuibus quae dicuntur ad aliud: quae sunt talia in respectu: huius reddit causam: & inquit: non enim qd est graue & quid est leue simpliciter dixerunt: sed quid grauius & quid leuius: quae sunt talia in respectu: & non supple in omnibus: sed in his quae grauitatem habent: ut sunt mixta ipsa: & sic duplex fuit antiquorum insufficientia: primo quia non de omnibus grauibus & leuibus dixerunt: quia solum de his in respectu. Secundo quia de his dicentes: non in omnibus dixerunt: sed in mixtis & non in simplicibus: & ita non dixerunt de graui & leui in respectū elementis: sed in corporibus mixtis.

Magis autem perspicuum erit id quod dicimus hoc pacto: Nam quaedam a medio semper apta sunt ferri: Quedam autem semper ad medium. Horum autem id quidem quod a medio fertur: sursum dico ferri. id uero quod ad medium deorsum.

Posuit distinctionem de graui & leui: & probauit illā aliquo modo ex his: quae ab antiquis dicebantur: nunc autem illam probat ratione efficatiori & ueritati consona. Dictum est enim graue ac leue esse duplex simpliciter: & in respectu: & qd dež graue simpliciter: & leue simpliciter ꝓbaž qm̄ alia mouetur simplr̄ a medio alia simplr̄ ad medium. Que simpliciter a medio feruntur: haec sunt simpliciter leuia. Que uero ad medium simpliciter mouentur: haec sunt simpliciter grauia. Inquit magis autem perspicuum erit id quod dicimus hoc pacto hoc est supradicta distinctio quod est leue simpliciter: & graue simpliciter magis patebit: & exponit quomodo magis patebit: & inquit nam quedam a medio semper apta sunt ferri: quaedam autem semper ad medium horum autem id quidem: quod a medio fertur: sursum dico ferri: & est leue. Id uero quod ad medium fertur: id dico deorsum moueri: & esse graue: & sic patet distinctio. Aueroes autem componit syllogismum in tertia figura hoc pacto hoc corpus mouetur sursum. Hoc corpus mouetur ad circumferentiam coeli. ergo circumferentia coeli est sursum. Et intelligit per hoc corpus: leue ipsum: quod fertur sursum. Addit Aueroes hunc syllogismum esse ex duabus affirmatiuis in tertia figura: uerum hoc non nocet: quia in secunda si esset hic syllogismus: bene noceret in tertia enim fieri ex duabus affirmatiuis syllogismus constat. In secunda uero ex duabus affirmatiuis nullus constat syllogismus. Vlterius Aueroes ait q. ut probatur circumferentiam coeli esse sursum per hoc q. leuia undique ad eam feruntur: ita potest probari per conuersionē sermōis ad locū deorsū sic syllogizādo in tertia figura: graue undique moueč deorsum Graue undique ferč ad mediūtotius. Ergo mediū totius est deorsum: & sic patet nec simpliciter leue: nec simpliciter graue esse scd̄m cōparationē tātū. Sed dubitares uerū sig rauia ferātur ad mediū mūdi ex ꝑte nostri hemispherii ubi nos sum⁹: & nō ex ꝑte hemispherii: i quo sūt antipodes sicut simplr̄ grauia. rn̄det Auer. q. sic imaginādo oporteret dicere coelū eē sicut tectū

Que Auer. co mento. iiii.

quod nostra tegit capita tantum: & non esse undiq; sphericum ex parte nostra et: ex parte antipodum:ut uulgus opinatur·Propterea ait Aueroes q; si sic dicatur grauia quæ mouerentur ex parte nostra ad medium:& leuia quæ mouerentur a medio:nō essent simpliciter talia: quoniam non undiq; ex parte utriusq; hemisperii ad medium hæc mouerentur·& illa e medio ipso· Quare apud Aueroem sequitur cœlum est ut tectum solum uidelicet sphæricum ex parte nostra:ergo nihil est graue simpliciter:& nihil leue simpliciter·cōsequentia patet: quia hæc non ex omni parte· essent talia·

Absurdum est enim in cœlo non extimare aliquid esse sursum :aliquid esse deorsum quemadmodum quidā censent·non enim esse aliud sursum:aliud deorsum dicunt:si quidem omni ex parte simile est:& undiq; quisq; gradiēs ipse sibi antipes erit:nos autem ipsum uniuersi extremū sursum dicimus;quod est & scdm positionē sursum & natura primum·

Sed circa dicta remouet dubium:nam antiqui in ipso mundo nihil sursum: nihilq; deorsum dixerunt esse duabus rationibus moti·prima quia cœlum ipsum:quo uniuersum tegitur: est omni ex parte simile:secunda quia undiq; quisq; gradiens & circa terram se mouens· fiet sibi ipsi antipes·ut si ab ortu feratur ad occasum:ipse in occasu erit antipes sibi dum erat in ortu:& econtra etiam omnibus ita esse patet·obicit autem huic positioni Aristoteles:quia in ipso mundo id dicimus esse sursum:quod est & positione sursum:& ipso in uniuerso primum:quale est cœli lunæ concauum· ergo medium erit simpliciter deorsum·inquit absurdum est enim in cœlo hoc est in ipso mūdo nō extimare aliquid esse sursum :& aliquid esse deorsum: quemadmodū quidam censent·Deinde huius positionis tangit breuiter duas rationes:& inquit non enim esse aliud sursum:aliud deorsum dicunt in ipso mundo:si quidem omni ex parte cœlu; ipsum simile est & uniforme:hæc est prima ratio·Et undiq; quisq; gradiens ipse sibi antipes erit·Nam cum quis ab austro in septentrionem graditur:hic ut in septentrione est sibi antipos ut erat in austro·obicit autem huic: & inquit nos autem ipsum uniuersi extremum dicimus etiam sursum quod est & scdm positionem sursum:& natura primum:quale est lune concauum· Quare deorsum erit cœli medium:nam hoc erit positione & natura postremum· Quo uero ad uerba attinet:debes scire in uniuerso posse assignari sursum & deorsum simpliciter duobus modis: uno modo respectu cœli & eius cœlestis motus· Alio modo respectu motus ælementorum ut diximus secundo huius ·Si considerentur sursum & deorsum respectu motus cœli: sic sursum & deorsum sunt scdm uirtutes aie cœli : quæ uim habet ipsius partis superioris in australi: & ipsius partis inferioris in parte septentrionali· dextri uero in orientali sinistri in occidentali: anterioris in culmine cœli : & posterioris in imo noctis · at si respectu motus ælementorum hæc considerentur: sic sursum est inlune concauo : ubi leuia locantur· deorsum autem cœli medium sub nostris pedidus: & iterum hæc scdm uirtutes sunt· Nam concauum lunæ est uis terminās motum leuium · Medium uero totius est uis locans grauia· Verum concauum est primum positione : quatenus ad nostra capita primū est & scdm naturam : quatenus ab illo ad nos deducitur omnis uis locatiua mixtorum & ælementorum medium uero est ultimum positione: quia quo ad nos infra nos· Et natura : quia p ipsum nihil ad nos fertur· & sic patet solutio questionis antiquorum·

Quoniam autem est aliquid cœli extremū & medium:perspicuū est & q; erit sursum & deorsum·

Quasi epylogando concludit esse in uniuerso sursum & deorsum : quia in uniuerso sunt extremum uniuersi uidelicet lune conucauum : & medium totius scilicet centrum mundi· Et inquit quoniam autem est aliquid cœli extremum ut lune concauum & medium scilicet centrum mundi: perspicuum est q; erat sursum & deorsum in ipso mundo:

Quemadmodum & multi dicunt:non tamen sufficiente r:(huius autem causa est quoniam non omni ex parte cœlum esse simile censent:sed unũ tantum esse hemisphenũ:qđ est supra nos:)quoniã si extimauerũt & circulo eẽ tale:& mediũ ad uniuersum similiter se habere: illud quidem sursum; medium autem deorsum esse dicent.

Si exstimaue/runt. Extimantes Prosypolauontes.

Continuetur sic textus quoniam autem est aliquid cœli extremum & medium: perspicuum est q, erit sursum & deorsum:quemadmodum & multi dicunt: qui supple nobiscum conueniunt inquantum uoluerunt in uniuerso esse hæc duo. Addit tamen eorum errorem, nam dixerunt cœlum non esse omni ex parte sphæricum:sed esse semi sphæricum:quia solum ea ex parte : que supra nos est ad antipodas autem nihil cœli esse dicentes. tamen uolunt id sursuꝫ esse quod supra nos est id deorsum:quod ad pedes nostros collocatur. Inquit nõ tamen sufficiẽter: cuius opinionem narrans:assignat eorum causam:& inquit huius autem causa est:quoniam non omni ex parte cœlum esse simile censent:sed unum tantum esse hemispherium:quod est supra nos & sic putant cœlũ esse tectum semispbericũ. deinde assignat causam quare:non sufficienter dixerunt:quoniã si extimauerunt & cœlũ supple circulo esse tale rotundũ omni ex parte:& medium ad uniuersum similiter se habere:quia undiq; centrum totius:illud quidem sursum uidelicet quod est supra nos:medium autem deorsum:esse dicent. uerbum si exstimauerunt græce est prosypolauontes:hoc est putantes:uerum legi debet hypotherice:quia ipsi absolute sic non dixerunt:propterea ait si exstimauerunt:quia si putauerunt cœlum esse simile ubiq;:& mediũ esse centrum totius:dubio procul coguntur dicere sursum esse id quod est supra nos: deorsum uero esse medium totius. nec curauit hoc probare simpliciter:quia in secundo libro satis abunde dixit. debes scire ut ex comẽto colligit̃ uulgares rectius fuisse locutos : q̃ ueteres:tum quia concesserunt sursum simplr̃ cœlum:Et etiam deorsum simpliciter uidelicet terram ipsam:quæ antiq minime uoluerunt. Tum etiam quia sequuntur eorum fundamenta. nam nihil uidẽtes sub terra: dixerunt ea ex parte esse nihil nisi abissum: & ita cœlum esse tectum asserunt. causa autẽ est:quia nõ perceperunt celum esse cõtinens omnia: antiq uero dixerunt cœlum esse uniuersum continens:& tamen solũ esse hemisphericum arbitrãtur:& nihil esse sub terra:& ita errant:quoniam si cœlum est omnium cõtinens:erit ex parte nostra:& ex parte alia sphæricũ qua ratione ut ex parte nostra id sursum est:quod supra nos est:& id deorsum:quod centruꝫ est terræ:ita ex parte antipodum id erit susrum:quod est ad eorum capita collocatum: id autem deorsum quod:est ad eorum pedes.

Igitur leue quidem simpliciter dicimus: quod sursum fertur: & ad extremum. graue uero:quod simpliciter deorsum & ad medium. Ad aliud autem leue ac leuius:quod duobus grauitatem & magnitudinem æqualem habentibus; deorsum fertur alterum natura uelotius.

Cato Deorsum Ano Sursum

His declaratis concludit quid sit graue leueq; simpliciter:& quid graue leueq; in respectu: & inquit igitur leue quidem simpliciter dicimus quod sursum fertur:& ad extremũ. quod est cœli concauũ. Addit autem ET AD EXTREMVM :ad differentiam leuis in respectu:quod mouetur quidem sursum:non autem ad extremum. Deinde quid sit graue simpliciter addit:& inquit graue uero supple simpliciter:quod simpliciter deorsum fertur:& ad mediũ addit ET AD MEDIVM propter graue simpliciter:quod deorsum mouetur :& ad medium simpliciter: graue uero in respectu mouetur deorsum : non autem ad medium simpliciter. Deinde quid leue quidue graue in respctu sit:exponit & inquit:ad aliud auteꝫ leue: ac leuius supple est : quod duobus grauitatem & magnitudinem æqualem habentibus deorsum fertur alterum natura uelocius. Dixit primo duobus grauitatem habentibus : quia comparatio fieri debet inter similia nisi enim ambo grauitatem habeant: non potest alterum altero leuius uel grauius dici. Dixit secundo æqualem magnitudinem habentibus: Quia ubi non sunt paria in magnitudine non dicetur alterum altero leuius uel

grauius nisi per accidens: non autem per se· uerbum uero D E O R S V M ut mihi uidetur corruptum est & graece legi debet A N O hoc est sursum: & tunc sensus est id leuius esse alterum altero quod cum aequale sit illi in magnitudine & utrumque leue uelocius sursum fertur· grauius autem quod aequalis quantitatis cum altero graui plus habet grauitatis: & uelocius deorsum fertur· Aueroes uero comento sexto dicit duo: primum q. grauia & leuia definiuntur per motus qui sunt sursum & deorsum· Quia operationes propriae in his rebus accipiuntur loco suarum differentiarum: & ideo sunt descriptiones & non definitiones: secundum q. Aristoteles describit leuia & grauia in respectu non in simplicibus corporibus: sed in mixtis: nam graue simpliciter est illud: quod habet grauitatem sine leuitate· & leue simpliciter est illud quod habet leuitatem sine grauitate· At leue in respectu id est: quod leuitatem habet suę grauitati admixtam· Graue uero in respectu quod habet grauitatem suae leuitati admixtam: quae patent in mixtis: de his enim grauibus & leuibus mixtis uult Aristoteles ut Aueroes ait q. si sint eiusdem speciei & magnitudine aequalia: alterum altero grauius erit: quod deorsum uelocius fertur· illud leuius quod sursum uelocius mouetur· de leuibus uero & grauibus in respectu in aelementis: cuiusmodi sunt aer & aqua: posterius Aristoteles dicit· Haec colliguntur ab Aueroe· Mihi autem uidetur q. Aristoteles loquatur de grauibus & leuibus in respectu in ipsis simplicibus: nam de graui & leui simpliciter loquitur etiam in simplicibus· & tunc lege uerba eius sic: ad aliud autem leue ac leuius supple dico: quod alterum duorum: quae grauitatem habent: & aequalem magnitudinem sursum celerius mouetur: ut aer & aqua: utrumque enim graue est & leue: uerũ aer leuior est aqua: quia sursum uelocius mouetur· aqua grauior aere: quia deorsum celerius fertur: & sic uerba possunt legi tam de mixtis q̃ de simplicibus·

Que Auer· comento·vi·

Eorum igitur qui prius ad eam uenerunt considerationem· quae est de his: plurimi poene de grauibus hoc pacto leuibusque solis dixere: quorum alterum utrisque grauitatem habentibus leuius est sic autem pertranseuntes: & de simpliciter leui & graui determinatum esse putant· Sermo tamen ipsis non accomodatur·

Expo͞ ppria

Ex dictis recolligit defectum platonis: qui in tractando de grauibus & leuibus / solum de grauibus & leuibus in respectu egit / putans sermonem qui est de graui & leui in respectu / conuenire grauibus & leuibus simpliciter: cum certe illis non accommodetur· Inquit eorum igitur qui prius ad eam uenerunt considerationem: quae est de his grauibus & leuibus plurimi poenae ut platonici de grauibus hoc pacto in respectu leuibusque solis dixere: quorum alterum utrisque grauitatem habentibus leuius est: hoc est quae dicuntur grauia & leuia in respectu qualia sunt mixta coprora quorum alterum altero leuius uel grauius est: sic autem pertranseuntes de grauibus & leuibus in respectu: & de simpliciter leui & graui determinatum esse putant: quia sermonem de grauibus & leuibus in respectu putant accommodari posse ipsis grauibus & leuibus simpliciter· Addit Aristoteles errorem eorum breuiter & inquit sermo tamen supple qui accommodatur grauibus & leuibus in respectu: ipsis grauibus & leuibus simpliciter non accommodatur: & sic tractare de grauibus & leuibus in respectu non sufficit ad tractandum de omnibus simpliciter grauibus leuibusque·

Si ulterius progrediemur procedentibus Proel thusi

Hoc autem perspicuum magis erit si ulterius progrediemur· Dicunt enim grauius & leuius aliqui quidem ut in Thimeo est scriptum / grauius quidem quod ex pluribus eisdem constat· leuius autem quod ex paucioribus quemadmodum plumbo plumbum: & aes aere maius grauius est: similiter autem & caeterorum similarium unum quodque. In excessu enim aequalium partium unum quodque grauius est· Eodem autem modo et ligno plumbum dicunt· ex eisdem enim omnia corpora & una materia esse: sed non uideri·

Volens declarare sermonem de grauibus & leuibus in respectu grauibus & leuibus simpliciter non conuenire / aggreditur de nouo narrare opiniones antiquorum: nam ex his patebit multifarius error: & hoc proponit hoc autem inquit perspicuum magis erit Si ulterius: progrediemur scilicet narrando opiniones aliorum. Nam patebit sermonem de leui & graui in respectu non conuenire grauibus & leuibus simpliciter: & patebunt opiniones aliorum: & patebit ueritas omnino ad uerbũ SI VLTERIVS PROGREDIEMVR graece est PROELTHVSI id est procedentibus ulterius uerum clarius ut esset resoluimus ad uerbum. Deinde incipit narrare positiones & primo eam quae in thimeo scribitur. dicitur enim illic grauia & leuia omnia ex superficiebus ac triangulis constare propterea id grauius esse: quod ex pluribus superficiebus pluribusq; triangulis constat. ut si unum plumbum quod sit a: ex x: constet triangulis. alterũ uero qd sit B: ex quinq;: A grauius est q̃ sit B: & ita comparando unumquodq; corpus ad alterum eiusdem speciei. Leuius uero posuit esse: quod ex paucioribus eiusdem naturae superficiebus aut triangulis constat ut si a ignis ex duodecim constet. & b ignis ex octo superficiebus: ignis b est leuior igne a. Inquit dicunt enim grauius & leuius aliqui quidem ut in Thimeo est scriptum grauius quidem quod ex pluribus eisdem scilicet superficiebus & triangulis constat. leuius autem: quod ex paucioribus eisdem superficiebus & triangulis: cuius exempla affert: & inquit quemadmodum plumbo plumbum: & aes aere maius grauius est: similiter autem & caeterorum similarium unumquodq;: & affert rationem platonis dicens in excessu enim aequalium partium unumquodq; grauius est: haec de his quae sunt eiusdem speciei: deinde quid grauius quidue leuius sit in his: que differunt specie apponit: & inquit eodem autem modo & ligno plumbum dicunt esse grauius & uniuersaliter in caeteris quae differunt specie: & affert causam: & inquit ex eisdem enim superficiebus & triangulis una materia quae dicitur omnicapax: omnia corpora esse dicunt: sed non uideri esse. & sic corpora similia in specie & corpora dissimilia omnia constant ex eisdem superficiebus & triangulis & eadem materia: sed haec est differentia: quia corpora similaria constant & uidentur ex eisdem constare. Dissimilaria uero constant: sed non uidentur constare. haec ex Thimeo colliguntur.

Sic autem definitis non dictum est de simpliciter leui ac graui. Nunc enim hic quidem ignis: semper leuis est: sursumq; fertur. Illa uero terra terraceaq; cuncta deorsum atq; ad medium ipsum. Quare non ob triangulorum paucitatem: ex quibus unumquodq; constare dicunt: ignis aptus est sursum ferri. Maior enim tunc utiq; minus moueretur: & grauior esset cum pluribus ex triangulis esset. Nunc autem contrarium uidetur. quo enim utiq; maior est: eo leuior est: & sursum uelocius fertur. De superiori etiam deorsum paruus ignis uelocuis fertur. magnus autem tardius. Ergo οὖν

Obicit autem Aristoteles huic Platonice opinioni ex eo: q; tunc in rerum natura nec leue simpliciter: nec graue simpliciter daretur: sed omne graue esset in respectu: & omne leue similiter: consequentia patet: quia si graue esset multitudine triangulorum & leue paucitate: tunc leue esset graue: quia ex triangulis constaret: licet minus graue eo: quod ex pluribus triangulis constaret: & graue esset leue: quia comparatione alterius quod ex pluribus esset triangulis: & sic nihil graue nihil leue simpliciter esset in rerum natura: sed solum comparatione. At hoc est falsum: quia uidemus ignem leuẽ esse semper: & simpliciter: quia respectu cuiusq; leuis. Et terram etiam grauem semper: quia ad omnia grauitat. inquit sic autem definitis ut Plato inquit: non dictum esset de simpliciter leui & graui: & ita in rerum natura nihil esset simpliciter garue: nihilq; simpliciter leue: sed comparatione dumtaxat. hoc autem esse impossibile ostẽdit. d. nũc. n. hic quidẽ ignis de numero

ea quæ sunt æquegrauia constare essent enim equalia mole.

Aggreditur nunc positionem democriti & leucippi: et primo sumit positionem horum esse ratio ni minus dissonam: nam licet ætate priores ac uetustiores sint: tamen certius disseruerunt. Quia apud hos non oportet dicere cõposita ex æqualibus numero & mola esse æquegrauia sicut oportet apud platonẽ: qui uult æquegrauia esse ex æqualibus numero & mole. grauiora uero ex pluribus equalibus. minus grauia ex paucioribus æqualibus supficiebus uel triangu/lis non enim ualet hæc consequentia hæc corpora sunt equalia mole: ergo sunt equegrauia. quia stat plumbum esse equale ligno: & tamen grauius esse. inquit. Quibusdam autem ut democrito & leucippo non sufficiens uisum est hoc pacto diuidere ac dare differentiam inter grauia & leuia. sed quamuis sint uetustiores ea ætate quæ est nunc in qua uigent platonici: tamen de his: quæ nunc sunt dicta in materia de graui & leui: modo magis nouo intellexe/runt: & ita certius: quia ut primo cœli & secundo metaphysice habetur iuniores perspicatiores sunt: ac certius de rebus dicunt: q̃ dixerint inuentores. & ita democritus & leucippus modo magis nouo: quia certius: de his disseruerunt. Assignat autem causam cur certius disseruerunt Et inquit non nulla enim corpora mole quidem minora uidentur: sed grauiora esse ut paruum plumbum magno ligno. ex hoc infert platonis insufficientiam. & inquit patet igitur non esse satis dicere ex æqualibus ipsis primis uidelicet triangulis uel superficiebus ea quæ sunt æque/grauia constare. nam omnia æquegrauia essent æqualia mole: modo oppositum uidemus de plumbo & ligno. quare non est bene dictum æquegrauia esse ex æqualibus: grauiora ex pluri bus: minus grauia ex paucioribus. & ita certius democritici atq; leucippici dixerunt: quia hi non coguntur sic dicere ut infra uidebitur. Animaduertendum ut Aueroes inquit maius cor/pus posse apud antiquos esse leuius propter uacuum imbibitum: quod concedunt. Minus au tem esse potest grauius quia minus in se habet uacui: uerum hæc positio est reprobata quarto physicorum. Que Auer. co mento. xi.

Prima autem & indiuisibilia quidem superficies dicentibus: ex quibus constant ea corporum: quæ grauitatem habent: absurdum est dicere. his autem qui soli/da: magis contingit dicere grauius esse maius ipsorum:

Corpora duplicia sunt prima & simplicia: quæ ælementa mixtorum sunt: & secunda ac compo/sita siue mixta: quæ ex primis constant. Aristoteles ergo ostendit democriticos melius uel mi nus dissone dixisse: quo ad prima corpora: his: qui dixerunt triangula & superficies. Secũdo ostendit etiam minus male dixisse quo ad mixta corpora. Quo quidem ad simplicia ac prima minus male dixerũt Platonicis: nã democritici posuerunt solida: quæ grauia esse possunt & le uia: & ita alterum altero leuius & grauius esse potest. Platonici posuerunt superficies & trian/gula: quæ nec grauia nec leuia esse possunt: cum non sint corpora. quare possunt dicere inter simplicia esse alterũ altero: graui⁹ ut mai⁹ grauius esse minore Platõici autẽ minime hoc face/re possunt. inquit prima autem & indiuisibilia quidem superficies dicentibus ut sunt platonici qui uolunt prima & simplicia esse superficies. ex quibus constant ea corpora: quæ grauitatem habent. s. mixta: absurdum est dicere maius esse grauius minore: & sic platonici non possunt di cere inter simplicia alterum altero esse grauius aut leuius quoniam illa non ponunt corpora. His autẽ: qui solida dicunt supple prima & simplicia: magis contingit dicere maius ipsorum esse grauius minore: & ita inter ipsa possunt dicere alterum altero grauius patet igitur minus dissone dixisse democriticos: cũ ipsi possint dicere inter prima alterum altero esse grauius: Platonici uero non possunt: cum uelint prima esse incorporea: quæ grauitate participare non possunt

Compositorum uero: quoniam unumquodque non hoc modo se se habe/re uidetur: sed multa grauiora mole minora esse uidemus quemadmo/dum æs lana aliam causam quidam putant & aiunt. uacuum enim com/prehensum euitare corpora dicunt: & interdum facere est maiora le/uiora cum plus habeant uacui. Propter hoc enim & mole esse maiora

Quidam Aliqui
Cõprehensum Interceptum Intraclusum

Aueroes inquit uacuũ ipsum leuitans moueri ad motũ corporis leuitati:non enim mouere posset:nisi in mouendo moueretur·quia ut dicitur·viii·& vii·physicorũ: corpus quod mouet aliud corpus localiter:non mouet nisi moueatur· Vlterius debes scire ut Aueroes notat eodẽ comẽto q causa quare unum corpus sit altero leuius nõ est quia habeat plures partes pleni:sed q uia habet plus de uacuo:& ita apud antiquos leuius & minus leue attẽdit pœnes plus uel minus uacui cõprehensi·Secus apud platonẽ:propterea hi possunt reddere causã quare alterũ altero est leuius in mixtis illi uero non·hæc Auer·

Que Auer·comento·xiii·

Necesse est aũt his q hoc pacto definiunt si sit leuius:addere nõ solum uacui plus sed & solidi minus habere·Si enim tali ratione excedat:leuius non erit·ob id·n· & ignem leuissimum esse asserunt:quia uacui plurimum habet· accidet igitur magnũ aurũ plus habens uacui modico igne:leuius esse:nisi & solidum ipsum habuerit multiplex·quare hoc est dicendum·

Reprœhendit nunc Aristoteles opinionem democriti: & primo ostendit causam quam assignauit leuitatis & grauitatis esse diminutam:dixerunt enim causam quare aliquod est leuius: esse quia plus uacui habet:& quare aliquod est grauius:esse qa plus habet pleni uel solidi· obiicit autem Aristoteles:quia hac causa assignata:tũc aurum magnũ esset leuius igne paruo:quoniam aurum magum ut millecuplũ erit leuius modico igne ut pedali·quia eiusmodi aurũ habet plus uacui igne illo paruo·Preterea etiã sequetur ignem magnum ut millecuplum esse grauiorem paruo auro uidelicet pedali:quia talis ignis habet plus pleni illo auro·ergo si ratio debet esse sufficiens: oportet addere leuius esse: quod habet plus uacui & minus pleni: grauius autem plus pleni & minus uacui·Modo magnũ aurum licet habeat plus uacui modico igne: non habet minus pleni·& magnus ignis licet habeat plus pleni modico auro:nõ tamen habꝫ plus pleni·patet igitur eorum causam non esse completam·Inquit necesse est autẽ his qui hoc pacto definiunt ac causam assignant/si sit aliquod leuius altero:uel supple grauius:addere non solum uacui plus:sed & solidi minus habere·si enim tali ratione excedat:id corpus leuius non erit:quia stat ipsum habere plus uacui & non esse leuius:nisi habeat minus pleni ob id enim & ignem leuissimũ esse asserunt:quia uacui plurimum habent nõ attendentes ad pleni rationeꝫ propterea dat Aristoteles quasi absurdum & inquit accidet igitur magnum aurũ uidelicet millecupluꝫ plus habens uacui aliquo modico igne uidelicet pedali/leuius esse illo paruo igne addit propter hoc & correctionem:d·nisi & solidũ ipsum habuerit multiplex·quare hoc est dicẽdum atq addendum eorum causæ·Aueroes autem ait apud antiquos trifariam intelligi aliqd corpus esse altero leuius pœnes uacuum & plenum· Aut quia absolute plus habet uacui nulla ratione habita ad partes pleni:aut quia plus habꝫ uacui:& pleni min⁹ aut qa pportio uacui ad plenum est maior q̃ sit in ipso graui ut si proportio in A leui uacui ad plenum esset quadrupla ad eam:que est in B·corpore graui uacui ad plenum ut si esset dupla & ita scdm Aueroem Aristoteles ostendit antiquos assignasse primum modum/quæm insufficientem esse probat/per exemplum de magno auro ad paruum ignem·ut in textu ostẽdimus·Vltimo Aueroes notat contra hanc positionem q si pœnes plus uacui attenderetur leuius:tunc aliquod esset leuius & grauius:quia ratione habita ad maius esset graue:quia minus uacui haberet:ratione habita ad minus esset leue:quia plus uacui haberet:& ita idem esset graue & leue·

Que Auer·comento·xiiii·

Hi igitur qui quidem non dicunt uacuum esse:nihil de leui grauiq determinant ut anaxagoras & empedocles·Qui uero determinarunt quidem:non autem uacuum esse dixerunt:non disseruerunt cur alia corporum leuia:alia grauia:sint: & alia quidẽ sursum:alia autem deorsum semp ferantur·præterea nõ recordati sunt dicere quædam quæ sunt mole maiora:esse leuiora corporibus minoribus neq patet ex his quæ dicta sunt quo nam pacto fiet:ut ipsi consentanea dicant iis:quæ apparent·

Præterea Verbũ additũ
Dicere Verbũ additũ

Nunc quasi epylogando opiniones ueterum breuibus resumit & inquit hi quidem igitur qui nõ dicunt uacuum esse:supple bipartiti sunt quia alii nihil de graui & leui determinãt ut anaxagoras & empedocles Alii uero determinarũt·Sꝫ q determinarũt q̃dẽ:nõ autẽ uacuũ esse dixe/

runt:non differuerunt cur alia corporū leuia :alia grauia sint:& cur alia quidē sursū:alia autē deorsum semper ferātur:preterea nō recordati sunt dicere quædā q̄ sunt mole maiora|esse leuiora corporibus minoribus. Præterea etiā neq; patet ex his q̄ dicta sunt:quo nam pacto fiet ut ipi cōsentanea dicāt his:quæ apparēt. Est.n.ratio physica semp his quæ apparet cōformis: ut Aristoteles & Aueroes cæteriq; peripatetici pcipiūt. Quare eorū diminutiōes ex his patēt. Auer. autē opiniōes dissecuit in tres:quia alii nō dicebāt uacuū esse & etiā nihil dicebāt de causa grauis & leuis. Alii nō dicebāt etiā uacuū esse:& locuti fuerūt de causa grauis & leuis:uerū nō assignarūt causam cur hoc leue sit simplr:illud aūt graue. Quidā autē dixerūt uacuū esse:& etiam assignabant causam grauis & leuis nō quidē simpliciter:sed in respectu cōtra primas duas opiniones ut Aueroes ait Aristoteles obicit q; ille nō possunt reddere causam eorū q̄ apponūt. apponunt autē alia semp sursum:alia semp deorsum ferantur. & etiā q; quædā maiora sunt minoribus corporib⁹ leuiora. At tertia positio bene potest horū causā reddere: tamē causam grauis & leuis simpliciter assignare non potest.

Que Auer. comento. xv.

Necesse est autem etiam eos:qui plus uacui habere. De ignis leuitate causam assignant:in easdem quasi difficultates incidere. Minus quidem enim cæteris corporibus solidi:& uacui plus habebit:& tamē erit ignis aliqua multitudo: in qua solidum & plenum:ea solida quæ continentur in aliqua parua multitudine terre exuperabunt.

Incidere es chesthæ retineri

Obicit igitur nunc democrito & leucippo:quia eius data positione aliquod corpus graue habebit plus uacui & minus pleni aliquo alio corpore leui:& ita sequitur graue esse leue. deducitur nam sit A magna glebba ignis ut mille pedum. & B sit parua portio terræ ut unius pedis: quo in casu sequitur a ignem esse grauiorem terra:deducitur quia a habet plus uacui & minus pleni plus quidem uacui:quia est corpus maius:minus pleni non dico ipso b:sed ratione habita ad uacuum. inquit necesse est autem etiam eos qui plus uacui assignāt pro causa leuitatis ignis in easdē quasi difficultates incidere:in quas compulsi sunt platonici. Deducit & inquit minus quidem enim cæteris corporibus solidi & uacui plus habebit aliqua multitudo ignis in qua tā solidum q̄ plenum ea solida quæ in parua tera sunt: exuperabit. Et ita solidum ignis magni erit maius solido paruæ terræ. & eadem ratione uacuum ignis magni erit plus uacuo parue terræ:& ita sequitur ignem magnum esse grauiorem parua terra quia plus solidi habet: penes quod attenditē grauitas. sequitur etiam leuiorem esse:quia plus uacui habet:& ita idem ignis erit leuior & grauior respectu eiusdem.

Sin autem & uacuum dixerint:quo nam modo definient simpliciter graue. Aut enim eo quod solidi plus habeat: Aut eo quod minus uacui.

Apud iuniores hæc est secunda ratio contra democritum:sed apud me hæc non differt a prima ratione:nisi quia uigorosius componitur: proponit ergo primo diuisionem:& lege sic aut graue dicitur quia plus solidi habet:aut definitur graue:quia minus uacui habeat:hanc diuisionē proponit:inquit sin autem & uacuum dixerint & concesserint esse corporibus comprehensū ut re uera democritus & leucippus tenent:quærit quo nam modo definient simpliciter graue. aut enim eo quod solidi plus habeat:aut eo quod habeat minus uacui: concedentes igitur uacuum imbibitum corporibus dupliciter possunt definire. graue simpliciter|aut dicendo graue esse:quod plus habet solidi:aut dicendo graue simpliciter esse:quod minus uacui habē:hanc ergo diuisionem proponit.

Si quidem igitur hoc dicent:erit aliqua terræ multitudo ita parua:ut in ea sit soli/di minus q̄ magna in multitudine ignis. Similiter autē si uacuo definierint: erit aliquod quod fertur semper deorsum:leuius eo quod est simpliciter leue & qđ semper sursum fertur. Hoc autem est impossibile. id enim quod est simpliciter leue:semper est leuius. his:quæ grauitatem habent:& quæ deorsum feruntur. id uero quod leuius est non semper leue est. propterea q; & in his:quæ grauitatem habent:aliud alio leuius dicitur esse:ut aqua terra.

Multitudo Magnitudo

Ex data diuisione nunc syllogizat sic: nam si graue definierint ex eo: q plus habet solidi: tunc magnus ignis erit grauior parua terra. habet enim plus solidi. Sin autem definierint ex eo q habet minus uacui: tunc parua terra erit leuior magno igne habet enim minus uacui. quae omnia sunt absurda ut inquit. Dicit siquidem igitur hoc dicent id est si graue est quod habet plus solidi: erit aliqua terre multitudo ita parua ut in ea sit minus solidi: q̄ sit in magna aliqua ignis multitudine: & ita sequetur magnum ignem esse leuiorem terra aliqua. deinde destruit secundum membrum: & inquit similiter autem si uacuo definierint dicentes graue esse q minus uacui habet: idem ut prius eueniet: ideo ait erit aliquod quod fertur semper deorsum: leuius eo quod est simpliciter leue: & quod semper sursum fertur: qa sequetur paruã terraȝ esse leuiorem magno igne. cum minus uacui habeat: quae parua est simpliciter grauis semper deorsum mobilis: ostendit hoc esse impossibile & inquit hoc autem est impossibile id enim quod est simpliciter leue: semper est leuius his: quae grauitatem habent: & his quae deorsum feruntur semper. id uero quod leuius est scilicet in respectu: non semper leue est ad omnia propterea q in his: quae grauitatem habent ut mixta: uel simplicia quae sunt grauia in respectu: aliud alio leuius dicitur esse ut aqua leuior est q̄ sit terra. patet igitur quodlibet membrum dictae diuisionis esse impossibile: & ita graue nec paucitate uacui: nec multitudine solidi definiri potest.

At uero nec eo q uacuum rationem habet ad plenum: sufficiens est soluere dubitationem: quae nunc dicta est. Accidit enim hunc modum dicentibus similiter idem impossibile. In maiore enim igne atq; minore eandem solidum ad uacuum rationem habebit. At maior ignis sursum caelerius fertur minore: & rursus maius aurum plumbumq; similiter deorsum. similiter autem & caeterorum unumquodq;: quae grauitatem habent. At hoc accidere nõ oportebat; si hoc pacto graue leueq; est definitum.

Vt Auerroes dixerat trifariam intelligi potest definitio leuis data ab antiquis uno modo ut leue sit in quo plus uacui est. Alia in quo plus uacui & minus pleni. Tertia in quo maior est proportio uacui ad plenum. Vt ignis est leuior terra: quia uacui ad plenum in igne est proportio centupla. In terra uero est proportio dupla. Declarauit hactenus leue non esse in quo plus uacui est: & declarauit leue non esse in quo plus uacui & minus pleni. at nunc declarat leue nõ esse in quo maior est proportio uacui ad plenum. quoniam in magno igne & paruo uacui ad plenum eadem est proportio quia utrobiq; centupla: sunt enim paruus & magnus ignis eiusdem speciei: & ita proportio aequalis & eiusdeȝ speciei: Quo dato: tunc aeque uelociter paruus & magnus sursum mouerentur: quod est contra sensum. Videmus enim ignem magnum caelerius sursum ferri. Inquit At uero nec eo q uacuum rationem habet ad plenum talem & maiorẽ sufficiens est soluere dubitationem: quae nunc dicta est. Et ostendit causam dicẽs accidit enim hunc modum dicentibus similiter idem impossibile. & exponit illud dicens. In maiore enim igne atq; minore eandem solidum ad uacuum rationem habebit sunt enim ambo eiusdem speciei. Destruit hoc dicens at maior ignis sursum caelerius minore fertur: & rursum maius aurum plumbumq; similiter deorsum caelerius feruntur minoribus similiter autem & caeterorum unũ quodq;: quae grauitatem habent. semper enim maius caelerius fertur. minore. At inquit hoc absurdum uidelicet q aeque mouentur paruus ignis & magnus sursum accidere non oportebat: si hoc pacto recte definitum est graue leueq;. nam bona diffinitio soluit absurdum: & non illud inducit. quare non recte definitum est leue: quod sit illud in quo maior est proportio uacui ad plenum trahit enim haec definitio absurdum. Auerroes autem abreuiat rationem sic. dicentes uacuum esse causam leuitatis coguntur dicere aut leue esse illud: in quo est paucum de pleno: graue est illud in quo est multum de pleno. Aut illud leue in quo est multum de uacuo & graue in quo paucum de uacuo. aut leue est in quo uacui ad plenum est maior proportio: & graue in quo pleni ad uacuum est maior proportio. Si dicunt leue esse in quo est paucum de pleno. tunc terra parua esset leuior magno igne: nam in ea est paucum de pleno: quod est absurdum.

Que Auer. comento. xvi.

si dixerint leue esse in quo est multum de uacuo: tunc magna terra esset leuior igne paruo: naʒ in ea est multum de uacuo: & multo plus q̃ in paruo igne. Si dixerint leue esse in quo uacui ad plenum est maior proportio: tunc uelocitas magni ignis & uelocitas parui ignis essent equales quod est contra sensum: cum ignis magnus uelocius feratur sursuʒ igne paruo. consequentia uero patet quia sunt eiusdem speciei & ita proportio est eadeʒ: ecce quomodo Aueroes has tres rationes reduxit ad unam hypotheticam diuisiuaʒ: cuius sunt tria membra: quae per ordinē sunt confutata. Animaduersione dignum primo ſm Aueroem q. aqua & terra sunt eiusdeʒ generis grauis simpliciter: se differunt ſm magis & minus. & similiter ignis & aer qui sunt ex genere leuis simpliciter. Leue autem simpliciter & graue simpliciter non sunt eiusdem generis ex hoc infert Aueroes esse impossibile ut pars alicuius eorum scilicet ignis sit grauior in comparatione ad aliquam partem alterius scilicet terre. uerbi gratia quia impossibile inuenire partem terre leuiorem parte ignis: & grauiorem aliqua parte ipsius scilicet terrae. Et impossibile est inuenire partem ignis leuiorem parte ignis & minoris leuitatis q̃ alterius partis sit leuitas. & similiter impossibile est inuenire aliquam quantitatem terrae grauiorem alia parte sui ipsius & leuiorem alia parte sui ipsius. Addit q. similiter in mediis est aliquod grauius & leui⁹ respectu extremorum ut aqua est leuior terra: licet utraq; sit grauis & grauior aere: & aer non est de genere grauis. Rursus dicendum est q. aer est grauior igne & leuior aqua: & nō est ex genere grauis. Ex his infert secundo graue & leue in respectu dici dupliciter: aut in eodem aelemento: sed ſm differentiaʒ magnitudinis: ut maior terra est grauior minore: uerbi causa bipedalis est grauior pedali: & leuior tripedali. Aut in diuerso aelemēto: & sic aqua est grauior aere: & leuior terra. Sed occurres contra haec: dixit enim ignem & aerem esse eiusdem generis leuis simpliciter: & terram & aquā esse eiusdem generis grauis simpliciter addidit autem haec non differre nisi ſm magis & minus. Huius occasione non nulli tenent grauitateʒ terrae & aquae esse eiusdē speciei: & non differre nisi ſm magis & minus. similiter leuitatem aeris & ignis. Sed reuera isti errant: quia motus istorum differunt specie: ut patet ex differentia terminorum ad quos. ergo naturae differunt specie: & ita ignis & aer differunt specie leuitatis: & terra & aqua differūt specie grauitatis. Tunc ad dubitationem responderem saluo meliori iudicio q. cum Aueroes ait ignē & aerem esse generis leuis simpliciter: non intelligit ita ut aer sit simpliciter leuis & ad omnia sed se tenere cum genere leuiū: & cum addit ea differre ſm magis & minus, intelligit ſm perfectius & imperfectius in genere: non autem in specie: uelut musca & homo in genere animalis Quo uero ad uerba attinet debes scire q. illa uerba nec eo q. uacuum rationem habet ad plena Aueroes dupliciter exponit uno modo q̄ Aristoteles haec uerba referat ad grauia & leuia in respectu: alio modo q. referat ipsa ad grauia & leuia simpliciter: quas expositiones reputo extra rem: cū nihil faciant ad uerba Aristotelis: & minus ad sensuʒ: ut ex nostra expositione paruit.

Dubitatio

Secunda solutio

Prima solutio

Absurdum autem est & si ob uacuum quidem sursum feratur: uacuum aūt non.

Secundo principaliter obicit democrito & leucippo: quia isti dixerunt graue ferri deorsum ob plenum: leue uero sursum ob uacuum: contra obicit quia absurdum est dicere leue ferri sursum ob uacuum: & uacuum ipsum nō ferri nec sursum nec deorsum. Inquit absurdum autem est & si ob uacuum quidem sursum fertur supple leue: uacuum autem non fertur supple sursum: immo nec deorsum.

Praeterea si uacuum quidem sursum aptum est ferri: plenū uero deorsum: atq; ob hoc caeteris sunt causa lationis utriusq;: nihil de compositis considerare oportebat: quam ob causam haec quidem corporum grauia: illa uero leuia sunt: sed de his ipsis dicere cur alterum quidem leue: alterum uero grauitatem habet.

Praeterea

At uero

Tertio principaliter obicit sic: si uacuū quidem sursum aptum est ferri: plenuʒ uero deorsum: ita ut propter hoc caeteris corporibus sunt causa lationis utriusq;: uacuuʒ quidem lationis quae fit sursum: plenum uero lationis: quae fit deorsum: hac ratione ualet: quia uacuum aptum est sursum ferri: plenum uero deorsum: tunc eos nihil de cōpositis ex uacuo & pleno considerare oportebat: quam ob causam haec quidam grauia de numero corporuʒ sint: illa uero leuia: sed de his ipsis uacuo & pleno oportet dicere cur alterum quidem leue est uidelicet uacuū: alterū uero gra

ue est:uel grauitatem habeat. Est ergo uis rationis si corpora composita ex uacuo & pleno sunt alia leuia:quia habeāt plus de uacuo:quod aptum est ferri sursum. Illa grauia:quia habēt plus de pleno:quod est aptum ferri deorsum:frustra est questio de cōpositis cur eorū alterū est leue: & alterum graue:sed questio debet esse de uacuo:cur ipsum est leue: & de pleno cur ipsum est graue:qua quæstiōe definita:mox patebit quæstionis solutio de compositis. at nec democritus nec leucippus questionē de ipso uacuo & pleno determinarūt:ideo insufficiēter locuti sunt de grauibus & leuibus ipsis. Hæc est uis tertiæ rationis. Vis rationis

Et insuper quæ nam est causa:ut plenum uacuumq; non distent. Insuper Etiam

Quarto obicit eisdem:quia si uacuum suapte natura aptum est sursum ferri:plenū autē deorsū tunc in compositionem uenire non possent:quia cū sint motuū contrariorū:mox distarent:uacuum quidem sursum se mouēdo:plenum autē deorsum. sed circa hæc sunt duæ dubitationes: prima est cōtra secundā rationē:erat enim prima ratio q. si aliquod corpus mouetur sursum ꝓpter uacuū:oporteret etiam uacuum sursum moueri suapte natura:cū contrarium uideatur: eo q. nec sursum:nec deorsum aptū est ferri. Contra hanc rationem:quia scdm ueritatem graue mouetur deorsum ob grauitatem:& leue sursum ob leuitatem. & tamen nec grauitas nec leuitas est apta per se moueri aliquo modo. Respondet Aueroes in comento q. non est simile de uacuo:& de leuitate:nam uacuū est corpus trina dimensione affectū:leuitas uero & grauitas non est corpus:sed forma substātialis. modo est regula. vii. & . viii. physicorū nihil moueri posse ab aliquo corpore motu locali:quin illud corpus e quo mouetur:moueatur. potest tamen aliquod moueri a sua forma:quæ tamen non mouetur per se. Secunda dubitatio est contra quartam rationem:arguit enim si uacuum esset aptū ferri sursum:plenū uero deorsū:tunc hæc nō possent uenire in compositionem:quia mox seperarent̄:cōtra:quia a pari graue & leue nō possent uenire ad mixturam:quia mox disiungerent̄. Respōdent iuniores & sapide nō esse simile propter duas causas:prima est:quia elemēta nō sunt actu in mixto:sed uel uirtute:uel remissa & quasi potestate. Secūda causa est quia forma mixti determinant̄:atq; in uniōe seruantur hæ autem duæ causæ locum non habent in uacuo & pleno:primo quia uacuū & plenum nō possunt nisi actu esse in compositis:secundo quia non possunt a forma mixta determinari: & ita inter hæc nulla est similitudo. Dubitationes Prima Que Auer. comento. xvii. Scda dubitatio Solutio

Præterea rationi dissonum est & uacuo locum facere: quasi ipsum locus quidam non sit Præterea Autem Locus Regio Locum Regionem.

Quinto obicit: quia tunc uacuum esset in loco uelut corpus compositum:cuius est pars. Hoc autem falsum est quia uacuum est scdm eos locus:& ita si esset locus tunc loci esset locus & ita procederetur in infinitum. Inquit preterea rationi dissonum est & uacuo locum facere quasi ipsum uacuum locus quidam non sit. modo hoc est falsum:quia scdm eos uacuum locus est.

Præterea si uacuum mouetur;esse quendam ipsius locum e quo & ad quem mutatur necesse est.

Sexto obicit eis:quia dixerunt moueri uacuum scdm locum:At arguit si uacuum mouetur scdm locum:oportebit esse aliquem locum e quo mutatur:& aliquem:ad quem mutatur. quia omis motus est determino a quo in terminum ad quem. modo hoc est impossibile:est enim uacuū ut dicunt infinitum totum occupans.

præterea que nam est motus causa:non enim uacuum ipsum iam:non enim solum ipsum:sed etiam solidum mouetur. Præterea Ad hæc

Sexto obicit q. tunc non erit aliqua causa una & simplex omnibus motibus communis:nam talis causa non est uacuum ipsum solum:qua cuncta mouentur:quia etiam solidū mouetur. nec solidum tantum:quia etiam uacuum mouetur:quare nihil potest esse causa sola motus:quæ sit omnibus communis motibus. Aueroes comento præsenti facit has consequentias si uacuū est principium motus:ergo debet habere qualitatem motiuam naturalem:si uacuum habet naturam propriam/siue qualitatem naturaliter motiuam:tunc uacuum non esset uacuum. hæ consequentiæ ualent præsupposita defintione uacui. Vacuum enim est dimensio corporea ab omni qualitate motiua ac alteratiua absoluta:quo dato ualet prima consequentia:quia si uacuum est principium motus uidelicet sursum:ex quo sua natura non limitatur magis sursum q̄ deorsum Que Auer. comento. xviii.

ob causam simpliciter grauium & leuiũ intermedia grauiora leuioraq; inuicem atq; his: quæ simpliciter sunt.

Secundo obicit his: qui fecerunt materias contrarias ut uacuum & plenum: quia ut dictum est isti non possunt assignare causam/quare intermedia ælemẽta: quæ sunt aer & aqua sunt grauiora leuioraq; inuicem: ut aer leuior aqua: & aqua grauior aere. nec possunt assignare causam quare hæc intermedia sint leuiora & grauiora iis: quæ sunt simpliciter grauia & leuia. nõ eñ possunt assignare causam: cur aer & aqua sunt grauiora igne: & leuiora terra ut dictũ est superi⁹ deductũ est enim superius ad hanc opinione3 sequi magnam terram esse leuiorem paruæ aqua quia in ea est plus de uacuo: & magnum aerem esse leuiorem igne eadem ratione:

Magnitudine autem paruitateq; definire figmento quidem assimilatur magis q̃ aliquod priorum. sed quia differentiam sc̃dm unum quodq; quattuor ælementorum facere potest: securius ad anteriores dubitationes se habet.

Refellit opinionem eorum qui subcontrarias effecerunt materias: isti enim dixerunt materias esse quattuor ælementa: que reducta actione passioneq; una erant omnium grauium leuiũq; materia: quæ postea magnitudine graue: paruitate leue faciebat. obicit autem huic: quia sic definire graue atq; leue assimilatur magis figmento: q̃ assimiletur aliquo priorum: quæ ab antiquis dicebantur. addit tamen: quia saluat differentias ælementorũ quattuor ignis uidelicet & aquæ & aeris & terræ: sic opinari securius se habet ad anteriores dubitationes. inquit magnitudine autem paruitateq; definire ut definiunt: qui materias subcontrarias ponunt: figmento q dem assimilatur magis q̃ assimiletur aliquod eorum: quæ dicta sunt a prioribus. assimilatur quidem figmento: quia reuera non possunt quattuor ælementa ad eo reduci ut subeant rationẽ unius materiæ: quæ postea possit magnitudine & paruitate facere graue & leue: & sic uidetur colorata positio: nullum habens fundamentu3. addit in quo hæc positio est præferenda: & inquit sed quia sic definire potest facere differentiam s̃m unumquodq; quattuor ælementorum: (nam tenet quattuor ælementa esse formaliter diuersa/unum tamen reductiue:) ideo supple sic definire securius se habet ad anteriores dubitationes: que sunt mote in principio de graui & leui.

Ei uero qui unam facit naturam eorum quæ magnitudine differunt: idem accidere quod his accidit/ qui unam faciunt materiam necesse est: & neq; leue quicquam simpliciter esse neq; ferri sursum: sed aut derelinqui: aut extrudi: & multa parua paucis magnis grauiora esse. Quod si hoc erit: accidet magnũ aerem magnumq; ignem aqua terraq; parua grauiorem esse: quod quidem est impossibile. ea [illegible]itur que ab aliis dicta sunt: hæc sunt: & hoc modo.

Redit nunc ad opinionẽ Platonis: qui unã facit naturam oĩum eorũ: quæ magnitudine differũt quæ natura est triangulorũ & superficierũ. hac enim constare omnia magna & parua sc3 grauia & leuia æstimat. obicit. n. primo huic opinioni generatim p hoc: quia accidũt illi omĩa absurda: quæ accidũt his tribus positionibus: quas nunc exposuimus: Et inquit ei uero qui unam facit naturam eorum grauium & leuium: quæ magnitudine differunt: idem absurdum accidere: quod his accidit: qui una3 faciunt materiam uel formaliter uel reductiue necesse est. & quia generatim dixit eadem absurda platoni accidere: quæ accidunt aliis: ideo speciatim illa expõit per ordinem: primum q̧ nihil sit simpliciter leue: & nihil simpliciter graue: hoc fuit deductu3 quia simpliciter leue & simpliciter graue differunt specie: at in eadem natura triangulorum nõ potest assignari differentia specifica: ut patet. inquit & neq; leue quicquam simpliciter esse: & supple neq; graue. secundum absurdum est nihil ferri simpliciter sursum: uel simpliciter deorsum: sed aut derelinqui: aut extrudi. tenet hæc consequentia/quia nihil est simpliciter graue: & nihil est simpliciter leue: ideo nihil potest simpliciter sursum ferri: & nihil simpliciter deorsum quo dato omnia mouebuntur aut derelicta aut extrusa: quomodo uiolenter mota mouentur. proiecta enim mouent̃ deficiendo: quia procul a motore deficiunt in motu & mouentur extrusa: quia expulsa quo fit: ut uerbum A V T teneatur expositiue. inquit neq; ferri sursum simpliciter/neq; deorsum: sed aut derelinqui aut pro id est extrudi: atq; expelli. Aueroes tamem per

Assimilatur
Conuenit
Videtur
Eice
Aliquod
Suppletum uerbum.
Scdm uerbum suppletum
Potest
Contingit
Accidit
Verbũ additũ
Derelinqui
Deficere
Posterius ferri

quorum primum est/cur corporum physicorum hæc quidã s'm naturam semp sursum:illa uero semper deorsum:Alia autem & sursum & deorsum in respectu ferantur. Secundũ autem quod pponit/ẽ de graui & leui quo ad eorũ definitiões:& quo ad accidentia:quæ illis accidũt:quaʒ ob causam singula fiant.primum proponit dicere/quia de eo qdaʒ maxie dubitãt. Inqt nos aũt definientes dicimus id primum:de quo maxime quidam dubitãt/cur alia corporũ.s. naturaliũ sursum/alia deorsum semper/alia sursum deorsumq; s'm naturam ferũtur:hoc ẽ primũ: & cã illius.deinde addit Scdm & inquit deinde de graui leuiq; supple quo ad eorũ definitiones: atq; affectibus his:qui circa ipsa grauia leuiaq; accidunt q̃ ob causam singula fiant/secundo loco dicemus.hoc est s'm in ordine:hinc patet ordo:nam primo de motibus ac operationibus grauiũ & leuiũ:secũdo de ipsis grauibus & leuibus definitiue:tertio de accidentibus eorũ agendũ est causa autem ordinis est/nam ab operationibus arguitur essentia ac definitio.a definitionibus emergunt accidentia propria. unde Aueroes dicit q; ordo procedendi est ab operationibus ad causas eorum:& definitio rei est causa rei secundo posteriorum:ideo habebiẽ definitio grauis & leuis.& quoniam accidentia propria consequntur subiectum ratione principiorum definitiuorum:inde accidentia habebuntur.ergo ordo est a motibus ad essentiã: & ab essentia ad accidentia.hæc ex Aueroe.

Que Auer. comento.xxi.

De eo quidem igitur quod est unumquodq; ferri suũ in locũ:similiter extimãdũ est quemadmodũ & de cæteris generatióibus atq; mutatióibus.Nã cũ tres sint mot9. Ali9qdẽ scdm magnitudiné:ali9 aũt scdm spém:alius uero scdm locũ: in horũ uno quoq; mutationẽ uidemus fieri e cõtrariis in cõtraria atq; in media:& nõ in qduis equouis mutationẽ eẽ. Sil'r aũt neq; motiuũ cuiusuis qduis:Sed ut alterabile atq; augmẽtabile alterũ ẽ:sic & alteratiuũ & augmẽtatiuũ.igiẽ eodẽ mõ dicendũ est & scdm locũ motiuũ & mobile nõ qduis esse cuiusuis.Igiẽ in superiorẽ locũ atq; inferiorẽ motiuũ quidẽ ẽ/ id qd grauitatis atq; leuitatis est effectiuum mobile aũt id qd potẽtia graue est; atq; leue. ferri unũquodq; in ipsius spém est ferri.

Cuiusuis scilicet mobilis.
Igitur
Itaq;
Dicendum
Extimandum
Si uerbum
Prætermissum

Propositis his:q̃ pertractaturus erat:nũc exeqtur:& declarat primo qd sit unũquodq; mobile ferri suũ in pprĩũ locũ:& uult unũquodq; mobile ferri in suũ locũ nihil aliud esse q̃ in eius spém ferri.ad hui9 aũt pbationẽ accipit ita esse in motu locali uelut in cæteris motib9 est.nã ut ait tres mot9 sunt/ali9 diciẽ auctio in magnitudine siue quãto. Ali9 alteratio in spẽ siue qualitate.Ali9 deniq; diciẽ mot9 in loco.mõ in cæteris motib9 uidem9 unamquãq; mutationẽ fieri e cõtrariis in cõtraria atq; in media:& nõ in quęuis terminũ e quouis termino mutationẽ esse uidemus. sil'r neq; uidem9 i cæteris mutatiõib9 qduis motiuũ esse cuiusuis mobilis.Sʒ ut alterabile atq; augmẽtabile alterũ ẽ:sic & alteratiuũ & augmẽtatiuũ alterũ & ẽ alteri9 atq; alterius.cõcludiẽ igitur sil'itudo uidelicet scdm locũ motiuũ nõ eẽ cuiuuis mobil' neq; qduis mobile eẽ cuiuuis motiui.ex hac sil'itudine cõcludiẽ quid sit unũqdq; ferri in suũ locũ.sed qa hoc sciri nõ põt nisi prius sciamus quid sit motiuũ in locum sursum atq; deorsum intelligamus:ideo prius dicamus id esse sursum motiuũ:quod est grauitatis effectiuum.id uero deorsum:quod est leuitatis generatiuum.& per idem id est mobile sursum quod est potentia leue:id uero deorsum quod est potentia graue.ergo unumquodq; ferri suum in locum erit ferri in suam propriam speciem siue formam.id enim quod sursum fertur:ad leuitatem mouetur:quæ est sua forma: uel sua species uel sua qualitas. id etiam quod fertur deorsum:in suam grauitatem fertur:quæ est eius forma uel eius species uel eius qualitas:& sic patet quid sit unumquodq; ferri in suum locũ.inquit de eo quidem igitur quod est unumquodq; ferri suum in locum. Similiter extimandum est quemadmodum & de cæteris generationibus atq; mutationibus.hoc est id quod proponit:& modus declarationis:quo illud declarare intendit. Nam proponit declarare quid sit unumquodq; ferri suum in locum:modus uero quo hoc declarabitur erit per simile in cæteris motibus. Omnes enim motus sunt eiusdem generis remoti saltem. In cæteris autem motibus declarat quid sit moueri: & quia tria requiruntur ad ipsuʒ moueri scilicet agẽs qd diciẽ motiuũ terminus ad quem:qui diciẽ in auctiõe quãtitas in alteratione qualitas:in motu locali locus.

uidetur uera. diximus etiam per sursum esse intelligendam regionem ignis tantum: & dicebam ælementum nullum purum esse extra proprium locum: nisi cuȝ fuerit in loco ei naturali extra enim locum uidetur impurum ac ælementatum. aliter etiam dici potest propositionem illam ueram esse nisi aliquid prohibeat. modo cum apud nos ignis fit: non subito sursum est: quoniam aliquid prohibet scilicet medium resistens. ablato autem medio resistente confestim ita cito sicut generatur: ita cito erit sursum: quoniam tunc motus erit subitarius sicut generatio ipsius. Ad secundam dicendum communem illam propositionem esse intelligendam in ælementis quantum id est quot gradus agens dat de forma: tot dat de consequentibus: in mixtis autem intelligit quantum id est quot gradus dat de forma uel dispositionibus formæ: tot dat de consequentibus uel de dispositionibus facientibus ad illa. Vlterius Aueroes uult in simplicibus idem esse subiectum motus & subiectum formæ re: differre tamen ratiõe: seu pręparatiõe in animalibus uero subiectum forme aliud est a subiecto motus. Sed dubitatˀ: quia subiectum formæ est materia: subiectum motus est aut forma aut compositum ex materia & forma. ergo non sunt ideȝ. Præterea de animalibus uidetur falsum: quoniam in illis idem uidetur subiectũ forme & subiectũ motus. Corpus enim subiectum est formæ animalis: & subiectũ motus eiusdem. potest defendi. nam per subiectum motus intelligit illud: in quo est potentia essentialis ad ipsum motum. & tunc est uerum quod dixit. Nam subiectum motus hoc pacto est materia: & hæc est subiectum formæ: differt auteȝ præparatiõe id est ordine: quia talis materia primo est subiectum formæ: & secundo est subiectum motus mediante forma nisi sit impediens. ad secundam dici potest subiectum motus in animalibus esse corpus non absolute: sed ut affectum pro illo motu uidelicet ut membra sunt exiccata & dura. subiectũ uero formæ est materia: quæ est subiectũ generationis: & sic patet differentia. Vlterius Aueroes ponit differentiã alio modo inter motum grauiũ & leuiũ: & cæteros motus: quia in cæteris motibus impediens non habet locum. quod enim mouetur ad nutrimentum uel sanitatẽ: impossibile est impediri per aliquod. at graue cum mouetur deorsum: potest impediri. Vlterius Aueroes ait Aristotelẽ in sermonibus uniuersalibus duobus locis declarasse nihil moueri a se: quia in septimo & in octauo libro physicorum: aliter tamen & aliter. nam firmius in octauo in septimo enim arguit supponendum primum motum quasi per se manifestum. In octauo autẽ ꝓbauit ad primũ motũ ꝑ se esse deueniẽdũ: quare certius in octauo demõstratio illa habetˀ. Vltio Auer. q̃si totã Aristotelis rationẽ epylogando reducit eã ad formã sic oĩe transmutabile trãsmutatur ad simile: ælementa sunt transmutabilia. ergo ælementa transmutantˀ in simile. Vlterius arguitur ælemẽta trãsmutantur ad simile: ælementa transmutantur ad loca propria: ergo loca ꝓpria sunt similia ælementis: & ita patet ælementa non moueri ad eorum loca: nisi quatenus sunt similia & ælemẽtorum perfectiua: hæc Aueroes.

Aliud Auer. notatum.

Dubitatio

Defensio

Aliud Auero. notatum.

Aliud Auero. notatum.

Vltimũ Auer. notatum.

Differẽtias aũt & ea q̃ circa ipsa accidũt nũc dicamus. prĩo igitˀ determinatũ sit ut oĩbus uidetˀ: graue q̃dẽ simpl'r id esse q̃d oĩbus substat. leue aũt id q̃d oĩbus supereminet. Simpl'r aũt dico & in ip̃m genus respiciens & in ea q̃bus ambo non insunt. ut ignis q̃uis magnitudo nisi forte aliq̃d aliud ꝓhibeat ferri sursum uidetˀ. terrea autem deorsum. eodem autem modo & celerius quod maius est.

Duo hactenus declarauit & quã ob causam feratˀ. unũquodq; eorũ: q̃ feruntˀ: & q̃d est ferri in sui ipsius locũ. at nũc ꝓponit definire graue & leue primo. sc̃do ex definitiõib⁹ datis reddere causas oĩm eorũ: q̃ illis accidũt. inq̃t differẽtias aũt supple q̃b⁹ definitiões grauis & leuis cõstãt nũc dicam⁹. sc̃do loco & ea nũc dicam⁹ q̃ circa ipsa accidũt. nã de natura bonarũ definitionũ est: ut ꝑ ipsas soluantˀ oẽs q̃ões: q̃ rei definitę accidũt: & reddatˀ cã oĩum accidentiũ. ꝓposita intẽtiõe & ordine exeq̃tur dãdo definitiones ait tamen tales uelle dare: quæ omnibus antiq̃s uidentur & inquit primo igitur determinatum sit supple de graui & leui definitiue ut omnibus phylosophis antiquis uidetur. definit igitur graue dicẽs id esse simpliciter graue: q̃d omnibus substat: hoc est ut exponit Aueroes quod sub omnibus quiescit. leue autem supple etiam simpliciter id quod oĩbus supeminet. hoc est ut Aueroes inquit: quod super omnia quiescit. Sed occurres: nam questionem quid res ipsa est pręcedit quæstio an res ipsa est. si igitur definit graue simpliciter: & leue simpliciter prius an hæc sint debuit declarare: cui Aueroes respondet aliqua corpora esse talia superius declaratuȝ est: ubi demonstrauit terram quiescere sub omnibus corporibus: quia

Dubitatio.

Que Auer. commẽto. xxvi.

mouetur ex omnibus mundi partibus ad medium mũdi·similiter declaratum est esse aliquod tale corpus:quod omnibus supereminet corporibus:quæ recte mouetur:qualis est ignis:& sic non fuit necessarium idem nunc repetere:cũ sit suppositum iam. Animaduertendũ fm Auer. q̃ superius in primo & tertio libro Aristoteles graue & leue aliter descripsit dixit em̃ graue esse illud quod mouetur ad medium. leue autem quod mouetur a medio. ecce quomodo definitiones eiusmodi differunt:nam præsentes dantur per quiete3:præcedentes per motum·secũdo animaduertit Aueroes differentias inter has definitiones uult enim definitiones præsentes:q̃ per quietem assignantur:esse uerlores & magis naturas grauis & leuis demonstrantes:q̃ sint ille quæ per motum dantur·causam autem affert/quia motus ælementis non competere uidetur nisi aliqua ratione uiolenter:quies uero eis est omni ex parte naturalis·nõ enim motus ælementis inesset nisi medium resisteret quod absq3 aliqua uiolentia fieri non potest· præterea motus inest dum ælementũ non est purum & perfectum:at quies inest:postq̃ ælementũ omni ex pte est completum· assignari potest alia causa/quare præsentes definitiones:quæ per quietem dantur:sint uerlores & potiores quia dãtur per causam finalem motus:quies enim est finis motus: modo finis est potissima causarum· tertio animaduertit Aueroes has definitiones nõ esse essentiales/nec assignatas per proprias differentias:quia differentie latent:propterea loco earum accipiuntur actiones proficiscentes ab ipsis· Animauertendum graue simpliciter esse sic definiendum quod est illd quod omnibus simpliciter substat·& leue simpliciter qnod omnibus simpliciter supereminet·uerbum enim simpliciter debet poni ita in definitione ut ponitur ex parte definiti·ideo Aristoteles exponit quid ipse uelit per simpliciter quod in definitione est subaudiendũ:cum'enim dicitur graue simpliciter esse quod omnibus simpliciter substat:& leue simpliciter:quod omnibus simpliciter supereminet:queritur quid intelligiẽ per omnibus simpliciter supereminere:& per omnibus simpliciter substare:Aristoteles igitur seipsum explanans inquit simpliciter autem dico supple uel omnibus substare: uel omnibus supereminere & in ipsum genus respiciens:quasi dicat simpliciter dico secundum genus/ non enim leue simpliciter est quod omnibus corporibus tã sui generis q̃ alterius generis supereminet:quia licet supereminent ælementis quæ sunt sui generis:non supereminet corporibus celestibus:quæ sunt alterius generis ·similiter terra licet substet omnibus elementis:quæ sunt sui generis:non substare dicitur corporibus celestibus:qnæ sunt alterius generis·nec etiam illis dicitur superesse·quare simpliciter eminere uel simpliciter substare quod poniẽ ex parte definitionis dicitur ad genus respiciens supple suorum corporum· & exponens simpliciter· ex parte rei quæ definitur hoc est quid per graue simplr̃:& qd p leue simplr̃ intelligat:addit & in ea supple respiciens quibus ambo scilicet grauitas & leuitas simul non insunt:ut sunt aer & aqua:quibus grauitas & leuitas insunt·uel facilius exponi potest:ut Aristoteles exponat quid per simpliciter intelligat: qd intelligiẽ a parte definiti hoc est qd itelligiẽ per simpliciter graue & quid p simpliciter leue & uult simpliciter graue esse intelligendum:quod in genere grauium obtinet summum gradũ & cui nihil admixtum est de leui·simpliciter leue uero esse intelligendum quod in genere leuium tenet gradum summum & nihil grauis admixtum habet:& hoc ait simpliciter autẽ uel graue:uel leue dico & in ipsum genus respiciens hoc est quod in genere grauium uel leuiu3 obtinet summum:& quibus ambo graue & leue supple non insunt:sed graue est ita graue: quod nihil leuis habet:& leue ita leue ut nihil grauis·Aueroes autem per genus intelligit locum: qui est genus omnium locorum:qui sunt sursum & deorsum·& sic per simpliciter graue est intelligendum illud quod in genere locorum grauium obtinet infimum·leue simpliciter: quod in genere locorũ leuiũ obtinet summũ· Sed circa hæc dubitatur ait enim simpliciter graue esse uel simpliciter leue:cui nõ insunt ambo·ergo graue in respectu & leue in respectu erũt quibus ambo inerũt:& ita aq̃ grauitas & leuitas inerit:simlr̃ & aeri·hoc aũt nõ cõcederet Aristote·qa qdlibet ælemẽtũ est simplex & purũ in sua spẽ· Rñdet Auer·& ut mihi uideẽ inuit talẽ distinctionẽ q̃ cõpositio est duplex altera:q̃ est diuersorũ unio in quodã tertio·altera est qdã cõparatio eiusdẽ ad diuersa:fm quã pluribꝰ denoĩatioĩbꝰ appellaẽ·uult igiẽ Auer·media ælemẽta dici cõposita cõparatiõe ac denoĩatiõe:nõ aũt uniõe:& sic cõposita dici pñt simplicia:hæc p exẽpla expõit·d·ut ignis ipsiꝰquis magnitudo siue portio dicitẽ leuis simplr̃ qa nisi forte aliqd alid phibeat:ferri sursũ uideẽ:& i locũ uẽire emĩnẽtissimũ·terre aũt supple quis portio dicitẽ grauis simplr̃:qa nisi forte aliqd alid phibeat ferri deorsu3 uideẽ:& in locũ infimu3 uentre·addit eodẽ aũt mõ supple & celerıꝰ id ferẽ uel sursũ uel deorsu3:qd maiꝰ est in grauitate: uel leuitate· Aue

roes autē super his uerbis inquit & signuʒ q. ignis est leuis sine aliqua grauitate est: quia quanto ignis maior erit: tanto sursum uelotius fertur. Addit q. si ignis esset compositus ex grauitate & leuitate non contingeret hoc scilicet ipsum uelocius ferri sursum: quo maior esset: quia proportio grauis & leuis ad leue in utroq; corpore scilicet magno & paruo esset eadem: ac cum in eo sola sit leuitas: ideo quanto ignis maior est tanto uelocius sursuʒ fert. ecce quomodo Aueroes uult Aristotelis uerbuʒ habere locū supposita simplicitate ignis: quia ubi ignis est simplex ualet q. quanto maior fuerit: tanto uelocius fertur: ubi uero esset quoddam mixtū non ualet q. quanto esset maior: tanto celerius fertur. lignum enim maius est plumbo & non deorsum tanı tundem celerius fertur. solet instari contra hoc: quia aurum uelocius descendit ipsa terra: & tamen est mixtum. tu uero considera: nam instantia non est ad rem.

Alio uero modo graue & leue sunt: quibus utraq; insunt. quibusdam enim & super eminent: & substant: ut aer & aqua. Nam simpliciter quidem. neutrum horum leue est uel graue. terra quidem enim ambo sunt leuiora. queuis enim ipsorum pars supereminet ipsi. igne autem grauiora. subsidet enim ipsorum pars: quantacunq; sit. Ad se ipsa uero simpliciter aliud quidem est graue: aliud autem leue. Nam aer quidem quātulus sit aquæ ipsi supereminet. aqua autem etiam quantula fuerit: aeri subsidet:

Transit nunc ad definiendum graue & leue in respectu/ & definit hæc insimul/ non seorsum singulum ut fecit de graui & leui simpliciter: quoniam ex quo sunt media: subeunt rōnē unius de finibilis. inqt alio uero mō supple a graui & leui simpliciter graue & leue sunt: qb⁹ utraquæ insunt. hoc est utraquę qualitas leuitas uideliʒ & grauitas. hæc est definitio ergo grauia & leuia in respectu sunt: quibus tam grauitas q̄ leuitas inest. Et reddit causam quare utraque qualitas cuiq; eorū inest: ex eo quia aliqbus supeminēt. aliqbus substāt. ut aer & aqua: eminēt. n. terræ: substant igni. inquit quibusdā. n. & supeminēt ut terreis: & substāt: ut igneis: & pōit exemplū dicens ut aer & aqua dixerat hæc dici aliter grauia & leuia: ideo assignat causam quare hæc dicuntur aliter grauia & leuia: ex eo quia simpliciter neutrum horum leue est: uel graue: quia ambo sunt leuiora ipsa terra: & igne grauiora. inquit dico supple hæc aliter grauia & leuia ab his que sunt simpliciter talia: nam simpliciter quidem neutrum horum leue est uel graue. nam terra quidem ambo sunt leuiora. quæuis enim pars ipsorū ipsi terrę supeminet. igne aūt sunt grauiora: subsidet em̄ ipsorū pars quātacūq; sit ipsi igni. ergo sunt grauia & leuia ad aliud atq; alid & sic cuiq; eorū utraq; qualitas inest: non quidē compositione ut diximus: sed denoīatiōe & respectu. Sed occurres sicut aer & aq̄ dicūtur grauia & leuia respectu extremorū: an dici possint grauia & leuia comparatiōe ad seipsa simpliciter & seorsum. R n̄det Aristote. ad se ipsa uero simpliciter id est seorsum sumit. n. simpliciter ꝓ solo ac seorsum sumpto aliud quideʒ est graue: alid autem leue. nam aer quidem quātulus is sit omni aquæ ipsi supeminet: ergo dicitur leuior aq̄: aq̄ uero quātulauis fuerit omī aeri subsidet. ergo est grauis ad aerē. quare hæc dicūtur grauia & leuia in respectu tam simul sumpta & ad extrema cōpata: q̄ seorsum simpliciter accepta/ ad se relata. Aueroes autem assignat signum quo aerem esse aqua leuiorem cognoscitur: quia corpa quibus aer prędominatur aquis supernatat. ergo aer est leuior aqua: & aqua grauior aere. Sʒ cōtra hæc dubitabis fortasse primo quia uel leuitas aeris est intensa ut octo in aere ipso: uel remissa. Si est intensa: ergo aer erit leuissimus simpliciter: & ita omnibus supereminet. Sin autem remissa: erit ergo sibi grauitatis qcquā admixtū: cui⁹ oppositū Aueroes asseruit proximo comēto secundo. Si grauis & leuis dicitur aer comparatione: grauitas & leuitas in eo erunt relationes: quare non erunt principia motuum ut quinto physicorum colligit. potest dici qualitateʒ qua aer dicitur grauis & leuis: differre specie a leuitate ignea: & grauitate terrea. hæc. n. aerea qualitas siue sit dicenda leuitas siue grauitas est intensa ut octo in tali natura. & ita nō sequitur aereʒ per hanc omnibus supereminere. quia est intensa ut octo ut aerea est: non autem simpliciter. Ad secundam dicendum aliquid dici comparatione posse dupliciter intelligi aut intrinsece ratione fundamenti: uelut simile ratione fundamenti est albuʒ ratione albedinis: aut extrinsece ratione relatiōis ut simile extrinsece ratione relationis est simile propter similitudineʒ. tūc dico aerem & aquam dici comparatiue grauia & leuia intrinsece propter qualitates: quæ sunt fundamenta respectuum. Et non extrinsece propter relationes.

Que Auer. comento. xxvii.

Qnoniam autem & cæterorum alia quidem grauitatem:alia uero leuitatẽ habẽtſ patet eam quidem differentiam:quæ in ſimplicibus eſt:horum omniũ cauſam eſſe ex eo namq; quia aliud plus aliud minus illorum ſunt aſſecuta;alia corporũ grauia:alia leuia erunt·

Aueroes ſic introducit & recte:cum dedit definitionẽ grauis & leuis tam ſimpliciter: q̃ in reſpe/ctu:tranſit ad aſſignãdã cauſam accidentium:quæ inſunt mixtis propter ſimplicia·hoc enim erat tertium propoſitum ·præordinat tamen doctrinam hoc modo·quoniam mixta ſunt gra/uia uel leuia propter ſimplicia quæ in illis prædominãtur:ideo dicendũ eſt de accidentib⁹ ſim plicíũ ſic enim erit dictum de accidentibus mixtorũ primo ergo oſtẽdit mixta eſſe talia ꝑpter ſimplicia:ſcdo ex hoc quid agendũ ſit de ſimplicibus:colligit·Inquit quoniaꝫ autem & cætero rum·ſ·mixtorum alia quidem grauitatẽ:alia autẽ leuitatẽ habent:patet eã quidem differentiã quæ in ſimplicibus eſt:horũ omniũ corporum mixtorum cauſam eſſe·ſ·cur alia grauia:alia le/uia ſint & quod mixta ſint grauia & leuia propter ſimplicia·declarat dicens ex eo namq; quia aliud plus aliud minus illorum ſimplicium ipſa mixta ſunt aſſecuta:alia corporũ mixtorum a prædominio erũt grauia;alia leuia·patet igitur uerum eſſe mixta eſſe grauia uel leuia propter ſimplicia·lignuꝫ enim leuius eſt plumbo:quia de leuibus elementis plus eſt in ligno q̃ in plũ bo aurum uero ut Aueroes inquit grauius adeſt argento:quia in eo eſt plus de terra· oleũ autẽ leuius uino:qa in eo plus eſt aeris·Quo uero ad uerba attinet uerbũ illud IN SIMPLICIBVS antiquæ tranſlationes habẽt IN COMPOSITIS:quod unde factum ſit:ignoro·græce enĩ eſt haſynthetis|hoc eſt ſimplicibus:ideo iunioribus fuit errandi cauſa·

Illa
Ta

Quare de illis dicendum eſt:cætera enim illa prima ſequuntur:quod quidem & eos oportere facere diximus:qui ob plenum graue eſſe dicũt·& ob uacuũ leue·

Declarauit mixta eſſe grauia & leuia propter differentiam ſimplicium:quoties in illis præſunt· ex hoc concludit quod facturus eſt:aſſerens ſolum de ſimplicibus ſe uelle agere:quoniã cũ mix ta ſint talia ob ſimplicium prædominium:ſatis de differentiis ac accidentib⁹ mixtoruꝫ dicetur· ſi de accidentibus ſimplicium erit dictum·Inquit quare de illis ſimplicib⁹ dicendũ eſt:cui⁹ cau ſam aſſignat dicens cætera enim mixta illa prima & ſimplicia ſequunẽ:ſunt enim ut dictũ eſt mixta ipſa grauia & leuia ob ſimplicia·addit hunc ordinem debuiſſe ſeruare democritos:qui grauia ob plenum:& leuia ob uacuũ eſſe dixerũt·debent enim ſolum de accidentibus pleni|& uacui dicere:quoniam ſic de accidentibus mixtorum ſatis erit dictum·Ariſtoteles ergo ut Aue roes inquit prætermiſit tractare accidentia mixtorũ:& tantũ in ſimplicibus inqrit accidentiũ cauſas·hæc de intentione|deq; ordine·

Itaq;
Igitur deuel
Autem dri
Talentiæon
Centũ librarũ
Mnaiæo
Vnius libræ

Accidit itaq; eadem non ubiq; grauia leuiaq; ob differentiam primorum uide/ri·Dico autem ut in aere quidem grauius erit lignum talentiçon plumbo mnai æo in aqua autem leuius·

Quod dicit hic Ariſtoteles:poteſt eſſe dubitatio|econtra dicta:& poteſt eſſe ꝓblema:nã cum ꝓ poſuit loqui de accidentibus mixtorum propter differentiam ſimpliciũ|nunc hoc facit:propo nit enim accidens PRIMO:ſecundo illius cauſam reddit·erit ergo problema quam ob cau/ſam lignum centũ librarum eſt in aere grauius plumbo unius libræ·in aqua uero econtra plũ bum unius libræ eſt grauius ligno centum librarũ·Inquit accidit itaq; eadem non ubiq; gra/uia leuiaq; ob differẽtiã primorũ uideri·& ꝑpter hæc uerba uidetẽ hæc dubitatio cõtra dicta di xim⁹ e ĩmixta eẽ talia ꝑpter ſimplicia:at nũc ita eſſe nõ uidem⁹·& hoc expõit dicẽs dico aũt ut in aere quidẽ grauius erit lignum talentiæũ|plũbo mnæio i aq̃ aũt ecõtra lignũ talentiæũ leuius eſt plumbo mnaiæo·Debes ſcire q. lignum talentiæũ ſemper eſt plumbo mnaiæo gra uius·dicitur autem in aere grauius:quia in illo uelocius fertur q̃ plumbum·In aqua uero leui⁹ quia in illa uel non fertur:uel tardius mouetur·hinc Aueroes ait Ariſtotelem hic per grauitatẽ intellexiſſe tarditatẽ:ꝑ leuitatẽ uero uelocitatẽ:Quo uero ad uerba attinet talentiæum:a talẽ to deducitur·eſt autem talentũ nõ una ratione acceptũ ut plinius inquit: tamen hic ꝑ pondere centum librarum aſſumpſimus:quia quouis modo exponatur:non refert·Mnaiæum uero de/ducitur mna hoc eſt mina libra una·ſol·xx·hic uero pro libra 1·accepimus:quia quouis mo do exponatur:differentiam non facit in re·

Causa autem est: quoniam grauitatem habent omnia præter ignem· & leuitatem præter terram· terra igitur & quæ terræ plurimum habent: ubiq; grauitatem habere necesse est· aquam autem ubiq; præterq̃ in terram· & aere & præterq̃ in aqua & terra·

Soluit Aristoteles ꝓblema & suppōit oīa ælemēta habere grauitatē præter ignem: nā aer aqua & terra grauitatem habent· secundo supponit omnia habere leuitatem præter terram: nam ignis aer & aqua leuitatem habent· Ex his concludit terram & quæ plurimū terræ habent ubiq; grauitatem habere: quoniam in igne aere & aqua grauitatem habet· secundo cōcludit aquā ubiq; grauitatem habere præterq̃ in terra: ubi leuitatem habet· tertio concludit aerē ubiq; grauitatem habere præterq̃ in aqua & terra: ubi leuitatem habet· inquit causa autē est quoniam grauitatem habent omnia præter ignem: nam aer aqua & terra grauitatem habent: hæc est prima suppositio· ponit secundam dicens & leuitatem præter terram· leuitat enim ignis aer & aq̃ terra autem sola gruitat: hæc est scda· Ex his excerpit prio terrā & terrea ubiq; grauitare: & inquit terram igitur & quæ terræ plurimum habent ubiq; grauitatem habere necesse est· ubiq; quia in igne aere/aqua & terra· si ælemētū in sua sphæra grauitet ut dicetur· deinde ponit secū dum excerptum dicens aquā autem ubiq; præterq̃ in terra: ubi leuitat: grauitat enim aqua in regione ignis: & in regione aeris/ & in propira regione ut dicemus· solum autem in terra leuitat· ponit tertium dicens & aerem præterq̃ in aqua & terra: ubi leuitat· grauitat enim in regione ignis: & in propria regione ut dicem⁹· ignis· ut· i· aer· ut· ii· aqua· ut· iii· terra· ut· ix· Aiaduertendum q; Aueroes dicit omnia ælementa præter ignē suis in locis aliquam habere grauitatem præter ignem: aliquam ut dicit & non simpliciter: qualem habent· ea eorum loca: sed aliquam quasi diminutam· hinc Themistii· q· tollitur: arguit enim Themistius si ælemēta haberent grauitatē suis in locis: in illis starent uiolēter: uelut cum stant extra ea· qd soluit Aueroes per hoc q; ælementa suis in locis nō habent grauitatem: simpliciter: sed aliquā quæ est facilitas quædam: qua mota in illis deorsū facilius feruntur q̃ sursum· quare per grauitatem aliquam Aristoteles intelligit facilitatē: qua mobilia facilius deorsum q̃ sursum feruntur· & hoc Aueroes declarauit ex proiectis: sed de his postea

Sua enim in regione omnia grauitatem habent præter ignem: etiam aer· Signum autem est quoniam plus trahit inflatus uter uacuo·

Duas suppositiōes fecit: quarū prima erat omnia ælemēta suis in locis grauitatē habere præter ignem· secunda uero erat cuncta leuitatē habere præter terrā· Secundā quidē relinquit uel tāq̃ notam: uel quia patet ex declaratione primæ/ uel quia illa nobis non deseruit: & primā probat argumento sumpto ab utre inflato: quia propria in aeris regione deorsum trahit· proponit ergo primo suppositionem & inquit sua enim in regione omnia grauitatem habēt preter ignē· hęc fuit prima suppositio· addit etiam aer supple propria in regione grauitatem habet: de quo quis posset ambigere: & hac ratione speciatim exemplum atq; signum posuit de aere· dicens signū autem est quoniam plus trahit inflatus uter in propria regione ipso uacuo: & hoc ut addit simplicius modo uter sit pelle tenuissima confectus: ut mēbrana illa nullatenus promoueat· hinc patet prima suppositio·

Quare si quid plus aeris habet q̃ terræ & aquæ: id in aqua quidem alio leuius· in aere uero grauius esse contingit· nam non natat quidem super aerem· natat autē super aquam·

	Lignum talentiæum A		plumbum mnaiæum B
ignis	i	ignis	i
aer	xii	aer	ii
aqua	v	aqua	iii
terra	iii	terra	ix

Ex his soluit problema & reddit causam accidentis· quia a lignū talentiæum in aere habet uirtutem motiuam deorsum ut· xx· quia in eo aer ut· xii· & aqua ut quinq;/ & terra ut tria oīa deor

primo illud esse exemplum:& non signum uerum:quia exempla ponimus ut sentiant qui discūt. secundo dicit Aristotelē supposuisse utrē esse tenuissime mēbrane adeo ut non promoueat plusq̄ aer. Themistius uero credit utrem esse ex crassa ad moduз pellicula. hæc breuiter in comento colliguntur:sed an uera sint. Dubiū est nō paruum. Aueroes dubiū hoc dissoluit in presenti comento:& infra comento xxxix. unde hic ponit hanc cōclusionē q. media ælemēta propriis in locis grauitent & leuitent. comento uero. xxxix. ponit aliam q. uidelicet licet hæc media ælementa grauitent & leuitent propriis in locis:tamen in illis magis grauitant:primā conclusionem tribus rationibus potissimuз confirmauit:prima quia aer descendit a regione ignis: & ascendit a regione terre & aquæ:ergo aer grauitat & leuitat in loco eius medio. secunda qa sagitta propulsa mouetur sursum & deorsum in aeris regione. ergo aer trahit sursum & deorsuз & ita leuitat & grauitat:tertia sit lignū cuius aqua & terra sint æquales aquæ& terræ:quæ sunt in plumbo: & ignea quoq; pars sit equalis in utroq;. aerea uero sit cētupla in ligno ad partē aeream plumbi : casu isto posito: constat in regione aeris lignum eiusmodi citius descendere plumbo:& non ratione aquæ & terræ:quæ in utroq; sunt equales:nec ratione partis igneę qa illa non trahit deorsum:& in utroq; est equalis. ergo ratione partis aereæ. quare si lignum in aeris regione citius plumbo descendit:aer sua in regione grauitabit. secundam conclusionem probauit comento. xxxix. primo argumento sumpto ab utre inflato. secundo quia aer naturaliter descendit ablato subterposito:præter naturaliter uero ascendit ablato superposito. tūc arguo omne naturaliter descendēs ablato supterposito: & uiolenter ascendens ablato superposito naturaliter sua in sphæra magis grauitat:q̄ leuitat. Sed aer & aqua sunt eiusmodi. ergo suis in sphæris naturaliter magis grauitant q̄ leuitāt. tertio pars leuissima animalis grauitat ut spiritus:& non ratiōe terræ:quia est omni ex parte aereus. ergo ratione aeris. quarto in aere & aqua sunt causæ grauitatis magis q̄ leuitatis ut comento illo probabitur ergo in suis sphæris magis grauitabunt q̄ leuitabunt. Vltimo tunc ea quæ in sublimi apponunt deorsum non facile mouerentur. Hæc Aueroes in comentis. hæc questio specialis uidetur in ælementis mediis. non enim Aristoteles dubitat de igne & terra:cum dicat igneз leuem esse tantum & nullo modo grauem:terram autem grauem & nullo modo leuem. recentiores tamen ampliant questionem ad omnia ælementa ut patet. Themistius autem tenet in sphæris propriis nullū ælementū grauitare uel leuitare extra tn̄ loca illa cōcedit & grauitare & leuitare. ut ad loca eorū p̄ueniant. Vtitur ratione ut Aueroes retulit:quia si grauitarent:tunc in eorum locis uiolenter quiescerent:nam si grauitarent: naturaliter deorsum descenderent: ergo in eorum locis uiolenter starent. huic fauet textus. d. cum igitur fiat ex aqua aer:& omnino ex graui leue:eo ipso sursum uenit:& non ulterius fit:sed illic est. quare aer cum ponitur in regione aquæ uel terræ mox leuitat:cum autem in proprio loco collocatur: mox stat :& nullo modo mouetur. Præterea idem confirmatur signo sumpto a natantibus. cum quandoq; sub aquis natant: & nulluз persentiunt pondus. insuper nos qui incolimus in aeris infima regoine: grauitatem aeris nullo modo percipimus:quare ipse nullo modo grauitare uidet̄. sed iter hos potest poni cōcordia ideo debes scire grauitatem accipi posse pro qualitate:qua aliquid dicitur formaliter graue. & potest sumi pro actu secundo:quo graue dicitur actu moueri deorsum. tertio sumi potest ꝓ dispositione qua dicitur actu resistere ei quod ipsum sursum trahit:uelut uiuere potest sumi pro eē & pro operari & ꝓ ipso resistere corrumpenti. Tunc dicerem saluo meliori iudicio primo q. ęlementa media in suis sphæris sunt grauia & leuia formaliter grauitate sumpta pro ipso actu primo:& hoc tres rationes presentis comenti probant. Secūdo dicerem ælementa media ꝓpriis in spheris non sunt grauia nec leuia grauitate & leuitate sumptis pro actu secundo. & hoc ꝓbāt rationes Themistii. tertio dicerem q. ælementa media in propriis spheris grauitāt capiendo grauitatem pro dispositione qua illa resistunt potius illi quod ipsa sursum trahit q̄ deorsum:& hoc probant rationes Auerois comenti. xxxix. & signum de utre:& argumentū eiusdem. per hæc tollitur contradictio in dictis Aristotelis:nam Aristoteles hic & . xxi. prima particula: ꝓblemate. xvii. & particula. xxvi. ꝓblemate. x. xii. & . xiii. & . xi. particula problemate. xlv. uidetur tenere illud idem:quod hic asseruit. xxv. uero particula problemate. xii. tenet oppositum ait enim utrem tantum plenum quantum uacuuз æque per librari. tu uero per hæcc:quæ diximus:tolle contradictionem. Si quis tamen uellet sustinere media ælementa non grauitare grauitate secundo modo dicta pro actu secundo:ut multi sentiunt: facile posset respondere rationibus in contrarium factis/ad illud enim de utre patet non ualere quoniam forsasse gra

An elemēta media in propriis sphæris grauitent.

uitat propter pellem/& fortasse ob aeris condensationem/ & fortasse casus est falsus ut nos sumus experti Argumentū præterea aristotelis nullum est quia omne locatum naturaliter uiolenter mouetur extra locum eius:& ita aer uiolenter descendit remoto corpore subterposito·Pręterea si aqua naturaliter moueretur ad mediū·ergo uiolenter recedit a medio ut Aristoteles arguit primo huius:Insuper tunc uni corpori simplici plures motus inessent·demum Aueroes met te net aquam uiolenter descendere etiā ablata terra·ut patuit primo huius comentis·viii·&·xvii· &·ii·huius comentis·xxxi·&·lxxix·similiter solui possunt rationes Auerois quo fit uel ęlemē ta nec primo nec secundo modo grauitent·tertio tamen modo concedi potest ut omnes auctoris autumant·

Quoniā aūt est aliquid simpliciter graue:atq; simpliciter leue:ex his perspicuū est

His declaratis nunc quasi epylogat ea quæ dixit·& inquit quoniam autem est aliquid simpliciter graue: atq; simpliciter leue:ex his perspicuum est·uel forte per hæc uerba excusat se a quęstione an est graue & leue simpliciter:nam cum terminauit quęstionem quid sit unumquodq; horum:quasi se excusans a quęstione si sunt:inquit quoniam autem est aliquid simpliciter graue:atq; simpliciter leue:ex his perspicuum est:supple quæ diximus nunc:& quæ diximus primo huius:& quæ dicemus statim·

Dico autem simpliciter leue quod semper sursum:& graue:quod semper deorsum aptum est ferri non prohibitum·sunt enim aliqua talia:& non omnia grauitatem habent:ut quidam putant

Addit nunc definitiones grauis & leuis simpliciter:quæ ex motu colliguntur:ut per hasce appareret graue simpliciter & leue simpliciter esse:ut inquit dico autem simpliciter leue:quod semper sursum aptum est ferri nisi prohibeatur·& graue simpliciter etiam dico:quod semper deorsum aptum est ferri non prohibitum·differunt autem eiusmodi definitiones ab illis:quæ assignatę sunt per quietem:illę enim indicant essentiam magis·est enim quies ipsa ælementis naturalior·hæc uero ostendunt differentiam eorum magis:ac illa esse:cum motus sit sensibilior quiete tunc quasi refellens opinionem antiquorum inquit sunt enim aliqua talia:& non omnia grauitatem habent:ut quidam putant·hæc Aristoteles·

Nam & aliis quibusdam graue esse uidetur:& semper ad medium ferri·est autē & leue simili modo·

Hæc quæ modo dixit·nunc confirmat auctoritate antiquorum & ratione sumpta a sensibus inquit nam & aliis quibusdam scilicet antiquorum graue esse in rerum natura quicquam uidetur:& hoc quo ad quęstionem an graue sit:& supple etiam uidetur semper ad medium ferri: & hoc quo ad quęstionem quid est·idem de ipso leui·addit & inquit est aūt & leue simili modo scilicet & ens in rerum natura:& id quod uidetur semper e medio ipso ferri·hæc ex antiquis·

At uero ipsum Quod quidez medinm

Videmus enim ut dictum est prius terrea ipsa omnibus subesse:atq; ad medium ferri·at uero ipsum medium definitum est·

Cum probauit illa auctoritate ueterum:nunc eadem probat sensu uel sensibili ratione ut est de more physici·quia uidelicet sensu uidemus terrea quædā corpora oibus subesse:& hoc quo ad quęstionem an sit graue:atq; ad medium ferri:& hoc quo quid sit graue·addit de medio at uero ipm mediū definitū est:ad q̄d uidemus grauia ferri·qa nō mouētur:ad infinitū uel in abyssū ut rudes putāt·ex hoc qđ uidemus pōt argui/uidem9 terrea quedam moueri ad medium/& subesse cęteris omnibus·ergo est aliquod graue quod omnibus subest:& ad mediuz fertur·hec de grauibus·dixit autem TERREA/& nom terram:quia terra pura oculis nō subiacet·ęlementum enim purum coloratum non est:quod si terrea uidemus ad medium ferri:cum nō ferantur nisi ratione terræ·ergo terra magis deorsum fertur·

Si igitur est aliquid quod omnibus eminet:ut & ignis uidetur in ipso aere sursum latus aer autem quiescens patet hoc/ad extremum ipsum ferri·quare nihil grauitatis ipsum habere potest·Subesset enim alteri:Quod si hoc esset aliquid aliđ esset profecto:quod ad ipsum extremum moueretur:quod super omnia:quæ feruntur collocaretur·Nunc autem nihil esse uidetur·ignis ergo nihil grauitatis

habet:neq; etiam terra leuitatem ullam:si quidem subsidet uniuersis:id q; quod subsidet ad ipsum medium fertur

Nunc leue simpliciter esse & ipsum ferri ad extremum ratione quasi a simili persuadet:& licet p cedat more prioristico a primo ad ad ultimũ hypothetice syllogizans:põt tamen eius ratio sic ad cathegoricam reduci quod omnibus supereminet est leuissimum simpliciter: ignis omnib? super fertur. ergo est simpliciter leuis. minor probatur per impossibile:quoniam si non omnibus superfertur ignis:detur oppositum: tunc alicui alteri nõ superfertur:sed tale nõ uidet̃ ergo ignis omnibus superfertur. Aristoteles uero procedit hypothetice & inquit si igitur est aliquid quod omnibus eminet:ut & ignis uidetur in ipso aere & supra aerem sursum latus:aer aũt quiescens:patet tale corpus ad extremum ipsum ferri. hæc est prima consequentia:deinde facit secũdam & inquit quare tale corpus supra aerem latum ipso aere quiescente nihil grauitatis ipsum habere potest:cuius ratione affert subesset enim alteri:& ultra inquit q; si hoc esset:aliqd aliud esset profecto:quod ad ipsum extremum moueretur:quod super omnia:quæ feruntur: collocaretur. Destruit hoc consequens: & inquit: nunc autem tale nihil esse uidetur ad sensum nostrum & cum nihil tale sit: infert principalem conclusionem dicens ignis ergo nihil grauitatis habet repetit & idem de terra & inquit neq; etiam terra leuitatem ullam:si quidem subsidet uniuersis/idq; quod subsidet ad ipsum medium scilicet definitum fertur. Quare simpliciter graue esse:& ipsum ferri ad medium patet:similiter patet esse simpliciter leue:& ipsum ferri ad extremum ab ipso medio. que duo proposuit Aristoteles. Quod si has rationes hypotheticas ad cathegoricas uis reducere facile potes. Circa hunc textuz animaduertendum primo q; Aueroes dicit quædam: ex quibus patet solutio cuiusdam dubii. Supponatur igitur centrum esse punctum terminans lineam a B a concauo lunæ usq; medium totius protractã. Arguatur ergo sic linea a B potest protrahi usq; ad punctum e:ergo B non fuit ultimum:similiter usq; ad pũctuz f & sic B non fuit ultimum:& ita centrum B non fuit definitum. Respondere uidetur ergo Aueroes:nam punctũ B potest cõsiderari uno modo mathematicæ ut descriptum in linea ut linea est:& sic non est ultimũ:quin possit intelligi adhuc aliud ulterius:& sic in infinitum. Alio modo potest considerari ratione physica ut punctum terminans lineam quæ est semidiameter mundi:& sic est B ipsum ultimum & finitum:ita ut non possit sibi addi aliud ultra. hæc ex uerbis Aueroïs. Que Auer. comento. xxxii.



secundo animaduertenduz q; Aueroes pro roboratione rationis Aristotelis duo supponit: primũ q; null? loc? sit supra loco ignis:qa tũc uel inueniret̃ alid corp? sẽsibile ultra ignẽ:qd moueret̃ sursũ ultra regionẽ ignis qd nõ pʒ:uel daret̃ uacuũ inter concauum lunæ:& conuexum ignis ad quod concauum moueretur corpus illud. Secundum est q; locus aeris non potest se extendere naturaliter usq; ad lunæ concauum:quia tunc ignis non haberet locum:in quem moueri possit. qa uel moueretur ad concauũ cæli:& hoc non:non enim idem est locus duorum corporum. cum igitur concauum lunæ positum sit locus aeris:ergo non potest poni locus naturalis ignis. nec moueri potest ignis ad medium regionis aeris:quoniam uidemus ipsum super omnia ferri. patet igitur locum naturalez aeris non esse protensum usq; ad cæli lunæ concauũ Ex his duobus sequitur ignem naturaliter locari in extremo:& ita esse leue simpliciter:& hæc fuit ratio Aristotelis. Tertio animaduertendũ q; Aueroes addit alias rationes ad idem: Arguit enim primo partes ignis uidentur sursum ferri. ergo est aliquis locus sursum:ubi est congregatio omnium partium ignis:cuius exemplũ est ut si quis esset in montibus:& nunq̃ mare uidisset posset concludere mare esse:cum uideret omnes aquas fluere:& nihil conetur ad terminuz non futurum:ergo oportet dare locum cõgregationis aquarũ:& tale est mare. hæc ergo demõstratio est:qua probatur aliquã speciez esse:quod raro accidit:quoniam semper species sunt ad sensum perspicuæ. secundo arguit Aueroes:coniugatio calidi & sicci est possibilis in natura: ut coniugatio humidi & calidi. Sed coniugatio calidi & humidi est actu aer. ergo coniugatio calidi & sicci est actu ignis. Quarto animaduertendum q; Aueroes mouet quæstionem uidelicet quam ob causam ignis in propria sphæra non lucet:sed extra sphæram bene. ait q; quæstio/queꝛit alium locum:quia librum de sensu. Respondet tamen q; quemadmodum congelatio accidit aquæ:nõ ut aqua:sed quatenus sibi terrei uapores admixti sunt:& ita ut aqua est mixtuz quod


dam:sic ignis lucet ut mixtũ est terreo denso:quare ut cõgelatio aquę accidit ob dispositionẽ illi extraneã:sic ipsi igni accidit lucere ob dispositionẽ sibi extraneã. At cũ elemẽta sunt in loco naturali:nõ possunt habere dispositionẽ extraneã ergo nõ põt ignis in ꝓprio loco lucere: sicut nec aqua congelari. hoc autẽ authoritate Alexãdri cõfirmat: qui uoluit ignẽ in suo loco & hunc nostrũ ignẽ dici fere æquiuoce. Ille si quidẽ uitam cõseruet:hic eã destruit. Cuius signũ est ex definitiõe ignis nostri:& aquæ nostrę cõgelatio enim aialia corrũpit:ignis etiã. nã cõgelatio est densatio frigidi corporis:& sicci. ignis aũt ebulitio calidi & sicci:quæ oia uitã destruunt quare ignis & aqua destruunt uitã. quare ignis ille est æquiuoce fere ignis. dixit fere æquiuoce quia hæc equiuocatio est fere per accidens. Nam ille ignis est conseruatiuus. ut sibi miscentur radii solis & stellarum:qui per ignem transeuntes:ueniunt ad nos & nos calefaciũt:quare nos quodammodo uiuificat. at ignis noster ul mixtiõis hæc nõ facit:& ita p accidẽs dicitur ignis æquiuoce. Sed occurres an ignis in sphæra propria sit nostro igne calidior. uidet̃ enim primo q; sic:quoniam est purus calor:& intensissime talis. Ex alio uidet̃ scũdo q; nõ:qm̃ actio sequit̃ formã in materia densa existentẽ. Aueroes in comento libri canticorum. xv. uelle uidetur illũ ignem non habere actu calorem:cum calor sit accidens huic igni sensili ut est in terreo corpore uerum de his in libro de sensu.

At uero medium esse ad quod eorum quæ grauitatem habent & e quo leuium: latio est:ex multis patet. primo quidem ex eo qa nihil ferri in infinitum contingit ut enim nihil est impossibile sic neq; fit impossibile. latio autem generatio est unde quo.

Accepit tanq̃ omnibus cõstans mundi mediũ esse definitũ hoc est esse finite distãs ab ipso cœli concauo. at nũc illud probat pluribus rationibus:primo quia si medium ad quod simpliciter graue mouetur:distaret per infinitum a celi concauo extremo:tũc nullũ prorsus graue simplr deorsum ad medium moueretur:quod est contra sensum. & ratio patet: quia nihil moueretur ad locum ad quem peruenire esset impossibile. at impossibile est aliquod graue simpliciter ꝑuenire ad locũ distantẽ ab eo in infinitũ. Inquit at uero mediũ esse ad quod eoru; quæ grauitatem habẽt latio est:& e quo leuiũ etiã latio est:ex multis patet. & primo syllogizans p impossibile dicit & primo qdẽ ex eo:quia nihil ferri in infinitũ cõtingit:cuius causam dicẽs. ut enim nihil est in rerũ natura qd est impossibile:sic neq; fit aliqd qd est impossibile. Impossibile.n. ipsum neq; est/neq; fieri põt. Nam quod esse nequit etiã fieri neqt. Addit latio aũt est supple q̃dam generatio/siue quædã factio unde quo:hoc est e termino e quo ad terminũ ad quẽ finita& recta. qre ꝓficisci nõ põt ad terminũ infinitũ. qre op; mediũ mũdi finite distare a circũferẽtia.

Deinde ignis quidem sursum latus/ terra autem & quicquid grauitatem habet deorsum similes ad angulos fertur. quare ad medium ipsum ferat̃: necesse est. utrũ aũt ad tærre mediũ an uniuersi feratur cũ idẽ sit:alia ratio est.

Secundo arguit ignis mouet̃ ad punctũ definitũ:ergo & terra:quoniam contraria corpora ad cõtraria pũcta ferri necesse est. Inquit deinde ignis quidẽ sursum latus:terra autẽ & quicqd grauitatem habet:deorsum ad similes angulos fert̃. hinc dat cõclusionẽ dicens hinc ad mediũ ipsum feratur terra definitum & terminatum necesse est. Excusat autem se ab alia questione obiter occurrente dicẽs utrũ autẽ ad terræ mediũ an ad uniuersi mediũ ferat̃. s. ipsa terra: cũ medium idem sit. alia ratio est quod mediũ mũdi sit definitũ ac ab extremo finite distãs Aueroes ꝓbat primo omne impossibile eẽ est impossibile fieri. motũ infinitũ esse est impossibile ergo motũ infinitũ est ipossibile fieri:quare mediũ ad qd ferũtur grauia:finite distabit a circũferẽtia. Secũdo arguit. Si unũ cõtrariũ est definitũ: & ad locũ definitũ mobile:alterũ etiã erit eiusmodi. ignis q est terre cõtrarius:est definit9:& ad locũ definitũ mobilis. ergo & terra. tertio arguit & describat̃ figura a b c f e cuius centrũ sit o:que repræsentet mũdi circũferentiam. ergo plana superficies trãsiens per polos mũdi e f & cẽtrum o:erit e o f. ergo ut ignis ascẽdit e cẽtro o ad e & ad a faciẽs angulum e o a & ad pũctũ a & b faciẽs angulũ a o b:& similiter ad alia puncta faciẽs alios angulos:sic terra descẽdit p similes lineas faciens similes angulos:quare ut linee per quas meat ignis sunt terminatæ in



ter o centrum & circumferentiam: ita lineę eędem erunt determinatę respectu motus terrę. patet igitur medium esse definitum atq; definite distans ab extremis.

Cum autem id quod omnibus substat: ad medium ipsum feratur: necesse est id quod omnibus superemineat ad extremum eius regionis feratur: in qua motum efficit. Contrarium enim est ipsum quidem medium extremo: & substare semper: ipsi supereminere. Quo circa & iure graue & leue duo erunt. Et enim loca duo sunt medium ipsum atq; extremum.

Hactenus probauit ipsum medium ad quod grauia ipsa feruntur. In infinitū non proficisci: sed esse terminatum / atq; definitum: nunc conuertit sermonem & probat extremum ad quod fertur ignis etiam non in infinitum distare: & quasi utitur conuersione per consequentiam in ipso sic id quod omnibus substat: fertur ad medium: quod nō in infinitum deorsum procedit. ergo id quod omnibus eminet fertur ad extremum eius regionis in qua motum efficit: quod extremum non in infinitum subtollitur: Hec conuersio declarata est secundo topycorum: nam subiecta & prædicata sunt inuicem contraria. Inquit cum autem id quod omnibus substat: ad medium ipsum feratur: quod supple non in infinitum deorsum protenditur: necesse est id qd omnibus supereminet ad extremum eius regionis feratur: in qua motum efficit: quod non ad infinitum subtollitur. Hæc est conuersio: cuius rationem ait: contrarium enim est ipsum quidem medium extremo: & substare atq; supereminere: & sic prædicatum prædicato: & subiectu3 subiecto opposita sunt. sic igitur patet sicut medium in infinitū non procedit deorsum: ita nec extremum in infinitum non subtollitur sursum: & sic tam medium ad quod terra fertur: q̄ extremum ad quod fertur ignis: finitum esse atq; terminatū: ita ut inter illa sit intercapedo finita atq; terminata. Ex his deducit graue & leue esse duo corpora diuersa & genere uel specie differentia / quemadmodum & loca eorum duo sunt uidelicet medium & extremum ut diximus. Inqt quo circa & iure graue & leue duo erunt corpora genere diuersa. Et enim loca duo sunt ut diximus mediū & extremū ipsum Quo uero ad uerba attinet cum Aristoteles ait QVO CIRCA ET IVRE GRAVE ET LEVE DVO ERVNT: Aueroes per duo intelligit duo contraria: & q. sint contraria: declarat Aueroes ex diffinitione cōtrariorum quæ est esse illa: quæ maxime distant sub eodem genere: ut dicitur decimo metaphysicę. At graue & leue maxime distare: constat: quia maxime distant esse & loco. quæ uero maxime distāt loco: uidentur distare forma: si quidem locus sit perfectio & forma locati. quare cum graue & leue maxime distent loco: maxime distabunt forma: & per consequens maxime distabunt esse: quare graue & leue contraria erunt. Que Auer. comēto. xxxiiii.

Id igitur quod & horum intermedium est aliquid est: quod ad utrumq; ipsorum alterum dicitur. Id enim quod amborum intermedium est: est ut extremum & medium. quo circa etiam aliquid aliud erit graue & leue ceu aqua & aer.

Probauit leue & graue simpliciter esse duo & contraria: quæ finite distant: sed maxime: at nunc ꝓbat dabile esse graue & leue s'm quid: quod dicitur graue & leue in respectu: & quia hoc ex dictis sequit̄: ideo quasi illatiue concludit sic cum leue simpliciter & graue simpliciter duo sunt contraria: quæ maxime distant: licet finite: erit assignandum aliquid horum intermedium: quod ad utrumq; seorsu3 comparatum / dicitur alterum ita ut respectu leuis simpliciter sit graue. respectu grauis simpliciter sit leue. Et huius causa non tantu3 ex dictis constat: sed eo patet: quia semper quod est aliquorum intermedium est medium & extremum ut fuscum est mediu3 quatenus est inter album & nigrum. est extremum cōparatum alteri. hac ratione inter illa simpliciter talia erunt graue & leue in respectu aer uidelicet & aqua. Inquit id igitur quod & horū intermedium est aliquid est: quod ad utrumq; ipsorum seorsum comparatum alterum dicitur. nam respectu leuis simpliciter dicitur graue. & respectu grauis simpliciter dicitur leue. & quia hoc non tantum sequitur ex dictis: ideo quasi aliam causam assignans inquit id enim quod amborum scilicet grauis simpliciter / & leuis simpliciter intermediū est: est ut extremum: & est ut meditum. est quidem ut medium: comparatum ad utrumq;. est ut extremu3 comparatū nunc uni eorum nunc alteri. Ex his deducit graue & leue eiusmodi in respectu esse aliud quoddam ab extremis: quod est ut aer & aqua. Inquit quo circa etiam aliquid aliud erit graue & leue in

respectu aliquid aliud dico a simpliciter leui: & a simpliciter graui: ceu aqua & aer. q̃ sũt grauia & leuia ſm quid. Sed circa hæc quæ dicta sunt: dubitatur primo: quia Aristoteles uidetur petere principium: nam ut dicitur octauo topicorum capite decimo una species petitionis est / quo ties aliquis alterum petit eorum: quæ se se sequũtur: ut conuersiones & loca conuertibilium & eiusmodi Aristoteles usus est. Adhuc uidetur uti circulo: nam prius ex definitione loci ignis ꝓbauit medium esse definitum. postea ex definitione medii probauit locum ignis eē definitũ. Præterea in scientia demõstratiua processit topice: cũ argumẽtatus sit ex consequentia in ipso quæ est locus topicus. Insuper Aristote. probauit duo eē leue simplr̃ & graue simpliciter: uõ autem in respectu talia duo esse probauit. ergo non est plene probatus numerus ælementorum Ad hæc respondetur Aristotelem processisse topice: non autem demonstratiue: quoniam demonstratiue hæc omnia probauit in primo libro & ideo topice potuit uti petitione principii quæ licet scientiam non faciat: facit tamen opinionem. & hac ratione usus est circulo: & consequentia in ipso & eiusmodi: oĩa enĩ hæc topice generant opinionem: scientiam uero non: quoniam alibi per ueras demonstrationes processit. Ad illud de numero ælementorum respondet Themistius q. probare duo esse media spectat ad librum de generatiõe: quia ex numero coniugationũ possibilium. Aueroes autem uult etiam talem numerum probari hic / propterea q. medium habet naturam extremorum & quum leue nõ sit medium mixtione: erit mediũ numero ita erunt duo: & hæc probatio est Aristotelis ut dicit. tu uero cõsidera hæc: quia postea dicem⁹

Dicimus autem id quidem quod continet: formæ esse. Id autem quod continetur: materiæ. Atq; hæc differentia omnibus in generibus est. Et enim in quali & quanto aliud quidem ut forma magis: aliud autem ut materia est. & in his: quæ se sunt scd̃m locũ simili modo sursum quidẽ definiti: deorsum uero materiæ est.

Nunc recapitulando partim / partim etiã addendo quid noui / comparat inter hæc / ostendens alterum eorum esse ut formã / alterum ut materiam. Est enim ut forma ælementum continens: ut materia ælementum ipsum contentum. Inquit dicimus autem id quidem quod continet formæ esse. id autem quod continetur materiæ. hoc probat inducendo in cæteris omnibus prædicamentis & inquit atq; hec differentia oĩbus in generibus est scilicet q. unum contrariorum se habeat ut materia: & alterum ut forma. & enim in quali & quanto aliud quidem ut forma est magna: aliud autem ut materia est ut magnum in quanto: forma est: paruum materia. In quali uero calidum forma: frigidum materia: & supple cum ita sit in cæteris omnibus generibus: & eorum que sunt ſm locum uidetur unum quoddam genus: & pro ergo in his: que sunt ſm locum simili modo / sursum erit definiti hoc est formæ / deorsum uero materiæ: & sic patet ratio eius: quod proposuit. Animaduertendum ſm Aueroem: q. Aristoteles fecit hanc differentiaꝫ ut ostenderet ælementa esse similia & contraria. contraria quidem / contrarietate: quæ est inter loca: atq; in inter nobile. & ignobile. Similia uero similitudine: quæ est inter perfectionem & perfectibile. nam nobile est perfectio & forma. ignobile perfectibile ac ut materia. Quo uero ad uerba attinet: Aristoteles per ea: quæ sunt scd̃m locum: intelligit / ea quæ sunt ĩ prędicamento ipsius ubi ut Aueroes inquit: & quia hæc differentia latet in prædicamento ubi: & patet in cæteris prædicamemtis: ideo inductione & exemplo cæterorum prædicamentorum illud probauit.

Que Auer. comento .xxxv.

Quare & in ipsa materia quæ est ipsius grauis & leuis / quo quidem tale potentia est ipsius grauis materia. quo autem tale est ipsius leuis.

Recentiores exposuerũt Aristotelẽ uelle nunc ostendere consimilẽ habitudineꝫ esse in materiis ipsis: qualem uidemus in formis: quoniam ut in formis: altera dicitur ut forma altera ut materia: ita in materiis altera materia est forma: altera ut materia. uerbi causa materia ipsis grauis ẽ ut materia. materia ipsius leuis est ut forma: quoniam graue est ut materia: leue ut forma. materia enim quæ est formæ nobilioris respectu materiæ: que est in potentia ad formam ignobiliorem se habet ut forma. Quæ expositio non placet: quoniam Aristoteles nullibi solitus est accipere materiam tanq̃ alterius formam. Aueroes autem uult Aristotelem concludere duplicem esse materiam: uelut duplex est corpus: uidelicet materiam ipsi⁹ grauis: & materiam ipsius leuis. Cuius causam Aueroes addit: quia cum materia sit potentia illud: cuius est materia: necesse est illius naturã habeat: cuius est materia & potẽtia ut si sit substantia potentia: erit substãtia.

sin autem erit potentia accidens:ipsa erit accidens. quare cum graue actu nō sit nisi actu sit suo in loco infero:similiter nec leue actu sit:nisi actu sursum fuerit:necesse est id esse materiam ipsius grauis:quod est potentia sursum. illud uero/ leue:quod est potentia deorsum. Mihi autē uidetur Aristotelem uelle concludere unam esse materiam quæ est ipsius grauis:& ipsius leuis. & inquit quare & in ipsa materia:quæ est ipsius grauis:& ipsius leuis:supple dicendum est esse idem:nam quo quidem tale potentia supple leue:est ipsius grauis materia. quo autem est potē tia tale puta graue:& leuis ipsius materia erit. Quare eadem est materia grauis & leuis.

Et est quidem eadem:esse autem non idem:quemadmodum corpus:& egrotabile & sanabile est. esse autem non idem quapropter neq; infirmabile esse: aut sanabile esse.

Conclusit unam esse materiam grauium & leuium:at nunc ostēdit quomodo materia sit una & quomodo plures:& ait unam esse subiecto: ratiōe uero plures esse:uelut corpus ęgrotabile & sanabile:unum est subiecto:plura tamen esse & ratiōe. inquit & est quidem eadem supple ipsa materia subiecto:quæ est grauium & leuium. esse autem siue ratio nō est idem: quemadmodū corpus idem subiecto est & sanabile & egrotabile. esse autem siue ratio non eadem. quapropter neq; infirmabile esse:& neq; sanabile esse est idem licet hæc subiecto eadem sint. Ergo materia grauium & leuium eadem est subiecto. diuersa autem ratione. Aueroes colligit hic materiā esse unam subiecto omnium formarum:& plures habilitate:& ita plures erunt potentiæ respectiue pro numero formarum ut patuit libro physicorum. Que Auer. comento. xxxv.

Id igitur quod talem materiam habet:& leue est:& semper sursum. id uero:quod contrarium:graue est:& semper deorsum. id autem quod diuersas quidē ab his sic uero inter se se habentes ut hæ:& sursum & deorsum seorsum latas: quapropter uterq; aer & aqua & leuitatē & grauitatē habet. & aqua quidem præterq̄ terræ/omnibus subsidet. Aer autem præterq̄ ignis omnibus supereminet.

Seorsum Simpliciter

Fertur Latas

Vt Aueroes inducit Aristoteles declarauit hæc corpora simplicia esse inter se quasi materiam & formam:uult declarare differentiam inter leue simpliciter & graue simpliciter ut habeat alterū alteri esse ut formam. Secundo declarat etiam corpora quæ inter hæc sunt:qualia sint:& esse in uicem materiam & formam s̄m comparationem:hoc est ei quod continet:formam:& ei quod continetur:materiam:ut ex his habeat grauia & leuia esse quattuor corpora. inquit id igitur qd talem materiam habet/talem dico caliditate & siccitate affectam:leue est:& sursum supple ferē id uero quod habet materiam contrariam/hoc est cōtrario modo affectam scilicet frigido & sicco:est graue:& semper deorsum fertur. & sic patet primum scilicet differentia corporum: quæ sunt simpliciter graue:& simpliciter leue. deinde declarat qualia sunt corpora media:& inquit id autem quod diuersas quidem ab his habet:sic uero inter se se habētes/ut hæ extreme sese habent/ hoc est etiam diuersimode affectas: & sursum & deorsum seorsum latas habet supple. uerbum seorsum græce est haplos/ latine simpliciter:uerum hic simpliciter intelligitur pro seorsum non pro absolute. hinc sequitur alterum horum alteri esse formam:quoniam quatenus leue est forma:quatenus graue est materia. Ex his deducit qualia sint aer & aqua& inquit quapropter uterq; & aer & aqua & leuitatem & grauitatem habet:& aqua quidem præterq̄ terræ: omnibus subsidet. aer autem præterq̄ igni:omnibus supereminet. erunt igitur simplicia corpora quattuor quia duo extrema: & duo media:ut statim deducet.

Cum autem unum sit solum:quod omnibus supereminet. & unū solum: quod omnibus subsidet:duo alia esse necesse est:quæ & alicui substat:& alicui supeminēt quare & materias esse tot necesse est:quot quidē hæc quattuor. Adeo uero quattuor:ut una qdē sit oīm cōis:p̄sertim si ex se se mutuo fiūt. eē uero diuersum sit.

Ex dictis deducit numerum ælementorum uolens illa esse quattuor duo quidē extrema:& duo media:& numerum metterierum:ex quibus sunt:quæ etiam tot sunt:quot hæc quattuor esse deductum est. & inquit cum autem unū sit solū:quod omnibus supereminet: quod uocatˢ ignis:& unū solū:qd oībus substat:qd dicitˢ terra:duo alia necesse est esse:q̄ & alicui substāt:& alicui supeminēt:& sic erūt q̄ttuor duo extrema & duo media. deinde qu ot sint horū mtaerię deducit:& q̄uo tot:& inq̄t q̄re & materias esse tot necesse est quot qdē sunt hęc q̄ttuor corp̄a quo uero mō

sint quattuor: exponit: & inquit adeo uero quattuor: ut una quidem sit omnium eēs ſm subiectum praesertim si aelementa ipsa ex sese mutuo fiunt: non enim possent mutuo fieri nisi esset eorum una communis materia. esse uero atq; ratio diuersum sit. ergo sunt quattuor materiae ſm rationem: & una ſm subiectum.

Prohibet enim nihil intermedium contrariorum eē et unum: & plura quemadmodum in coloribus. Multis enim modis dicitur intermedium ipsum: & ipsum medium.

Soluit hic dubium: nam duorum extremorum unum est medium tantum. ergo non nisi unum aelementum medium: cui respondet Aristoteles dicens prohibet enim nihil intermedium contrariorum esse & unum: & plura ut in coloribus: ubi omnia media sunt unū uno modo: & plura alio mō. hui⁹ ratioñē subscribit dicēs multis. n. modis dicit̄ intermediū ipm & ipm mediū.

Que Auer. comēto: xxxviii. Auer. uidetur mouere questionē quoniaʒ in praecedentibus Aristoteles posuit plura intermedia de inesse: & haec ex numero locorum. hic ponit plura intermedia de possibili: & ita uidetur sibi diuersus: que ratio fauet Themistio. Aueroes pro Aristotele utitur hoc syllogismo cōtraria ſm locum & formam habent plura uno medio. sed graue simpliciter: & leue simpliciter sunt cōtraria ſm locū & ſm formam: ergo habēt plura media uno. Maior patet qm̄ cōtraria ſm formā sub esse remisso possunt habere unū subiectū: sed contraria ſm locū & formā nō possunt habere unum locum naturale: ut nec unū motū. restat ergo plura uno esse. Quod aūt duo sint dumtaxat: nō satis demōstrat Auer. sed ex dictis eius haberi pōt. si quis aūt uellet posset Themistiū & Aueroē cōcordare: nā Themistius uult hic nō ꝓbari numerū aelementorum scilicet demonstratione. Auer. aūt uult hic numerū aelemētorū ꝓbari. s. topicis syllogismis: q opinionē faciūt Quo uero ad uerba attinet itermediū & mediū idē est. uerū intermediū est inter extrema ſm locū. Mediū aūt ſm qualitatem: uel alia praedicamenta. ait tamen multis modis utrūq; dici: qa dicitur medium formae: & medium situ: & medium ab negatione: & aliis modis.

Vnum quodq; igitur eorū que & grauitatem / & leuitatē habet: grauitatē habet: (terra aūt in oibus grauitatē habet:) nisi in his: qbus supeminet. quapropter & si subtrahantur quidē: fertur deorsum in id: quod deinceps est. Aer quidem in aquae regionem: aqua uero in eam: quae est terrae.

Superius ꝓbauit aelemēta media suis in locis esse grauia & leuia: qd sint in illis leuia non probauit. at q; sint grauia: ꝓbauit exemplo utris inflati: qui in sphaera aeris grauitat: & non est nisi aer. at nunc ꝓbat q; illa media aelementa potius grauitant: q̄ leuitant. hoc proponit dicēs unūquodq; igitur eorum: quae & grauitatem & leuitatem habet ut sunt media aelementa: quae sunt grauia / & leuia: grauitatem habet / hoc est potius grauitat: q̄ leuitat. addit quasi extra hoc de terra: id quod superius dixit: & inquit terra autem in omnibus locis omnium aelementorū grauitatem habet. uelut ignis in omnibus habet leuitateʒ. hoc interposito de terra / reddit de mediis aelementis / & construe sic unumquodq; eoruʒ mediorū magis grauitat nisi in his aelemētis in quibus supereminet. nā ut dicet̄ aer nō grauitat in regiōe aquae: nec in regione terre. hoc ꝓbat a signo: quia illis super quibus eminet subtractis: unūquodq; eorum mediorū fert̄ deorsum in id aelementum: quod deinceps est. ergo unūquodq; eorum grauitat magis: nisi in illis: sup quibus eminet. inquit nisi in his: quibus supereminet / quapropter hoc est nam & si subtrahantur quidem illa aelementa: quibus eminet unūquodq; eorum: fertur deorsum in id aelemētuʒ: qd deinceps est: aer quidem in aquae regionem: aqua uero in eam regionem: quae est terre: ergo eorum unumquod grauitat magis.

Sursum aūt i eā q̄ est ignis igne ipo ablato nō fert̄ aer nisi ui. sicut & ipa aqua trahitur cū ipm planū fit unū. & celeri⁹ qs sursum traxerit aquā q̄ sit ea latio: qua ipsa fertur deorsum. neq; aqua in eam: quae est aeris: nisi ut nunc dictum est.

Sed contra quoniam a pari ablato igne superposito aer fertur in eius locum: & aqua insequitur aerem. ergo hoc signum non uidetur probare illa esse grauia: sed etiam leuia. Respondet Aristoteles q; aer fertur in locum ignis ablato igne ui / & non naturaliter. deorsum uero fertur ablata aqua & terra naturaliter: & sic magis grauitat q̄ leuitat: aq uero fertur sursuʒ insequēdo aerē qui moue͠t ad locū ignis illo ablato / duob⁹ ſtātibus uidelʒ q; supficies aq & aeris sit unū qd / &

non dissecta: & q qui trahit aerem/citius illum trahat: q̄ aqua sit apta descēdere. hoc enim mo/do ne detur uacuum: aqua insequitur aerem. inquit sursum autē in eam regionē: quæ est ignis igne ipso ablato/non fertur aer nisi ui. deorsum autē sublatis ælementis quæ supponuntur: ferē naturaliter: sicut & ipsa aqua trahitur: sursum insequendo aerem/cum ipsum planum aeris & aq̄ hoc est cum superficies aeris & aquæ fuerit una: ita ut inter aerem & aquā nullum intersit corpus hæc est prima conditio. & celerius quis traxerit sursum aquā/q̄ sit ea latio. qua ipsa fertur deorsum. ut fit quando quis reuoluit uasculum aqua plenum uelotius q̄ ipsa sic moueri apta. nā tūc aqua remanet sursum. hæc est secunda conditio. Dixit quando superficies fuerit una aeris & aq̄ quia ubi interest aliquod corpus: non oportet aquam sequi aerem: ne detur uacuum. Addit neq3 aqua fertur in eam regionem: quæ est aeris; nisi ui ut nunc dictum est. at deorsum hæc ferūtur naturaliter: & non ui.

Terra autem hoc non patitur: quia planum non est unum. quapropter aquæ quidem in uas ignitum trahitur: terra autem non.

Sed contra quia a pari terra moueretur insequendo aquam: quod non uidetur. respondet. d. terra autem hoc non patitur: quia planum atq3 superficies terræ & aquæ non est unum: cum aqua ipsa sit liquida: & terra sit dura: & per consequens differūt superficie. hoc probat quodam signo & inquit quapropter aqua quidem in uas ignitum trahitur: cum supple calefit: quia superficies aquæ est quasi una cum superficie aeris: qui continetur in amphora. terra autem non trahitur: quia superficies terræ differt a superficie aeris. Circa presens caput multa ex commēto annotāda sunt: & primo annotandum q. Aueroes soluit in dictis Aristotelis contradictionem. Nā Aristoteles prius uoluit ælementa media esse grauia: & leuia. hic uidetur probare ælementa media esse grauia. Respondet Aueroes sermonem Aristotelis esse comparatiuum: quia primo uoluit ælementa media esse leuia & grauia. hic autem probat illa magis uergere ad grauitatē. secūdo notandum q. Aristoteles probat ælementa media habere magis de grauitate a signo: in quo signo Aueroes supponit media ælemēta facilius descendere sublatis inferis ælemētis: q̄ ascendant ablatis superis: nec hoc probat aliter: sed ueluti omnibus perspicuum supponit. Ex hoc signo potest sic syllogizari quecunq3 facilius descendunt quam ascendunt magis grauitant q̄ leuitant: sed media ælementa facilius descendunt. ergo magis grauitāt: Secūdo Aueroes ait hoc signum non probare media ælementa esse grauia tantum: quia sic duo corpora essent tantum uidelicet leuia tantum: & grauia tantū: Sed q. cū sint grauia & leuia. magis grauitāt. Tertio annotandum q. Aueroes duos Themistii errores ponit. uoluit enim primo Themistius media ælementa nō facilius descendere q̄ ascendere: sed pari facilitate illa facere. secundo uoluit ælementa media in suis locis nec esse grauia nec leuia: quia tunc essent uiolenter in locis propriis: hi ergo sunt errores Themistii. Quarto annotādū q. Aueroes respondet argumento Themistii/& innuit talem distinctionem. q. grauitas uno modo potest accipi pro qualitate: qua elementa illa dicūtur grauia & leuia. alio modo p̄ dispōne: qua tendunt potius deorsum q̄ sursum & non simpliciter: sed sublatis p̄pinquis ælemētis: & hac ratione grauitas non est nisi facilitas descendendi sublatis inferis ælemētis. hoc autem probat aueroes primo signo sumpto a spiritibus: nam in animali ipso spiritus sunt aerei: & tamen facilius descendunt: q̄ ascendunt. secundo argumento ab exhalationibus: quæ facilius descendunt q̄ ascendunt. hæc enim non mouētur nisi pulsa. quare nisi ælemēta media facilius deorsum pellerent: hæc nō descēderent. tertio qualitas motiua aeris est a calore & ab humore: sed aer est plus humidus: q̄ calidus: ergo plus grauis: q̄ leuis. Quinto annotandum/q. Auer. soluit quoddam dubium circa dicta Aristo. dixit. n. Aristo. superficiem aquæ. unam esse cum superficie aeris. terræ uero superficiem cū illa aque non esse unam: contra quispiam obiciet: nam aqua & aer sunt duo corpora: ergo duabus diuersis superficiebus distincta. Respondet Aueroes Aristotelem per unam superficiem intelligere non unam omnino ac ex toto: sed non facile partibiles seorsum. at superficies aquæ & superficies terræ facile diuiduntur. Sexto annotandum q. Aueroes obiter soluit quoddam problema uidelicet cur calefacto fundo alicuius amphoræ trahitē aqua/si aq̄ fuerit prope foramē amphore p̄terea q̄re calefacto fūdo āphoræ si prius aer r̄cota opilatiōe a foramie itrauerit: nō āplius itrat aq̄ etiā si p̄pe foramē fuerit posita. Alexāder dat duas cās q̄s Themistius enitit destruere: l3 id q̄d dicit: nihil sit. Prima ergo Alexādri causa est ut euitet̄ uacuū. nā cū aqua subintrat aer calefactus

Que Auer. commēto. xxxix.

Signū Aristo.

Errores Themistii.

Cōtra Themi.

Dubitatio

Solutio Auer.

Problema

Solutio Alexādri

qui erat rarus:cōdensat̄:& ita minuit̄:& p cōsequēs ne det̄ uacuū:aqua insequit̄:& quāto plus insequit̄ aerē:tāto plus aer cōdensat̄:& ita usq; ad fundū aqua ipsa pficiscit̄·sed huic obicit Aueroes quoniā amphora illa trahit aerē calidū:& aquā calidā·ergo aer ille tūc non cōdensabit̄ a frigiditate aquæ·præterea arguit ex uētosis:quæ trahūt carnē calidā:ubi patet nō oportere aerem minui ex frigiditate carnis·Alia causa Alexādri est quia aer calefact⁹ cōtinuat motū uersus eam partē:ad quā cœpit mouerí·ppterea multa aqua succedet:qua p accidēs aer ille cōdensabitur:ut aqua ueniat usq; ad fundū·obicit huic Aueroes ex uentosis:nā si attrahit̄ parū carnis:nō attrahitur residuū:cū caro non sit illius naturæ ut motū cōtinuet uersus eā partē:ad quā cœpit mouerí·preterea arguit Themisti⁹:qa attractū nō expellit attrahēs:sʒ aq̄ ē attracta:& aer calid⁹ attrahēs:ergo nō expellet̄ usq; ad fundū ppterea Auer·rñdet assignās cām:qa aer i ore foraminis āphore uertitur in igneā naturā:qre sursuʒ mouebit̄:quo moto:corp⁹ iuxta āphore foramē positum siue sit aer:siue aqua ascendit ne detur uacuuʒ:& ita una pars aliā insequēdo deueniet ad fundum·Addit tamen Aueroes|q; ubi corpus positū iuxta foramē esset durū:tunc ignis ille nō ascenderet|sed uiolenter staret|cū enim durū corpus eū insequi nō posset:nisi staret daretur uacuum·ex hoc posset prima Alexandri habere locum:ubi scilicet aqua insequens esset frigida: tunc enim condensatione aeris ascendet ne detur uacuū & sic solutio Alexandri est particularis in casu potest etiā & eius secunda causa habere colorem:quia uera esse potest:cum aer ille ad naturam ignis conuersus sursum petit:tunc enim si aqua iuxta ponitur ipsa aerem insequetur ne detur uacuum:& sic hæc est solutio Aueroís·

Solutio Auer·

Sic nec Neq;

Vt autem terra non fertur sursum:sic nec ignis deorsum subtracto aere nō enim grauitatem habet in sua regione:uelut nec aqua leuitatem·

Hactenus declarauit media ælemēta grauitare in eorum locis nunc probat ignem nullo modo in eius loco grauem esse:quia sicut terra subtracta aqua non leuitat:sic nec ignis subtracto aere grauitat·inquit ut autem terra non fertur sursum supple aqua ablata:sic nec ignis deorsum subtracto aere·non enim ut ait ignis grauitatem habet in sua regione:uelut nec aqua habet leuitatem·Animaduersiōe dignum aqua subtracta terrā non ascendere ad replendum uacuum:quia aer descendet ad illū replendum·similiter aere sublato non oportet ignē descendere:quia aqua ascendet ad illud replendū·rarefiet enim aer & replebit uacuum ablata aqua· & rarefiet aqua & replebit uacuū ablato aere:quare nō oportet terrā ascēdere ut repleat uacuū ablata aqua:nec ignē descendere ad replēdum uacuū aere ablato·

Ferūtur aūt duo deorsum subtractis quia aliud est simpliciter graue:quod quidē omnibus subsidet:aliud aūt ad aliquid:qđ est graue:in suiipsius regione:aut in eis:quibus supereminet ob materiæ similitudinem·

Redit nūc ad ea q̄ dixit de mediis ælemētis|repetens ea q̄ illis dixit:& inquit feruntur autē duo deorsum scilicet aer & aqua: nō simpliciter:sed subtractis scilicet ælementis inferis·cuius cām repetit:& inquit quia aliud est simpliciter graue:quod quidem omnibus subsidet|ut terra: aliū autem ad aliquid:quod graue est aut in sui ipsius regione:aut in eis ælementi·saltem quibus eminet:nam illis quibus eminet ablatis mox descendunt sunt aer & aqua·quare hæc dicuntur grauia ad aliquid·Ex his quæ Aueroes ait in fine huius textus:nonnulli uoluerunt ælementa suis in locis non esse grauia:quia addit AVT IN EIS SVPER quib⁹ eminent:& sic nō asserit omnino illa esse grauia in suis locis· Tu uero superius hæc acute intellexisti· Addit ob materiæ similitudinem:quia ælementa media quo ad eorum materiam propinquam magis similia sunt ælemētis suppositis:q̄ superpositis·aer:n·quo ad eius materiam magis cum aqua cōuenit:& aqua quo ad eius materiā magis cum terra:& ita hæc media potius grauia erunt q̄ leuia·Sed quæres si ælementa media sunt grauia & leuia:quaʒ ob causam potius suis in locis grauitant:q̄ leuitant·Aueroes innuit Solutio| ex eo quia sunt humida·nam humiditas grauitat: signum autem quia condensatio grauitatem efficit:quæ sine humore fieri non potest· Sed hęc solutio friuola est terra enim omniū est grauissima:quæ tamen nihil humoris habet· ppterea dicerē saluo meliori iudicio q; sicut nulla est quærēda causa:quare ignis est leuis simpliciter:& terra est grauis simplr̄ nisi quia ignis est ignis & terra est terra:sic nulla est quęrēda causa quare aer & aqua sunt graues & leues in respectu nisi qa aer est aer & aqua est aqua· Silr̄ quoq;

Dubitatio
Solutio Auer:
Confutatio
Soluio Auero·
Propria solutō

nulla est quærēda cā,quare aer & aqua cum sint graues & leues ad aliquid potius in eorū locis grauitāt q̄ leuitant:nisi quia aer est aer & aqua est aqua·Ideo huius rei nulla causam assignauit sed potius experimento utris ita esse cōprobauit·

Quoniā autē æquales differētias ipsis facere sit necessariū:patet·si quidem·n·una sit omniū materies(ut uel uacuū uel plenū & magnitudo uel triangula)aut oīa sursum:aut oīa deorsum ferētur. Si aūt altera etiā latio nō erit:leue simpliciter tūc pfecto nihil erit:si cūcta repūt magis exeo qa ex maioribus sūt corpib⁹aut ex plrib⁹aut qa plena·hoc autē uidemus & etiā demōstratū est similiter corpora ferri deorsum & sursum & semp & ubiq;·Si aūt uacuū uel tale aliqd:sit qd semper sursum:nō erit id qd semp deorsum.& mediorū ergo quædā erūt: q̄ deorsū cælerius terra·Magno enim in aere triangula plura erunt aut solida: aut plana erunt·at nulla pars aeris deorsum ferri uidetur;similiter autem & in leui si illud quispiam materia excedere fecerit· Tunc Quare Profecto Vel

His diligēter examinatis:redit ad antiquorū positiōes:nā alii oīm elemētorū unā fecerūt materiā penes uariationē cui⁹ dicebātur grauia & leuia ælemēta ipsa:alii effecerūt oīm duas materias pænes quarū euariationē etiā grauia hæc & illa leuia esse dixerūt·Aristo·ergo aduers⁹ hos ppōit differētias materiales eē tot:quot ælemēta & inqt qm autē equales nūero differētias materiæ facere ipsis ælemētis necessariū sit:supple ex his:q̄ dixim⁹ p3·& ex his q̄ addem⁹· uerbi cā differātia materiæ ignis est calidū siccū simul cōbinata:mediāte qua materia ignis est simplr leue:differētia materię terrę est frigidū & siccū simul cōiugata mediāte qua terra ipa est simplr grauis·Calidū humidū simul iūcta materia sunt:qua aer est grauis& leuis ad aliqd:& humidū frigidū cōposita materia sūt qua aqua ē grauis & leuis etiā ad aliqd·p3 igitē ex dictis materias siue dispōes materiales eē tot nūero quot elemēta sūt·& l3 hoc ex dictis pateat:tñ pbat hoc idē refellēs ātiquorū pōes:duę·n·erāt pōes ātiquorū:i gne:nā alii oīm elemētorū unā fecerūt materiā alii duas siue plēs:prio obicit cōtra eos:q oīm elemētorū pximā materiā fecerūt unā·nā si una sit oīm elemētorū materia:siue ille sit uacuū/siue sit plenū siue sint triāgula:oīa aut sursū aut deorsum mouebūt:inqt si qdē·n·una sit oīm materia ut uel uacuū:uel plenū & magnitudo qd idē est:uel triāgula/ælemēta ipa aut oīa sursū:aut oīa deorsū ferēt·cōseqntia tenet: qa cū materia sit una:ēt forma erit una & de materia pxia loquor·& ita uis mouēdi una ēt erit·addit quasi idē sub aliis uerbis&inqt si aūt altera ēt latio nō erit:qd cōstat ex eo qa materia ē una oīm:si cūcta repūt magis hoc ē deorsū fluūt:qd p3 ul'quia ex maiorib⁹sūt corpib⁹/aut ex plurib⁹/aut qa elemēta sūt plena:& nullo mō uacua:leue simplr tūc pfecto nihil erit·Debes scire antiquos hui⁹ secte oia elemēta effecisse grauia:uerū nō una rōne:s3 alii quia cōstāt ex corpib⁹maiorib⁹:q̄ ea li cōstēt:quos ponūt leues·Alii quia cōstāt ex plurib⁹ corporib⁹:q̄ cœli·alii quia elemēta oia fecerūt plena:& nullaten⁹ porosa·hoc aūt ait esse cōtra sensum & inqt hoc aūt uidem⁹ & etiā demōstratū est silr corpa deorsum ferri:& sursū sēp cū suis naturis reliquūtur/& ubiq; ponant· Vbi aūt ut ait uacuū uel tale aliquit sit:qd semp sursum ferē:nō erit id qd semp deorsum mouetur:& econtra etiā ubi erit quod semper deorsum:non erit quod sursum mouetur:& sic patet q si altera latio est:& cuncta deorsum fluunt:nihil erit simpliciter leue·Addit aliud absurdum q uidelicet aliquod ælementorū mediorū celerius deorsum mouebit ipsa terra:patet quia potest aliqua portio mediorū esse maior aliqua portione terræ:& ita ex maioribus plenis constare:& per consequens erit grauior·inquit & mediorum ergo quædam erunt: quæ deorsum cælerius terra mouebuntur:cui⁹ causam subdit dicens magno enim in aere triangula plura erunt:aut solida plura:aut plana plura erunt·ergo ille aer magnus erit grauior·hoc autem destruit dicens· at nulla pars aeris deorsum ferri uidetur:similiter autem & in leui supple deduci potest aliqd mediorum esse leuius igne:si illud mediorum quispiam fecerit excedere ignem in illa materia quæ est leuiū· Quare ex oibus his patet unā materiā ælementorū nullatenus esse· Queret fortasse qspiā an possit assignari aliq cā qre in rerū natura sit dabile leue simplr: & graue simplr· Respōdet Aueroes & pcedit resolutorie q sic: & assignat illā ex eo quia pars superior: & pars inferior ē simpliciter finita atq; terminata·cū·n·pars supior sit finita:dabitē sursum simpliciter: Dubitatio Solutio Auer· comento·xl·

& sic dabile e leue simpliciter:qd ad eũ locũ:qui simpliciter sursum est:fertur. Cũ autẽ pars inferior terminata sit etiã:dabitur deorsum simplr:ergo dabitur graue simplr:qd illuc fert. Vlterius quæ e causa cur hæ partes sunt finite/illa uidelicet sursum:hæc autẽ deorsum: Respondet Auer. quia extremitas locorũ sursum & deorsum finita est. & ulterius extrema locorũ sursum & deorsum finita sunt:quia alterũ eorũ est cœli circũferentia:& aliud centrũ:& quia ita est opʒ semidiametrũ a cẽtro ad circũferẽtiã esse finitã i lõgitudie:lõgitudinẽ.n.ut lõgitudo nõ e finita p se nisi qa finitur/ad alid p se finitũ:vʒ ad longitudinẽ rotũdã.cũ.n.circũferentia cœli sit finita:semidiameter cœli est finita.ergo locus sursum qui est in cœli circũferentia:& locus deorsum:qui est in cẽtro illius erũt stabilita. Ex his infert Aueroes loca esse tantũ duo:quia nõ põt esse plures mũdi:& ita nõ nisi unũ centrũ:& una circũferentia. quia uero aliquis põt dicere locum nõ esse causam grauitatis uel leuitatis nisi extrinsecã:ideo Aueroes addit causam motus sursum uel deorsum esse formã ælemẽti:& illius formæ cãm esse locũ saltem extrinsecã:& illius loci causam esse corpus sphæricũ. secũdo ex his infert aliter se habere loca ælementorũ & aliter loca mixtorũ:nã loca ælemẽtorũ sunt causæ ælemẽtorũ saltẽ cõseruatiuæ/ul finales. In mixtis aũt econtra locata ipsa sunt causæ locorũ.nã ælemẽta aut sunt accidẽtia/aut ꝑpe naturã accidentium:& ita possunt cõseruari a locis:quia accidẽs põt cõseruari ab accidẽte.quia uero mixta ut sic nullũ sibi limitãt locũ: ideo loca sunt propter mixta est tamẽ differẽtia:qm̃ mixtorũ q̃dam sunt imperfecta/ ualde/quasi ꝓxima ælemẽtis ut lapides & id gen⁹. alia pfecta ut aialia & plãtæ. mixta prio mõ quasi sunt ꝓpter loca & illa sibi limitãt:ut ælemẽta etiã:& ideo lapides i aliquibus locis sic:in aliqbus nõ inueniũtur:& fiũt similiter in locis terminatis. Scdo modo mixta nõ limitant sibi loca nisi forte per accidẽs. Tertio infert Auero. aliquas differẽtias substãtiarum esse accidentia:ut differentie ælementorum sunt accidentia. & intelligas hæc accidentia. non esse proprie differentias substantiales:sed loco illarum positas. Vlterius dubitat Aueroes quomodo locus potest esse causa elementi.cũ sit accidẽs:& ælemẽtũ substãtia.modo nullum accidẽs uidet causa substãtie. Respõdet Auer.ꝙ demõstratio est in oppositũ:quia in hoc quarto Aristo.ꝓbauit loca esse causas ælemẽtorũ.ꝓpterea cã esse põt:quia formarũ aliæ sunt imperfecte: quasi mediæ inter substãtiã & accidẽs:ut forme ælemẽtorũ. Aliꝫ pfecte:q̃ sunt substãtiæ tantũ:ut formę mixtorũ.uult igit̃ accidẽtia esse ponẽda in definitiõibus formarũ imperfectarũ & ꝙ accidẽtia sint illarũ causæ:quia uidelicet sunt impfecte:latent.n.& plurib⁹ egẽt. in definitionibus uero formarũ imperfectarũ accidẽtia nõ ponũtur:sed magis ecõtra:nã accidẽtia sunt potius causata a formis mixtorũ. Hinc deducit qualitates primas respectu ælementorũ esse causas respectu aialium esse causata:uelut tres dimen siões respectu materię sunt ut formę immo prię formarũ. respectu uero formaꝝ sunt accidẽtia dispositiua. hinc errauit Auicẽna/qui uoluit dimẽsiões interminatas esse substãtias:& p cõsequẽs bene dicũt quidã accidẽtia esse differẽtias substantiarũ:nõ quidẽ simpliciter:sed loco illarũ acceptas.excusat tñ se ab hac pscrutatõe:quia nõ huic:sed libris metaphisice cõuenit. Debes scire ẽm Aueroeʒ ꝙ dimẽsiões respectu materiæ sũt interminate:& nullo modo causatæ:quare sunt ut forma materię:& illi⁹ quasi causa. respectu uero compositorũ sunt terminatæ:qa uero terminus illarũ est a formis cõpositorũ: ideo respectu illorũ sunt quasi causata. Similiter & qualitates primę/respectu ælemẽtorũ sunt quasi interminate & q̃si cãę ęlemẽtoꝝ. sũt uero respectu mixtorũ termiatę & q̃si causatę. Mouet Auer. ultio in comẽto questionẽ cõtra Aristotelẽ:nã aduersari⁹ dicere posset reperiri uacuũ intãta ꝓportione maius pleno:in quanta est causa leuis simplr:& plenũ in tãta ꝓportiõe maius uacuo in quãta est causa grauis simpliciter.& ꝙ nullũ uacuũ mai⁹:nec nullũ plenũ mai⁹ reperiri posset:q̃re dabilẽ leue simpliciter:& graue simplr quia ꝓportiones sunt finite. Respõdet Auer.& ꝓbat nõ dari uacuũ qd ad plenũ hẽat certã ꝓportiõem:ita ut mai⁹ dari nõ posset:primo õme corp⁹ põt crescere in infinitũ ut quãtũ.uacuum est corp⁹.ergo põt augeri in infinitũ ut quantum. Maior patet quia finitum esse est propter formam: augeri uero in infinitum potest ratione quanti Secundo omne possibile exibit ad actum:sed corpus esse leuius igne est possibile apud hos homines saltẽ ẽm gen⁹. ergo exibit ad actũ cõclusio e ipossibil:ergo alqua ꝓpositionũ & nõ maior:ergo minor:quarepʒ oppositũ aduersarii. Sed dubitat̃ cõtra has Aueroís rõnes qm̃ ueteres dicerent uacuũ posset augeri in infinitũ ut quãtũ.nõ aũt ut uacuũ tale. Secũda etiã ratio nulla uidet̃ quia scdm Aueroẽ nõ opʒ possibile reduci ad actũ nisi quãdo est possibile scdm spẽm ut patet.vi.physicorũ comẽto.xv.& prio hui⁹ comẽto.xxxiii. Sed hæ obiectiões tollũtur:pria quidem:quia nõ differt uacuũ a uacuo ut est quãtũ:qa uacuũ nihil alid est nisi quãtũ sine materia

sensibili:& sine subiecto·Secūda etiā tollit quoniam omne possibile scdm genus oportet saltē reduci ad actum in aliqua sui specie:& si nō in oibus:saltem in aliqua·hæc pro Aueroe·

Sin aūt duæ sint:ueluti si qs uacuū atq; plenū esse dixerit:media ipsa aer & aqua quo nā pacto faciēt ea q̄ faciūt·Ignē igit̄ uacuū quidē dicūt ob qđ sursum fert̄· terrā uero plenū quo circa & deorsum mouet̄·Erit enim quædā aqua quæ plus ignis habebit paruo aere· & aer magnus:qui plus terre parua aqua·quare aliquā aeris magnitudinē cælerius ferri deorsum oportebit parua aqua; hoc autē nusq̄ unq̄ uidetur·

Fertur
Additū uerbū

Confutauit eos:q oīm ælemētorū unā materiā assignarūt/pęnes cui⁹ uariationē cām grauiū & leuiū reddiderūt·at nūc eos:q duas materias dicūt refellit:qa illis positis ęlemēta media nō mouebūtur eo mō:quo uidenť moueri·s·aer supra terrā & aquā:& aqua supra terrā:& hoc absurdū pponit p modū interrogatiōis & inqt sin aūt materię grauiū & leuiū duę sint:ueluti si qs uacuū atq; plenū esse dixerit:media ipa ęlemēta q̄ sūt aer & aq quo nā pacto faciēt ea:q̄ faciūt ui delʒ aer ipe mouēdo se supra aquā:& aqua supra terrā·quasi dicat q. hac positiōe posita nec aer neq; aqua sic mouebiť:hoc est absurdū·Quod uero ita sequať:pbat Aristo·& supponit primo duo de mēte antiquorū/ primū est q. ignis ipse nihil aliud sit q̄ uacuū:& terra q̄ plenū·secūduʒ q. esse pōt quædā aqua:q̄ pōt habere plus uacui paruo aere:& magn⁹ aer eē potest qui plus pleni habebit·parua aqua·hæ suppositiōes fuerūt declaratæ superi⁹·inqt ignē igiť uacuū qdem supple dicūt:ob qđ & sursum ferť·terrā uero dicūt plenū:quo circa & deorsum mouet̄·hæc est pria suppō·uidelʒ ignis sit uacuū:& terra plenū·Scdo ponit scdam & inqt erit·n·qdā aqua uidelicet magna q̄ plus ignis hoc est uacui habebit paruo aere·& aer magnus erit etia q plus terre hoc est pleni habebit pua aqua·hæc scda suppō etiā de mēte eorū cōstat· Ex his duab⁹ suppōib⁹ infert absurdū uidelʒ q. aliqs aer uidelʒ magn⁹ cæleri⁹ deorsum mouebiť pua aqua·tenet cōseqntia ex suppositiōib⁹:qa magn⁹ aer habebit plus pleni pua aqua:ergo celeri⁹ deorsum erit aptus ferri·inquit q̄re aliquā aeris magnitudinē cæleri⁹ ferri deorsū oportebit pua aqua:qđ destruitur·hoc aūt nusq̄ unq̄ uideť·nō igiť plenū & uacuū materię esse pñt grauiū & leuiū·

Necesse est igiť quēadmodū & ignis sursum ferť:quia hoc habet ut uacuū:Cætera uero non habet·& terra deorsum:quia plenū habet:& aerē in eius locū ferri ac supra aquā/quia hoc aliqđ habet:& aquā deorsum:quia hoc·

Fertur uerbū
Additum
Habet uerbuʒ
Additum

Nunc ex dictis deducit principalē cōclusionē:uidelʒ eē tot nūero meterias:quot sūt ælemēta·qa ut ignis sursum ferť qa hʒ hāc pprtā sibi materiā uidelʒ uacuū:& ut terra deorsum mouet̄:qa hʒ hāc pprtā:uidelʒ plenū:ita necesse est aerē in eius locū supra aquā moueri pprietate suæ materiæ uidelʒ qa hʒ hoc aliqđ·s·de uacuo & aquā etiā moueri deorsum sub aere p idē qa hʒ qcquaʒ pleni:quare oīa hñt pprias materię differētias:p quas pprios mot⁹ exercēt·Inqt necesse est igiť quēadmodū & ignis sursum ferť quia hoc hʒ:hoc est ob ei⁹ pprtā quā hʒ materiā uidelʒ uacuuʒ cætera uero id est alias uero materias preter uacuū nō hʒ· & ut terra deorsum mouet̄ pprietate suæ meteriæ:qa uidelicet plenū habet:p idē supple necesse ē aerē in ei⁹ locū ferri & supra aquā pprietate suæ materiæ:qa hoc aliqđ uacui hʒ plus pleno:& p idē necesse est aquā deorsuʒ moueri pprietate suæ meterie uidelicet qa hoc habet uidelicet plus pleni q̄ uacui·quare tot differētias materiei necesse est:quot sunt motus ipsorum differentię:& sic omniū nō erit una materia nec duæ:sed tot numero/quot ælementa·

Si aūt unū quoddam erat ambo:aut duo·(ambo aūt hæc insint utriq;)erit aliqua multitudo utriq;:qua & aqua paruū aerem excedet supero:& aer aquam infero ut sæpe dictum est·

Ipso sursum
Supero
Infero
Ipso deorsum

Deduxit cōclusionē principalē at nūc reperit rōnē ut sui moris est/nā cū intulit principalē conclusionē/de more epylogat rōnē:quā plixe fecerat:arguit ergo si ambo·s·graue & leue sint unū quodā uidelicet aut uacuū aut plenū:aut ābo sint duo uidelicet leue uacuū & graue plenū:mō tam graui q̄ leui hæc ambo uidelicet uacuū & plenū insint:erit aliqua multitudo horū amborum uacui & pleni utriq; uidelicet graui & leui cōpetens qua & aqua paruū aerem excedet supero motu/id est qua aerem excedet aqua in motu sursum facto·& aer excedet aquā infero hoc est in motu deorsuʒ facto·nec deducit rationē:sed inquit ut dictū est:inquit si aūt unū quoddā

id eſt una quædã·materia erãt ambo uidelicet ambo graue & leue erãt una q̃dã materia/uacuũ aut plenũ:aut duo id eſt aut ambo graue & leue erãt duo·i·duæ materiæ uacuũ & plenũ:(ambo aũt hæc inſint utriq;)id eſt modo uacuũ & plenũ inſint utriq;·i·tã graui q̃ leui:totũ hoc eſt antecedẽs/cui addit cõſequẽs· & inquit erit utriq; graui uidelicet ſeorſũ & leui ſeorſum aliqua multitudo horũ amborũ uacui & pleni cõpetens:quo & aqua paruũ aerẽ excedet ſupero motu & qua aer excedet aquã infero motu:ut ſæpe dictũ eſt·oportet igitẽ eſſe materias tot numero: quot ſunt grauia ipſa ac leuia:& nõ unã/uel duas. Auer·mouet·q·quia Ariſtoteles uoluit cum dualitate materiæ nõ ſtare cõtrarietatẽ ęlemẽtorũ·ait·n·ſi duę tm̃ materię eẽnt ęlemẽtorũ:nõ dabũtur duo extrema ælemẽta cõtraria & prima·quia ut deduxit ſupra ignẽ poſſet dari alti⁹ & altius in infinitũ·obicit Auer·nã oẽs colores ſunt ex duab⁹ materieb⁹·ſunt·n·colores qualitates ſecũdæ/quarũ principia ſunt ignis & terra·ignis quidẽ alborũ:terra nigrorũ:& tñ in multitudine colorũ ſunt duo extremi colores·ergo dualitas materiei nõ tollit extrema·Auer· rñdet cõcedẽdo totũ:ad ãtiquos uero ſequitur abſurdũ Ariſtotel·uidelз q. ælemẽta erũt eiuſdẽ ſpeciei ut colores medii:qui nõ ſpecie:ſed ſm magis & minus differunt:ut quinto phyſicorum dictũ eſt·hæc ex Aueroe:quæ in codicibus græcis non accidunt:ſed in ſuis barbaris tranſlationib⁹ ut facile uidere licet·

Figuræ autem cauſe nõ ſunt aut ut deorſum aut ſurſum ferant̃ ſimpliciter:ſed ut cælerius aut tardius·

Nunc quo nã modo figuræ motus cauſæ ſint:declarat nã ueterũ nõnulli figuras motuũ ælementorũ cauſas aſſignarũt ut plato:qui igni figurã pyramidalẽ prębuit uel ſphęricã ob ei⁹ mot⁹ cælerítatẽ· Ariſto·uero figuras motuũ cãs principales nõ aſſerit:ſed cõceſſas:quatenus cauſæ ſunt nõ ut moueãtur ælemẽta ſimplr̃ aut ſurſum aut deorſum: ſed cãę ſunt ut moueant̃ cæleri⁹ aut tardi⁹:inqt figuræ aũt cãæ nõ ſunt ut deorſum aut ſurſum ælemẽta ipſa ſimplr̃ ferant̃·ſed ut ferant̃ cælerius aut tardius:& ita conceſſe uidentur potius·

Latum ferrum
Lata ferramẽta
Aurea arena
Pſegma
Arena unde fit aurum·
Fruſtrum auri
Tela auri
Aranea auri
Lolium auri

Quas uero ob cauſas uidere nõ ẽ difficile·Dubitat̃·n·nũc cur latũ ferrũ/plũbũq; ſup aquã natat· Alia uero minora minuſq; grauia ſi rotũda ſint aut longa: ut acus:deorſum feruntur·& cur nõnulla ob paruitatẽ ut aurea arena/ cæteraq; terrea ac puluerulenta ſuper aerem natant.

Id qđ de figuris dixerat:nũc Ariſtote·manifeſtat ſoluẽdo duo ꝓblemata: & primo illa proponit Secũdo ſoluit illa·Primũ eſt cur latũ ferrũ·atq; latũ plũbũ ſi ad modũ tęle aranee ſit: ſup aquã natat·Alia aũt minora/& minus grauia/deorſum petũt ſi rotũda ſint aut lõga:ut pila & acus· inquit quas uero ob cauſas ſupple figurę cõceſſæ ſint motuũ & nõ principales cauſę:uidere nõ eſt difficile·nã ſolutis duobus ꝓblematibus:ſolutio etiã & res illa omnib⁹ patebit & ſtatim ꝑ ordinẽ illa ꝓblemata ꝓponit dicẽs dubitat̃·n·nũc cur latũ ferrũ/plũbũq; etiã latũ:ſup aquam natat·Alia uero minora minuſq; grauia ſi rotunda ſint ut pila:aut longa ut acus deorſum ferũt̃ cauſa ꝓblematis eſt/quia grauiora deorſum magis mouetur·& ita ferramenta lata cũ ſit acu & pila grauiora:deberẽt in aqua deſcẽdere:hoc eſt primũ ꝓblema·deinde mouet ſecũdum cur uidelicet quædã alia ob paruitatẽ ut folia auri:& q̃dã terrea puluerulẽtaq; in aere natãt·cã dubitatiõis eſt:quia ſunt grauia/& aere maxĩe grauiora·Inquit & cur nõ nulla ob paruitatẽ ut aurea arena/q̃ grecę pſegma dicit̃ latine fruſtrũ auri/uel tela aurea cæteraq; terrea ac puluerulẽta ſup aerẽ natãt:ut uidemus in radiis portarũ athoma grauia ſupnatare:hoc eſt ſm ꝓblema Ariſto·

Subſtinere
Subtollere
Decidere
Diapiptin
Dilabi
Nõ impedire·

Cauſam igitur horũ omniũ putare qdẽ ut democritus nõ recte ſe habet·ille·n· dicit illa calida q̃ ſurſum ex aqua feruntur:ea lata eorum q̃ grauitatẽ habẽt: ſubſtinere· Anguſta uero decidere·pauca·n·eſſe:quæ ipſis contrapulſant·

Democritus ſoluit ꝓblemata:& ſupponit ab imis aquis eleuari corpuſcula q̃dã: que phyſici uapores appellant· hi ab imis mouentur ſurſum ad ſupficiem aquarũ/ab aquarũ ſupficiebus ulterius mouẽtur alii uapores & aeris mediã regionẽ petũt·leuia aũt ſũt hæc corpuſcula & tenuia/a ſtellis ipſis atq; ſole ꝑducta·ex hac ſolutiõe facile ſoluit ꝓblemata·natãt·n· ferrũ latũ & ãplũ plũbũ/q̃ten⁹ uapores ab imis aquis ſurſum petẽtes obuii ferro & plũbo illa ob latitudinẽ ſubſtinent·acũ autẽ & pilã dicit democritus decidere & per aquas dilabi:nã ſubſtinere ea non pñt

uapores tenuitate eorum. In aere quoq; auri tela: & pulueres eadem ratione ab ipsis uapori/bus subtrahuntur: qui ab ipsis aquarum superficiebus eleuantur: & sic soluit democritus proble mata non recedens a suis corpusculis: quae athoma appellat: contra quae3 obicit Aristoteles di/cens hoc non esse recte dictum: & inquit causa igitur horum omnium putare quidem ut demo critus scilicet censet: non recte se habet. Deinde quae democritus dicebat explicat. d. Ille enim dicit ea calida: quae sursum ex aqua feruntur: quae uapores dicuntur ea lata uidelicet ferrum & plūbū de numero eorū: quae grauitatem habent: substinere. Angusta uero dicit decidere dila biq; per aerem & aquam. Pauca enim ea esse supple asserens: & etiam parua: quae contrapul/sant uaporibus. est enim acus & pila parua res: quasi nō obsistens uaporibus. haec democritus.

In aere autem magis etiam id ipsum fieri oportebat ut ipsemet obicit. Sed obi ciens molliter soluit. Dicit enim non in unum facere impetum sum. appellans sum motum eorum corporum: quae sursum feruntur. Fieri Facere

Obicit nunc democrito ex obiectione propria democriti quia plumbum planū & ferrū latū de/beret supernatare in aere| & magis: eo magis: quo aer est uaporosior aqua cū sit humidior & te nuior. Sic sibi obiecit democritus: uerum soluens ait uapores aqueos magis coadunate ascēdere aereos aūt sparsim: & sic aquei obsistunt latis corporibus: aerei uero non. inquit in aere aūt ma gis etiam id ipsum fieri oportebat ut ipsemet obicit sibi: quoniam aer pnimia sua humiditate est uaporosior aqua. Deinde ponit solutionē democriti & inquit|sed obiciens molliter soluit. dicit enim uapores ipsos in aere eleuatos non in unū facere impetum: quia non uniti scandunt uelut uapores aquei: qui uniti subtollūtur. Quo uero ad uerba attinet: S V M|quod est uerbū democriticū: Aristoteles exponit in eius lingua: & inquit dicit enim non in unu3 facere impe tum sum: appellans S V M motum eorum corporum: quae sursum feruntur: quae corpora Ari/stoteles ubiq; uapores uocat. motus enim uaporum apud democritum non in unū facit impe tum contre plumbum & ferrum planum: qn uapores sunt aerei: sed motus uaporum aqueoru3 cōtra plūbū & ferrum lata facit impetum in unum: & propterea illa substinet. Aristoteles aūt huic solutioni nō aliter obicit: nisi quia est mollis ac debilis. & cām reddit Auerroes quia uapo res aerei maiorem habent continuitatem: q̄ aquei uapores habent. nam aer ascēsui suorū uapo/rum minus resistit. aqua uero suis uaporibus ascendentibus magis resistit. Vnde & projecta in aere caelerius mouentur eis projectis: quae mouentur in aqua. Quod si uapores aerei in aere habebunt maiorem continuitatem|minorem habebunt expansionē: quare corporibus descen dentibus magis occurrunt: & sic solutio democriti debilis fuit ut Auerroes declarauit. Que Auer. co/mento. xliiii.

Cum autem continuorum alia quidem facile/ alia uero minus facile diuisibilia sunt. Et diuisiua etiam modo eodem alia quidem magis: alia autem minus: has esse causas putandum est. facile quidem igitur diuisibile id est: quod facile termi nabile est: & id magis quod magis: ut aer magis est tale q̄ aqua: & aqua q̄ terra minus etiam unoquoq; in genere magis facile diuiditur: faciliusq; disrumpitur. Facile uerbum Additum Vt Autem

Quia solutio democriti erat mollis ac debilis: nunc aliter soluit: & supponit pro solutione duas diuisiōes continuorū corporum: prima est continuoru3 alia facile|alia minus facile diuidi pos/sunt. facile aer diuidi potest: minus facile aqua: adhuc minus facile diuidi potest terra. inquit cū aūt continuorum corporū alia quidem facile alia autem minus facile diuisibilia sunt: text9 legatur suspensiue usq; ibi HAS ESSE CAVSAS. haec est prima diuisio. Secūda uero est cor porum continuorum quae sunt diuisiua|alia magis diuisiua sunt ut acuta & sphaerica: alia mi/nus diuisiua sunt ut lata. inqt & diuisiua etiam mō eodē alia quidem magis: alia autem minus supple sunt|& terminans textus suspensionem inquit quia hae duae corporum diuisiones uerae sunt: has causas problematū putandum est. Deinde exponit membra primae diuisiōis & uult facile diuisibile esse quod facile terminatur termino alieno ut aer & aqua: quae terminantur ter mino continentis. Inquit facile quidem igitur diuisibile id est quod facile terminabile est sup ple termino alieno: & id magis: quod magis alieno termino terminatur: ut aer magis q̄ aqua est talis: & aqua magis talis q̄ terra: addit quoddam obiter & inquit minus autem corpus in uno quoq; genere magis facile diuiditur ut minor aer citius diuiditur magno. quoniam in ma iori quanto est maior resistentia magisq; disrumpitur eadem ratione.

Diuiditur
Verbũ additũ

Ea igitur quæ quidem latitudinem habent: quia multum comprehendunt: supra manent: propterea quia non disrumpitur illud qnod multum facile diuiditur: ea uero quæ contrario modo se habent figuris quia parum compræhendunt deorsum feruntur: propterea quod facile illud diuidunt: & in aere multo magis quo facilius q̃ aqua diuisibilis est.

Ex his suppositionibus soluit nunc problema primum propter quod enim quærebatur/ nonnulla ponderosiora ut ferrum & plumbum latum/ citius descendit in aqua q̃ quædam minus grauia ut acus & pila. Respondet quia lata illa corpora non ita facile ipsam aquam penetrant: quoniam multũ compræhendũt illius: & sic non facile aqua disrũpitẽ. acuta uero facile penetrant ut acus cum parum aquæ compræhendant: Inquit ea igitur quæ quidem latitudinem habent quia multum aquæ compræhendunt supramanẽt ipsi aquæ: propterea quia non disrumpitur illud: quod multum facile diuiditur. Ea uero quæ contrario modo se habent figuris: ut acus & pila: quia ipsius aquæ parum comprehendunt: deorsum feruntur: propterea quod facile illud diuidunt: quod de aqua compræhendunt. Addit & in aere multo magis quo facilius q̃ aqua diuisibilis est: & sic habes solutionem primi problematis.

Penetrabit
Transibit
Vim infert deorsum
Cogetẽ deorsũ

Cum autem & grauitas ipsa aliquam uim habeat per quam deorsum fertur & continua ut non disrumpantur: hæc inter se conferre oportet. nam si uis ipsius grauis eam quæ in ipso continuo est ad disruptionem diuisionemq; exuperabit: penetrabit deorsum celerius. Sin autem fuerit imbecillior supernatabit: de graui quidem igitur & leui & de his quæ circa ipsa accidunt a nobis hoc modo sit definitum.

Solutio primi problematis satis constat: uerum ut ipsam magis explanaret: Aristoteles ut Auerroes innuit supponit ut in corpore diuidenti est potentia actiua ad diuidendum: ita in corpore diuisibili anteq̃ diuidatur esse potentiã resistitiuã diuisioni. Qua ratione potentias hasce conferre oportet inuicem/ nam si uis diuisiua quæ est in graui sit maior q̃ sit uis resistitiua in aere uel aqua: proculdubio graue fundum petit: ubi uis resistitiua in aere uel aqua fuerit minor uel equalis: graue supernatabit. Cum igitur uis resistitiua in aqua sit maior q̃ uis diuisiua in ferro uel plumbo lato: iure ferrum uel plumbum natum supernatabit. In acu uero uel pila uis diuisiua maior est q̃ resistitiua in aqua: ideo acus uel pila fundum petit. Inquit cum autem & grauitas ipsa aliquã uim habeat diuisionis actiuam: & corpora ipsa continua ut aer uel aqua aliquã uim habeãt diuisionis prohibitiuam/ siue diuisioni resistitiuam ut non disrumpantur: hæc inter se conferre oportet. Nam si uis diuisiua quæ est ipsius grauis eam uim quæ in ipso continuo corpore ut in aqua uel aere est ad disruptionem diuisionemq; exuperabit: penetrabit deorsum cælerius/ ut uis pilæ uel ipsius acus: quæ maior est in pænetrando q̃uis aquæ in resistendo. Sin autem uis rei grauis fuerit imbecillior in pænetrando ut in plumbo lato uel amplo ferro: q̃ sit uis aquæ in resistendo: graue illud supernatabit. Quo uero ad uerba attinet uerbum PENETRABIT græce est ΒΙΑΣΕΤΑΙ quod latine sonat transibit uel pertransibit pænetrabit uim inferet deorsum: uel ui deorsum infertur: cogetur deorsum: uel uiolebitur deorsum: clarius penetrabit ego transtuli ad sensum. Ex hisce clarissime constat causa successionis in motu grauium & leuium in pleno. causa enim est quia medium dum graue descendit uel leue ascendit diuiditur non autem diuiditur nisi diuisioni resistat. Nam licet uis diuisiua in graui uel leui sit maior: q̃ uis ꝓhibitiua diuisiõis in pleno: tñ uis diuisiõis ꝓhibitiua in pleno est aliquanta: ut sufficiat pro successiõe motus. patet præterea in uacuo uel nõ fieri motũ/ uel fieri in instanti/ uel fieri subito. differt enim mutationem fieri im tempore & fieri in instanti: & fieri subito. fieri enim in tempore est fieri in hora uel die uel aliquo certo dato tempore: in instanti autem fieri motum est ipsum fieri in in diuisibili temporis. fieri uero motum subito est ipsum non fieri in hoc instanti quod est præsens sed in mediate post hoc instans quod est præsens: ut hesbertistæ & suisethistæ tradunt. In uacuo ergo non fit motus in tempore: quia illis nulla uis est uacui prohibitiua diuisionis: cum uacuum nihil aliud sit q̃ dimensio sine corpore sensibili: quæ nullius actiuitatis est. ergo motus uel erit subitarius/ momentariusq;: uel in instanti

De causa successionis in motu
De motu
In uacuo
Fieri in tẽpore
Fieri in instãti
Fieri subito.



''q temporis. licet Aueroes ubiq subito fieri exponat fieri in instanti ut octauo phy si... ento uigesimotertio & physicorum quarto comento septuagesimoprimo uerū de his... s. postea epylogat dicens de graui quidem igitur & leui: & de his quae circa ipsa accidūt a nobis hoc modo sit definitum. & sic deo bene uolente nos finem imponimus huic nostre in/ terpraetationi ann... nti. M. D. xiiii. die. xv... ctobris suessae: in qua omibus pateat me om ...a esse locutum at... ophum: que uero uiderentur Sanctae romanae ecclesie dissonare: illi ... ab incurs... proficisci: non autē a malicia. quare nostras has interpraetatio...es om... quascūq... ...tibus suis Libris editis Sanctae Romanae ecclesię submittimus: & tibi ... n Multi... ...utsio. Vale.

Finis librorum de coelo.

Ex mandato sacri apostolici concilii statutum est omnia opera imprimēda publicari nequaq̄ debere, nisi prius ab inquisitore una cum aliquo theologiae magistro recognita sint, cui uel per diocesanum uel eius uicarium hoc iniunctū fuerit. Itaq absente inquisitore ego magister An/ toninus caietanus almi praedicatorum ordinis artium sacraeq theologiae professor: cōuentus ue sancti Dominici de Neapoli regens ex mādato reuerendissimi domini uicarii Neapolitani interpraetationē insignis phylosophi Augustini nyphi Sinuessani in libros Aristotelis de coe/ lo & mundo diligenter recognoui in qu...s fidem facio me nihil inuenisse quod fidem catho/ licā oppugnet.

Impressum Neapoli per Sigismundum Mayr Alemanum Anno Domini Millesimoquingentesimo decimoseptimo Die uero uigesimotertio mensis Martii.

